

PETRI LAMBECII

PRODROMUS
HISTORIÆ LITERARIÆ,
ET
ITER CELLENSE.

ALEXANDRI FICHET S. I.

ARCANA STUDIORUM METHODUS,
ET
IDEA LOCORUM COMMUNIUM.

GVILELMI LANGII

CATALOGUS MSS. CODICUM BIBL. MEDICEÆ.

PETRI LAMBECII
Hamburgensis,
PRODROMUS HISTORIÆ LITERARIÆ,

Et Tabula duplex Chronographica Universalis.

Accedunt in hac editione præter Auctoris

ITER CELLENSE,

&

ALEXANDRI FICHETI, S. I.

ARCANAM STUDIORUM METHODUM,

atque

IDEAM LOCORUM COMMUNIUM,

nunc primum in lucem editus

WILHELM LANGII

CATALOGUS LIBRORUM MSS. BIBLIOTHECÆ MEDICEÆ,

curante

JO. ALBERTO FABRICIO,

D. & Prof. Publ. in Gymnasio Hamb.

LIPSIÆ & FRANCOFURTI,
Ex Officina CHRISTIANI LIEBEZEIT, Bibliopol. Hamb.
Anno MDCCX.

Magnifico, Nobilisſimo ac Juris
Conſultisſimo Viro

D^N. LUCÆ von BOSTEL,

Reip. Hamburgenſis CONSULI

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

NOndum conquievere plauſus gratulantium, vocesque bene ominantium huic Urbi ac Reipublicæ, quod poſt extinctum ſuperiore eheu anno Patriæ lumen LENGERKENIUM, *ſidus Tu illi alterum illuxiſti, ac felici Ortu Tuo magnam omnibus polli-*

ceris ſerenitatem. Equidem jam antè tantus fuit Virtutum Tuarum tamque exoptatus ac ſalutaris Hamburgo ſplendor, ut non modo illam jucundisſima luce perfuderit, atque in amorem ſui rapuerit admirationemque, verùm longe lateque etiam ad multum disſitas & alterius veluti Orbis regiones ſparſerit radios, Regumque magnorum & Principum animos adverterit, & gratiam eorum, præclaram exiſtimationem & amorem meritis Tuis conciliaverit. In præſenti vero quid non ſibi læta repromittat Patria, cum Te in Conſulem adſcito, atque Tuos impoſito in humeros munere difficillimo, (excellentibus enim ingeniis, *ut vere T. Livio * obſervatum,* citius defuerit ars qua civem regant, quam quâ hoſtem ſuperent) *helicen ipſi ac cynoſuram juſſit eſſe DEUS dexteritatem, vigilantiam, fidem ac prudentiam Tuam, ad quam reſpiciens ipſa curſum ſuum confidenter dirigat, & ſecuræ felicitatis portum bonis avibus conſequatur. Litteræ ſingillatim ac bonæ artes, quæ refloreſcente Reipublicæ ſtatu & ipſæ ſolent vigere atque eniteſcere, uti afflicto illo facile vicisſim concidunt & obſoleſcunt, incredibiliter ſibi de Te Conſule gratu-*

* *T. Livius lib.* II. *cap.* XLIII.

gratulantur, spondentque perinde atque in Pollionis quondam Consulatu Maro, candidos alumnis suis dies, atque aureum sæculum.

> Teque adeo decus hoc ævi, Te Consule inibit,
> Pollio, & incipient magni procedere menses
> Te Duce - - - - - -

Vident certe atque intelligunt, in Te non minus exoptatum nactas se ac peritum Musagetam, quam sapientissimum Moderatorem Reipublicæ: quotacunque enim pars est laudum Tuarum, quod tot gentium calles linguas, quod doctissimus es & eloquentissimus, totumque moves Heliconem argutâ carminum, quæ aliud agenti Tibi exciderunt, dulcedine, adeo ut Vrbium Silesiæ Regina, *quæ Illustri Præside quondam suo Hofmanno jure merito superbit, jam in Te habeat, quod possit Hamburgo subinvidere. Quicunque igitur litterarum sacris in hac Vrbe operantur, Amplissimo Ordini quorum prudentia Te ad clavum Reip. tenendum auspicato allexit, & Tibi cum maxime, salutem illarum ac decus, earundemque officinas* GYMNASIUM & SCHOLAM, *sapientibus Patrum auspiciis laudatissime pridem institutas, liberaliq; manu hactenus sustentatas, singulariter cordi*

porro

porro fore ſperant ac confidunt, cōmendatos que ſe eſſe vehementer cupiunt, in quorum numero cum & ego nomen profitear meum, publicam hanc demonſtrandæ venerationis erga Te meæ, nuncupandiq́ pro felicitate Tua voti occaſionem amittere nolui, quin imo exiſtimavi graviter me pecaturum, ni inter juſtiſſimas omnium gratulationes & ipſe qua poſſem teſtatiſſima ratione devotam Tibi obſervantiam meam, & quantopere TE colerem demonſtrarē. Patere igitur hoc Volumen purpura Nominis Tui ornatum a me Tibi offerri, prædem atq́ pignus animi ejusmodi, qualis eſſe debet boni civis & litterarum ſtudio deditierga optimum Magiſtratum, cum cujus ſalute & incolumitate emolumentum Reip. & litterarum commodum ac decus conjunctum eſſe ſibi perſuaſit. DEUS *ter Opt. Max. utrisque in multos annos Te ſervet valentem animi & corporis viribus, cumulatumque gloria proſperorum conſiliorum, & omni genere ſolidæ ac perennis felicitatis. Scripſi Hamburgi, Idibus Martiis, Anni Chriſtiani* cIↃ IↃ cc x.

AD

AD LECTOREM

Præfatio

EDITORIS.

HAbet hoc omnis Hiſtoria, ſive Naturalem illam requiras, ſive Civilem, ſive Eccleſiaſticam, ſive Litterariam denique, ut quemadmodum voluptatem & uſum affert incredibilem cognoſcentibus, ſic unaquæque harum ſit quodammodo infinita, pluribus obſepta tenebris, & fugientem mortalium mentes rerum copiam ac varietatem ambitu ſuo complectatur. Solus poſt hominum memoriam Plinius auſus eſt opus naturæ varietatis æmulum, Græcorum, latinorumqve ſcriptorum voluminibus ultra bis mille ad hoc conſultis, Hiſtoriam Mundi & in illa viginti millia rerum dignarum cura edere, exemploque ſuo probare dictum Domitii Piſonis, *theſauros oportet eſſe, non libros*. Hæc omnium præconiis digniſſima principis ingeniorum viri lucubratio, vicies milleſimam naturæ partem ne de nomine tangit quidem, nedum plene exacte & perſpicue omnia DEI opera perſequitur, aut origines, texturam, ingenium, partes, vires, uſus, cauſas, effectus horumque modos & rationes de ſingulis ad fidem tradit. Duodecim, credo, Legiones Angelorum ad hoc exequendum vix ſufficiant, nedum unius hominis ætas, perſpicacia, calamus, ingenium. Nam & Ariſtoteles ac Theophraſtus, ſummi in omni doctrina Viri, quorum ille animalium, hic plantarum Hiſtoriam, unius partis rerum Naturæ, tradere aggreſſus eſt, quanta quæ deſiderarent, quanta quæ reprehenderent reliquerunt etiam his, qui cum illis comparati pueri ac tirones poſſint videri. Et tamen Theophraſtus centeſimum ætatis annum ſive attigit ſive ſuperavit, Ariſtoteli ab Alexandro cupidine naturam noſcendi inflammato parere juſſa aliquot millia hominum in totius Aſiæ Græciæque tractu, omnium quos venatus, aucupia piſcatusque alebant, quibusque vivaria, armenta, alvearia, piſcinæ, aviaria in cura erant. Jam eat aliquis, & dignam Naturæ Hiſtoriam ab uno mortali exſpectet, aut Vincentii Bellovacenſis ſpeculum Naturale vel ſimiles συναγωγὰς ſeu dixerim rhapſodias conſulat, cujusmodi ex ſcriptis qui naturam integram addiſcere ſe ſperet, idem auſit eodem tempore uno minuto ſpeculo cœlum terramque, & res quæ his continentur univerſas comprehendere ac repræſentare.

Hiſtoria Civilis cujuscunqve gentis ter mille amplius annorum ab Orbe Condito plane nos præterit, etiam citra ullam ſpem,tenuem qvamvis, veſtigia veritatis certo aſſeqvendi, exceptis iis qvæ de gente Hebræa Divino inſpirati afflatu ſcriptores nobis transmiſerunt. In illa ipſa Hebræorum, ſi ad particularia deſcenderis, qvot lacunæ ac hiatus, quæ qvantæque tenebræ, nullius luce ingenii diſpulſæ ſatis nec diſpellendæ. Jam ſi in gentium rebus omiſſo vaſto illo utriusque temporis ſpatio, quod Varro ille usqve quaque doctiſſimus jam ſua olim ætate ob ignorationem rerum incertum, & propter Poëtarum commenta fabuloſum appellavit, deveniamus ad tempus qvod ipſe Hiſtoricum appellat, & à prima Olympiade hoc eſt paucis ante Romam, termillenis vero amplius poſt orbem conditum annis deducitur, præter Romanam Hiſtoriam non integram (nam & hujus nobile ſpatium amiſſi Livii & Dionyſii libri deſiderare nos jubent) & de Perſis ac Græcis monumenta quædam ad nos transmiſſa, cujus qvæſo gentis ac Reip. origines, migrationes, res ac fata non dicam plene,ſed non imperfectiſſime cognoſcimus, ruſpando licet quicqvid eſt veterum monumentorum rimemur. Hoc de Ægyptiis etiam & Carthaginienſibus dictum velim, nam ſi in horum qvoqve hiſtoria hoſpites ſe paſſim fateri neceſſe eſt doctiſſimos viros, qvid de aliis populis & civitatibus infinitis nos non fugiat, qvarum innumerarum ipſa nomina etiam obruta oblivione ac ſepulta ſunt. Verum nolo in præſenti dolere circumſcriptos & redactos in anguſtum veteris Hiſtoriæ terminos, amiſſa penitus tot geſtorum ab antiquis gentibus monumenta præclara, Reſpublicas ducentas amplius ab Ariſtotele, alias à Dicæarcho, Critia & cæteris deſcriptas, leges & inſtituta à Theophraſto enarrata: nolo conqveri de injuria ſive temporum ſive hominum, quæ infinitarum earumque pulcherimarum rerum notitiam ad nos pervenire non eſt paſſa, nec minus in ſæculis poſt natum Salvatorem generis humani CHRISTUM, & minus remotis à noſtra ætatibus vix unius tamen & alterius regni paullo explicatiorem Hiſtoriam nobis non invidit, nam ea ipſa quæ extant, & qvæ poſt renatas litteras ſunt in lucem à doctiſſimis hominibus prolata, qvis ita mente eſt complexus, ut Hiſtoriam civilem colligere ex illis, non ſumma capita vel lacinias quasdam tantum decerpere, vel ad ſummum primas quasdam lineas modo tanti operis ducere maluerit. Quo propius vero ad hæc ipſa quibus vivimus tèmpora deſcendimus, quo uberior lux Hiſtoriæ aperiri videtur, eo major ab ipſa ubertate & varietate rerum multitudineque ac diſſonantia,nec minus defectibus ſcriptorum caligo offunditur, diverſitate inſuper linguarum quibus utuntur accedente, ut Hiſtoria Civilis perfectior noſtræ tantummodo ætatis, nec Europæ dicam ſed vel ſolius Germaniæ noſtræ aut minoris etiam regni, induſtriam unius hominis videatur ſuperare, nedum hiſtoria gentium & ætatum quarumcunque.

Quid dicam de Hiſtoria Eccleſiæ, non certe magis, quam illa Civilis eſt, facili vel explicata: nam exceptis iis quæ de populo DEI per ſacros Scriptores tradita ſufficere nobis debent, & de Græcis ac Romanis pauca quædam, quid quæſo ad CHRISTI tempora usque non altisſima eſt caligine involutum? quis edocet nos de religione & cultu Cainigenarum, qua ante univerſalem illam eluvionem uſi ſunt, de ipſorum cœtibus ritibusque ſacris, de origine ac progresſibus tot turpisſimarum aberrationum, generum idololatriæ quibus ipſi fuerunt in varias partes diſciſſi, & non minus locis ac gentibus quam ſententiis à ſe procul ſejuncti ac ſeparati? Quam obſcura ſunt & pugnan-

pugnantia quæ poſtea de cerimoniis religioſisque inſtitutis Ægyptiorum, Indorum, Chaldæorum, Perſarum, Scytharum, ne alias infinitas gentes jam memorem, referuntur? Unde auctores & Magiſtros tot profanorum rituum, rationes religionum, ſuccesſiones, poteſtatem & officia ſacerdotum, motus, tolerantiam mutuam vel perſecutiones invicem graſſantes petere poſſumus? Pleraqve profecto horum ita ſunt à ſcientia non vulgi modo, ſed eruditisſimorum etiam hominum remota, ut non dicam integram rem certo tenere, ſed de innumeris ne rudera qvidem vel parietinas aut veſtigia iuvenire valeamus. Hinc ſi ad auream illam ætatem feramur, qva lux ſalutaris humano generi per natum CHRISTUM orta eſt, per primos ſtatim annos trecentos, qvos maxime ſciri intererat, cum ab divinis Apoſtolorum ſcriptis diſcesſimus, univerſa illa quæ vel Euſebius nobis fauſto ſidere ſervavit, vel viri docti ſummo ac laudatisſimo ſtudio undiqvaqve collecta in commentarios & Annales digeſſerunt, quantula pars ſunt eorum qvæ nos latent latebuntque? qvot Euſebio ipſi laudatos Hiſtoriæ ſcriptores una cum infinitis conciliorum geſtis hodie deſideramus? Deinceps per ſubſecuta ſecula, qvorum ſpatio mores & pura doctrina Eccleſiæ rebus paullatim ceſſere ſecundis, copia pariter & inopia monumentorum impedit, quo minus dignum ſatis atque integrum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ corpus habeamus, nedum ut cujusque ſit vel adverſis inter ſe frontibus concurrentia teſtimonia componere ac dijudicare, vel vaſtum illum Patrum enavigare oceanum, vel particularium Eccleſiarum ſparſi per univerſas terras orbis Chriſtiani (ne de Judaiſmo ac latisſime patentibus Ethniciſmo ac Muhamedaniſmo dicam) initia, progreſſus, fata, Antiſtites accurate perſequi atqve evolvere. Omitto illætabilem illam non annorum ſed ſæculorum complurium noctem erroribus obſcuram & ignorantiâ, qvæ longe lateqve hinc omnia obduxit, donec lux Verbi Divini clarius iterum perſtringere orſa eſt animos hominum, atque in Europa præcipue una cum litteris rurſus cœpit efflorescere. In his ipſis propioribus noſtræ memoriæ ac felicioribus temporibus, & noſtris etiam & vicinis regionibus, niſi quis generali qvadam & ſuperficiaria notitia velit eſſe contentus, qvam paucæ civitates ſunt (ne de provinciis ac regnis integris aut disſitis longe terris jam loquar,) quæ paullo exactiorem notitiam rerum ſuarum Eccleſiaſticarum fide dignis monumentis conſignatam habent, qvantum obſcuritatis ubiqve ſedet, quot nodi ac difficultates offendunt etiam in rebus tota Europa teſte geſtis, qvam multa ambigua, incerta, hiulca, incredibilia, quam multa obtecta ſilentio, & memoriæ hominum, negligentiâ, vel ſtudio partium ſubducta, aut certe iis demerſa jacent involucris, ut ex profundo veritatis in quo jacent puteo eruere illa, vix ac ne vix qvidem opis humanæ videatur eſſe.

Jam ut ad Hiſtoriam literariam deniqve, cujus in gratiam totus inſtitutus eſt, noſter hic ſermo deſcendat, fateor libenter ac præ me fero, non minus longisſime ultra cujuscunqve mortalis unius vires poſitum eſſe, abſolutius ac perfectius qvoddam illius corpus dare, quam vel Eccleſiæ univerſæ vel gentium omnium ac civitatum ab hominum memoria, vel rerum naturæ hiſtoriam pleniorem componere, quæ non maximis hiet lacunis, & partibus infinitis membrisque ſit manca, jejuna, nulla. Cum enim tribus ſummis capitibus res omnis literaria abſolvatur, linguarum primum, tum ſcriptorum, & tertio rerum ſive diſciplinarum, artiumqve & inventorum hi-

ſtoria; ut conſtet quomodo cœperint ſingula, quibus auctibus creverint, vel iterum retro lapſa defecerint, vel quid adhuc in illis deſideretur: de ſcriptorum vero ingenii laude clarorum, neque illorum primæ caveæ tantum, ſed cum olitor etiam interdum opportuna loquatur, medii non minus & fortaſſe ultimi ſubſellii eruditorum (etſi primorum maxime) vitam, ſcripta, ingenium, virtutes & vitia, denique linguarum primam originem, propagines, mutationes & variam conditionem, quatenus iſta exputare non Grammatici & Critici ſed Hiſtorici virique non Grammaticæ tantum ſed omnis doctrinæ ſcientia imbuti eſt officium, facile apparet nullum ex his tribus membris, nedum univerſa tria ſic à quoquam elaborata eſſe, vel elaborari ab uno quodam poſſe ut perfectius quoddam Hiſtoriæ literariæ corpus exſurgat.

Ut a linguis dicendi initium capiam, non puto fuiſſe quenquam nec eſſe mortalium, qui vel de nomine linguas univerſi orbis, Europæarumve dialectos compellare noverit, nedum hiſtoriam earundem & differentias ac reſpectus mutuos, exploratos habuerit omnes habeatve. Quæ vero de idiomatibus aliquibus perpaucis, vel de lingua naturali, aut de linguarum origine univerſe diſputata à viris etiam doctiſſimis ſunt, talia ferme videntur, ut præter trita illa & omnium decantata vocibus calamisque, vel ad conjecturas & erudita ſomnia redeant pleraque, vel fabellis ſint ſimillima. Tantum ſane abeſt ut de pleniore & certiore linguarum (de notioribus tantum loquor) hiſtoria inter doctos conſtet, ut ipſi mutuo veluti ſeſe deridentes in ipſo limine ſtatim abeant in diverſiſſima, & quam linguam alii inter filias & neptes referunt, hæc ab aliis audacter venditetur pro matre, vel avia: quamque hi pro diverſiſſima & longe alterius familiæ cenſere non dubitant, & rebus ſe ſperunt manifeſtum facere, illam alii pro ſorore vel filia non ſine cauſſa habere ſe probaturos rationibus confidant. Equidem nemo non videt in plerorumque omnium horum ſcriptis pauciſſima vel nulla afferri argumenta hiſtorica, petita à gentium migrationibus, Coloniarum deductionibus, & bellis, aut ſi adducantur, lubrica tantum & longiſſime petita adduci, vel ut à doctiſſimo Atlanticæ conditore factum, per crines attrahi potius, maximam vero operam impendi colligendis exemplis quibusdam vocum ex duabus linguis, ſono utcumque & ſignificatione conſpirantium, quod quidem argumentandi genus quemadmodum controverſioſum eſt & anceps, ſic vere pronunciatam à S. Auguſtino fuit, *ut ſomniorum interpretationem ita verborum originem pro cujusque ingenio prædicari.* In ipſis vero illis quæ perſpecta magis ac certiora videntur, ut de lingua Hebraica, hujusque filiabus Chaldæa, Samaritana, Syriaca, Arabica aliisque, de latinæ originibus è Græcâ & dialecto ſingillatim Æolica repetendis, de linguis è latina, Theotiſca, Slavonica perſpicue derivatis, ecquis demum quæ ſo tempora & gradus quibus hoc in unaquaque factum eſt, nos diſtincte & certo edocere, atque adeo hiſtoriam vel notiſſimarum per Europam linguarum, in qua tantum omnia non hient ac deſiderentur vel quod ab hiſtoria longe abeſt, majorem partem meris non nitatur ſuſpicionibus, à prima ſtirpe dare ſe poſſe ſperet?

In ſcriptorum notitia, ſive quod ad ipſos eruditos, ſive quod ad ingeniorum quæ ediderunt monumenta attinet, ſimiliter longisſime adhuc abſumus ab illa perfectione, ut quisquam ſobrius ſperare audeat plenius vel integrius ſe corpus in hoc genere poſſe elucubrare. Omittam in præſenti ſcripto-

rum

rum deperditorum infinitum numerum; thesauros prætereo Bibliothecarum Asiæ & Africæ, quos nemo nisi paucissimos & vix unus itemque alter forte Europæorum vel eminus aspexit; nec de illis scriptis dicam, quæ inedita in bibliotaphiis Europæ delitescunt sane non pauca: tantum loquar de scriptoribus quorum lucubrationes sunt per ducentorum & quod excedit a tempore reperti incomparabilis artificii chalcographiæ annorum spatium exscriptæ typis ac vulgatæ. Certe sive temporum rationem, sive nationum, sive autorum, sive typographorum, sive materiæ denique & argumenti genus sequi velis, ubique apparebit, tot & tanta adhuc desiderari ac deesse, ut quem vastitas & magnitudo rei supra unius hominis facultatem positæ non deterreat, eum defectus & ignoratio certe maximæ partis debeat repellere ac removere. Si quis a primo tempore quo libri impressi sunt, optet auspicari, utut laude dignissimos fateor præstantium Virorum Labbei, Reiseri, Chevillerii & Beughemii maxime, in hoc genere conatus, affirmo tamen vix unius hominis ætatem adhuc sufficere, ut digna librorum ante annum MD. excusorum quæ adhuc desideratur notitia ex Bibliothecarum abditis eruatur, & eruditorum curiositati satisfaciat, ne memorem, videri multa scripta illo tempore impressa jam periisse, aut vix ac ne vix quidem obvia esse. Insecutorum autem binorum sæculorum libros typis per Europam excusos annuatim annumerare, quo longius ab illo tempore progredimur eo est difficilius & propter multitudinem tantum non ἀδύνατον, & qvanquam nostra ætate per Ephemeridum litterariarum scriptores non inficianda ac præcipua quædam Historiæ litterariæ lux affulsit, tamen horum etiam multitudini non pauca se scripta subducunt quotidie, vel de industria prætermittuntur. Si misso annorum ordine per populos progredi placeat, inter nationes Europæas multæ nullos, pleræque mancos & jejunos habent civium suorum eruditorum commendatores. Vix ulla est gens cujus scriptores tanto studio recensitos habemus quam Hispana, cui hoc beneficium imputare potest Nicolaus Antonius, & tamen quot annos jam illi deest qui continuet & suppleat laborem præstantissimum? Ecqvis vero Germanos, quis Gallos, quis aliorum populorum viros doctos pro dignitate ita descripsit, ut vitam primo exponeret, qua & ipsa in parte Antonius perbrevem se præbet plerumque, tum lucubrationes etiam exiguas ordine temporis accurate referret; locum, quo excusa quæque est, idioma, argumentum, magnitudinem, pretiumque, usum & dignitatem operis annotaret? Hui, inquis, nimium est quod postulas! & tamen hoc est scriptorum notitiam profiteri. Auctores ordine litterarum & uniuscujusque scripta recensenda laborem in se suscepit Varro ille Germaniæ Conradus Gesnerus: imitati sunt eum quidam minore longe studio, denique nostra ætate etiam, ne de Lexicis præstantissimis Historicis nunc dicam, præclari viri Kœnigius, Hallervordus & Pandectarum Brandenburgensium scriptor, qui postremus cum infinita congesserit, non potuit digerere singula satis, nec esse in omnibus ad unguem accuratus, dolendum tamen est vehementer, primas duas literas tantum, non totum opus ab illo compositum in lucem exiisse. In his omnibus non scriptores tantum bene multi, scriptave, sed de scriptoribus etiam & scriptis plurima desiderantur, quæ scire lectoris intererat, ut de nævis & hallucinationibus dicere supersedeam. Typographorum nobilium Catalogos monumenta quæ typis suis exscripsere enumerantes habemus sane aliquos in pandectis Gesneri, & separatim quoque excusos, sed qvam paucos illos quam imperfectos, ne dicam jejunos & steriles. Solorum Stephanorum paulo digniorem historiam nuper post Clarissimi Almeloveenii laudatam lucu-

brationem ab erudito Anglo Michaele Mattario compositam tenemus. Secundum argumenta digessit sane scriptores suo tempore idem qvem supra dixi Gesnerus, nostro etiam Lipenius ὁ μακαρίτης utili & commendanda industriâ: sed qvam longe hi aliiqve ejusdem generis libri (extant enim non pauci) remoti sint ab illa plenitudine & accuratione, qvam hic desideramus, intelliget aliqvis si verbi gratia titulum qvo editiones librorum Sacrorum recensent conferat cum elaboratissimo opere Bibliothecæ sacræ, solas Bibliorum editiones, versionesque recensente, quam superiore anno Parisiis edidit V. C. Jacobus le Long Parisinus. Et tamen huic etiam qvas adjungeret, in repetita illius libri eodem anno Lipsiæ editione, sexcentas præclaras observationes in promptu habuit novum Patriæ meæ, sed lucidum sidus Christianus Fridericus Boernerus, Professor humaniorum litterarum in Academia Lipsiensi dignissimus. Qvam multa superiorum industriæ circa scriptores Ecclesiasticos recensendos addidere viri doctissimi Caveus, Ittigius, Tillemontius & Elias du Pin? qvanta in aliis adstruxerunt adstruentqve qvi cum laude in Historia litteraria locupletanda cum maxime desudant (ut nonnullos e Germanis nostris tantum memorem) præstantissimi Viri, Jo. Franciscus Buddeus, Burch. Gothelf. Struvius, Jo. Mollerus, Jac. Fridericus Reimmannus, Carolus Arndius, & pauci quidam alii.

Disciplinarum deniqve & artium omnium, etiam mechanicarum origines, fata, incrementa plene & accurate ecquis unus exponere possit, cum ne unius quidem scientiæ Historiam adhuc meminerim extare, quæ non vel compendiario labore summa tantum rerum persequatur, vel uno solum aut altero capite industriam qualemcumque probans subsistat, gentium plurimarum ætatumqve gesta ne attingat qvidem. Ex qvibus omnibus clarissime elucet, Historiæ litterariæ pulcherrimum qvidem sed tam amplum esse ac spatiosum campum, ut illi emetiendo non unius, sed ne plurium qvidem hominum, eruditissimorum licet & chalcenterorum, ingenia aut calami sufficiant.

Qvorsum vero hæc omnia à me disputantur? non sane eum in finem, ut virorum præstantium qvi hactenus in illustranda Historia sive Civili sive Ecclesiastica, sive naturali, aut litteraria deniqve, hoc præsertim ac superiore seculo non invitis Musis versati sunt, studia & conatus contemnam atqve elevem, qvod est à me alienissimum, qvi veneror eos inprimis & colo, & laboribus eorum uti frui nos posse, vehementer gaudeo, absqve qvorum industria si foret, crassissimis ubiqve cum tenebris ignorantiæ nostræ adhuc esset luctandum. Sed hoc tantummodo cupio, illuc sermo meus omnis collineat, ut lectori velut in tabella ob oculos ponam, qvantum adhuc usqve qvaqve indagandam, expoliendum, perficiendum restet acribus & diligentibus ingeniis, ut ordinata magis, pleniora semper, accuratiora, dilucidiora, certiora, pulchriora omnia, ad posteros transmittantur: & qvantæ sint illis qvi hactenus in tam difficili & non nisi à qvam plurimis per longos temporis tractus perficiendo opere elaborarunt, gratiæ agendæ potius pro iis, qvæ studio suo in lucem feliciter produxerunt, qvam propter ea qvæ adhuc addenda vel expolienda reliqvere, de ipsis conqverendum, nedum insultandum eorum manibus aut meritis. Agnoscent eqvidem facile mecum omnes æqvi judices, à proximo seculo ad præsentem usque ætatem tanta contentione insudasse viros præclarissimos, atqve in his, præfisci ne dixerim, non infimos Germanos nostros, ad historiam omnis generis, litterari-

rariam maxime illustrandam, ut si non perfectam rerum naturæ vel civilium gestorum aut fatorum Ecclesiæ & artium, scriptorumqve notitiam, & omnibus partibus absolutam valuerint nobis exhibere, tamen viam magis magisque ad illam complanaverint, & per membra ac particulas egregie multa explicuerint, de qvibus obscurissimis antea, jam dicere licet *discussa est illa caligo, diluxit, patet, videmus omnia.* Horum exemplo incitari se ut patiantur orandi tanto magis sunt qvi possunt Viri eruditi, ut cum non desit fabro materia, fabri ipsimet deesse materiæ nolint, sed pro suo qvisqve captu & ingenio partem vel novæ vel veteris historiæ novo lumine perfundendam suscipiat, sive primis placeat libera per vacuum vestigia ponere, & avia Pieridum nec ullius ante trita solo loca peragrare, sive ea quæ ab aliis jam sed non satis luculenter & accurate tractata sunt, retractare atque expolire. Ita fiet, ut facies ipsa Historiæ litterariæ atqve adeo corpus pulchrius succique plenius pulatim oculis sese eruditi orbis offerat, & exsurgat, ad ingentem non voluptatem tantum, sed utilitatem qvoqve omnium studiis operantium, qvinimo longe se ipsam supergressa post aliqvot non aristas sed sæculorum decursus sua videns regna tandem admiretur.

Primus LAMBECIUS noster ante hos qvinqvaginta annos corpus Historiæ litterariæ non minus præclaro ausu qvam Plinius naturæ rerum Historiam & complecti animo, & delineare aggressus est, cujus licet partem tantum dedit elaboratam, ita tamen vel ipsa nec plane sterilis illa universi corporis qvam exhibet adumbratio, simulac prodiit in lucem, cepit eruditorum animos, ea qvoqve se commendat utilitate varietateqve rerum scitu dignissimarum, ut mihi persvadeam haud ingratam fore studiosis iteratam hujus editionem libri, in librariis tabernis jampridem neutiqvam obvii, qvam insuper locupletandam censui alio ejusdem Lambecii non minus desiderato volumine, quo *iter* suum *Cellense* descripsit. Subjunxi etiam ALEXANDRI FICHETI, de qvo viro Sotvvellum in Bibliotheca Scriptorum S. J. consulere juvabit, arcanam studiorum Methodum, Locorumqve Communium Ideam, qvi uterqve liber nec ab Historiæ litterariæ comparandæ instituto abludere mihi videbatur, & raro in Bibliothecis occurrit, certe merebatur ob insignem præstantiam recudi inter scriptores Consiliorum de bene instituendis litterarum studiis, qvorum tertium jam Volumen debemus Thomæ Crenio V. C. & tot aliis nominibus bene de litteris promerito. Deniqve habes à me (necdum qvod sciam in lucem editum) Catalogum MSS. Codicum Bibliothecæ locupletissimæ, qvam Florentiæ ad D. Laurentii illa collapsarum per Græciam litterarum Patrona divinitus in Italia excitata Serenissima Medicea domus, velut templum Minervæ consecravit, unde tot jam præclari libri in lucem exierunt, & adhuc qvotidie tanta litteris affulget lux, aditusqve ad illius adyta conceditur doctis, Mystagogo atqve Hierophanta incomparabili, Antonio Magliabechio. Edidit sane Henricus Ernstius, Academiæ Soranæ cum viveret decus insigne, Catalogum hujus Bibliothecæ, Amstelod. typis Joh. Janssonii A. M DC XLI. Sed enim ex pagellis cuilibet pluteo affixis, sine privata Codicum inspectione compositum illum esse, jam observavit H. Meibomius ad Vogleri introductionem in Notitiam librorum pag. 155. Magis etiam mancus est, qvem ad Apparatus sacri calcem Antonius Possevinus edidit. Hic præsens noster qvem e sectione librorum illustris Viri Marquardi Gudii accepi, longe est plenior

nior & accuratior, atqvē auctorem; ut in MSto annotatum video, habet GVILELMUM LANGIUM Profeſſorem poſtea Hafnienſem, de qvo viro docto & aliis ejus ſcriptis operæ pretium eſt adire Clariſſimi Jo. Molleri Hypomnemeta ad Albertum Bartholinum de Danorum ſcriptis. Vale, B. L. & DEO continuante mihi benigniter valetudinem, tria quæ reſtant Bibliothecæ Græca Volumina proxime à me expecta.

IMP.

IMP. CÆS.

LEOPOLDO I.

DIVI FERDINANDI III. F.

AUGUSTO:

PIISSIMO FORTISSIMOQUE PRINCIPI:
VICTORI AC TRIUMPHATORI
INVICTISSIMO:
PATRI PATRIÆ
ET
VIGILANTISSIMO SALUTIS PUBLICÆ CONSERVATORI:
GERMANIÆ, HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ
ET SCLAVONIÆ REGI:
ARCHIDUCI AUSTRIÆ, &c:
PETRUS LAMBECIUS HAMBURGENSIS,
NUMINI MAJESTATIQUE EJUS
DEVOTISSIMUS,

S. D.

AD *sacros pedes tuos, POTENTISSIME IMPERATOR LEOPOLDE, primitias ecce depono vastissimæ illius Historiæ Literariæ, quam partim mente tantùm adhuc concepi, partim primâ manu elaborare jam aggressus sum. Equidem haud me latet, quanti momenti res sit, CÆSARI scriptum aliquod dicare, & stupendo Imperialis Aulæ splendori trepidam objicere Musarum verecundiam; atenim verò uti me consideratio hæc, quo minùs id, quod nunc facio, auderem, deterrere potuit, sic contrà, ne me deterreri paterer, complures non minoris ponderis rationes animum meum confirmarunt. In his meritò principem tribuo locum admirandæ illi clementiæ & benignitati, quam Serenissima Familia, ex quâ oriundus es, & superioribus seculis, & nostro ævo, cùm in omnes mortales, omniaque honesta & Christiano orbi profutura studia, tùm præcipuè in Literas & Literatos exercuit. Quod si exemplis probare vellem, actum, ut ajunt, agerem; utpote qui rem instar meridianæ lucis clarissimam quasi per adulationem inani loquentiâ clariorem reddere anniterer. Loquatur ergo hic pro me ipsum veritatis silentium, & pro innumeris aliunde petitis testimoniis tacita solius conscientiæ tuæ suffragatio, CÆSAR, Tibi sufficiat. Quemadmodum enim vel infimâ plebis fæce certissimum vilissimi ingenii indicium censetur, in os laudari velle, & vana virtutum suarum commemoratione delectari, ita minimè est dubium, quin cognatio ea, quæ Imperatoriæ inter homines Majestati cum DEO, æterno omnium rerum Imperatore, est, nulla ex re alia magis eluceat, quam odio affectatæ assentationis, & amore erga sinceram simplicitatem, minimèque fucatum alloquium. Accipe igitur,*

*** *SACRA-*

SACRATISSIME IMPERATOR, literarium hoc munusculum eo vultu, quo arduorum conatuum, qui utilitatis publicæ causa suscipiuntur, qualiacunque primordia ab æquis censoribus excipi solent, nec tam, quid in proposito hoc opere jam à me præstitum sit, intuere, quam quid sub augustissimo patrocinio tuo, si me illo dignari velis, posthac præstari possit, quantasque gratias, incorrupta præteritarum rerum Judex, Posteritas eo nomine Tibi æternum & debitura & actura sit, considera. Ego vero DEUM OPT. MAX., cujus Omnipotentia Sacram Imperii Romani Monarchiam in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit, publica voce obtestor atque precor, ut cum universam AUSTRIACAM DOMUM, tanquam validissimum Germaniæ nostræ & totius Christiani orbis adversus barbaras gentes propugnaculum, tum præcipue Tuam, INVICTISSIME PRINCEPS, Majestatem, custodiat, servet, protegat, omniumque rerum Tibi successum plus quam ex voto præbeat felicissimum. Dabam Hamburgi VI *Id. Octob. A. Æ. C.* CIↃ IↃC LIX.

SUA
QUEMQUE SORS
MANET.

PETRI

PETRI LAMBECII
PROLEGOMENA
AD CANDIDUM LECTOREM.

ORsurus Historiam Literariam, satisprævideo CANDIDE LECTOR, laborem hunc meum non periculosum minus & malignis liventium Zoilorum dentibus obnoxium, quam prolixum fore & difficilem. Res ipsa igitur postulat, ut, priusquam ulterius progrediaris, hic in limine paululum te morer, &, quantum per angustias temporis, catenatamque publicarum ac privatarum occupationum molem licet, cum propositi mei rationem reddam, tum vel maxime temerario rigidorum Censorum occurram judicio. Jam primum ergo persuasissimum habeas velim, quicquid hoc est conaminis, cujus primum nunc tibi exhibeo specimen, non nisi à pura proficisci voluntate bene merendi de cupida solidæ eruditionis juventute, & præstandi aliis, quod ipsemet olim anxie desideravi & etiam nunc desidero. Cum enim inde ab ineunte ætate occulto quodam Genii mei ductu & instigatione antiquitatem summo amore & reverentia semper fuerim prosecutus, ideoque vetustissimos quosque Autores, veluti scaturigines ac fontes, recentioribus Scriptoribus, tanquam aliunde derivatis rivulis, longe præferendos esse crediderim, contigit, ut, quo magis mihi tempus veritatem hujus opinionis detegeret, & quo majorem ex ea fructum in dies perciperem, pari incremento ingens me invaderet cupido noscendi, per quos homines, quibusque temporibus & qua successione Res literaria vel fundata, vel aucta, vel instaurata esset, ac inter tam frequentes diversarum gentium transmigrationes, adeoque varias humani generis calamitates, ita, uti nunc se habet, ad nostrum usque ævum pervenisset. Ex hac autem investigatione aliud porro supra spem maximum mihi provenit commodum, nempe ut cum nominibus & ætate veterum recentiumque Autorum simul etiam multiplicem plurimarum rerum, quæ ab iis tractatæ essent, notitiam mihi compararem. Hinc demum fiebat, ut si quo de argumento agendum esset, non tantum non deessent probatissimi Scriptores, quos consulerem, verum etiam de autoritate eorum, quatenus respectu temporis aliarumque inde dependentium circumstantiarum ratione alterum alteri oporteret præferri, indies mihi magis atque magis constaret. Compilabant interim alii cum dispendio optimæ ætatis & chartæ ex recentissimis quibuscunque autoribus quos nescio Locos Communes, quibus cum ad rem perventum esset, vel omnino uti non poterant, vel saltem non idoneè; utpote qui omni sua transcribendi industria hoc tantum profecissent, ut, cum in solide doctorum Virorum scripta inciderent, putarent se in alium terrarum orbem esse delatos. Experiendo itaque edocto, quantum cognitio optimorum autorum ad solidam eruditionem acquirendam conferret, nihil mihi antiquius fuit, statim atque publicam Historiarum Professionem adeptus, aliorum studiis præesse cœpi, quam ut auditoribus meis in publicis privatisque prælectionibus commonstratione istius viæ, qua ipse profecissem, prodesse annitterer. Neque vero obiter duntaxat & desultorie hoc mihi faciendum esse existimavi, sed seriam in animo meo instituens deliberationem,

quærere occœpi; qua ratione universam Historiam Literariam secundum continuam temporum seriem à creatione Mundi usque ad nostram ætatem compendiosâ simul & accurata enarratione possem pertractare. In tota autem hac consultatione difficultas præcipua versabatur circa Autorem, quem explicandum mihi deligerem; quippe cum juxta Gymnasii nostri leges certus, qui explanaretur, contextus necessario requireretur. Offerebant quidem hic se mihi complures tam antiqui, quam recrntes Scriptores quorum alii vitas illustrium virorum unius alicujus nationis, vel ævi, vel professionis consignassent literis, alii vero Indices composuissent librorum ab illis editorum, alii denique alias Historiæ Literariæ partes separatim attigissent, sed, qui totum illud argumentum uno quasi fasciculo summatim comprehendisset, & debitâ ratione elaborâsset, inveniebam neminem. Incidit fortè inter hæc in manus meas *Bibliotheca Chronologica Classicorum Autorum Joannis Jacobi Frisii, Tigurini*, quæ quidem inscriptione suâ aureos mihi pollicebatur montes, adeò ut, quod quæsiveram, certo jam crederem me invenisse; verum ubi opus illud penitus introspexi, pro thesauro, ut ajunt, carbones, & pro virgine cervam repperi. Præterquam enim, quod tota temporum supputatio, qua is ibi utitur, per se vitiosa sit, applicatio insuper Autorum multis locis tam manifeste falsa est, ut (1) *Julius* quidem *Obsequens*, qui de Prodigiis scripsit, & in confinio Seculorum post Æram Christianam quarti & quinti sub Impp. Arcadio & Honorio floruit, integro septem seculorum Prochronismo ad Seculum ante Æ. C. tertium & Ptolemæi Philadelphi tempora referatur: (2) *Cadmus* autem *Milesius* tradatur paulo junior fuisse Orpheo & circa bellum Trojanum floruisse, cum tamen ex Fl. Josepho adversus Apionem certo constet, illum integris sex seculis post bellum Trojanum, & paulo ante Persarum expeditionem in Græciam, vixisse. Consimili errore Orpheo Argonautæ (3) *Pherecydes Atheniensis* tanquam σύγχρονος conjungitur & ad Seculum ante Æ. C. XIII. refertur, cum is revera ad Seculum ante Æ. C. V. & tempora Darii Hystaspidæ pertineat. Adhæc tantum abest, ut spuria, supposititia & ψευδεπίγραφα scripta à veris & genuinis ibi distinguantur, ut in ipso statim operis primordio (4) *libri decem ἀναγνωρίσεων* sive *Recognitionum*, qui sub nomine *S. Clementis I. P P.* extant, pro genuinis citentur, & putidæ *Berosi Anniani* fabulæ de (5) *Samothe Discelta*, (6) *Chamesemo*, (7) *Sabatio Sagâ*, (8) publicis literarum studiis ab *Ingævone* apud Germanos institutis, (9) *Sarrone Celtarum Rege*, & *Dryio* principe Druidarum, pro veris obtrudantur. Hinc igitur haud mirum est eodem loco insulsum illud, quod sub nominibus *duodecim filiorum Jacobi Patriarchæ* extat (10) *Testamentum, ut &* (11) *librum Alchymisticum Mariæ sororis Moysis*, (12) *Orphei Argonautica* (13) *Daretis Phrygii &* (14) *Dictyos Cretensis*, qui nunc extant, de bello Trojano libros, aliaque ejusdem farinæ scripta simpliciter & sine ulla animadversione, tanquam sinceritatis & fidei minime dubiæ, recenseri. Æque intolerabile est in jam memorata Classicorum Autorum Bibliotheca, quod diversi ejusdem nominis Scriptores ubivis fere perperam confunduntur; ut (15) *Pherecydes Lerius* sive *Atheniensis* cum *Pherecyde Syrio*; (16) *Archilochus Parius Poeta* cum *Archilocho Historico*; (17) *Simonides Amorginus*, Jamborum scriptor, cum *Simonide Ceo* Lyrico; (18) *Aristoxenus Selinuntius* poeta cum *Aristoxeno Tarentino*,

Ari-

(1) *Part. 1. ad A. M. 3720 pag. 56.*
(2) *Part. 1. ad A. M. 2750 pag. 7.*
(3) *Part. 1. ad A. M. 2700. pag. 6.*
(4) *Part. 1. ad A. M. 1820 pag. 1.*
(5) *Part. 1. ad A. M. 1800. pag 1.*
(6) *Part. 1. ad A. M 1820. & 2030. pag. 1. & 2.*
(7) *Part. 1. ad A. M. 1970 pag. 2.*
(8 & 9) *Part. 1. ad A. M 2010 pag. 2.*
(10) *Part. 1. ad A. M. 2330 pag. 3.*
(11) *Part. 1. ad A M 2460. pag. 4.*
(12) *Part. 1. ad A. M. 2700. pap. 6.*
(13 & 14) *Part 1. ad A M. 2800. pag. 7.*
(15) *Part. 1. ad A. M. 2700 pag. 6. & ad A M 3430 pag. 21.*
(16. 17. 18) *Part. 1. ad A. M. 3300. pag. 12. 13.*

Ariſtotelis diſcipulo; (1) *Alcæus Mitylenæus* poeta Lyricus, cum *Alcæo Comico*, qui temporibus Philippi patris Alexandri M. floruit; (2) *Ariſtarchus Tegeates*, Poeta Tragicus, cum *Ariſtarcho Samio* Aſtronomo; (3) *Euclides Megarenſis*, diſcipulus Socratis, cum *Euclide Mathematico*; (4) *Crates* poeta Comicus cum *Cratete* Athenienſi Philoſopho Academico, diſcipulo Polemonis & præceptore Arceſilai, fundatoris Academiæ novæ; (5) *Hecatæus Abderita* cum *Hecatæo Mileſio*, qui integris tribus ſeculis eſt antiquior & ſub Cyro atque Cambyſe floruit; (6) S. *Hegeſippus*, SS. Apoſtolorum temporibus proximus, qui ſcripſit græce (7) libros quinq; *Actuum Eccleſiaſticorum*, cum multo recentiori & ſine controverſia ſuppoſititio *Hegeſippo*, ſub cujus nomine extant libri quinque *Hiſtoriæ rerum Iudaicarum* a principatu Maccabæorum uſque ad deſtructionem Urbis Hieroſolymitanæ per Titum Imp. Veſpaſiani filium; (8) *Nilus*, Epiſcopus Ægypti & Martyr, cujus Euſebius Hiſt. Eccl. lib. 8. cap. 22. meminit, cum S. Nilo, S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulo, & ex Præfecto Urbis Conſtantinopolitanæ monacho primum, ac dein Abbate; (9) *Sophronius*, qui librum S. Hieronymi de Scriptoribus Eccleſiaſticis græce transtulit, cum *Sophronio* paraphraſte Græco Ariſtotelis; (10) *Eutropius presbyter*, S. Auguſtini diſcipulus, cum *Eutropio Sophiſta*, qui ſcripſit Breviarium Rerum Romanarum libris decem; (11) S. *Vigilius*, Epiſcopus Tridentinus & Martyr, cujus Gennadius cap. 37. meminit, cum *Vigilio*, cujus extant libri quinque contra Neſtorium & Eutychen; (12) *S. Brigida Scota*, quæ A. Æ. C. 521. in Hibernia obiit, cum *S. Brigitta*, ſeu potius *Birgitta, Sueca*, quæ Volumen Revelationum ſcripſit, & obiit A. Æ. C. 1373. (13) *Imp Conſtantinus Pogonatus*, qui cœpit imperare A. Æ. C. 668. cum *Imp. Conſtantino Porphyrogenneto*, Imp. Leonis Sapientis filio, qui cœpit imperare A. Æ. C. 912; (14) *Amalarius, Metenſis Eccleſiæ Diaconus*, cum *Amalario Fortunato, Archiepiſcopo Trevirenſi*; ac demum (15) *Guntherus Monachus Elvonenſis*, qui ſcripſit paſſionem S. Cyriaci, cum *Gunthero poeta*, qui *Ligurinum* ſive libros decem de rebus geſtis Imp. Friderici Æno Barbi ſive Barbaroſſæ compoſuit. His igitur aliisque innumeris erroribus etiamſi *Bibliotheca Friſiana* ſcateret, ideoque emendatio ejus non minus moleſtiæ & laboris, quam *Augiani* cujusdam *ſtabuli* purgatio, requireret, cum aliud tamen non ſuppeteret propoſiti argumenti commodius compendium, Catone hoc contentus eſſe, & moleſtiſſimum onus ſubire malui, quam videri laboris impatientia utiliſſimo conſilio deſtitiſſe. Aggreſſo inde rem ipſam, prima mihi cura fuit ut ſumptibus meis jam dictæ *Bibliothecæ* centum imprimerentur exemplaria, ne ſtudioſi juvenes, qui vel tunc temporis, vel deinceps explicationi ejus intereſſe vellent, ſua manu eam deſcribere cogerentur. In adornanda autem hac editione primum & antiquiſſimum ſecutus ſum exemplar, quod ipſius Friſii cura Tiguri typis Froſchoverianis A. Æ. C. 1592. in lucem prodiit: nec ullam novandi licentiam mihi arrogavi, præterquam quod reſpectu temporis ante & poſt initium vulgaris Æræ Chriſtianæ in duas illam diviſerim partes, & ſcriptores Eccleſiaſticos, qui ſeorſum collocati erant, aſteriſcis notatos, Catalogo autorum profanorum ſuis locis inſeruerim. Cætera omnia, quæ corrigenda aut monenda erant, Collegiis duobus, eo nomine privatim inſtituendis, reſervanda eſſe cenſui. Horum primum, in quo *Pars prior* explicabatur, quodque novendecim conſtabat auditoribus, duravit à d. 17. Martii A. Æ. C. 1656. usque ad d. 3. Septembris; alterum vero, in quo

(1) *Part. 1. ad A. M. 3360 Pag. 14. 15.*

(2) *Part. 1. ad A. M. 3510. pag 28.*

(3) *Part 1 ad A M. 3540. pag. 33.*

(4. 5.) *Part. 1. ad A. M. 3650. pag. 49 50.*

(6) *Part. 2. A. C. 160. pag. 20.*

(7) *Notabile ex iis deſumptum fragmentum extat apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap 22.*

(8) *Part. 2. ad A. C. 300. pag. 34.*

(9) *Part. 2. ad A. C. 390. pag. 48. & ad A. C. 450. pag. 59.*

(10) *Part. 2. ad A. C. 430. pag. 54. 55.*

(11) *Part. 2. ad A. C. 480. pag. 62*

(12) *Part. 2. ad A. C. 520. pag. 67.*

(13) *Part. 2. ad A. C. 670 pag. 78.*

(14) *Part. 2. ad A. C. 780. pag. 84*

(15) *Part. 2. ad A. C. 1100. pag. 105, & ad A. C. 1150. pag. 110, ubi* Guntherus *perperam* Ligurinus *appellatur. Nomen enim hoc poematis, non poetæ eſt.*

Pars secunda exponebatur, quodque viginti quatuor constabat auditoribus, inchoatum d. 10. Septembris A. Æ. C. 1656, & d. 11. Martii A. Æ. C. 1657. feliciter fuit absolutum. In utroque hunc servavi ordinem. Orsus sum à succincta enarratione *duarum Tabularum Chronographiæ universalis*, quas in Calce primi hujus Tomi Prodromi Historiæ Literatiæ cum exigua præfatione invenies; cumque ex iis generalem aliquam ideam percepissent connexionis omnium Seculorum, quatenus respectu vulgaris Æræ Christianæ vel ascendendo versus creationem Mundi, vel descendendo versus nostram ætatem supputantur, transii deinceps ad explanationem ipsius contextus Frisiani, eamque summa diligentia & incredibili labore ita pertractavi, ut non tantum pro vitiosâ temporum supputatione probam substituerem, autores, qui ibi recensentur, ad verum ætatis ipsorum tempus revocarem, supposititia & falsa distinguerem à genuinis, & multa, quæ perperam omissa erant adderem: verum etiam ut ipsa veterum recentiorumque autorum, de quibus agebatur, scripta auditoribus meis exhiberem, & quænam cujusque optima editio, quis optimus interpres aut commentator, & quodnam de eo in utramque partem doctorum virorum esset judicium, indicarem. Adhæc libros, quos ostenderam, deditâ operâ post prælectionem in eo, ubi Collegii conventus habebatur, conclavi, per aliquot horas reliqui, ut, si qui diligentiores esse & rarissima solidæ eruditionis comparandæ occasione vellent uti, titulos optimarum editionum describerent, & præstantissimos cujuscunque facultatis & scientiæ Scriptores pro lubitu perlustrarent. Dum igitur hac ratione officio meo satisfacere pro virili parte annitor, simul evenit, ut ingentem illam variarum rerum ad Historiam Literariam pertinentium molem, quam superioribus annis in Belgio, Gallia atque Italia paulatim collegeram, in qualemcunque ordinem redigere & elaborare inciperem. Quoniam enim solam unius duntaxat professionis, vel ætatis, vel gentis Scriptorum illustrium Historiam, utcunque literis consignatam, maximo semper applausu exceptam esse intelligebam, non absurde hinc colligi posse arbitrabar, si quis justum Historiæ Literariæ corpus, hoc est, omnium divinarum atque humanarum rerum notitiæ Systema, componere aggrederetur qualemcunque tanti conaminis successum apud gratam posteritatem impetraturum veniam. Qua spe & fiducia confirmatus, cum ad tam utile opus animum serio appulissem, & inter has cogitationes explicationi *Bibliothecæ Frisianæ* finis esset impositus, recte atque ordine me facturum credidi, si recensioni successionis illustrium Scriptorum Historiam originis, incrementi, naturæ & constitutionis omnium Facultatum, Scientiarum & Artium subjungerem. Itaque *Polydori Vergilii de rerum inventoribus libros octo* explicandos mihi delegi, quorum *duos priores* à d. 8. Augusti A. Æ. C. 1657. usque ad d. 31. Octobris, *tertium & quartum* à d. 7. Novembris A. Æ. C. 1657. usque ad. d. 13. Februarii A. Æ. C. 1658, *quatuor* autem *posteriores* à d. 27. Februarii A. Æ. C. 1658. usque ad d. 8. Maij, tribus satis frequentibus Collegiis privatis exposui. Eadem intentione in publico etiam Auditorio *Diogenis Laertii libros decem de Vitis, dogmatibus & apophthegmatibus illustrium veteris Græciæ Philosophorum* à die 12. Augusti A. Æ. C. 1658 utque ad d. 22. Novembris explicavi: nec alia fine hoc ipso anno, d. 3. Maij, publice prælegere aggressus sum *Jacobi Middendorpii libros octo de celebribus universi terrarum orbis Academiis*, quorum expositioni etiam nunc immoror. Et hactenus quidem, CANDIDE LECTOR, candide tibi exposui, qua potissimum causâ & qua occasione impulsus, Historiam Literariam conscribere ausus sim: superest, ut quem in ea elaboranda ordinem ac modum partim jam sim secutus, partim vero deinceps sequi constituerim, paucis adjiciam. Jamprimum igitur sic habeto, universum hoc Opus, quod Prodromum Historiæ Literariæ inscripsi, in *triginta octo* libros divisum esse, ex quibus Primum duntaxat & Secundi quatuor Capita priora nunc tibi exhibeo. Etenim quod illis evenire solet, qui novarum regiouum investigandarum gratia per vasta & incognita maria incertum pariter ac intentatum iter suscipiunt, idem omnino mihi in novo hoc cœpto accidit. Quippe plenus bonæ spei & lætus fiducia felicis successus è portu cum solvissem, certo credebam, si conceptam animo designationem, tanquam generalem aliquam hydrographicam tabulam sequerer, fore, ut exiguo temporis spatio desiderii mei contingerem metam, & omnes *triginta octo* Prodromi Historiæ Literariæ libros conjunctim absolverem. Verum enim vero posteaquam, relicta littoris ora, in altum provectus, longiori semper intervallo à cognita discessi terra, graviorem indies expertus sum propositi itineris molestiam & difficultatem, quam inexpertus cogitando præsumpseram. Crescebat nempe opus sub manu in immodicum, & quod una alterave paragrapho comprehendi posse existimaveram, non integrum modo caput, sed librum peculiarem sentiebam requirere. Accedebant huc tempestates invidæ fortunæ, quæ me in proposito cursu vel turbarent non mediocriter, vel inevitabili quadam violentia ab instituta via abriperent. Prævidebam insuper commeatum haud suffecturum, nec privatis sumptibus absolvi posse navigationem, quæ plusquam Regio indigeret patrocinio. Quare cum in elaboratione libri secundi pervenissem usque ad Argonautarum Expeditionem in Colchidem, arbitratus sum, neminem mihi vitio daturum, si cum illis aliquantulum descenderem in terram, & defatigatas vires brevi quiete paululum reficerem. Cæterum, quæcunque inpræsens tam libro primo, quam libri secundi quatuor prioribus capitibus imperfecta & prima tantum manu edolata exhibentur, ea, volente Deo, si quando à Prodromo ad justam Historiam Literariam perventum fuerit, summa cura reddentur incudi, & nova quadam facie secundum repræsentabuntur. Idem velim multo etiam magis dictum existimetur de Sciagraphiis posteriorum triginta duorum Capitum libri secundi; utpote quæ non semel tantum, sed duplici cura elaborandæ sint, priusquam in formam integrorum librorum redigantur. Dum hæc scribo, CANDIDE LECTOR, singularis aliqua supervenit causa, quæ me impedit, quo minus inchoatam dissertationem de Historiæ Literariæ conscribendæ ratione nunc continuem. Excusatum itaque me habeas rogo, & quod impræsentiarum differre cogor, certo à me expectes, cum primum Deus mihi majus pertexendi hujus operis otium concesserit. Vale. Dabam Hamburgi VII. Kal. Novembr. A. Æ. C CIↃ IↃC LIX. Ætat. XXXII, Professorii Muneris VIII.

L. TANTA CIRCA NOS. II. § SI QUID AUTEM. XIV. C DE VET. JUR. ENUCL.
OMNIUM HABERE MEMORIAM, ET PENITUS IN NULLO PECCARE, DIVINITATIS MAGIS, QUAM MORTALITATIS EST.

FRAN-

FRANCISCI BACONI, BARONIS DE VERULAMIO

Notabilis de Historia Literaria locus, qui extat libri secundi de Augmentis Scientiarum Capite quarto.

HIstoriam Civilem *in tres species rectè dividi putamus: Primò* Sacram *sive* Ecclesiasticam*: deinde eam, quæ generis nomen retinet*, Civilem*: postremò* Literarum & Artium. *Ordiemur autem ab ea Specie, quàm postremò posuimus, quia reliquæ duæ habentur, illam autem inter* Desiderata *referre visum est. Ea est* Historia Literarum. *Atque certe Historia Mundi, si hac parte fuerit destituta, non absimilis censeri possit* Statuæ Polyphemi, *eruto oculo; cum ea pars imaginis desit, quæ ingenium & indolem Personæ maximè referat. Hanc licet desiderari statuamus, nos nihilominus minime fugit, in Scientiis particularibus Jureconsultorum, Mathematicorum. Rhetorum, Philosophorum, haberi levem aliquam mentionem, aut narrationes quasdam jejunas, de Sectis, Scholis, Libris, Auctoribus, & Successionibus hujusmodi Scientiarum: Inveniri etiam de Rerum & Artium Inventoribus, tractatus aliquos exiles, & infructuosos; attamen justam atque universalem* Literarum Historiam *nullam adhuc editam as serimus. Ejus itaque & Argumentum, & conficiendi Modum, & usum proponemus.* Argumentum *non aliud est, quam ut ex omni Memoria repetatur, quæ doctrinæ & Artes, quibus mundi ætatibus, & regionibus floruerint. Earum antiquitates, progressus, etiam peragrationes, per diversas Orbis partes (migrant enim scientiæ, non secus ac populi) rursus declinationes, instaurationes commemorentur. Observetur simul per singulas artes, inventionis occasio & origo: tradendi mos & disciplina; colendi & exercendi ratio & instituta. Adjiciantur etiam Sectæ, & Controversiæ maxime celebres, quæ homines doctos tenuerunt; calumniæ, quibus patuerunt; Laudes & honores quibus decoratæ sunt. Notentur Auctores præcipui, libri præstantiores, Scholæ, Successiones, Academiæ, Societates, Collegia, Ordines, denique omnia, quæ ad Statum Literarum spectant. Ante omnia etiam id agi volumus (quod Civilis Historiæ decus est, & quasi anima) ut cum eventis causæ copulentur; videlicet, ut memorentur Naturæ regionum ac populorum; Indolesque apta & habilis, aut inepta & inhabilis ad disciplinas diversas. Accidentia temporum, quæ Scientiis adversa fuerint aut propitia; Zeli & mixturæ Religionum; Malitiæ & favores Legum; Virtutes denique insignes, & efficacia quorumdam virorum, erga literas promovendas, & similia. At hæc omnia ita tractari præcipimus, ut non Criticorum more, in laude & censura tempus teratur; sed plane historice res ipsæ narrentur, judicium parcius interponatur.* De Modo *autem hujusmodi Historiæ conficiendi, illud inprimis monemus: ut materia & copia ejus, non tantum ab historiis, & Criticis petatur, verum etiam singulas annorum Centurias, aut etiam minora intervalla, seriatim, (ab ultima antiquitate facto principio) libri præcipui, qui eo temporis spatio conscripti sunt, in consilium adhibeantur; ut ex eorum non perlectione (id enim infinitum quiddam esset) sed degustatione & observatione Argumenti, Stili, Methodi, Genius temporis literarius, veluti incantatione quadam a mortuis evocetur. Quod ad* Usum *attinet, hæc eo spectant; non ut honor Literarum, & pompa, per tot circumfusas imagines celebretur; nec quia, pro flagrantissimo, quo literas prosequimur, amore, omnia quæ ad harum statum quoquo modo pertinent, usque ad curiositatem inquirere, & scire, & conservare avemus: sed præcipue ob causam magis seriam & gravem: Ea est (ut verbo dicamus) quoniam per talem, qualem descripsimus, Narrationem, ad Virorum doctorum, in Doctrinæ usu & administratione, prudentiam & solertiam, maximam accessionem fieri posse existimamus: & rerum intellectualium, non minus quam Civilium motus, & perturbationes, vitiaq; & virtutes, notari posse, & Regimen inde optimum educi & institui. Neque enim B. Augustini aut B. Ambrosii opera, ad prudentiam Episcopi, aut Theologi, tantum facere posse putamus, quantum si Ecclesiastica Historia diligenter inspiciatur, & revolvatur. Quod & Viris doctis, ex* Historia Literarum *obventurum non dubitamus. Casum enim omnino recipit, & temeritati exponitur, quod exemplis & memoria rerum non fulcitur. Atque de* Historia Literaria, *hæc dicta sint.*

Secun-

Secundus ad eandem materiam pertinens Locus,

qui extat apud

CHRISTOPHORUM MYLÆUM

in fine Libri quarti de ſcribenda Univerſitatis rerum Hiſtoria.

D*iligentius mihi in hanc partem (* Hiſtoriæ Univerſitatis rerum, *quam ab ipſa literarum tractatione* Literariam *appellandam eſſe ducimus) intuenti, multum ad literas felicius tractandas referre videtur, cognitum habere & perſpectum, à quibus per tam multas ætates ſtudia doctrinarum omnium excitata ſunt, & per quos ad hanc noſtram uſque memoriam progreſſa. Itaque cum multi ſuperioribus ſeculis res principatuum magnis voluminibus à primordiis repetierint, grave illud exiſtimavi, neminem, qui in univerſum de claris & eruditis temporibus ſcriberet, auditum mihi, & cognitum, unde diverſarum gentium in literis amplificandis progreſſiones uno ex loco nominatim perterentur. Nam quæ in hoc genere diligenter, copioſe, accuratè que à plurimis ſunt ſcripta, enumerationem continent eorum qui ex Grammaticis, Hiſtoricis, Poetis, Oratoribus, & Philoſophis, Medicis etiam, atque Jureconſultis, atque Theologis excelluerint: idque nonnunquam unius gentis aut profeſſionis, ſeparata tractatione ſcriptores aliquot deligentes, faciunt. Sed ex his æſtimari ſatis non poteſt judicium illud ſeculorum omnium, niſi eadem ex diſperſis varie membris, in unum quaſi corpus, ſervato rerum atque temporum ordine, colligentur.*

Tertius ejusdem Argumenti inſignis Locus,

qui extat apud incomparabilem Virum

GERARDUM JOANNEM VOSSIUM

Libri doctiſſimi de Philologia Capite XIV. §. VIII. IX. X.

H*iſtoria* Literaria *ſive* Scholaſtica, *eſt de viris doctis, eorum ſcriptis, & ſcientiarum incrementis. Item de artium inventoribus, earumque progreſſu. Qua in hiſtoria cæteris præivit* Xenophon. *Nam ἱστορίαν φιλοσόφων πρῶτος ἔγραψε, ut in vita ejus Laertius monet atque ex eo Suidas, Ξενοφῶν* * *Γρύλλου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος Σωκρατικὸς, ὃς πρῶτος ἔγραψε βίους φιλοσόφων. Quod opus utinam exſtaret. Niſi hoc ſolum voluere, ſcribendo de vita, ac morte Socratis, præiſſe omnibus, qui in ſcholaſtica hiſtoria ſe occuparunt. Quales poſtea* Sotion *in libris Διαδοχῆς,* ** *& alii, qui non exſtant. Ex Hiſtoricis iis, qui ſuperſunt, hac de parte habemus* Laertium, Philoſtratum, Eunapium, Heſychium illuſtrem, Suidam: *atque è latinis* Ciceronem de claris Oratoribus, & Suetonium de illuſtribus Grammaticis, ac Rhetoribus, *& aliquot poetis. Prope etiam omnes huc pertinent eorum, qui de illuſtribus Eccleſiæ viris ſcripſere: ut fecerunt* B. Hieronymus, Gennadius Maſſilienſis, Iſidorus Hiſpalenſis, Hildephonſus Toletanus, Sigebertus, Honorius Auguſtodunenſis, *&* Henricus de Gandavo. *Ejunioribus huc refer* Polydorum Virgilium *&* Lilium Gyraldum *de poetis: quæque de* Rhetoribus antiquis, *ac imprimis de* Hiſtoricis Latinis, *&* Græcis, *imò &* poetis, *ſcripſimus. Etiam inter Eccleſiaſticos ſcriptores multi huc pertinent. Vide bibliothecam* Trithemii, *ac* Simleri. *Item varios de vitis* Theologorum, Juriſconſultorum, *ac* Medicorum.

*Xenophon. *Grylli filius, Athenienſis, philoſophus, Socraticus; qui primus ſcripſit vitas philoſophorum.*

** *Succeſſionis.*

Inſuper conſulenda eſt

REINERI REINECCII

Methodus legendi cognoſcendique Hiſtoriam tam ſacram, quam profanam, ubi peculiaris de Hiſtoria Scholaſtica extat diſſertatio, quæ ob prolixitatem ſuam hic non poteſt inſeri.

SOCRATES

APUD XENOPHONTEM LIBRO II.

ἈΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΩΝ:

ΟΥ ΠΑΝΥ ΓΕ ῬΑΔΙΟΝ ἘΣΤΙΝ ΕΥΡΕΙΝ ἘΡΓΟΝ, ἘΦ' ὯΙ ΟΥΚ ἈΝ ΤΙΣ ΑἸΤΙΑΝ ἘΧΟΙ· ΧΑΛΕΠΟΝ ΓΑΡ ΟΥΤΩ ΤΙ ΠΟΙΗΣΑΙ, ὩΣΤΕ ΜΗΔΕΝ ἉΜΑΡΤΕΙΝ· ΧΑΛΕΠΟΝ ΔΕ ΚΑΙ ἈΝΑΜΑΡΤΗΤΩΣ ΤΙ ΠΟΙΗΣΑΝΤΑ ΜΗ ἈΓΝΩΜΟΝΙ ΚΡΙΤῌ ΠΕΡΙΤΥΧΕΙΝ.

Hoc eſt:

VIX, AUT NE VIX QUIDEM ULLUM REPERIRI POTEST OPUS, IN QUO NON ALIQUID CULPETUR. UT ENIM OMNINO PERFECTE ET SINE ERRATO QUIDQUAM FACERE DIFFICILE EST, SIC CONTRA QUOQUE, ETIAMSI QUID RECTE FACTUM FUERIT, DIFFICILE EST, IN IMPERITUM PARITER AC INIQUUM NON INCIDERE JUDICEM.

PETRI LAMBECII HAMBURGENSIS,

LIBER PRIMUS

PRODROMI HISTORIÆ LITERARIÆ,

Tempora complectens

à creatione Mundi usqve ad Moysen, omnium tam sacrorum, qvam profanorum Scriptorum antiqvißimum.

CAP. I.

De divisione temporis ante initium vulgaris Æræ Christianæ in secula.

I. OMne illud tempus, qvod initium vulgaris Æræ Christianæ anteceßit, in *triginta novem* divisum est *secula cum dimidio minus novem mensibus & viginti qvinqve diebus*; nempe à vespera diem XXVI. Octobris Juliani præcedente, qva Deus in principio rudem indigestamqve cœli & terræ molem ex nihilo creavit, usqve ad Kalendas Januarii anni Mundi 3950. unde annorum vulgaris Æræ Christianæ series deducitur.

II. Seqvor enim hic supputationem doctisſimi diligentisſimiqve Chronologi Sethi Calvisii, qvi licet in proœmio Isagoges Chronologicæ promittat, se in contexendo opere Chronologico rationem temporum ab incomparabili Heroe Josepho Scaligero invictis argumentis demonstratam seqvi velle, statim in principio tamen non leviter ab ipso dissentit. Scaliger enim libro qvinto admirandi operis de Emendatione temporum pag. 369. asserit, diem XXVI. Octobris fuisse primum post magnum illud Sabbathum, in qvo DEUS reqvievit ab opere Hexaemeri, ita ut principium creationis omnium rerum in vesperam diem XIX. Octobris Juliani præcedentem inciderit. Qvam Scaligeri opinionem etiam Ubbo Emmius in Canone Chronico seqvitur. At Calvisius, vel ab ipso Scaligero adhuc superstite, (ut V. Cl. Reinholdus Franckenbergerus in dissertatione Chronologica pro Chronologiæ Scaligerianæ veritate verisimillime judicat) vel proprio, eoqve meliore Marte adductus, initium temporis & creationis Mundi incidisse statuit in vesperam diem XXVI. Octobris præcedentem, ita ut primus dies post primum Sabbathum à vespera diem secundum Novembris præcedentem cœperit. Vide ipsum Calvisium in principio magni Operis Chronologici & capite 34. Isagoges Chronologicæ, ubi de tempore Mundi conditi prolixe agit & mundum non verno tempore, sed principio autumni creatum multis & iis qvidem satis validis argumentis comprobat. Adde si lubet, de eodem argumento in utramqve partem differentes Benedictum Pererium Comment. in Genesin Tom. I. lib. 1. qvæst. an. Mundus

 tem-

tempore verno fuerit conditus? & Nicolaum Abramum Sacr. Qvæstion. lib. I. cujus inscriptio Hexaemeron.

III. Verumenimvero ut Calvisius à Scaligero & Ubbone Emmio de prima die primi anni à creatione Mundi dissentit, sic contra recte cum illis affirmat, creationem Mundi incidisse in annum periodi Julianæ 764. annis 3949. ante vulgarem Æram Christianam; charactere Solis V. Lunæ IV. Indictionis XIV. Si qvis igitur datos annos Mundi, qvorum deinceps in hoc Prodromo Historiæ Literariæ mentio fiet, ad annos Periodi Julianæ redigere velit, is addat anno Mundi dato annos 764. nam, qvi prodibit numerus, annus erit dictæ periodi. Vide Scalig. de Emend. tempor. lib. 5. pag. 369. Ubbon. Emm. ad an. 764. Periodi Julian. in Canon. Chron. & Calvis. Isagog. Chronolog.

IV. Hoc autem propterea inprimis monui, qvia primus conditi Mundi annus à R.P. Dionysio Petavio ad annum Periodi Julianæ 730. & ab aliis Chronologis pro diversitate opinionum ad alios ejusdem Periodi annos refertur. Qva de re vide ipsum Petavium Rationar. tempor. part. 2. lib. 2. cap. I. & Joan. Henric. Alstedium Thesaur. Chronolog. tit. I. de fundamentis Chronologiæ, §. 24.

V. Cæterum ex triginta novem seculis cum dimidio minus novem mensibus & viginti qvinqve diebus, in qvæ supra dixi omne tempus, qvod initium vulgaris Æræ Christianæ antecessit, divisum esse, primum numeratur, qvod dictam Epocham Christianam proxime antecedit; qvadragesimum vero & ultimum, in cujus annum qvinqvagesimum creatio Mundi incidit.

VI. Simili ratione cujusqve seculi priorem partem dimidiam eam voco, qvæ initium vulgaris Æræ Christianæ respicit, posteriorem autem, qvæ originem Mundi spectat.

VII. Qvem qvidem supputandi modum præ aliis omnibus, ut maxime commodum, perspicuum & stabilem elegi, qvoniam, teste Petavio Ration. tempor. part. 2. lib. I. cap. 15. inter omnes doctos constat, Æram Christianam vulgarem cœpisse Kalendis Januarii anni Periodi Julianæ 4714. In hoc igitur anno, tanqvam in apice qvodam atqve fastigio, omnia & ante & post initium vulgaris Æ. C. secula conjunguntur; ita ut illa qvidem ascendendo versus creationem Mundi, hæc vero descendendo versus nostram ætatem numerentur, ut patet ex Schemate è regione collocato, qvod * sive Asterisco notatum est. *


Cap. II.

De origine generis humani & prima inventione literarum Hebræarum.

I. NUllos ante Adamum fuisse homines tam pie à Christianis creditur, qvam absqve controversia impie qvis nescio Atheus absurdam fabulam de *Præadamitis*, sive primis hominibus ante Adamum conditis, publico scripto nuper in lucem proferre, & testimoniis sacræ Scripturæ ad tuendum ipsi è diametro repugnans dogma abuti ausus est. Qvam qvidem hominis misere ingeniosi insaniam, igne potius, qvam argumentis coercendam, complures doctissimi Viri tam solidis & copiosis refutationibus jamdudum represserunt, ut si vel unicum ea de re hic addidero verbum, actum agere videar.

II. Cum igitur nullos ante Adamum homines fuisse certo constet, merito ut futiles & fabulosas ridemus & rejicimus Chaldæorum, Ægyptiorum, Indorum & Sinensium monstrosas temporum supputationes, qvæ creationem mundi, per Moysen instinctu Spiritus Sancti in sacra Scriptura nobis revelatam, multis annorum

INITIUM ÆRÆ CHRISTIANÆ VULGARIS,
qvod incidit in Calendas Januarii anni Periodi Julianæ 4714.



rum myriadibus transgrediuntur. De Chaldæis enim à Diodoro Siculo Biblioth. Hiſtor. lib. 5. memoriæ proditum eſt, eos ab illo tempore, qvo ſidera obſervare & Hiſtoriæ naturali operam dare cœperunt, usqve ad expeditionem Alexandri M. in Aſiam, qvæ revera cœpit A. M. ſecundum Calviſium 3616. falſo numeraſſe annorum *qvadraginta ſeptem myriadas & tres chiliadas*, hoc eſt, qvadringenta & ſeptuaginta tria millia. Ipſa Diodori verba, qvæ pag. 118. edit. Laurentii Rhodomanni extant, hæc ſunt: *περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἐτῶν, ἐν οἷς φασὶ τὴν θεωρίαν τῶν κατὰ τὸν κόσμον πεποιῆσθαι τὸ σύστημα τῶν Χαλδαίων, οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως πιστεύσειεν. ἐτῶν γὰρ ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα μυριάδας καὶ τρεῖς ἐπὶ ταύταις χιλιάδας εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν γεγονέναι καταριθμοῦσιν, ἀφ' ὅτου τὸ παλαιὸν ἤρξαντο τῶν ἄστρων τὰς παρατηρήσεις ποιεῖσθαι*: h. e. *Annorum numerum, qvibus contemplationi mundi collegium Chaldæorum operam ſe dediſſe affirmat, haud facile qvis crediderit. Nam usqve ad expeditionem Alexandri in Aſiam ſeptem & qvadraginta annorum myriadas & inſuper tres chiliadas numerant, ex qvo ſidera obſervare cœperunt.* Hæc Diodorus de Chaldæis. Idem de Ægyptiis lib. 1. pag. 20. refert, illos à regno Oſiridis & Iſidis in Ægypto usqve ad imperium Alexandri M. numeraſſe annos plus decies mille, vel ſecundum alios paulo minus ter & vicies mille: *εἶναι δὲ*, inqvit, *ἔτη φασὶν ἀπὸ Ὀσίριδος καὶ Ἴσιδος ἕως τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, τοῦ κτίσαντος ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν, πλείω τῶν μυρίων. ὡς δ' ἔνιοι γράφουσι, βραχὺ λείποντα τῶν δισμυρίων καὶ τρισχιλίων.* Huc etiam pertinent, qvæ in Euſebii Pamphili Chronico ex deperditis genuini Mantehonis libris citantur de una & triginta dynaſtiis regni Ægyptiaci, qvæ annis qvinqvies millenis trecentis & qvinqvaginta qvinqve imperaſſe dicuntur. De Indis autem Plinius lib. 6. Hiſt natur cap. 17. ſcribit, *colligi à Libero patre* (ſive Baccho, qvi primus Indiam armis invaſit,) *ad Alexandrum Magnum Reges eorum centum qvinqvaginta qvatuor, annis qvinqvies* (vel *ſexies*, ut in nonnullis Codicibus legitur) *mille qvadringentis duobus cum tribus menſibus.* Sinenſes deniqve tam prodigioſa utuntur ſupputatione à primordiis rerum, ut præſens annus vulgaris Æ. C. 1657. qvi revera ſecundum Calviſium aliosqve probatisſimos Chronologos eſt annus Mundi 5606. ſit in illorum à creatione univerſi Periodo centies octogies qvatermilleſimus ſeptingenteſimus qvinqvageſimus ſeptimus. Hoc enim nos docet Illuſtrisſimus Joſephus Scaliger lib. 1. admirandi operis de emendatione temporum pag. edit. Rover. 19. ubi teſtatur annum Æ. C. 1594. qvo illud opus componebat, fuiſſe juxta Sinenſium ſupputationem à conditu rerum centies octogies qvater milleſimum ſexcenteſimum nonageſimum qvartum. Verumenimvero præterqvam qvod jam memoratæ temporum ſupputationes invicta ſacræ Scripturæ Chronologia manifeſte refelluntur, qvicqvid demum Auctor damnati operis de Præadamitis lib. 3. cap. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. oblatrat, videſis etiam de eorum falſitate non minus vere qvam erudite diſſerentes S. Auguſtinum de Civit. Dei lib. 12. cap 10. Joſeph. Scaliger. in Notis ad Euſeb. Chronicon & lib. 1. de emend. temp. cap. de anno; Voſſ. de Idololatr. lib. 1. cap. 28. & de Hiſtor. græcis lib. 1. cap. 14. Claud. Salmaſ. præfat. operis de annis Climactericis: Bened. Perer. Comment. in Geneſ. c. 1. v. 1. Wilhelm. Lang. de annis Chriſti lib. 2. cap. 6. Ubbon. Emm. in Canone Chronico ad an. 300. Paul. Merul. Coſmograph. part. 1. lib. 1. cap. 8. & complures alios, qvos longum foret recenſere. Id vero vel inprimis hic notandum eſt, præcipuam tanti Parachroniſmi ſive erroris Chronologici occaſionem præbuiſſe brevitatem priſcorum annorum; qvippe qvi apud Ægyptios aliosqve nonnullos populos initio qvidem menſtrui tantum fuere, poſtea vero bimeſtres, trimeſtres, qvadrimeſtres & paulatim plurium etiam menſium eſſe cœperunt. Qva de re conſule Varronem apud Lactantium divin. Inſtit. lib. 2. cap. 13. ut & Diodor. Sicul. lib. 1. Plin. Hiſt. natur. lib. 7. cap. 44. Plutarch. in vita Numæ Pompilii & Cenſorin. de die natali cap. 19. & 20.

III. Cæterum ut ex Scriptura ſacra ſatis clare apparet, primum hominem Adamum in *Aſia* à DEO creatum fuiſſe, eamqve cum poſteris ſuis antediluvianis inha-

inhabitasse, sic inde haud absurde colligi posse videtur, non tantum primitivam veræ Theologiæ, rituumqve sacrorum & rectæ rationis vivendi cognitionem, verum etiam inventionem præcipuarum artium & disciplinarum liberalium primumqve literarum & scripturæ usum illi orbis terrarum parti merito attribuendum esse.

IV. Sane qvod ad primitivam lingvam, qvæ temporibus antediluvianis, & in ipso adeo Paradiso in usu fuit, attinet, nemo, ut opinor, sanæ mentis inficiari ausit, propriam esse hanc gloriam *Hebrææ*, cujus idiomate Vetus Testamentum, ita ut etiam nunc extat, à Moyse & Prophetis conscriptum est. Qva de re vid. S. Augustin. de Civ. Dei lib. 16. cap. 11. & lib. 18. cap. 39. Benedict. Perer. Comment. in Genes. cap. 2. vers. 19. & 20. & in cap. 11. vers. 7. 8. 9. ubi prolixe disputat adversus Theodoretum, qvi antiqvissimam primamqve omnium linguarum Syriacam fuisse censuit. Adde etiam Stephan Menoch. de Rep. Hebræor. lib. 1. cap. 2. qvæst. 14. ut & doctissimum & recordatione haud vulgaris familiaritatis, qvæ mihi cum ipso antehac coram intercessit, carissimum *Samuelem Bochartum* operis abstrusissima simul atqve solidissima eruditione refertissimi de Geographia Sacra Part. 1. lib. 1. cap. 15. ubi Hebraicam lingvam *omnium aliarum lingvarum matricem* esse cum S. Hieronymo rectissimè asserit & argumentis plenissime comprobat.

V. Qvis vero literas Hebraicas eorumqve puncta vocalia primus invenerit, non apud omnes in confesso est. Literarum enim inventionem alii attribuunt Esræ, alii Moysi, alii Abrahamo, alii Noæ, alii Setho, alii ipsi Adamo. De punctis autem, qvæ, ut rectè ait Josephus Scaliger in Diatribe de arte Critica, instar animæ Hebraismi sunt, æqve magna est controversia, dum alii ea ab Adamo, alii à Moyse, alii ab Esra, alii deniqve à Masorethis seu Criticis Hebræorum, qvi secundum Eliam Levitam circa annnum Æ. C. 500. floruerunt, inventa primum esse existimant. Jam si qvis ex me qværit, qvam ipse ex tam variis sententiis maximè probem, primas me judice feret illa, secundum qvam ipsi Adamo cum literarum, tum punctorum prima inventio attribuitur: qvippe qvæ optime conveniat singulari illius sapientiæ, qvam ipsa Scriptura Sacra deprædicat, dum Genes. cap. 2. v. 19. & 20. testatur, ipsum cunctis animantibus terræ & universis volatilibus cœli à DEO ad se adductis nomina cujusqve animalis naturæ congruentia imposuisse. Ad qvem locum vide inprimis Bened. Pererii eruditissimam Disputationem de amplitudine & excellentia scientiæ, qvam Adamus habuit, & qva ratione cunctis post se hominibus fuerit sapientior.

VI. Adamus itaqve à se inventas Hebræorum literas, & eas qvidem perfectas, hoc est, cum punctis vocalibus, filio Setho tradidit, & per hunc reliqvis posteris suis usqve ad Noam, à qvo ad postdiluvianos Patriarchas, in qvorum numero Heber, translata sunt. Is vero duos habuit filios Phalegum & Jectanem; qvorum prior, in cujus nativitatem (sic enim verba, בימיו h. e. *in diebus ejus*, qvæ Genes. cap. 10. v. 25. leguntur, explicant Josephus lib. 1. cap. 7. & S. August. de Civit Dei lib. 16. cap 11.) linguarum incidit confusio, una cum vero veri Dei cultu & lingva primitiva, primitivas etiam literas, qvæ cum hactenus communes omnium hominum fuissent, à patre ipsius Hebrææ denominatæ sunt, retinuit, & per posteros suos, in qvibus etiam Abrahamus, ad Moysen usqve propagavit. Hinc in vigore suo & incorrupto statu permanserunt usqve ad captivitatem Babylonicam, post qvam ut ab Esra instauratæ sunt, pervenere usqve ad ætatem Masorethарum, qvi à majoribus traditum punctorum usum & genuinam Scripturæ Veteris Testamenti lectionem adminiculo studii Critici ab omni corruptela & prava innovatione in perpetuum liberarunt. Plura hac de re suggerunt Bened. Perer. Comment in Genes. cap. 11. vers. 7. 8. 9. Alstedius Thesaur. Chronolog. tit. 28. Vossius de qvat. art. popular. cap. 2. §. 8. & de art. Grammat. lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 8. (ubi literarum qvidem inventionem Adamo attribuit, qvod ad puncta autem attinet, Eliæ Levitæ & Ludovici Capelli, qvi pro Masorethis scripserunt,

ſententiam tuetur. Inprimis autem vide Buxtorf. Comment. de Maſor. & Cl. V. Joan. Henric. Hottinger Theſaur. Philolog. ſacr. Script. Sect. 2. de verbo DEI ἀγράφῳ & Sect. 4. de Maſora & Maſorethis.

Cap. III.
De Scriptis antediluvianis ſuppoſititiis.

I. Qvamvis præcedenti capite literarum inventionem diluvio univerſali antiqviorem atqve inde ab Adamo derivandam ſtatuerim, attamen privato tantum & domeſtico uſui eas inſerviiſſe exiſtimo, ideoqve absqve ulla controverſia eos libros, qvi vel olim ſub antediluvianorum Patriarcharum nominibus extitere, vel etiam nunc extant, pro ſuppoſititiis & minimè genuinis habendos eſſe: qvippe cum minime dubitem, qvin illud omne, qvod de antediluvianis rebus Deus nos ſcire voluit & ad æternam ſalutem nobis neceſſarium eſt, à Spiritu Sancto per Moyſen, qvem primum Deus tanti myſterii præconem elegit, ſeptem prioribus Geneſeos capitibus abunde revelatum & conſcriptum ſit.

II. De Adamo qvidem Gilbertus Genebrardus Chronographiæ lib. 1. p 8. diſertis verbis affirmat, ipſum libros aliqvot ſcripſiſſe, ejusqve rei teſtem citat S. Auguſtinum de Civit. Dei lib. 18. cap. 38. Atenim vero ſi qvis hunc S. Auguſtini locum vel obiter perlegerit, deprehendet nullam iſtic ſcriptorum Adami, ſed Henochi duntaxat atqve Noæ mentionem fieri. Cum enim S. Auguſtinus cap. 37. jam memorati libri 18. affirmaſſet, auctoritatem Prophetarum Veteris Teſtamenti, qvorum vaticinia inter Canonicos Sacræ Scripturæ libros numerantur, omni origine gentilis Philoſophiæ antiqviorem eſſe, ſubjungit ſeqventi cap. 38. traditionem de ſcriptis antediluvianis Henochi & Noæ tanqvam ſuperfluam ejus, qvod præcedenti capite aſſeruerat probationem, & orditur ex abrupto his verbis: *Jam vero ſi longe antiqviora repetam, & ante illud grande diluvium noſter erat utiqve Noë Patriarcha, qvem Prophetam qvoqve non immerito dixerim: ſiqvidem ipſa arca, qvam fecit, & in qva cum ſuis evaſit, prophetia noſtrorum temporum fuit. Qvid Enoch ſeptimus ab Adam? nonne etiam, in Canonica Epiſtola Apoſtoli Judæ prophetaſſe prædicatur? qvorum* (Noæ puta & Enochi, non autem, ut Genebrard. falſo credit, Adami & Enochi) *ſcripta ut apud Judæos & apud nos in auctoritate non eſſent, nimia fecit antiqvitas, propter qvam videbantur habenda eſſe ſuſpecta, ne proferrentur falſa pro veris.* Hæc ibi S. Auguſtinus: ex qvibus verbis Adamum libros ſcripſiſſe nulla ratione poteſt colligi. Qvæ vero à Gnoſticis & Manichæis aliisqve hæreticis de Adamo & ſub Adami nomine conficta olim & divulgata fuerunt ſcripta (nempe

Liber revelationis Adæ, qvam percepit ſopore propter creationem Evæ à Deo in ſe immiſſo: Geneſ. 2. v. 21.
Liber de filiabus Adæ, alias Geneſis inſcriptus;
Liber de Pœnitentia Adæ.)

ea omnia jam dudum ab orthodoxa Eccleſia unanimi conſenſu tanqvam ſpuria & pernicioſa rejecta & damnata ſunt. Qva de re vide S. Epiphanium lib. 1. Panarii; S. Auguſtinum contra Fauſtum, Gelaſium PP. diſtinct. XV. cap. *Sancta Romana,* & Sixtum Senenſem Biblioth. Sanct. lib. 2.

III. Itidem absqve ullo dubio judicandum eſt de libris, qvos ſub Sethi & ſeptem filiorum ejus nominibus Gnoſtici, Sethiani ſive Sethoitæ & Archontici confinxerunt & ad tuendas hæreſes ſuas pro genuinis allegarunt. Etenim ſub ipſius qvidem Sethi nomine ſeptem ignoti argumenti libros circumtulerunt: ut & octavum *de ſtella in ortu Meſſiæ apparitura:* filiis autem Sethi æqve falſo alios ſeptem libros *Alienigenas* inſcriptos attribuerunt, teſt. S. Epiphan. Panar. lib. 1.

Sixt.

Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. lib. 2. voce Seth, & Gabriel. Prateol. in Elencho omnium Hæresium. Hujus autem figmenti occasionem præbuisse videtur Flavius Josephus, qvi Antiqvit. Judaic. lib. 1. cap. 3. pag. 7. & 8. edit. Roverianæ refert, Sethi posteros plurimum deditos fuisse Astrologiæ eamqve scientiam, qvatenus tum exculta fuit duabus insculpsisse columnis, lateritiæ alteri, alteri lapideæ, ut si orbis terrarum secundum Adami prædictionem vel igne vel aqva periret, alterutra saltem via utilissimi istius inventi memoria conservaretur. Subjungit etiam suo adhuc ævo unam ex duabus columnis, nempe lapideam in Syria superfuisse. Ipsa Josephi verba, ut à Viro nunqvam satis laudando Gerardo Joanne Vossio lib. 1. de Art. Grammat. cap. 9. recte emendantur, hæc sunt: *γίνονται μὲν οὖν παῖδες αὐτοῦ* (*sc. τοῦ Ἀδάμου,*) *ἄλλοιτε πλείους καὶ Σῆθος. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, πειράσομαι δὲ μόνα τὰ τῶν ἀπὸ Σῆθου διελθεῖν. τραφεὶς γὰρ οὗτος καὶ παρελθὼν εἰς ἡλικίαν, ἤδη τὰ καλὰ κρίνειν δυνάμενος, ἀρετὴν ἐπιτήδευσε, καὶ γενόμενος αὐτὸς ἄριστος, μιμητὰς αὐτοῦ τοὺς ἀπογόνους κατέλιπεν. οἱ δὲ πάντες ἀγαθοὶ φύντες, γῆν τε τὴν αὐτὴν ἀστασίαστοι κατῳκήσαντες εὐδαιμόνησαν, μηδενὸς αὐτοῖς ἄχρι τελευτῆς δυσκόλου προσπεσόντος. σοφίαν τε τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν. ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ εὑρήμεννα, μηδὲ πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν φθαρῆναι, προειρηκότος ἀφανισμὸν Ἀδάμου τῶν ὅλων ἔσεσθαι, τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς τὸν ἕτερον δὲ κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, στήλας δύο ποιησάμενοι, τὴν ἐκ πλίνθου, τὴν δὲ ἑτέραν ἐκ λίθων, ἀμφοτέραις ἐνέγραψαν τὰ εὑρημένα, ἵνα καὶ τῆς πλινθίνης ἀφανισθείσης ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας, ἡ λιθίνη μένουσα παράσχῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα, δηλοῦσα καὶ πλινθίνην δ' ὑπὸ αὐτῶν ἀνατεθῆναι. μένει δ' ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ τὴν Συριάδα*: hoc est, ut partim Rufinus & Sigismundus Gelenius verterunt, partim autem vertendum est. *Fuerunt autem ei* [sc. Adamo] *& alii complures filii, inter qvos etiam Seth. Verum de aliis qvidem longum foret dicere: itaqve tantum, qvæ ad Sethum pertinent, narrabo. Hic enim à patre educatus, ubi eo ætatis venit, ut jam, qvæ bona sunt, discernere valeret, virtuti studuit, & cum ipse vir optimus evasisset, imitatores sui posteros reliqvit; qvi qvidem qvod omnes bona indole præditi essent, patriam suam absqve seditione incolentes, in perpetua felicitate vitam exegerunt. Disciplinam qvoqve rerum cœlestium & ejus excolendæ rationem invenerunt. Ne autem à se inventa laterent homines, aut prius qvam pernoscerentur perirent, qvippe cum Adamus duplicem universitatis rerum interitum, alterum qvidem incendio, alterum autem diluvio, prædixisset; erectis duabus columnis, alteram qvidem lateritia, altera vero lapidea, utriqve inventa sua insculpserunt, ut, si lateritia ab imbribus subverteretur, lapidea saltem perdurans, superstiti humano generi insculptam traderet doctrinam, & aliam ejus generis lateritiam columnam ab iis erectam fuisse indicaret. Et sane lapidea illa columna usqve ad hanc ætatem extat in Syria.* Huc etiam pertinet singularis Svidæ locus voce Σήθ ubi Sethum ab antediluvianis hominibus DEum appellatum fuisse ait *διὰ τὸ ἐξευρηκέναι τάτε ἑβραϊκὰ γράμματα, τάς τε τῶν ἀστέρων ὀνομασίας*; h. e. *propter literarum Hebraicarum & appellationis stellarum inventionem.* Sed verius est, qvod ibidem subjungitur, Sethum vocatum fuisse Deum *διὰ τὴν πολλὴν εὐσέβειαν*, h. e. *propter insignem pietatem*: qvo sensu etiam omnis pia posteritas Sethi nomine *filiorum DEI* Genes. cap. 6. vers. 2. comprehenditur, teste Bened. Perer. Comment. in Genes. Tom. 2. lib. 8. cap. 6. ubi adversus Severum Sulpicium & alios nonnullos antiqvos auctores, qvi jam citato sacræ Scripturæ loco בני האלהים h. e. *filios DEI*, falso interpretantur Angelos prolixe simul & erudite disputat. Cæterum qvod ad literarum Hebraicarum & Astrologiæ inventionem attinet, ea ipsi potius Adamo, qvam Setho attribuenda videtur; qva de re vide præcedens caput & incomparabilem Virum Gerardum Joan. Vossium de Scient. Mathemat. cap. 30. §. 4. ubi Adamum primum fuisse Astrologum & ab eo scientiam Astrologicam filium Sethum cæterosqve posteros didicisse, recte asserit.

IV. Sub *Enosi* etiam nomine suppositititii qvidam libri olim extitere: siqvidem Gene-

Genebrardus Chronographiæ lib. I. pag. 10. ipſum refert *de religione & modo orandi DEUM & de diſciplinis* ſcripſiſſe. Qvæ falſa traditio nata ſine dubio eſt ex prava interpretatione ultimi verſus cap. 4 Geneſeos : ולשת גם הוא ילד בן ויקרא את שמו אנוש אז הוחל לקרא בשם יהוה h. e. *Sed & Setho natus eſt filius qvem vocavit Enos. Iſte cœpit invocare nomen Domini.* Qvibus utiqve verbis non ſignificatur, Enoſum de religione libros conſcripſiſſe, ſed rectam veri DEI colendi rationem accuratiori ſolennitate exornaſſe, & ne illa vel latente pietatis decremento, vel aperta Cainitarum improbitate paulatim abrogaretur, in certum redegiſſe ordinem, certisqve locis, formulis ac ceremoniis circumſcripſiſſe. Cui ſententiæ poſt complures primitivæ Eccleſiæ ſanctiſſimos Doctores etiam Pererius adſtipulatur, ubi jam citatum locum explicat. Ut igitur à Genebrardo memorata Enoſi ſcripta merito pro ſpuriis habenda ſunt, ſic riſu potius, qvam refutatione excipiendus eſt Marianus Scotus, qvi Chronicorum lib. I. cap. II. prophetiæ Enochi fragmentum, qvod in Epiſtola S. Apoſtoli Judæ Thaddæi nomine inſcripta verſ. 14. citatur, deceptus ſimilitudine nominum *Enos* & *Enoch*, perperam Enoſo attribuit. Ipſa ejus verba hæc ſunt: *Enos nonaginta annorum genuit Cainan, & poſtea vixit annis octingentis qvindecim, Hunc Enos nonnulla divina ſcripſiſſe, Juda Apoſtolo atteſtante, comperimus. Sed ut beatus Auguſtinus dicit, non fruſtra non ſunt in eo canone Scripturarum, qvi ſcribitur in templo. Hebræi plurimi ſuccedentium diligentia ſacerdotum non aliter ſuſcipiunt illa, niſi qvia ob antiqvitatem ſuſpectæ fidei judicata ſunt.* Hæc Marianus: qvi qvidem ipſa illa S. Judæ Epiſtola refellitur; qvippe in qva fragmenti citatæ prophetiæ auctor clariſſime Ἐνὼχ appellatur, & ne qvid ſuperſit dubii, ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ, h. e. *ſeptimus ab Adamo* cognominatur. Jam vero ut Enoch absqve controverſia ſeptimus ab Adamo fuit, ſic Enos, vel ipſo Mariano teſte, non ſeptimus fuit, ſed tertius. Nec movere hic qvenqvam debet S. Auguſt. à Mariano allegata auctoritas. Si qvis enim ipſa S. Auguſt. verba, qvæ lib. 18. de Civ. Dei cap. 38. extant, inſpexerit, deprehendet primo intuitu, Patriarcham illum, de cujus prophetia agitur, non *Enoſum* ibi, ſed æqve ac in ipſa Epiſtola S. Judæ *Enochum ſeptimum ab Adamo* nuncupari. Errat igitur Marianus Henochum cum Enoſo confundens, nec magis defendi poteſt, qvam S. Hieronymus, qvi ſimilem committit errorem, dum miraculoſam Henochi ex terris translationem perperam Enoſo attribuit lib. I. adverſus Jovinianum his verbis: *Si autem transfertur Enos, non reor idcirco translatum Enos, qvod uxorem habuerit, ſed qvod primus invocaverit Deum.* Hic enim manifeſte Enoch cum Enoſo confunditur; qvippe cum, qvæ de translatione dicuntur, ad Henochum ſpectent, qvæ autem de prima nominis Dei invocatione ſubjunguntur, ad Enoſum pertineant.

V. Qvod porro autem ad Henochi nomine inſcripta monumenta attinet, eorum plurima etiamnum extant fragmenta, qvæ ab antiqvis auctoribus non tantum citantur, verum etiam à nonnullis & præcipue qvidem à Tertulliano libro de Habitu mulierum, ut genuina defenduntur. Dividenda autem ea eſſe videntur in *prophetica, hiſtorica* & *aſtronomica*. Ex *propheticis* deſumptum creditur vaticinium de extremo Dei judicio, cujus particula extat verſ. 14. & 15. Epiſtolæ S. Judæ his verbis: Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ, λέγων. Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ. ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων καὶ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς; qvod eſt ſecundum veterem & vulgatam verſionem: *Prophetavit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis. Facere judicium contra omnes & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum qvibus impie egerunt, & de omnibus duris, qvæ locuti ſunt contra eum peccatores impii.* Hujus fragmenti cauſa tota Epiſtola S. Judæ rejecta olim à plerisqve fuit tanqvam ſpuria, teſte S. Hieronymo, qvi lib. de Script. Eccl. cap. 4. *Judas*, inqvit, *frater Jacobi parvam, qvæ de ſeptem Catholicis eſt, epiſtolam reliqvit. Et qvia de libro Enoch, qvi apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à plerisqve rejicitur: tamen auctoritatem vetuſtate jam & uſu meruit,*

&

& inter ſacras Scripturas computatur. Hæc S. Hieronymus. Et ſane antiqvi primitivæ Eccleſiæ Patres & Concilia antiqva, (*) Laodicenum videlicet canone ultimo & Carthaginenſe canon. 24. Epiſtolam S. Judæ, ut nihil orthodoxæ religioni repugnans continentem pro canonica habuerunt & talem unanimi conſenſu publice declararunt. Qvid ergo? an cum S. Hieronymo Comment. in Epiſt. ad Titum dicendum eſt, S. Apoſtolum non totum Henochi nomine inſcriptum librum, ſed ex eo illud tantummodo probaſſe teſtimonium, qvod de extremo adverſus impios judicio epiſtolæ ſuæ inſeruit? minime. Verum probanda potius eſt ſententia doctiſſimi ſimul atqve fidelisſimi Explanatoris Geneſeos Benedicti Pererii qvi Tom. 1. lib. 7. qvæſt. 6. recte affirmat, nullum tempore S. Judæ fuiſſe librum Henochi, neqve librum in epiſtola ipſius citari, ſed ἄγραφον duntaxat antediluvianam prophetiam: cujus notitia vel ab extraordinaria revelatione divina, vel ab antiqva & pervulgata traditione profecta ſit. Qvin etiam veriſſimum cenſeo, qvod idem eodem loco ut veroſimillimum aſſerit, jam memoratum S. Judæ de ἀγράφῃ Henochi prophetia teſtimonium Gnoſticis aliisqve hæreticis prophetici libri ſub Henochi nomine confingendi & publicandi occaſionem præbuiſſe. Qvo qvidem ex ſuppoſititio libro deſumpta ſine dubio ſunt, qvæ à Tertulliano pro genuinis citantur fragmenta lib. de Idololatr. cap. 4 his verbis: *Anteceſſerat Enoch prædicens, omnia elementa, omnem mundi cenſum, qvæ cœlo, qvæ mari, qvæ terra continentur, in idololatriam verſuros Dæmonas & ſpiritus deſertorum Angelorum, ut pro DEO adverſus Dominum conſecrarentur. Deniqve idem Enoch ſimul & cultores idoli & fabricatores in comminatione prædamnat. Et rurſus: juro vobis peccatores, qvod in diem ſanguinis perditionis juſtitia parata eſt. Qvi ſervitis lapidibus & qvi imagines facitis aureas & argenteas & ligneas, & lapideas, & fictiles, & ſervitis phantaſmatibus & dæmoniis & ſpiritibus infamibus & omnibus erroribus non ſecundum ſcientiam, nullum ab iis invenietis auxilium.* Hæc Tertullianus ex commentitia Enochi prophetia capite qvarto. At cap. 15. ejusdem ita meminit: *Hæc igitur ab initio prævidens Spiritus Sanctus etiam oſtia in ſuperſtitionem futura præcecinit per antiqvisſimum Prophetam Enoch.* Qvibus verbis Tertullianus ſine controverſia innuit jam memoratum librum propheticum, ex qvo fragmentum Epiſtolæ S. Judæ deſumptum fingitur. Idem ὑποβολιμαῖον volumen multa etiam continuit vaticinia *de iis rebus, qvæ eventuræ eſſent filiis ac nepotibus duodecim Patriarcharum*; ut & *de futuris Hebræorum ſceleribus & pœnis, & de Mundi Salvatore ab Hebræis occidendo*, & deniqve *de Hebræorum everſione, captivitate & diſperſione inter gentes perpetua*, ut memoriæ prodidit vetuſtus auctor ſpurii Teſtamenti duodecim Patriarcharum, qvod ab Origene & Procopio Gazæo ſæpius citatur. Aliud ex eodem prophetico Henochi libro depromptum ἀποσπασμάτιον extat in Eclogis propheticis Theodoti, qvæ Clementis Alexandrini operibus ſubjunctæ ſunt, pag. edit. Pariſ. Daniel. Heinſii 801. his verbis: Εὐλογημένος εἶ ὁ βλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ χερουβὶμ, ὁ Δανιὴλ λέγει, ὁμοδοξῶν τῷ Ἐνὼχ, τῷ εἰρηκότι, καὶ εἶδον τὰς ὕλας πάσας. Cæterum qvod ad hiſtorica ſub Henochi nomine publicata ſcripta qvorum fragmenta etiamnum extant, attinet, ea non tantum anilibus fabulis referta, ſed & manifeſte hæretica ſunt. Scripſiſſe enim dicitur de deſcenſu filiorum Dei ad filias hominum & de Gigantibus ex Angelorum coitu progenitis: hoc eſt, ut Sulpitii Severi verbis utar, *Angelos, qvibus cœlum ſedes erat, ſpecioſarum forma virginum captos illicitas cupiditates appetiviſſe, ac naturæ ſuæ originisqve degeneres, relictis ſuperioribus, qvorum incolæ erant, matrimoniis ſe mortalibus miſcuiſſe, & ex eorum coitu gigantes eſſe editos, cum diverſæ inter ſe naturæ permixtio monſtra gigneret.* Sic enim Pſeudo-Enochus falſo interpretatus eſt locum Gen. c. 6. v. 1. 2. &. 4. ויהי כי החל האדם לרב על פני האדמה ובנות ילדו להם ויראו בני האלהים את בנות האדם כי טובות הנה ויקחו להם נשים מכל אשר בחרו : הנפלים היו בארץ בימים ההם וגם אחרי כן אשר יבאו בני האלהים אל בנות האדם וילדו להם המה הגברים אשר מעולם אנשי השם. h. e. ſec. verſ. vulg. *Cumqve cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram & filias procreaſſent, videntes filii Dei filias hominum, qvod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi*

(*) Hoc Concilium Laodicenum ſecundum Gabrielem Prateolum habitum eſt A. Æ. C. 364. ſecundum Geſner. A. 368 ſecundum Baronium autem, cujus opinionem cæteris præfero, A. Æ. C. 319. ſub Nunechio Laodiceæ Phrygiæ Epiſcopo inter Neocæſarienſe & Nicænum primum. Vide ipſum Append. Tom. IV. Annal. Eccleſ. pag. 734. & 735. edit. Plantin.

uxores ex omnibus, qvas elegerant. Gigantes autem erant super terram in diebus illis: Postqvam enim ingressi sunt filii DEI ad filias hominum, illæqve genuerunt, isti sunt potentes à seculo Viri famosi. Cujus loci veram & orthodoxam explicationem de connubio inter piam Sethi & impiam Caini progeniem vide apud Joannem Casſianum, S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulum & Presbyterum Masſilienſem Collat. Patrum 8. cap. 21. & Pererium princip. Tom. 2. Comment. in Geneſ. pag. 268. Valeant ergo Tertullianus & Sulpicius Severus & reliqvi omnes antiqvi Scriptores Eccleſiaſtici, qvi falſo Enochi libro decepti, per filios DEI Angelos jam citatæ ſacræ ſcripturæ loco ſignificari falſo crediderunt. Valeat etiam Origenes, qvi Comment. in Joann. Pſeudo-Enochi de deſcenſu filiorum DEI ad filias hominum citans teſtimonium, deſcenſum illum perperam tropice interpretatur *animarum in corpora demigrationem.* Ex eadem hæretica deſcenſus Angelorum hiſtoria deſumpta eſt puerilis fabula, qvæ apud Tertullianum lib. 2. de cultu fœmin. cap. 10. legitur: nempe *Angelos peccatores materias & illecebras auri & lapidum illuſtrium primos detexiſſe & operas eorum tradidiſſe & ipſum calliblepharum vellerumqve tincturas inter cætera docuiſſe, ideoqve ſecundum Enochi relationem à Deo damnatos eſſe.* Æqve ridiculum & abſurdum eſt, qvod in Eclogis propheticis Theodoti pag. 808. tanqvam ab Enocho literis conſignatum traditur: ὓς παραβάντας ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν καὶ μαντικὴν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας, h. e. *Angelos deſertores Aſtronomiam & divinationem & cæteras artes homines docuiſſe.* Qvod reliqvum eſt, etiam Aſtronomica qvædam Enochus ſcripſiſſe dicitur, nempe *de numero ac nominibus ſtellarum & de ſecretis earum virtutibus*, ut teſtatur Origenes homilia 28. in Numeros his verbis: *Qvi fecit multitudinem ſtellarum, ut ait Propheta, omnibus eis nomina vocat, de qvibus qvidem nominibus plurima in libellis, qvi vocantur Henoch, ſecreta continentur & arcana. Sed qvia libelli ipſi non videntur apud Hebræos in auctoritate haberi, ea, qvæ ibi nominantur, in exemplum vocare differamus.* Hæc Origenes: cujus qvidem modeſtiam hic tam vehementer laudandam cenſeo, qvam graviter ſummo jure reprehendendus eſt Tertullianus, qvi lib. de cultu fœmin. cap. 3. non tantum Pſeudo-Enochi teſtimonio utitur, ſed & libros ejus pro genuinis & Canonicis habendos eſſe, futilibus nonnullis argumentis nobis perſuadere annititur. Ipſa adeo ejus verba hæc ſunt: *Scio ſcripturam Enoch, qvæ hunc ordinem angelis dedit, non recipi à qvibusdam, qvia nec in armarium Judaicum admittitur. Opinor non putaverunt illam ante cataclyſmum editam, poſt eum caſum orbis, omnium rerum abolitorem, ſalvam eſſe potuiſſe. Si iſta ratio eſt, recordentur pronepotem ipſius Enochi fuiſſe ſuperſtitem cataclyſmi Noë, qvi utiqve domeſtico nomine & hæreditaria traditione audierat & meminerat de proavi ſui penes Deum gratia & omnibus prædicatis ejus: cum Enoch filio ſuo Matuſale nihil aliud mandaverit, qvam ut notitiam eorum poſteris ſuis traderet. Igitur ſine dubio potuit Noë in prædicationis delegatione ſucceſſiſſe, vel qvia & alias non tacuiſſet, tam de DEI conſervatoris ſui diſpoſitione, qvam de ipſa domus ſuæ gloria. Hoc ſi non tam expedite haberet, illud qvoqve aſſertionem ſcripturæ illius tueretur. Perinde potuit abolefactam eam violentia cataclyſmi in ſpiritu rurſus reformare; qvemadmodum & Hieroſolymis Babylonia expugnatione deletis, omne inſtrumentum Judaicæ literaturæ per Eſdram conſtat reſtauratum. Sed cum Enoch eadem ſcriptura etiam de Domino prædicarit, à nobis qvidem nihil omnino rejiciendum eſt, qvod pertineat ad nos. Et legimus omnem ſcripturam ædificationi habilem, divinitus inſpirari. A Judæis poteſt jam videri propterea rejecta, ſicut & cætera fere, qvæ Chriſtum ſonant. Nec utiqve mirum hoc, ſi ſcripturas aliqvas non receperunt de eo locutas, qvem ipſum coram loqventem non erant recepturi. Eo accedit, qvod Enoch apud Judam Apoſtolum teſtimonium poſſidet.* Hæc Tertullianus: cujus qvidem argutiis oppono reſponſum Abrahami apud S. Lucam cap. 16. verſ. 29. Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν. h. e. *Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos.* Ubi nota non dici, *Habent Prophetas* (puta Enochum & Noën, antediluvianos & Moyſe antiqviores) & *Moyſen*: ſed vice verſa; *Habent Moyſen & Prophetas*: qvo verborum ordine ſine controverſia ſignificatur, verbum Dei ἔγγραφον à Moyſe omnium ſacrorum & pro-

profanorum Scriptorum antiqvissimo cœpisse. Plura de suppositititiis Henochi libris & adversus eosdem vide apud Joann. Chrysostom. Comment. in cap. 6. Genes. S. Augustin. lib. 15. de Civit. Dei cap. 23. & lib. 18. cap. 38. Bened. Perer. Comment. in Genes. Tom. 1. lib. 7. cap. 5. pag. edit. Colon. Hierat. 258. & 259. Genebrard. Chronograph. general. lib. 1. cap. 15. Ludov. Viv. Comment. in jam citat. S. Augustini loca: Jacob. Pamel. Annotat. in Tertull. cap. 4. de Idololatria & cap. 3. de Habitu muliebri: Cardinal. Bellarmin. de verbo Dei lib. 2. cap. 18. Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. lib. 2. v. Henoch, & Voss. de Scient. Mathemat. cap. 3. §. 4.

CAP. IV.

De Scriptis postdiluvianis suppositititiis seculi ante Æ. C. vulg. XXIII. in cujus annum nonagesimum tertium diluvium universale incidit.

I. QVanqvam de supputatione temporum à creatione mundi usqve ad initium Æræ Christianæ vulgaris tam variæ, tamqve discrepantes opiniones sint, ut Terentianum illud, *Qvot homines, tot sententiæ*, si usqvam alibi, hic vel inprimis locum habeat, in primo tamen supputationis illius articulo à creatione Mundi usqve ad diluvium omnes consentiant necesse est, qvi vel sacræ scripturæ non omnino rudes sunt, vel impia humanæ ratiocinationis conjectura invictæ verbi divini veritati non audent refragari. Qvod enim ab orbe condito usqve ad diluvium integri *mille sexcenti & qvinqvaginta sex* anni præterierint clarissime nos docet recensio generationis decem Patriarcharum antediluvianorum, qvæ ex Geneseos capite qvinto desumpta subjuncta tabula exhibetur:

A. M. 130. natus est Seth: anno ætat. Adami 130. impleto
105.

A. M. 235. natus est Enos: anno ætat. Sethi 105.
90.

A. M. 325. natus est Kenan: anno ætat. Enosi 90.
70.

A. M. 395. natus est Mahalaleel: an. æt. Kenan 70.
65.

A. M. 460. natus est Jared: anno æt. Mahaleel 65.
162.

A. M. 622. natus est Henoch: anno æt. Jared 162.
165.

A. M. 687. natus est Mathusalah: an. æt. Henoch 65.
187.

A. M. 874. natus est Lamech: an. æt. Mathusalah 187.
182.

A. M. 1056. natus est Noah: anno æt. Lamech 182.
500.

A. M. 1556. nat. est (*) primog. fil. Noæ: an. æt Noæ 500.
100. annis post ingressus est Noa arcam 100.

A. M. 1656. A. M. 1656. impleto.

(*) *Fuit is secundum Josephi Scaligeri qvidem opinionem Sem, secundum Pererium autem & Calvisium & Helvicum aliosq; qvamplures Japhet: qvippe qvi Genes. c. 11. v. 10. secundo à diluvio anno centum natus annos Arphaxad. genuisse dicitur.*

Cœpit igitur diluvium ineunte A. M. 1657. & qvidem secundum Josephi Scaligeri & Ubbonis Emmii supputationem d. XVII. Novembris, secundum Petavium autem d. XXV. & secundum Calvisium d. XXVIII. ejusdem mensis. Qva de re vide ipsum Scaligerum de Emendat. temp. lib. 5. cap. de diluvio, pag. 371. & 372. Ubbon. Emm. rer. Chronolog. lib. 2. pag. 41. & Canon. Chronic. ad an. M. 1657. R. P. Dionys. Petav. Rationar. temp. part. 2. lib. 2. cap. 1. pag. 83. Seth. Calvis. Isagog. Chronolog. cap. 35. pag. 136. Bened. Perer. Comment. in Genes. Tom. 1. lib. 7. pag. 251. & 252. edit. Colon. Wilhelm. Lang. de annis Christi lib. 2. cap. 3. & Gilbert. Genebrard. Chronograph. lib. 1. p. 21.

II. Cæterum ut inter postdiluviana scripta tam antiqvitatis qvam religionis respectu primum sibi vendicat locum Historia Mosaica, ita sine dubio supposititia sunt, qvæ pro vetustioribus venditantur. In his primum obtinent locum scripta *Noæ*, qvorum S. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei cap. 38. meminit. Qvod enim propter nimiam antiqvitatem rejicienda sint, ipse ibidem his verbis attestatur: *Jam vero si longe antiqviora repetam, & ante illud grande diluvium noster erat utiqve Noe Patriarcha, qvem Prophetam qvoqve non immerito dixerim, siqvidem ipsa arca, qvam fecit, & in qva cum suis evasit, prophetia nostrorum temporum fuit. Cujus scripta ut apud Judæos & nos* (sc. Christianos Catholicos) *in auctoritate non essent, nimia fecit antiqvitas, propter qvam videbantur habenda esse suspecta, ne proferrentur falsa pro veris. Nam & proferuntur qvædam, qvæ ipsius esse dicuntur, ab eis, qvi pro suo sensu passim, qvod volunt, credunt. Sed ea castitas canonis non recepit, non qvod hominis, qvi DEO placuit, reprobetur auctoritas, sed qvod ista esse non creduntur ipsius.* Hæc de supposititiis scriptis Noæ S. Augustinus. Ex iisdem desumpta esse videntur septem illa præcepta, qvæ ab Hebræis *præcepta filiorum Noæ*, &, qvia etiam gentiles iis teneri credunt, *præcepta naturæ*, appellantur. Sunt autem hæc:

Fugiendum esse Idololatriam;
Laudandum & honorandum esse DEum:
Servandum esse jus publicum;
Abstinendum esse ab incesto & nefario concubitu;
Fundendum non esse humanum sanguinem;
Vitandam esse rapinam;
Edendum non esse membrum vivi animalis.

Vide Seder Olam Rabba cap. 5. Genebrard. Chronograph. lib. 1. pag. 26. & Hottinger. Thesaur. Philolog. lib. 2. cap. 3. Sect. 1.

III. A Noa ad filium ipsius *Chamum* transeo, qvi qvidem hic tripliciter, nempe ut *Magus*, *Chymicus*, & *Pseudo-propheta*, considerandus est. Qvod enim is non tantum Magicis artibus dederit operam, sed & idem omnino fuerit, atqve *Zoroastres* ille Bactrianorum Rex, cui à Justino aliisqve gentilibus scriptoribus inventio Magiæ adscribitur, falso memoriæ proditum est in supposititiis Recognitionum libris, qvi sub nomine S. Clementis tertii à S. Petro Pontificis Romani circumferuntur. Cujus qvidem falsæ traditionis mentionem etiam facit Joannes Cassianus Collat. 8. cap. 21. ubi Magicas artes à Chamo refert ante diluvium metallorum laminis & durissimis lapidibus insculpta fuisse, ut ad postdiluvianos mortales hac ratione propagarentur. Ipsa Cassiani verba hæc sunt: *Qvantum itaqve antiqvæ traditiones ferunt, Cham filius Noæ, qvi superstitionibus istis & sacrilegis fuit artibus ac profanis infectus, sciens nullum se posse super his memorialem librum in arcam prorsus inferre, in qvam erat una cum patre justo ac sanctis fratribus ingressurus, scelestas artes ac profana commenta diversorum metallorum laminis, qvæ scilicet aqvarum non corrumperentur injuria, & durissimis lapidibus insculpsit. Qvæ diluvio peracto eadem, qva illa celaverat, curiositate perqvirens sacrilegiorum ac perpetuæ neqvitiæ seminarium transmittit in posteros.* Hæc ibi Joannes Cassianus. Simile qvid de Chamo legitur apud Petrum Comestorem sive Manducatorem Histor. Scholast. cap. 39. nempe *Chamum Noæ filium eundem esse atqve gentilium Zoroastrem, eumqve cum regnaret in Bractia invenisse artem Magicam & septem artes liberales, qvas in qvatuordecim*

cim columnis scripsit, septem æneis adversus aqvarum alluviones, septem vero lateritiis contra ignis incendia. Cujus fabulæ confingendæ præter modo citatum Cassiani locum occasionem sine dubio etiam præbuit traditio Fl. Josephi de duabus Columnis à Sethi progenie erectis, qvæ supra cap. 3. §. 3. satis prolixe à me exposita est. Cæterum jam memoratis futilibus de Magia Chami testimoniis accedat Pseudo-Berosus Annii Viterbiensis, cujus libro tertio ea non tantum, si Diis placet, confirmantur, sed & insigni augentur fabula. Ipsa impudentissimi illius impostoris verba hæc sunt: *Erat Noæ filius ex tribus primis adolescentior Chem, qvi semper magicæ & veneficæ studens, Zoroast nomen consecutus erat. Is patrem Noam odio habebat, qvia alios ultimo genitos ardentius amabat, se vero despici videbat. Itaqve nactus opportunitatem, cum Noa pater madidus jaceret, illius virilia comprehendens taciteqve submurmurans, carmine magico patri illusit; simul & illum sterilem, perinde atqve castratum, effecit, neqve deinceps Noa fœmellam aliqvam fœcundare potuit.* Hæc Annius Viterbiensis sub nomine Berosi; qvæ ut merito una cum reliqvo ipsius de Chami rebus gestis & morte absurdo commento deridentur & à sincera Historia rejiciuntur, sic æqve juste pro supposititio habendum & summa execreatione damnandum est perniciosissimum opus, qvod sub titulo *Scripturæ Chami filii Noæ* etiamnunc extat, & elementa atqve praxin artis Necromanticæ continet. De qvo vide plura apud Sixt. Senensem Biblioth. Sanct. lib. 2. & Samuelem Bochartum Geograph. sacr. part. 1. lib. 4. cap. 1. Hactenus de magia Chami. Æqve autem falso attribuitur illi inventio *Alchymiæ*, qvam vani hujus artis cultores ab Auctore Chamo *Chemiam* vel *Chymiam*, & proposito articulo Arabico *Alchymiam* denominatam existimant. Qvanqvam non desint multo etiam magis ambitiosi Alchymiæ Encomiastæ, qvi originem ejus longe altius, nempe inde usqve à fabulosis illis Angelis, qvos tempestate antediluviana cum filiabus hominum consuevisse fabulantur, & à *Tubalcaino* ab ipsis edocto repetunt. Qva de re consule Bochartum loco jam citato, ubi *Chemiam*, qvæ vulgo Alchymia dicitur, non à Chamo, sed ab Arabico *chema*, qvod occultare significat, *Alchemiam* qvasi artem occultam denominatam esse asserit. De cætero ridiculum omnino est, impium patris sui derisorem Chamum etiam inter Prophetas olim à nonnullis numeratum, & sub ejus nomine scripta qvædam fatidica conficta & pro genuinis divulgata fuisse. Cujus rei insigne extat testimonium apud Clementem Alexandrinum Stromat. lib. 6. pag. 641. & 642. edit. Paris. ubi Isidorus, Basilidis hæresiarchæ, (qvi sub principium secundi post Æ. C. seculi floruit,) filius & discipulus, libro primo Commentariorum suorum in Prophetam Παρχὼρ prophetiam Chami his verbis citasse dicitur: καὶ γάρ μοι δοκεῖ τοὺς προσποιουμένους φιλοσοφεῖν, ἵνα μάθωσι τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ πεποικιλμένον φᾶρος. πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλληγορήσας ἐθεολόγησεν, λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ προφητείας τὴν ὑπόθεσιν. h. e. *Mihi enim videtur æqvum, ut ii qvi pro Philosophis haberi volunt, discant, qvi sit alata qvercus & varium in ea pallium. Qvæ omnia è Chami Prophetia desumpta Pherecydes in Theologia sua allegorice interpretatus est.* Hæc ibi Isidorus; de qvo, ut & de patre ipsius Basilide Hæresiarcha, & de utriusqve hæreticis dogmatibus & scriptis vide Eminentiss. Card. Cæs. Baronium Annal. Eccles. Tom. 2. ad an. Chr. 120. De Pherecyde autem Syrio, cujus libri decem περὶ θεογονίας in præcedente Isidori fragmento subobscure citantur, legendus est, præter Diogenem Laertium lib. 1. de Vit. Philosoph. & Svidam v. Φερεκύδης, Vir incomparabilis Gerardus Joannes Vossius in illo non magnæ molis & ostentationis, sed majoris, qvam credi aut verbis exprimi possit, utilitatis opere de Historicis græcis lib. 4. c. 4.

IV. Eodem ante initium Æræ Christianæ seculo XXIII. in qvod diluvium incidit, non vixisse tantum, sed & tanqvam nurus Noæ una cum ipso in arca servata fingitur, antiqvissima Sibyllarum Σαμβήθη sive *Sambethe*, qvæ secundum Svidam v. Σίβυλλα & Marcum Antimachum in præfatione græca εἰς τοὺς Σιβυλλιακοὺς χρησμοὺς, *Chaldæa*, *Persica* & *Hebræa* promiscue olim appellata & à Patriarcha Noa genus ducere credita fuit. Integer Svidæ locus, ubi de ipsa & scriptis ejus agitur

agitur, hic eſt: *Σίβυλλα χαλδαία, ἡ καὶ πρός τινων ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τοῦ (γένους οὖσα τοῦ) μακαριωτάτου Νῶε, ἡ περὶ τῶν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένων προειρηκυῖα, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας. ἡ περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ μυρία προθεσπίσασα, καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας. ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ συνᾴδουσιν αὐτῇ, πλὴν ὅτι ταύτης εἰσὶ βιβλία κδʹ περὶ παντὸς ἔθνους καὶ χώρας περιέχοντα. (*) ὅτι δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς καὶ ἄμετροι εὑρίσκονται, οὐ τῆς προφήτιδος ἐστιν ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων, οὐ συμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου, ἢ καὶ ἀπαιδεύτων γενομένων καὶ ἀπείρων γραμματικῆς. ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυστο ἡ τῶν λεχθέντων μνήμη. καὶ διὰ τοῦτο εὑρίσκονται οἱ στίχοι ἀτελεῖς καὶ διάνοια σκάζουσα. εἴτε κατ' οἰκονομίαν θεοῦ τοῦτο γέγονεν, ὡς μὴ γινώσκοιντο ὑπὸ πολλῶν καὶ ἀναξίων οἱ χρησμοὶ αὐτῆς. εἴτε δὴ καὶ ὁ μακρὸς χρόνος, ὡς καὶ ἄλλων πολλῶν, αἴτιος τούτου ὑπῆρξεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ ἀσάφεια τῶν ὑπὸ τῆς προφήτιδος εἰρημένων, καὶ τὸ πλεονάκις ἴσως ἀντιγραφῆναι τὰ βιβλία, οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ σύγχυσιν τῆς τε διανοίας καὶ τῶν μέτρων ἐμπεποιήκασιν.* h. e. *Sibylla Chaldæa, qvæ à nonnullis etiam Hebræa & Perſica dicitur, proprio appellata fuit nomine Sambethe, & à beatiſſimo Noë generis ſui duxit originem. Vaticinata autem eſt de rebus geſtis Alexandri Magni: unde & Nicanor, qvi vitam conſcripſit Alexandri, illius meminit. De Domino etiam noſtro Chriſto ejusqve adventu plurima prædixit, qvæ & à reliqvis Sibyllis itidem præcenta ſunt, præterqvam qvod hæc illa viginti qvatuor libris, qvibus de omnibus fere populis & regionibus varia vaticinia continentur, inſeruit. Qvod autem verſus ejus imperfecti & vitioſi reperiuntur, non Prophetidis culpa eſt, ſed notariorum, qvi orationis celeritatem aſſeqvi non potuerunt, vel etiam indocti fuere & imperiti Grammatices. Una enim cum afflatu eorum etiam, qvæ dicta erant, memoria deſinebat; eaqve de cauſa & verſus imperfecti reperiuntur & ſententiæ claudicant. Forte etiam certo Dei conſilio hoc factum eſt, ne à multis & iis qvidem indignis oracula ejus cognoſcerentur; aut longum tempus, ut & aliarum multarum, hujus rei cauſa fuit. Qvin etiam obſcuritas eorum, qvæ à Prophetide dicta ſunt & crebra librorum deſcriptio, nihil miri eſt, ſi & ſententiæ confuſionem & verſuum perturbationem attulerunt.* Hæc Svidas. Atenim vero ex viginti qvatuor Sibyllæ Sambethæ libris, qvorum is meminit, unus tantum hodie ſupereſt, qvi inter octo Sibyllinorum oraculorum libros primum obtinet locum & qvadringentis ſeptem conſtat verſibus. Principium ejus hoc eſt:

(*) Eadem fere ad verbum extant in fine præfationis græcæ Marci Antimachi; qvi qvidem ibi affirmat, ſe illa omnia ex Lactantii Firmiani operibus deſumpſiſſe.

Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης, ἀγένητος
Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν ἠέλιόν τε καὶ ἀστέρας ἠδὲ σελήνην
καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,
Ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης, ἀκράτητος ὑπάρχων
Αὐτὸς στήριξεν ἀνθρώπων μορφήν τε τύπον τε
Αὐτὰς μῖξε φύσιν πάντων γενετῆς βιότοιο.
Ἀρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων
Ἄχρις ἐπ' ἐσχατίησι προφητεύσω τὰ ἕκαστα.
Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα τ' ἐστὶν, ὁπόσα τε μέλλει
Ἔσεσθαι κόσμῳ διὰ δυσσεβίας ἀνθρώπων
Πρῶτον δὴ κέλεταί με λέγειν θεὸς, ὡς ἐγενήθη
Ἀτρεκέως κόσμος. σὺ δὲ &c.

h. e. interprete Sebaſtiano Caſtalione:

Unus qvi ſolus regnat, Deus unus & idem,
Non genitus, rerum ſummus, ſuper omnia magnus
Qvi cœlum, ſolem, ſtellas lunamqve creavit
Frugiferam terram pontiqve fluenta tumentis:
Qvi ſolus Deus eſt incomprenſusqve creator.
Hic hominum formam & ſpeciem conſtruxit, & idem
Viventem generis naturam miſcuit omnem.
Aggredior primo generis mortalis ab ævo

Usqve

Usqve ad supremum divinè pandere cuncta;
Qvæ fuerint mundo, qvæ sint, qvæ deinde seqvantur
Ob scelus humanum. Primum qvænam sit origo
Mundi, dicere me Deus imperat. Ergo &c.

Huic principio subjungitur deinceps narratio, non obscura, perplexa & ambigua, qvalis furibundæ vati convenit, sed simplex, & perspicua, & qvasi in schola per summum otium elaborata, de creatione mundi, lapsu Adami & Evæ eorumqve ex Paradiso expulsione, de causa diluvii sive improbitate hominum antediluvianorum, de extructione arcæ Noæ, de contemptu prædictionis diluvii & adhortationis ad pœnitentiam, de ingressu Noæ in arcam, & deniqve de ipso diluvio. His usqve ad versum 289. expositis, fit inde transitus ad instaurationem orbis post diluvium & historiam adventus & passionis Christi & mox subsecuturæ eversionis urbis Hierosolymitanæ & dispersionis Judæorum. Prioribus autem octo versibus ex qvindecim & centum, qvibus hæc usqve ad finem libri recensentur, introducitur Sibylla de antiqvitate sua & conjugio ita glorians:

Ἔνθ᾽ αὖθις βιότοιο νέη ἀνέτειλε γενέθλη,
Χρυσείη πρώτη, ἥτις πέλετ᾽ ἕκτη ἀρίστη
Ἐξ οὗ πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ᾽, οὔνομα δ᾽ αὐτῇ
Οὐρανία, ὅτι πάντα θεῷ μεμελημένη ἔσται
Ὦ γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος, ὦ μέγα χάρμα,
Ἧς ἔλαχον, μετέπειτ᾽ ὅτε ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον
Πολλὰ κλυδωνισθεῖσ᾽ ἅμ᾽ ἐμῷ πόσει ἢ δαέρεσιν
Ἠδ᾽ ἑκυρῷ θ᾽ ἑκυρῇ, ὁμονύμφοισίν τε παθοῦσα.

h. e. interprete Sebastiano Castalione:

Hinc nova progenies, hinc ætas aurea prima
Exorta est hominum, qvæ venit in ordine sexta:
Optima post homines natos, & nomine fertur
Cælestis, qvod eam curæ Deus unus habebit.
O ævi sexti stirps prima, o gaudia magna,
Qvod sortita fui, postqvam discrimina mortis
Effugi, jactata meo cum conjuge multum,
Nec non cum leviris glosses soceroqve socruqve.

Hæc ibi de se Sibylla. Verum enimvero rudis omnino & absqve naso sit necesse est, qvi persvaderi sibi patiatur, antiqviorem Moyse ullam unqvam Sibyllam extitisse, vel qvi non odoretur, græcum illud Sibyllinorum oraculorum opus, ex qvo supra adscriptos versus deprompsi, ætatem non dico diluvii, sed ne Homeri qvidem redolere, nec ab illo profectum esse spiritu, qvi salutis nostræ per Christum instaurandæ mysteria in veteri Testamento prædicuntur. Qvod ne qvis existimet à me dictum temere & in contumeliam vel primitivorum Christianorum, qvi, teste Origene lib. 5. contra Celsum, ob freqventem Sibyllinorum oraculorum lectionem *Sibyllistæ* appellati fuerunt, vel Sanctorum patrum Justini Martyris, Theophili Antiocheni, Clementis Alexandrini, Lactantii Firmiani, Hieronymi, Augustini & complurium aliorum, qvi jam dictis oraculis ad convincendos & refutandos Gentilium errores, in scriptis suis passim utuntur; operæ pretium me facturum arbitror, si hic inseruero eruditissimam dissertationem, qvam Vir doctissimus Joannes Opsopœus optimæ Oraculorum Sibyllinorum editioni græco-latinæ, qvæ Lutetiæ Parisiorum anno 1599. in forma, ut vulgo loqvuntur, octava cum ipsius Notis prodiit, sub titulo præfationis ad Lectorem præfixit. Solidissimis enim ibi demonstrat argumentis, octo Sibyllinorum oraculorum libros, qvi nunc extant, spurios & suppotititios esse, versusqve, si qvi in iis supersunt, genuinos adeo interpolatos & transformatos esse, ut ab adulterinis discerni neqveant. En tibi nunc ipsam dissertationem

nem, cui majoris claritatis causa necessarias qvasdam annotationes in margine appofui: *Fuisse fœminas fatidicas, qvas Chaldæi* (1) *Sambethas, Græci & Latini* (2) *Æolico more Sibyllas appellarunt, adeo certum est, ut nullus in dubium vocare possit aut debeat. Sed qvot fuerint, qvæ singularum patria sit, qvi parentes, qvæ nomina, qvæ ætas, qvæ oracula, plane incertum est & controversum, ut facile colligitur è seqventi* (3) *Onuphrii libello & ex testimoniis* (4) *Græcorum &* (5) *Latinorum auctorum in unam synopsin in* (6) *hac editione collatis. In qvibus qvoniam qvæcunqve de Sibyllis dici poterant, sub suis auctoribus consignantur, ampliore enarratione supersedebo. Nunc tantum qvod ad rem præsentem attinet, duo capita inqviram in hujus libri vestibulo & Lectori dijudicanda proponam. I. An oraculorum istorum Sibyllarum nomine publicatorum & octo libris comprehensorum Sibyllæ sint auctores. II. An omnia sint unius Sibyllæ, an vero plurium. Novi eqvidem me in multorum reprehensionem incursurum, qvod rem certam & omnibus confessam convellere, & incertam facere ausim. Sed ii mihi, ut spero, æqviores erunt, ubi qvas habeam dubitandi causas perspexerint. Hactenus libri isti, de qvibus qvæstionem institui, communi fere omnium hominum consensu Sibyllis adscripti & pro* (7) *veris Sibyllarum oraculis habiti sunt, propter crebra testimonia, qvæ passim ex illis apud antiqvos Ecclesiæ scriptores,* (8) *Justinum Martyrem, Theophilum Antiochenum, Athenagoram, Clementem Alexandrinum, Firmianum Lactantium & alios contra gentiles citata leguntur. A qvo consensu recedere nefas duxissem, nisi tempus, ordo, dictio & res ipsæ horum oraculorum auctoritatem elevare viderentur. Nam si ætatem Sibyllarum, qva vixerunt, consideremus & Justino Martyri, Tatiano, Clementi Alexandrino, Eusebio, cæteris deniqve Ecclesiasticis scriptoribus credimus, nulla Sibylla Moyse prior fuit. Qvomodo ergo nostra Sibylla lib. 3. pag.* 236. *de Moyse vaticinari, qvomodo diluvium prædicere, qvomodo pag.* 183. *una cum Noë in arca esse potuit? ait enim se cum suo marito cum socero & socru cum leviribus & glosibus in undis tempore diluvii fuisse jactatam: qvod ipsum audita insolens & à nemine hactenus proditum est. Sin Sibyllæ plusqvàm illis credimus, oracula hæc conscripta sunt mille qvingentis annis post Græcorum Imperium, ut patet ex pag.* 261. *Incertum qvidem est qvodnam Græci Im-*

(1) *Secundum Svidam loco supra citato Sambetha non fuit generale omnium Sibyllarum nomen apud Chaldæos, sed proprium tantum illius, qvæ antiqvissima omnium creditur & promiscue Chaldæa, Persica & Hebræa cognominatur.*

(2) Σιὸς *enim Æolica dialecto pro* θεὸς, βυλὴ *autem pro* βουλὴ *dicitur. Sibyllæ igitur appellatæ sunt qvasi* θεοβουλαι *à denunciandis Dei consiliis. Vid Lactant. divin. Institut. lib.* 1. *c.* 6. *& Baron. Apparat. ad Annal Eccles.* §. 18.

(3) *De Sibyllis & carminibus Sibyllinis scripsit Onuphrius Panvinius singularem libellum, qvi cum ipsius Factis aliisq; operibus editus est Heidelbergæ typ. Commelin. in fol. an.* 1588. *Eundem Joannes Opsopæus Sibyllinis Oraculis à se editis integrum præfixit.*

(4) *Nempe Platon. in Theage & Phædro: Aristot. Problem. sect.* 30. *qvæst.* 1. *& libr. de mirabil. auscultat: Diod. Sicul. Biblioth. Hist lib.* 4. *Dionys. Halicarnas. lib.* 1. 3. 4. *&* 10. *Strabon. lib.* 14. *&* 17. *Plutarch. lib. cur. Pythia non reddat amplius oracula carmine; ut & in Theseo, Poplicola, Fabio Maximo, Mario, Cæsare, Cicerone, Demosthene, & lib. de iis, qvi tarde à numine puniuntur: Ælian. var. hist. lib.* 12. *Lucian. in epist. de mort. Peregrini: Pausan. in Achaicis & Phocicis: Dion. Cass. in Tiber. & Neron. Justin. Martyr. in Parænet. ad gentes & Apologetico: Theophil Antiochen. lib.* 2. *ad Autolycum: Clement. Alexandrin. Stromat. lib.* 1. *Euseb. in Orat. Constantin. ad Sanctor. cœtum cap.* 18. *Jamblich. ad Porphyr. Stephan. de urbib. v.* Γέργις *&* Μερμησσός: *Eustath. Comment. in* β *Iliad p.* 351. *edit Rom. an.* 1542. *& Comment. in Dionys. Alexandr. Periegesin. Scholiast. Aristophan. Comment. in Aves: Herm. Philosoph. lib.* 2 *Comment. in Platon. Phædrum: Zosim. Hist lib.* 2. *Procop. Cæsariens. lib.* 1. *de bell. Goth. Agath. l.* 1. *Georg. Cedren. Zonar. lib* 3. *Nicet Choniat. Joan. Curopalat. Glyc. Svid. v. Sibylla, Herophila, Ilium, Prometheus & Liberna: Joan. Tzetz. Chilid. Histor.* 7. 9. 10. *Laonic. Chalcocondyl lib.* 8. *de reb Turcicis.*

(5) *Nempe Varron: de LL. lib* 5. *& lib.* 1. *de re rustic. Ciceron. de divinat. l.* 1. *&* 2. *& in Verrin. ult. & Epist.* 7. *lib.* 1. *ad famil Virgil. l.* 3. *Æneid. Ovid. lib.* 14. *Metamorph. Livius l.* 1. 3. *& alias passim: Valer. Maxim. lib.* 1. *c.* 1. *&* 9. *Tacit. Annal. lib.* 4. *Plin. Hist. natur. l.* 3. *c.* 17. *lib.* 7. *cap.* 33. *lib.* 13. *& lib.* 34. *cap* 5 *Solin. Polyhist. c.* 7 *&* 8. *Juvenal. Sat.* 3. *Sveton. in Cæsar. cap.* 79. *& in August. c.* 31. *A. Gell. lib.* 1. *c* 19. *Arnob. advers gent. lib.* 1. *Lactant divin. Institut. lib.* 1. *c.* 6. *lib* 7. *c.* 16. 18 19. 20. *& lib. de Ira Dei c.* 22. *Æl. Spartian. in Hadrian. Jul. Capitolin in Gordian. junior. Trebel Pollion. in Gallien. Fl. Vopisc. in Aureliano: Aurel. Victor. in Claudio: Ammian. Marcellin. lib.* 21. 22. 23. *Macrob. Saturnal. lib.* 1. *c.* 17. *Ambros. Comment. in Epist.* 1. *ad Corinth. c.* 2. *Hieronym. lib.* 1. *advers Jovinian. & in Chronicis: Augustin. de Civit. Dei l.* 3. *c.* 17. *lib.* 18. *c.* 23. 24. 27 *& lib.* 13. *contra Faustum Manichæum c.* 15. *& epist.* 156. *ad Martian. & lib. singul. de Grammat. Rutil. Numatian. Itiner. lib* 2. *Martian. Capell. lib.* 2. *de nupt. Philolog. Serv. & Donat. Comment. in Virgil. Isidor. Hispal. Origin. l.* 8. *c.* 8. *& l.* 9. *c.* 2.

(6) *Ante hanc enim Opsopœi editionem prodierunt eadem Sibyllina Oracula græce cum annotationibus Xysti Betuleji Basileæ typ. Joan. Oporin. an.* 1545. *in* 8. *atq; ibidem eadem forma iisdemqve typis carmine heroico reddita à Sebastiano Castalione an.* 1546. *Prodierunt etiam Basileæ græce & latine an.* 1555. *Magnæ qvoq; eorundem oraculorum pars græce & latine edita est in Sylloge Apocryphorum monumentorum græcorum, qvæ de Michaele Neandro conjunctim publicata sunt Basil. typ Joan. Oporin. in* 8. *an.* 1567. *Insuper & Oppenheimii opusculum de vaticiniis Sibyllarum prodiit in* 4to, *cujus Joan. Jac. Fris. in Bibliotheca sua an.* 1592. *Tiguri impressa meminit.*

(7) *Vid. Onuphr. Panvin. lib. de Sibyllis & carm. Sibyllin. pag.* 23. *edit. Heidelberg. an.* 1588. *in fol. Card. Baron. Apparat. ad Annal. Ecclesiast. & Caspar. Barth. Advers. l.* 7. *c.* 2. *& l.* 13. *c.* 1.

(8) *Vid. loca veterum græcorum Auctorum paulo ante citata.*

Imperii initium ſtatuat Sibylla: ſedundecunqve illud ſumatur, ſive ab (1) *Argivorum, ſive à* (2) *Sicyoniorum, ſive ab* (3) *Athenienſium regno; de Moſe, de regno Salomonis, de imperio Macedonico, de qvatuor monarchiis vana Sibyllæ vaticinia erunt, utpote poſt res geſtas prolata. Qvod ſi poſt Moſen demum Græcorum regnum cœpit, verſibus iſtis multo minus auctoritas ſua conſtabit. Nam ab exitu Moſis ex Ægypto usqve ad ultimam politiæ Judaicæ deſtructionem ſub Veſpaſiano, numerantur mille qvingenti* (4) *octoginta duo anni. Et certe ut plurima ex iſtis oraculis poſt Chriſtum conſcripta eſſe credam triplici cauſa moveor. Una, qvia lib. 5. p. 332. aſſerit Sibylla ſe alterum incendium ædis Veſtalis vidiſſe. Hoc autem, teſte Euſebio in Chronicis, contigit anno Domini* (5) *CXCIX. ſub Imp. commodo: qvo non modo ipſa Veſtæ ædes, ſed etiam palatium & plurima urbis pars ſolo coæqvata ſunt. Nam primum incendium fuit Olympiade CXXXIV. Altera, qvia circa Antonini Pii & Commodi tempora innoteſcere, in vulgus efferri, & à ſcriptoribus ejus ætatis citari cœperunt iſta vaticinia Sibyllina antea ignota, nec ab ullo, qvem ſciam, adducta. Eo autem magis in hac opinione confirmor, qvod ultra Commodum non extendantur; qvippe poſt Adrianum tres Imperatores [id eſt, Antoninum Pium, Antoninum Philoſophum & Commodum] regnaturos lib. 5. pag. 304. & lib. 8. pag. 367. & tunc tempora finem habitura eſſe ſcribitur. Tertia, qvia video opiniones nonnullas poſt Chriſtum demum à Chriſtianis excogitatis, hiſce libris inſertas eſſe. Impios poſt aliqvot ſecula ex æterno ſupplicio liberatum iri, ſententia eſt Origenis, ut docet Auguſtin. lib. II. de Civit. Dei cap. 17. &* (6) *Neronem in vigore ætatis ſubtractum & occultatum ſuo tempore revelatum iri & Antichriſtum fore, ſuſpicio fuit nonnullorum, orta ex dicto Pauli ad Theſſal. Myſterium iniqvitatis jam operatur, ut idem Auguſtinus tradit lib. 20. de Civit. DEI cap. 19. Atqvi prior extat pag. 212. & reprehenditur in Græco qvodam ſcholio oræ veteris codicis appoſito, qvod infra in Notis retuli: poſterior paſſim inculcatur, ubi de Nerone mentio fit, qvemadmodum notatum eſt ad pag. 368. Unde non levis ſuſpicio me tenet, oracula iſta à qvodam opinionibus illis imbuto potius qvam à Sibylla concinnata fuiſſe. Hæc de tempore. Sed & ordo ipſe multum Sibyllinis libris detrahere videtur. Sibyllæ carmina, ut Juſtinus refert, ſunt inconcinna,* (7) *obſcura, mutila, ne ab ipſa qvidem intellecta, qvia cum furore qvodam effuſa: ita ut proverbio locum dederint, qvo rem perplexum foliis Sibyllæ obſcuriorem eſſe dicimus. At noſtri libri Sibyllini, etſi metri ratio interdum claudicet, fere perpetuum rerum ordinem ſervant, in primo de mundi creatione & ætatibus, de Noë, de diluvio ea ſerie, qva in Geneſi: in tertio de Saturno & Titantibus, de Moſe, de Lege, de Babylonica captivitate: in qvarto de qvatuor Monarchiis: in qvinto de rebus geſtis XV. Imperatorum integræ hiſtoriæ contexuntur: ita concinne deniqve & perſpicue omnia referuntur, ut hiſtoriæ potius qvam oraculi, animi ſedati potius qvam furoris, perſpicuitatis potius qvam obſcuritatis indicia de ſe præbeant. His conſentit dictio ipſa, ſive voces, ſive phraſes ſpectemus. Voces partim inſolentes & novæ ſunt, partim è ſacris literis & ſcriptoribus deſumptæ, partim ineptis etymologiis offuſæ. Inſolentes, ut* αὐδήσει *in audiendi ſignificatione pag. 188. 9.* τραχὺς *in genere fœminino pag. 279. 20. Novæ, ut* οἰκυμενικὸς 195. 23. γαλικανὸν 316. 19. κελτιγυὴ 356. 12. *E ſacris literis & ſcriptoribus deſumptæ, ut* σηλόβρωτα 156. 2. προσοχθίζων 236. 3. θεόχρισοι 307. 3. *Iſtas forſan aliqvis furori divino adſcribendas dixerit: ſed an qvoqve nominum rationes & derivationes eidem tribuantur, qvalis eſt* (8) ἀλφιστήρων 167. Βαβυλῶν@ 224. 3. Διὸς 227. 15. Δία, *inqvit, Jovem nominarunt,* ὅτι οἱ διεπέμφθη, *qvia illuc miſſus eſt. O bellum etymon, Græcis auribus dignum, illi plane ſimile, qvo* Δευκαλίων *deducitur* παρὰ τοῦ δεῦρο καλεῖν! *O præclarum inventum, qvo* τέτρα γράμματ@ Ἀδὰμ *pag. 216.* (9) *qvatuor mundi plagas deſignare dicitur. Qvaſi vero iſtud furoris ſit & non potius otioſi ingenii: qvemadmodum & illud, qvod legitur pag. 388. de qvatuor veſtigiis clavorum. Phraſes vero, ſtylus, tota deniqve lectio, paucis exceptis, nibil animi numine afflati ſpirant, nibil impetus & ſtimuli divini præ ſe ferunt: imo ne qvidem Homericam majeſtatem attingunt, qvod magno indicio eſt nos veris*

(1) *h. e. ab an. M. 2093. ante Æ. C. 1857. qvo cœpit Inachus primus Argivorum Rex.*

(2) *h. e. ab an. M. 1861. ante Æ. C. 2089. qvo cœpit Ægialeus primus Sicyoniorum Rex.*

(3) *h. e. ab an. M. 2394. ante Æ. C. 1556. qvo cœpit Cecrops primus Athenienſium Rex.*

(4) *At ſecundum Scaligeri, Calviſ. Emm. & Helvic. ſupputationem, qvam hic ſeqvor, numerantur anni mille qvingenti ſexaginta ſex: qvippe cum in annum Mundi 2453. exitus Iſraelitarum ex Ægypto, in annum autem ejusdem Æræ 4019. ſeu Æ. C. vulg. 70. excidium Hieroſolymitanum ſub Imp. Veſpaſiano inciderit.*

(5) *Secundum Calviſ. an. Æ. C. vulg. 191. Caſſio Apromano, M. Atilio Metilio Bradua II. Conſulibus.*

(6) *De eodem errore vid. Sulpic. Sever. Hiſtor. ſacræ lib. 2. & Dialog. II de virtutibus B. Martini c. 16.*

(7) *Vid. locum Svidæ ſupra citatum, & Lactant. in græc. præfat. Marci Antimachi ſub finem.*

(8) *Vid. Magn. Etymologicon græc. v.* ἀλφηστής, *Heſych. Lexic. v.* ἀλφεῖν *& Euſtath. Comment. in* Σ & Φ *Iliad. Homer. & in A. Odyſſ. p. 1166. 1224. & 1422. edit. Rom. an. 1542.*

(9) *Nempe* Α ἀνατολὴν *ſive Orientem,* Δ δύσιν *ſive Occidentem, ſecundum* Α ἄρκτον *ſive Septentrionem &* Μ μεσημβρίαν *ſive Meridiem.*

ris Sibyllinis carere, illorum siqvidem tanta fuerit gravitas, tanta excellentia, tanta venustas, ut Homerus, (1) Diodoro teste, plurimos versus ex Sibyllæ oraculis in sua opera transtulerit. At in nostris hodie vix sex vel septem hemistichia Homericis similia reperias. Carmina nostra Sibyllina, si verum fateri volumus, maxima ex parte sibi multum dissimilia, dura, coacta, & ex sacris literis, (2) Orpheo, Hesiodo, (3) oraculis Apollinis, Phocylide & cæteris gnomicis Poetis sarcinata sunt, ut passim in notis observavi. Venio nunc ad res ipsas in Sibyllinis expositas, qvarum pleræqve adeo plene, copiose & aperte describuntur, ut vel inde tantum conjicere liceat, illas non prædictas, sed prius visas, auditas aut lectas, ita perspicue recitatas fuisse. Vaticinia alioqvi non solent omnibus suis circumstantiis limitari, multo minus nomina propria personarum in illis designari, ut constare potest ex scriptis Prophetarum. Esaias indefinite prædixit; Ecce virgo pariet puerum. At Sibylla nominatim; Ecce Virgo Maria pariet puerum JEsum in Bethlehem. Qvasi vero Prophetæ minus instinctu divino agitati futura prædixerint qvam Sibyllæ, aut qvasi nomen Jesu ante Angeli in Evangelio annunciationem à Sibyllis publicatum fuerit. Christi baptismum in Jordane nullus Prophetarum prædixit: at Sibylla lib. 6. & baptismum illum, & Spiritus sancti apparitionem in columbæ specie, multo ante, si credere fas est, præsignificavit. Si ita est, cur non plus Sibyllis, qvam Prophetis tribuimus? sed qvicunqve istorum Sibyllinorum auctor est, suo se indicio sicuti sorex prodit, cum in historia de Christo, tum in descriptione XV. Imperatorum Romanorum statim ab initio lib. 5. ubi singulorum nomina & facta ita perspicue & graphice tanqvam in breviario qvodam referuntur, ut ab Historico aliter narrari non potuerint. Ne tamen fraus animadvertatur, non integra nomina exprimuntur, sed numeri tantum, qvos (4) primæ seu capitales singulorum nominum literis Græcis designant: ut, si Diis placet, mera ænigmata videantur. Sed cur non eadem serie subseqventium Imperatorum nomina similibus ænigmatibus & gryphis involvit? An qvia imperio jam defunctorum & regnantium nomina nota erant, posterorum Imperatorum primæ literæ & numeri ignoti? Sibylla autem hæc de præteritis & notis vaticinatur. Qvod si interdum de futuris loqvi velit, ex numeris, qvi ex nominum propriorum literis exsurgunt, hariolatur: ut pag. 375. prædicit Romam perituram, postqvam numerum nominis sui compleverit. Plura his addere possem, si minuta omnia, qvæ in Notis attigi, hic persequi vellem. Verum prudenti hæc sufficere arbitror, ut intelligat judicium meum de Sibyllinis libris satis probabilibus rationibus esse suffultum. Qvod ne veteribus Ecclesiæ scriptoribus, qvi Sibyllas freqventer laudant, aliqvid detraxisse videar, & ne Camarinam, ut Sibylla nostra monet, agitem, qvam præstat non agitari; hac interpretatione temperabo. In libris istis hactenus vulgatis aliqvot vera Sibyllarum oracula, pauca integra, sed multa depravata & interpolata contineri; at reliqva omnia nova, supposititia, ex variis auctoribus comportata, ex eventu composita, in eum, qvo leguntur hodie, ordinem redacta & subinde versibus aliqvot adaucta esse: qvemadmodum sæpius in Notis monui, & jam uno & altero exemplo ostendam. Libro secundo mentio fit agonis Iselastici. Ut vero ex (5) Plinii epistolis constat, Trajani tempore certamina Iselastica instituta & celebrata fuere, ut suspicio sit eum locum post Trajanum conscriptum fuisse. Nero cum Romam excitato incendio inflammasset, ejus criminis invidiam in Judæos & Christianos derivavit. Qvod ut videretur à Sibyllis prædictum, à bono qvodam viro versus iste intersertus fuit, εις ἔριν ἡμετέρην τοῦχὸν ἄςατα ταῦτα προβάλλου. Clemens, Lactantius, Theophilus, Pausanias & alii multa citant ex Sibyllinis, qvæ aut non extant in his nostris, aut multum variant, & vel verbis, vel versibus integris interpolata sunt, ut diligenter suis locis infra notavi. Qvæ omnia eo spectant, ut doceant Sibyllina nostra maximam partem esse spuria, pauca legitima. Utinam vero, ut nota Ciceronis voce utar, tam facile vera invenire possem, qvam falsa redarguere. Sed qvia id præstare non licet, falsa cum veris, & mala cum bonis erunt toleranda, ut saltem aliqva Sibyllinorum oraculorum vestigia conservemus. Atqve hæc de priore capite satis. Seqvitur alterum, an omnia ista unius sint Sibyllæ, aut scriptoris. Hoc, ne qvidpiam de styli & rerum discrepantia dicam, breviter ex Lactantio expediri potest. Ille namqve lib. 1. de falsa relig. cap. 6. singularum Sibyllarum singulos libros esse scribit: unius tamen credi, qvia Sibyllæ nomine circumferuntur: neqve discerni, ac suum cuiqve propter confusionem assignari posse, nisi Erythrææ, qvæ & nomen suum verum carmini inseruit, & Erythræam se nominat. Erythrææ autem est is, qvi in

(1) Diod. Sicul. Biblioth. Histor lib. 4. pag 269. edition. Werbel. Laurent. Rhodoman.

(2) Qvæ sub Orphei nomine etiamnunc circumferuntur poemata supposititia sunt.

(3) Hæc Apollinis aliorumqve falsorum numinum oracula metrica collecta sunt à Joan. Opsopæo & græce atq; latine edita in Sibyllinorum oraculorum Appendice.

(4) Simile fere exemplum vaticinationis per primas nominum propriorum literas vide apud Nicep. Chron. lib. 5. & Imp. Leon. Sapient. primo de Imperio Constantinop. oraculo, ubi per vocem αιμα *Alexius Joannes, Manuel & Alexius secundus significantur. Qva de re invenies plura in Annotationibus meis ad Imp. Leonis oracula & in testimoniis veterum Auctorum, qvæ iis præfixa sunt p. 237. 238. 241 242 & 281. edit. Paris. an. 1655. in fol.*

(5) lib. 10. epist. 119. & 120 ubi vide Buchneri Notas.

in libris nostris tertium ordinem tenet. Primi libri auctor dicit se nurum Noë fuisse. (1) *Secundum, ut & septimum adscribit sibi scortum qvoddam adeo impudicum, ut [si recte verba mendosa pag. 360. accipio] cum patre incestum commiserit: qvale pecus neqvidem Ethnici inter Sibyllas castas & Deo plenas agnoscerent. Qvintum librum sibi vendicat Isidis soror. Cæteri sub incertis auctoribus feruntur.* Hæc Opsopœus: cujus qvidem de octo Sibyllinorum oraculorum libris, qvi nunc extant, judicium Vir magnus Gerardus Joannes Vossius libri de Poetis Græcis capite primo non tantum summopere probat & debita laude extollit, verum etiam dilucida explanatione illustrat & validissimis aliqvot argumentis auget atqve corrobarat. Inter ea vel præcipuum illud est, qvod his ipsius verbis continetur: *Qvæ hodie & à multis retro seculis inscribuntur Sibyllina oracula, plane diversa sunt ab iis, qvorum Livius & alii ante Christianæ per orbem religionis notitiam meminerunt. Qvod primo evincitur ex argumento plane dispari, cum gentilium illa non Christianismum, sed gentilem suaserint idololatriam. Qvale est Æsculapium ab Epidauro, matrem Idæam à Pessinunte, Romam esse arcessendam; præterea ad ædem Saturni esse immolandum ac lectisternium habendum: Jovi ludos magnos & ædes Veneri Erycinæ vovendas: humanas esse hostias immolandas, Galli & Gallæ, Græci & Græcæ, ac similia. At Sibyllina, qvæ extant, invehuntur in Deorum cultum, & contra unius veri Dei filiiqve ejus JEsu Christi cultum suadent. Alia igitur sunt hæc ab illis, qvæ Romæ à* (2) *Decemviris consuli solebant usqve ad Theodosii senioris Imperium ac imperante ejus filio Honorio à Stilichone combusta sunt, idqve magno cum dolore gentilium: qvodvel ostendunt* (3) *versus Rutilii Numatiani in Gall. Itiner. lib. 2*

> *Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,*
> *Ante Sibyllinæ fata cremavit opis.*
> *Odimus Althæam consumpti fœdere torris,*
> *Nisæum crimen flere putantur aves.*
> *At Stilicho æterni fatalia pignora libri*
> *Et plenos voluit præcipitare colus.*

At antea scripserat idem:

> *Qvo magis est facinus diri Stilichonis acerbum*
> *Proditor arcani qvi fuit imperii.*

Non ita indigne tulisset Stilichonis factum tantus religionis Christianæ hostis, si ii libri continuissent mysteria omnia religionis Christianæ. Imo neqve id si esset, ea Christiani concremassent. Huc accedit, qvod ab eodem doctissimo Viro ibidem recte observatum est, secundo post Æ. C. seculo circa Antoninorum Pii, Philosophi & Commodi tempora, cum primum ea, qvæ nunc extant, Sibyllina oracula à Sanctis Patribus citari cœperunt, non tantum ab hæreticis, sed & à Catholicis & piis hominibus pro nimio de Christiana religione bene merendi studio suppositios confictos fuisse libros, qvorum speciosis titulis vel gentiles converterent vel recens conversos in fide confirmarent. Cujus perversi zeli plurima exempla exhibent Concilium Romanum sub Pontifice Gelasio habitum distinct. 15. cap. Sancta Romana, & Vossius lib. 2. de Hist. gr. c. 9. Inter ea autem præ cæteris notatu dignissimum est, qvod de ψευδεπιγράφοις actis S. Pauli & Theclæ Tertullianus lib. de baptismo cap. 17. refert his verbis: *Qvod si, qvæ Pauli perperam scripta legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendiqve defendunt: sciant in Asia presbyterum, qvia eam scripturam construxit, qvasi titulo Pauli de suo comulans, convictum atqve confessum, id se amore Pauli fecisse, loco decessisse.* Idem confirmat S. Hieronymus lib. de script. Eccles. cap. 7. ubi de S. Luca agitur, inqviens: *Igitur περιόδους Pauli & Theclæ & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. Qvale enim est, ut individuus comes Apostoli, inter cæteras ejus res hoc solum ignoraverit? Sed & Tertullianus, vicinus eorum temporum, refert presbyterum qvendam in Asia, σπουδαστὴν Apostoli Pauli, convictum apud Joannem, qvod auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id de loco excidisse.* Hinc ergo haud absurde colligitur, simili Gentiles convertendi & corroborandæ authoritatis religionis Christianæ studio, sub Sibyllarum nominibus oracula illa, qvæ nunc extant & merum Christianismum sapiunt, conficta & falso divulgata fuisse. Cui sen-

(1) *Hanc opinionem magis probo, qvam alteram, secundum qvam primus & secundus liber ab uno atq; eodem auctore scripti creduntur. Vide sis ipse novem posteriores libri secundi versus & de utraq; opinione judica.*

(2) *De Duumviris & Qvindecim viris Sacrorum faciundorum, penes qvos cura fuit custodiendi & inspiciendi libros Sibyllinos vide præter Auctores antiqvos, qvos hic longum foret recensere Joan. Rosin. Antiqvit. Roman. lib. 3. cap. 24. & Th. Dempsteri Paralipomena.*

(3) *Extant pag. 30. edit. Rom. qvæ cum notis J. Sepbi Castalionis an. 1582. in lucem prodiit. Iidem citantur à Baronio Annal. Eccles. Tom. V. ad an. Chr. 399. ubi de combustione Sibyllinorum oraculorum per Stilichonem agit, pag. 98. edit. Plantin.*

ſententiæ præter Opſopœum & Voſſium adſtipulatur Vir doctisſimus & judicii absq; controverſia limatiſſimi Samuel Bochartus Geograph. ſacr. part. 1. lib. 1. cap 3. ubi agit de loco, in qvo arca Noæ ſubſtitit, & recte concludit, montes Ararat, qvorum Geneſ. cap 8. v. 4. in verbis, ותנח התבה על הרי אררט mentio fit, perperam in Phrygia collocari libro primo Sibyllinorum oraculorum his verſibus:

Εστι δὲ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροις μελαίνης
Ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος, Ἀραρατ δὲ καλεῖται
Ὅττι ἄρα σαθήσεσθαι ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔμελλον.
Ἐν τούτῳ μεγάλη δὲ ποθὴ καταθύμιος ἦεν.
Ἔνθα φλέβες μεγάλου πυταμοῦ Μαρσυου πέφυκαν.

ſive, ut verſum hunc emendat Bochartus:

Μαρσύου ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῖο πέφυκαν.
Τοῦ δὲ κιβωτὸς ἔμεινεν εν ὑψηλοῖο καρήνῳ
Ληξαιτων ὑδατων.

h. e. Sebaſtiano Caſtalione interprete:

Aſſurgit Phrygiæ mons qvidam in finibus atræ,
Arduus, alta petens, Ararat qvem nomine dicunt,
Qvod fatale fuit illic evadere cunctis,
Optataqve frui tandem charaqve ſalute.
Fluminis unde alti Marſyæ manat origo.
Hujus in excelſo poſtqvam ceſſantibus undis
Conſtitit arca jugo, &c.

Revera autem per montes *Ararat* ſignificantur montes Gordyæi in Armenia majore ſiti, ut accuratisſime demonſtrat jam memoratus Bochartus, qvi ſimul etiam de Sibyllinis oraculis judicium ſuum eodem loco his verbis exprimit: *Mihi & aliis, qvorum judicio multum tribuo, hæc Sibyllarum oracula multis nominibus pridem fuere ſuſpecta, adeoqve in hoc ipſo argumento, de qvo agitur. Nam, ut cætera taceam, Sibylla Noæ* σύγχρονος *qvomodo meminit Marſyæ amnis, cum Marſyas, unde amni nomen, vixerit poſt Regem Midam, à qvo idem amnis ante Marſyam vocabatur Midæ fons, ut ſcribunt Plutarchus de fluminibus & Euſtathius in Dionyſium Periegeten.* Hæc ille. Fruſtra autem hic qvis objecerit, Sibyllinorum oraculorum lectionem commendari ab ipſo etiam S. Apoſtolo Paulo apud Clementem Alexandrinum Stromat. 6. pag. 636. edit. Pariſ. ubi hæc leguntur: *ἐπεὶ ὅτι καθάπερ Ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ θεὸς, τοὺς προφήτας διδοὺς, οὕτως καὶ Ἑλλήνων τοὺς δοκιματάτους, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας ἀναστήσας, ὡς οἷοίτε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ θεοῦ εὐεργεσίαν, τῶν χυδαίων ἀνθρώπων διέκρινεν. δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος. Λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους· ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες, ἀνάγνωτε καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ καθὼς παράταξιν ποιήσουσι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς, μισοῦντες αὐτὸν, καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ:* h. e. *Qvod enim, qvemadmodum Judæos Deus ſalvos eſſe voluit, dans eis Prophetas, ita etiam Græcorum ſpectatiſſimos propriæ ſuæ lingvæ Prophetas excitatos, prout poterant capere Dei beneficentiam, à vulgo ſecrevit, præter Petri prædicationem declarabit Paulus Apoſtolus dicens: Libros qvoqve Græcos ſumite, agnoſcite Sibyllam, qvomodo unum Deum ſignificet, & ea, qvæ ſunt futura: & Hyſtaſpen ſive Hydaſpen ſumite & legite, & invenietis DEI filium multo clarius & apertius eſſe ſcriptum, & qvemadmodum adverſus Chriſtum multi Reges inſtruent aciem, qvi eum habent odio, & eos, qvi nomen ejus geſtant, & ejus fideles, & ejus tolerantiam & adventum.* Hoc enim prædicationis S. Pauli fragmentum merito ut adulterinum rejicitur, nec Sibyllinis oraculis qvidqvam auctoritatis poteſt conciliare; qvippe qvod in epiſtolis ipſius non extet, & ab auctore citetur, qvi, ut aliàs accuratius demonſtrabo, ab orthodoxo Catholicæ Eccleſiæ conſenſu in ſcriptis ſuis ſæpius recedit, & in allegandis apocryphis monumentis tam freqvens

qvens eſt, ut iis delectari videatur. Qvo nomine etiam ab Euſebio Pamphili Hiſtor. Eccleſ. lib. 6. cap. 13. & 14. diſtinctionis græcæ reprehenditur. Plura de Sibyllis & Sibyllinis oraculis vide apud Auctores antiqvos paulo ſuperius ad Opſopœi diſſertationem in margine annotatos & Flav. Joſeph. de Antiqvit. Judaicis lib. 1. cap. 5. qvibus adde Baron. Apparat. ad Annal. Eccl. à §. 18. usqve 23. & Tom. V. ad an. Chr. 1399 Sixt. Senenſ. Biblioth. Sanct. lib. 2. Caſpar. Peucer. de Theomantia & Eraſm. Schmidii opuſculum de Sibyllis, libris Sibyllinis & eorum auctoritate, qvod Wittebergæ an. 1618. in 8. impreſſum eſt.

V.

Idem ſeculum ante Æ. C. XXIII. qvod diluvii univerſalis charactere mnemonico ſignatum eſt, illuſtre etiam reddidit *Æra Chaldæorum* (1) *antiqviſſima*, cujus principium ſecundum maxime receptam complurium doctisſimorum hominum opinionem idem eſt atqve initium Imperii Babylonici ſeu primæ Monarchiæ. Illud autem incidit in annum Mundi 1718. qvi eſt Periodi Julianæ annus 2482. Cujus ſupputationis probationem, ex Diodor. Sicul Biblioth. Hiſtor. lib. 2. pag. 115. edit. Wechel. Laurent. Rhodoman. & Juſtin. lib. 1. cap. 2. deſumptam, vide apud Scalig. in Notis ad fragmenta veterum Græcorum operi de Emendat. temp. ſubjuncta, pag. 41. ut & apud Seth. Calviſ. Emm. & Helvic. ad an. M. 1718. Hinc igitur, misſis ambagibus & tricis Chronologicis, hiſtoriam qvatuor Monarchiarum ſive ſummorum Imperiorum, Prophetiæ Danielis cap. 2. & 7. præſignificatorum, ordiendam cenſeo. Cæterum qvis primam ſeu Babylonicam Monarchiam fundaverit, ſatis aperte docet Scriptura ſacra Geneſ. cap. 10. verſ. 8. & 10. ubi de *Nimrodo* prænepote Noæ ex nepote Chuſſo Chami filio dicitur, ipſum cœpiſſe eſſe potentem in terra & principium regni ejus fuiſſe Babylonem. Ipſa Moyſis verba hæc ſunt: וכוש ילד את נמרד הוא החל להיות גבר בארץ׃ ותהי ראשית ממלכתו בבל וארך ואכד וכלנה בארץ שנער h. e. *Et Chus genuit Nimrod: ipſe cœpit eſſe potens in terra. Et fuit principium regni ejus Babel; & Erech, & Achad, & Chalneh in terra Schinhar.* His enim verbis fundatio primæ Monarchiæ tam clare & perſpicue Nimrodo attribuitur, ut Spiritum ſanctum mendacii accuſaturus ſit, qvi id in dubium vocaverit. Eqvidem non me latet Diodorum Siculum, Juſtinum aliosqve gentiles ſcriptores hiſtoriam qvatuor Monarchiarum à *Nino* inchoare: ſed hoc ab illis eo factum eſt, qvia rudes hiſtoriæ Hebræorum, Nimrodum vel plane ignorarunt, vel cum filio Nino perperam confuderunt: qva ratione etiam ab Auctore Chronici Alexandrini, Gerardo Mercatore in Chronologia & Wilhelmo Langio lib. 2. de annis Chriſti cap. 5. erratum eſt. Ego vero ut Nimrodum à Nino diſtinguendum cenſeo, ſic cum viris doctisſimis Bened. Pererio Comment. in Geneſ. cap. 10. v. 8. 9. 10. 11. Dionyſ. Petavio Rationar. temp. part. 1. lib. 1. cap. 2. Voſſio de Idololatria lib. 1. c. 24. & l. 2. c. 64. Samuel. Bocharto Geogr. ſacr. part. 1. l. 4. c. 12. & 14. & Chriſtoph. Helvico in Synopſi Hiſt. univerſalis Nimrodum eundem eſſe atqve *Belum*, qvi ab ethnicis ſcriptoribus Nini pater ſtatuitur, firmiter aſſero: qvanqvam non ignorem Joan. Sleidanum de qvat. ſum. Imp. l. 1. Seth. Calviſium, Ub. Emmium & ſuppoſititium Annii Viterbienſis Beroſum contrariam tueri ſententiam, & Belum à Nimrodo diſtinguere, ita ut ex illorum opinione Belus Nimrodi filius & Nini pater fuerit. Nimrod igitur, qvem dixi eundem eſſe atqve *Belum Aſſyrium* Nini patrem, primus omnium nova dominandi cupiditate potens evaſit in terra, aliosqve mortales violenta manu ſubjugavit & oppreſſit. Qvo ſenſu Gen. c. 10. v. 9. גבר ציד h. e. potens venator metaphorice appellatur. Etenim cum homines poſt diluvium multiplicati, & Armenia majori, ubi arca ſubſtiterat, (2) primum diſceſſiſſent commodæ ſedis qværendæ gratia, & inveniſſent campum Schinhar ſive Sennaar, h. e. Babyloniam, ibiqve cœpiſſent habitare, ducem ſe eorum conſtituit Nim-

F

(1) *Ita hæc Æra cognominatur ad differentiam Æræ Chaldæorum Nabonaſſareæ, qvæ cæpit ſeculo ante Æ. C. VIII. A. M. 3203.*

(2) *Vid. Bochart. Geograph. ſacr. part. 1 lib. 1. cap. 7. ubi explicat verba Geneſ. cap. 11. verſ. 2. Cumq; proficiſcerentur ab Oriente, invenerunt campum in terra Sennaar & habitaverunt in eo. Defendit enim hanc vulgatam verſionem contra Chaldæum Paraphraſten Onkelos, qvi* מקדם *non interpretatur* ab oriente, *ſed* in principio *ut & à me hoc loco dedita opera factum eſt.*

Nimrodus, conditisqve urbibus Erech & Achad & Chalneh, animum deniqve appulit ad extruendam regiam urbem, qvæ caput Imperii ſui eſſet & arcis loco turrim haberet tantæ altitudinis ac molis, ut poſteris in perpetuum ſtupori eſſet, & ſimul indicio multitudinis & potentiæ hominum, qvi ibi congregati fuiſſent. Qva veſana ſuperbia irritatus Deus, cum jam Nimrodicum agmen & Regis ſui voluntati & propriæ ambitioni conjunctis viribus & unanimi impietatis conſenſu ſatisfacere anniterentur, & in ædificanda urbe ac turri maxime occupati eſſent, interpoſuit Deus tam audaci cœpto inopinatum obſtaculum. Cum enim hactenus unica tantum lingua, nempe *Hebræa*, in mundo fuiſſet, & communi omnium hominum inſerviiſſet commercio, confudit eam Deus tam miraculoſe, ut momento temporis (1) per vocalium & literarum radicalium tranſpoſitionem, ſubtractionem, ſynæreſin, antitheſin, epentheſin, aliasqve ejusmodi mutationes ex una primitiva complures lingvæ vocabulis ſonis & ſignificationibus diverſæ ortæ fuerint. Sublata igitur colloqvendi facultate, tanqvam præcipuo convictus & converſationis adminiculo, non tantum ab inchoata ædificatione deſiſtendum fuit, verum etiam ſubſecuta eſt ſtatim gentium ibi congregatarum diſperſio. Hinc & ipſe Nimrodus, ſive territus tanto miraculo, ſive cupiditate propagandi Imperii, ſive ab inſalubritate aëris, ut nonnulli ſcriptores Judaici etiamnunc falſo credunt, oblivionem priſtinæ lingvæ profectam exiſtimans, campum Schinhar ſive Babyloniam, qvaſi infauſtam & noxiam regionem odiſſe cœpit, atqve inde profectus eſt in Aſſyriam, ubi cum alias urbes, tum præcipue Niniven condidit. Sic enim cum orientalium linguarum peritiſſimis Viris, Imman. Tremellio & Franc. Junio in Annotat. in Geneſ. & Sam. Bocharto Geograph. ſacr. part. 1. l. 4. cap. 12. verſum undecimum capitis decimi Geneſeos interpretor, ut אשור ibi non ſit nomen proprium *Aſſuris* filii Semi, cujus verſu 22. ejusdem capitis ſit mentio, ſed לאשור, h. e. *in Aſſyriam* ſignificet. Ipſa Moyſis verba hæc ſunt: מן הארץ ההיא יצא אשור ויבן את נינוה ואת רחבת עיר ואת כלח h. e. ſec. Tremel. Jun. & Bochart. verſionem: *E terra hac proceſſit* ſive *egreſſus eſt in Aſſyriam, & ædificavit Niniven & Rechoboth urbem & Chalach.* Hoc ſane verſu continuat Moyſes hiſtoriam Nimrodi, de qvo præcedentibus tribus verſibus egit, &, qvo ille poſt confuſionem linguæ primitivæ devenerit, commemorat. Nempe tota hiſtoria vitæ & rerum geſtarum Nimrodi, qvatenus à Moyſe conſignata eſt literis, in duas claſſes dividenda eſt: qvarum prior, qvæ verſ. 8. 9. 10. continetur, comprehendit ipſius natales, indolem & principium Imperii in Babylonia ab an. M. 1718. in qvem antiqvisſima Chaldæorum Æra incidit, usqve ad an. M. 1757. qvo diſperſio gentium in ædificatione turris Babel contigit: poſterior autem pars, qvæ extat verſ. 11. complectitur res geſtas ipſius poſt diſperſionem gentium & exitum è campo Schinhar ſive Babylonia. Duplicem ergo habuit Nimrodus Imperii ſui ſedem, alteram qvidem ante confuſionem linguarum *in Babylonia*, qvo ſenſu verſ. 10. dicitur, principium ejus fuiſſe Babel & Erech, & Achad, & Chalneh in terra Schinhar: alteram autem poſt confuſionem linguarum *in Aſſyria*, qvo ſenſu dicitur verſ. 11. ipſum è terra Babel ſive confuſionis egreſſum eſſe אשור, h. e. in Aſſyriam, atqve ibi Niniven condidiſſe. Qvod autem haud nove אשור pro לאשור hic dictum ſit, demonſtrat teſtimoniis aliqvot ſacræ Scripturæ doctisſimus Bochartus loco ſupra citato, ubi ſeptem validisſimis argumentis ſententiæ ſuæ veritatem adſtruit, qvæ ſtudioſæ juventutis gratia (qvandoqvidem eruditisſimum illud Geographiæ ſacræ opus non ubivis facile reperitur) ipſius verbis integre hic inſeram: *Regni*, inqvit, *Nimrodi principium fuere Babylon, & Erech, & Chalne & Achad in terra Sinhar, ex qva in Aſſyriam egreſſus, ibi ædificavit Niniven & Rehoboth urbem, & Chalach, & Reſen; qvæ eſt magna urbs inter Niniven & Chalach. Hæc eſt mens verborum Moyſis verſibus* 10. 11. & 12. *Qvorum qvi medius eſt, à plerisqve ita redditur;* Ex terra illa egreſſus eſt Aſſur *(Semi filius)* & ædificavit Niniven: *Qvod à Prophetæ mente cur putem eſſe plane alienum has habeo cauſas non contemnendas. Primo aliena eſſet hoc loco mentio Aſſuris filii Semi, qvia hæc eſt genealogia*

(1) *Præclarum hujus rei ſpecimen vide in Obſervationibus de lingua Chaldaica ex Hebraica derivatione præfixis V. Cl. Joann. Buxtorfii Magno Lexico Chaldaico, Rabbinico & Thalmudico.*

logia filiorum Chami, non Semi. 2. *Nec patitur ordo historiæ, ut Assuris gesta referat Moses vers.* 12. *& nativitatem vers.* 22. *& ex abrupto memoreturbes ab eo conditas, qvem antea ne nominaverat qvidem.* 3. *Præterea non fuit peculiare Assuri Semi filio, qvod egressus est ex terra Schinhar, cum ex eadem prodierint pene universi homines, qvos inde dispersit DEus in omnes terras Genes.* 11. *v.* 8. *Itaqve nullus video, qvorsum velint hujus expositionis assertores Prophetam tam alieno loco de Assure id observasse, qvod illi fuit commune cum toto humano genere.* 4. *Addo hæc optime cohærere & pene necessario nexu:* Principium regni Nimrodi fuit Babel &c. in terra Schinhar; Et is inde egressus est in Assyriam &c. *Nam ideo principium regni vocatur Babylon, qvia priori illi regno aliud adjunxit Nimrod, nempe Assyriam. Qvod si neges, hiulca erit & pendula oratio Mosis, nec poterit colligi ex sacro textu, cur Babylon & terra Scinhar dicatur fuisse principium regni Nimrod.* 5. *Nec leve est, qvod Assyria vocatur terra Nimrodin loco Michæ, cap.* 5. *v.* 6. *qvo bis idem dicitur diversis verbis:* Et depascent terram Assyriæ gladio, & terram Nimrod lanceis ejus, *aut si mavis,* in ostiis ejus. 6. *Deniqve historia exotica, qvam non puto temere rejiciendam, receptæ interpretationi plane repugnat. Nam ex Cresia Diodorus & alii docent, Ninum sive Niniven Babylonem statim ab initio eosdem habuisse dominos, & Belum illum, qvi Babylone celebratur, fuisse Nini patrem, à qvo Ninive nomen habuit.* 7. *Itaqve habeo persuasissimum, Assur hic hominis nomen non esse, sed loci, ut Genes.* 2. *v.* 18. *& passim; adeoqve verba Hebræa* יצא אשור *ita reddenda esse,* Egressus est in Assyriam, *ut* אשור *sit pro* לאשור, *qvomodo* בית 2. *Samuel.* 6. *v.* 10. *pro* לבית 1. *Chron.* 13. *v.* 13. *&* ארץ 2. *Sam.* 10. *pro* אל ארץ 1. *Chron.* 19. *v.* 2. *Nimrod porro dicitur egressus esse in Assur, nempe ad bellum inferendum. Id enim fert Hebræa phrasis. Sic* 2. *Sam.* 11. *v.* 1. Et fuit vertente anno, qvo tempore egrediuntur Reges, *id est, eo tempore, qvo solent Reges ad bella procedere; Qvomodo interpretatur S. Hieronymus recte omnino, & ex Hebræis Salomo Jarchi & R. Levi Ben Gerson. Sic Zachar.* 14. v. 3. Egressus est Dominus, pugnavit in gentes *Es.* 42. *v.* 13. Dominus ut robustus miles egreditur, *Ps.* 60. *v.* 12. Non es egressus ô DEus cum exercitibus nostris. *Eadem locutio freqvens est apud Arabes. Sic Elmacinus historiæ Saracenicæ lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 16. Egressus est Abubecrus justus contra Abasenos & Dibanos. *Et cap.* 3. *pag.* 22. Egressus est Omar in Syriam. *Et cap* 12. *pag.* 63. Egressi sunt contra Hagagum, nempe ab bellum. *Ita egressus est Nimrod in Assyriam, qvæ cum obtigisset Semi filiis, Nimrod è Chami stirpe nihil habebat in eam juris. Sed qvod jure non poterat sibi arrogare, id per vim usurpavit.* Hæc Bochartus. (1) Plura de Nimrodo vide apud Bochart. jam citat. loco & cap. 14. ejusdem libri: ut & apud Perer. Comment. in jam citata Geneseos loca pag. 402. 403. 404. & 405. edit. Colon. an. 1606. & apud Nicol. Abramum Phari vet. Testament. sive sacrar. Qvæstion. lib. 5. qvi inscribitur Basilius sive de prima regnorum institutione. Cæterum si qvis forte existimaverit, qvæ de Nimrodo hactenus dicta sunt, Prodromo Historiæ Literariæ, tanqvam loco alieno, superflue inserta esse, is sciat, haud temere me illud fecisse, se dedita opera & certo consilio: nempe qvia successionis qvatuor Monarchiarum freqvens in hoc opere posthac fiet mentio; qvippe qvam, ut certissimam Historiæ tam sacræ qvam profanæ ex scriptura sacra desumptam cynosuram, omnibus humani ingenii methodicis commentis longe præferendam censeo. Cum igitur inter qvatuor illa summa Imperia Babylonicum, qvod diverso respectu etiam Assyriacum, & Chaldaicum, & Medicum appellatur, primum sine dubio locum obtineat, & ex supra citatis Geneseos locis satis manifeste constet, à Nimrodo illud fundatum fuisse, necessarium utiqve fuit, de principio regni ipsius in Babylonia & subsecuto in Assyriam transitu hic qvædam præmittere, ne de serie qvatuor Monarchiarum suis deinceps locis inferenda dissertatio videretur ἀκέφαλος. Qvod superest, priusqvam ad seqvens caput transgrediar, apponam hic tres tabulas, qvarum prima (*) divisionem Historiæ universalis respectu qvatuor Monarchiarum, secunda (**) seriem Regum primæ Monarchiæ, tertia (***) qvinqve diversas de Nimrodi & Nini genealogia opiniones continet.

(1) *Qvi contrariam defendunt opinionem, &* אשור *jam citato Geneseos loco pro nomine proprio Assuris filii Semi accipiunt, ii verbum* יצא *sic interpretantur: Assurem Semi filium è terra Schinhar egressum, vel nolentem, h. e. sævitia & tyrannide Nimrodi expulsum, vel volentem, h. e. sponte fugam capessentem, terram Schinhar reliqvisse & Ninivem Assyriæ metropolin condidisse, ut se adversus Chamitarum potentiam defendere posset: qvippe cum videret Nimrodum tyrannidem affectare & vera religione abrogata, Idololatriam stabilire. Qvam interpretationem licet minus probem, commemorandam tamen hic esse censui, ne qvis eam vel ignorantia, vel dolo malo à me omissam crederet.*

(*) HI-

(*)

HISTORIA UNIVERSALIS

respectu qvatuor Monarchiarum dividitur
in

ANTEMONARCHICAM

qvæ complectitur res gestas à creatione Mundi usqve ad initium primæ Monarchiæ, & dividitur
in

Antediluvianam,	Postdiluvianam,
qvæ pertingit à creatione Mundi usqve ad an. 1657. qvo cœpit diluvium.	*qvæ pertingit à diluvio usq; ad an. M. 1718. in qvem Babylonici Imperii sive primæ Monarchiæ initium incidit.*
1. *primus Mundi an.* 1657. *Diluvium.*	1657. *Diluvium;* 1718. *Principium regni Nimrodi seu primæ Monarchiæ in Babylonia.*
Primum Hist. univers. intervallum, complectens historiam Antemonarchicam antediluvianam, seu annos integros 1656.	*Secundum Hist. univers. intervallum, complectens historiam Antemonarchicam postdiluvianam, seu annos* 61.

ET

MONARCHICAM,

qvæ complectitur res gestas sub qvatuor Monarchiis, nempe

Babyloniorum.	Persarum.	Græcorum.	Romanorum.
qvæ & Assyriorum, & Chaldæorum & Medorum dicitur. Duravit ab an. M. 1718. *qvo Nimrod cœp. usq; ad an.* 3412. *qvo Darius Medus à Cyro victus & Babylon capta est.*	*qvæ duravit ab an. M.* 3412. *qvo Darius Medus à Cyro victus est, usq; ad an. M.* 3619. *qvo Darius Codomannus ultimus Persarum Rex tertium ab Alexandro M. victus est.*	*qvæ duravit ab an. M.* 3619. *qvo Darius Codomannus tertium ab Alexandro M. victus est, usq; ad an. M.* 3920. *in qvem interitus Cleopatræ ultimæ Ægypti Reginæ incidit.*	*qvæ duravit ab an. M.* 3920. *qvo Cleopatra ab Augusto victa periit, usq; ad an. M.* 5606. *qvi est præsens annus Æ. C. vulg.* 1657.
17·8. *Nimrod cœpit.*	3412. *Cyrus victo Dario Medo Babylonem occupavit.*	3619. *Alex. M. Darium Codomannum tertio prælio ab Arbela superavit;*	3920. *Translatio tituli Monarchiæ à Græcis ad Romanos sub Augusto.*
3412. *Darius Medus victus est à Cyro.*	3619. *Darius Codoman. tertium ab Alexand. M. victus est.*	3920. *Cleopatra ab Augusto victa periit.*	5606. *præsens Mundi annus.*
Tertium Hist. univers. intervallum, complectens res gestas sub prima Monarchia seu annos 1694.	*Qvartum Hist. univers. intervallum, complectens res gestas sub secunda Monarchia seu annos* 207.	*Qvintum Hist. univers. intervallum, complectens res gestas sub tertia Monarchia seu annos* 301.	*Sextum Hist. univers. intervallum, complectens res gestas sub qvarta Monarchia seu annos* 1686.

Primus intervallum:			1657.
II.	-	-	61.
III.	-	-	1694.
IV.	-	-	207.
V.	-	-	301.
VI.	-	-	1686.

Annus Mundi præsens 5606. *qvi est annus Æ. C. vulgaris* 1657. *à vero autem tempore nativitatis Christi* 1659.

(**)

Nimrod,
idem atqve Belus, cœpit An. M. 1718.
regnavit annos 59.

|

Ninus
filius Beli ſive Nimrodi: cœpit A. 1777.
regnavit annos 52.

|

Semiramis
cœpit poſt mortem mariti An. 1829.
regnavit annos 42.

|

Ninyas.
qvi & Zameis, Nini & Semiramidis filius, cœpit An 1871.
regnavit annos 39. usqve ad An. M. 1910.
qvo cœpit Arius

:

Intervallum Annorum 1167. à morte Ninyæ usqve ad interitum
Sardanapali ſeu Annum 3077.
qvo
diviſa hac Monarchia

1. Arbaces *occupavit* REGNUM MEDORUM *cum Præfectura Perſiæ*	1. Belochus *ſive Beleſus occupavit* REGNUM ASSYRIORUM *cum Præfectura Babyloniæ*	
2. Mandanes	2. — —	
3. Soſarmus	3. Phul	
4. Artycas	4. Tiglath-Pileſer *ſive Tiglath-Phul-Aſar.*	1. Nabonaſſar qvo duce Babylonii ab Aſſyriis defecerunt, novum fundavit,
	5. Jareb	REGNUM BABYLONIÆ
	6. Sargon	Anno M. 3203.
	7. Salmanaſſar	2. Nasſius
	8. Sennacherib	3. Chinzerus & Porus
5. Arbianes	9. Aſſarhaddon	4. Dulilæus
	Finis regni Aſſyriaci	5. Merodach ſeu Mardokempad, qvi victo Aſſaraddone Aſſyrios Babyloniis ſubjecit
6. Arſæus		6. Arkeanos
		7. Belithus
		8. Aporonadicus
		9. Herigebalus
7. Artynes		10. Naſnoemondacus
		11. Jeraëdin
		12. Saosducinus
8. Aſtybares		13. Kiniladachus
9. Aſtyages		14. Nabopollaſſar
— cœpit A. M. 3355.		15. Nabuchodonoſor
—		16. Evilmerodach
—	Cyrus,	17. Nerigloſooror
—	qvo duce Perſæ à Medis	18. Laboroſoardach ſeu
—	defecerunt fundavit	Belzazar.
—	REGNUM PERSICUM A. M. 3391.	19. Darius Medus
Victus eſt à Cyro A. M. 3399. Finis Regni Medorum.		victus à Cyro primo Perſarum Rege A. M. 3412.

Finis Regni Babylonici & ſimul primæ Monarchiæ.

(***)

Primo opinio:

Noach

Sem — *Cham* — *Japhet*

Chus

I. Nimrod, idem atqve Belus, fundator primæ Monarchiæ.

II. Ninus — *III. Semiramis;*

filius Nimrodi, five Beli. | *uxor Nini, post cujus mortem regnavit.*

IV. Ninyas, qvi & Zameis dicitur, filius Nini & Semiramidis, regnavit post matrem, & usqve ad primam primæ Monarchiæ divisionem viginti octo habuit successores; qvorum primus Arius, ultimus autem Sardanapalus, qvi periit A. M. 3077.

Hanc opinionem, cui ipse accedo, probant & defendunt Bened. Perer. Comment. in Genes. cap. 10. Sam. Bochart. Geograph. sacr. part. 1. lib. 4. cap. 12. & 14. Petav. Ration. temp. part. 1. lib. 1. cap. 2. Voss. de Idololatr. lib. 1. cap. 24. & lib. 2. c. 64. & Christoph. Helvic. in Synops. Histor. universalis.

Scundo opinio:

Noach

Sem — *Cham* — *Japhet*

Chus

I. Nimrod.

II. Belus

III. Ninus — *IV. Semiramis.*

V. Ninyas sive Zameis.

Hanc opinionem seqvuntur Joan. Sleidan. de qvat. sum. Imp. lib. 1. §. 8. 9. 10. & 11. & Berosus suppotitius Annii Viterbiensis lib. 5.

Tertia opinio:

Noach

Sem — *Cham* — *Japhet*

I. Chus

II. Nimrod, idem atq; Ninus — *III. Semiramis, uxor Nimrodi sive Nini*

II. Ninyas.

Hanc opinionem tuentur Auctor Chronici Alexandrini: Ger. Mercator in Chronolog. & Wilhelm. Langius de Annis Christi lib. 2. c. 5.

Qvarta opinio:

Noach

Sem — *Cham* — *Japhet*

II. Assur, idẽ atq; Ninus — *III. Semiramis* — *Chus*

IV. Ninyas — *Nimrod*

Hanc opinionem propugnant Suidas v. Ἀσσύριοι & Joseph. Scalig. in Notis ad fragmenta vet. Græc. operi de Emendat. temp. subjuncta.

Qvinta opinio:

Noah

Sem — *Cham* — *Japhet*

II. Assur idem atq; Belus — *Chus*

III. Ninus — *IV. Semiramis* — *I. Nimrod*

V. Ninyas

Hanc opinionem protegit Christ. Matthiæ in Theatro historico qvat. Monarch. ubi agitur de persona & ortu Nini.

CAP.

CAP. V.

De ſeculo ante Æ. C. XXII. in qvod ædificatio turris Babel & confuſio linguæ primitivæ incidit.

SUb finem ſeculi ante Æ. C. XXII. cum annus à creatione Mundi 1757. à diluvio autem centeſimus primus ageretur, contigit mirabilis illa linguæ primitivæ confuſio, qvæ ædificationem turris Babel famoſam reddidit. Qvæ qvidem ſupputatio temporum deſumpta eſt ex Geneſ. cap. 11. verſ. 10. 12. 14. & 16. ubi diſertis verbis traditur, *biennio poſt diluvium*, h. e. ut doctiſſimi hujus & ſuperioris ævi Chronologi interpretantur, ſecundo ab initio diluvii anno; nempe A. M. 1658. ex Semo Arphaxadum, ex hoc autem triginta qvinqve annis poſt Salah, & porro ex hoc triginta poſt annis Heberum, & ex hoc deniqve poſt triginta qvatuor annos Phalegum ſive Pelegum natum fuiſſe, ut clarius apparet ex ſubjuncto ſchemate:

Arphaxad ex Semo natus eſt an. M. 1658. currente:
Arphaxad Selam genuit anno ætatis 35. impleto
Sela Heberum genuit anno ætatis 30. impleto
Heberus Phalegum genuit anno ætatis 34. impleto

A. M. 1757.

Natus igitur eſt Phalegus an. 1757. cum jam cœpiſſet annus à diluvio centeſimus primus, nec minus certo conſtat, Phalegi nomen à Patre ipſi impoſitum fuiſſe, qvoniam in ejus tempora diſperſio gentium in ædificatione turris Babel & diviſio orbis terrarum incidit. Hoc enim expreſſe docet Scriptura ſacra Geneſ. cap. 10. v. 25. his verbis: ולעבר ילד שני בנים שם האחד פלג כי בימיו נפלגה הארץ h. e. ſec. verſ. vulg. *Natiqve ſunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg, eo qvod in diebus ejus diviſa ſit terra.* Cæterum qvo ſenſu hic vox בימיו h. e. *in diebus ejus* accipienda ſit, non æqve apud omnes in confeſſo eſt. (1) Auctor enim סדר עולם רבא h. e. *Seder Olam Rabba* ſeu Chronologiæ Hebræorum majoris, aſſerit diſperſionem gentium contigiſſe circa mortem Phalegi, idqve probare annititur, enumeratione filiorum Jectanis fratris Phalegi, qvæ Geneſeos capiti decimo inſerta, hiſtoriam ædificationis turris Babel capite 11. comprehenſam antecedit. Ipſa Chronologi verba, ut ea Hebraicarum literarum peritisſimus Vir Gilbertus Genebrardus latine tranſtulit, hæc ſunt: *Heber, ut ſcriptum reliqvit R. Joſe, magnus fuit Propheta, qvoniam afflatu Spiritus ſancti filium ſuum Phaleg nominavit. Nam ſcribitur; Qvia diebus ejus diviſa eſt terra. Non qvidem dierum vitæ ejus initio. Nam certe Jectan frater ejus natu erat minor, qvi tamen tredecim cognationes ſive ſtirpes & familiarum capita, qva in hanc venerunt diviſionem, procreavit. Non in medio: nam id minime occultaſſet Moſaica Geneſis hiſtoria, ſed indicaſſet. Qvod ergo ait diebus ejus diviſam fuiſſe terram, ad finem dierum & vitæ ipſius pertinet.* Hæc Chronologus ille Hebræus. Unde ſeqvitur Heberum filio ſuo Phalego nomen פלג prophetico ſpiritu ducentis triginta novem annis ante diviſionem orbis terrarum impoſuiſſe & confuſionem linguæ primitivæ trecenteſimo trigeſimo nono anno à diluvio contigiſſe, cum jam Semiramis Nini uxor poſt mariti mortem Babyloniis & Aſſyriis imperaret. Qvam opinionem ſeqvitur ipſe Genebrardus Chronograph. lib. 1. pag. 32. 33, 34. & 46. ubi affirmat, linguarum confuſionem & diſperſionem gentium anno

(1) *Buxtorfius in Bibliotheca ſua Rabbinica exiſtimat auctorem hujus Chronologiæ eſſe Rabbi Joſen ben Chilpheta, qvi circa annum Chriſti 130. vixit & præceptor fuit R. Judæ Sancti, auctoris libri Miſchnajoth. Gilbertus autem Genebrardus Chronologum hunc floruiſſe credit circa annum Æ. C. milleſimum. Sane apud Hebræos hæc Chronologia tantæ autoritatis eſt, ut prope ad canonicos libros accedat & ab ipſo Eſdra magna ex parte conſcripta putetur, ut refert Nic. Abramus Sacrar. Qvæſtion. lib. 4. Qvid vero de his diverſis opinionibus judicandum ſit, ſuo loco indicabitur.*

no ætatis Phalegi ultimo, Abrahami autem qvadragesimo octavo accidisse, & Noam decem duntaxat annis tam magnæ rerum mutationi fuisse superstitem. Licet autem præter Genebrardum Judaicam illam vocis בימיו interpretationem etiam S. Joannes Chrysostomus, Nicolaus Lyranus & Alphonsus Tostatus amplexi sint, mihi tamen, qvod salva tantorum Virorum existimatione dixerim, magis probatur, per *dies Phalegi*, tempus nativitatis ipsius significari; qvippe cum hæc opinio, sive rationibus, sive testimoniis pugnandum sit, primas obtineat. Auctoritati enim *Seder Olam Rabba* tam antiqvitatis, qvam eruditionis respectu sine controversia longe præferenda est auctoritas Flavii Josephi, qvi antiqvit. Judaic. lib. 1. cap. 7. supra citatum Geneseos locum ita paraphrazei: *ἕβερος δὲ Ἰουκτὰν καὶ Φάλεγον ἐγέννησεν. ἐκλήθη δὲ Φάλεγος, ἐπειδὴ κατὰ τὸν ἀποδασμὸν τῆς οἰκήσεως τίκτεται. Φαλὲκ γὰρ τὸν μερισμὸν ἑβραῖοι καλοῦσιν:* h e. *Heberus autem Juctan & Phalegum genuit. Qvorum alteri Phalegi nomen fuit impositum, qvia circa divisionem habitationis terrarum natus est. Distributionem enim Hebræi Phalec nuncupant.* Qvod si qvis hic objiciat, Josephum, ut pro interpretatione sua nihil allegantem, audiendum non esse, sed prævalere assertionem Auctoris *Seder Olam Rabba*, qvoniam ea non nude proponitur, sed argumento ab enumeratione filiorum Jectanis desumpto stabilitur, duplex in promptu responsum est. Horum primum est S. Augustini, qvi lib. 16. de Civit. Dei cap. 11. affirmat, primo qvidem Phalegum in sacra Scriptura nominari, at longe tamen post fratrem suum Jectanem fuisse natum; nempe cum jam filii Jectanis numerosas haberent familias & in linguas proprias dividi possent. Ipsa S. Augustini verba, qvæ maxime ad rem faciunt, hæc sunt: *Dixerit aliqvis: Si in diebus Phalech filii Heber divisa est terra per linguas, id est, homines, qvi tunc erant in terra, ex ejus nomine potius debuit appellari lingua illa, qvæ fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est, ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur Phalech, qvod interpretatur divisio, qvia tunc ei natus est, qvando per linguas terra divisa est, id est, ipso tempore, ut hoc sit qvod dictum est: In diebus ejus divisa est terra.* Nec multo post: *Sane intelligendum est, qvando terra divisa est, non solum jam natos fuisse cæteros filios filiorum Noæ, qvi commemorantur patres gentium, sed etiam ejus ætatis fuisse, ut numerosas familias haberent, qvæ dignæ fuissent nominibus gentium. Unde neqvaqvam putandum, qvod eo fuerint ordine geniti, qvo commemoranti leguntur. Alioqvin* (1) *duodecim filii Jectan, qvi erat filius alius Heber, frater Phalec, qvomodo potuerunt jam gentes facere, si post Phalec fratrem suum Jectan natus est, sicut post eum commemoratus est: qvandoqvidem tempore, qvo natus est Phalec, divisa est terra? Proinde intelligendum est, priorem qvidem Phalec nominatum, sed longe post fratrem suum Jectan fuisse natum; cujus Jectan duodecim filii tam grandes jam familias haberent ut in linguas proprias dividi possent. Sic enim potuit prior commemorari, qvi erat ætate posterior, qvemadmodum prius commemorati sunt ex tribus filiis Noæ procreati filii Japhet, qvi erat minimus eorum, deinde filii Cham, qvi erat medius, postremo filii Sem, qvi erat primus & maximus.* Hæc S. Augustinus. Videtur autem illi occasionem & ansam hujus expositionis præbuisse locus Fl. Josephi paulo ante à me citatus, qvippe ubi Jectan Phalego præponitur. Alterum responsum ad argumentum *Seder Olam Rabba* hoc est: Jectanis & filiorum ejus Genes. cap. 10. mentionem fieri *κατὰ πρόληψιν* sive per anticipationem, nec qvenqvam eorum ante dispersionem gentium natum fuisse, qvamvis ante historiam ædificationis turris Babel recenseantur. Freqventissime enim in Scriptura sacra hujusmodi occurrit anticipatio; ut ejusdem capitis decimi versu 5. ubi de Japheti filiis & nepotibus dicitur, *ab iis divisas esse regiones gentium, cuiqve secundum linguam suam*. Æqve enim perperam hinc concluderetur, ante ædificationem turris Babel, qvæ seqventi capite 11. narratur, aliàs linguas præter primitivam sive Hebræam in usu fuisse, qvam falso (2) negaretur, Noam superstitem fuisse dispersioni gentium, qvia de hac Genes. cap. 11. de morte autem Noæ capite 9 agitur. Plura, qvæ huc pertinent, &, ne nimia dissertationis prolixitas fastidium pariat, dedita opera à me prætermittuntur, videsis ipse apud Bened. Pererium Comment. in Genes. cap.

(1) *Imo tredecim. Vid. Gen. c. 10. 6. 26. 27. 28.*

(2) *Vid. Perer. præfat. lib. 16. Comment. in Gen. ubi Auctorem Historiæ Scholasticæ hujusmodi Parachronismi arguit.*

cap. 10. verſ. 25. Franciſc. Jun. & Imman. Tremel. in Annotat. ad eund. locum, & Sam. Bochartum Geograph. ſacr. part. 1. qvæ *Phaleg* inſcribitur, lib. 1. cap. 1. & 10. & lib. 2. cap. 14. qvi omnes præter complures alios unanimi conſenſu multisqve egregiis rationibus probant, diſperſionem gentium non in poſtremum, ſed primum ætatis Phalegi annum incidiſſe. Conſule inſuper, ſi lubet, R. P. Dionyſ. Petav. Rationar. temp. part. 1. lib. 1. cap. 2. Jacob Salianum in Annal. Eccleſiaſt. Vet. Teſtam. & Nicol. Abrahamum Sacrar. Qvæſtion. lib. 4. qvi *Merops, ſive de diviſione Linguarum* inſcribitur: qvi licet in hoc à nobis diſſentiant, qvod diſperſionem gentium primo ætatis Phalegi anno contigiſſe negant, ſtrenue tamen pro noſtra pugnant opinione, dum diviſionem terrarum ultimo ætatis Phalegi anno non contigiſſe aſſerunt.

II. Cum igitur ſub Phalegi nativitatem, nempe A. M. 1757. Deus ædificatione turris Babel irritatus, linguam, qvæ hactenus toti humano generi communis fuerat, confudiſſet, miraculoſa mutatione, ut præcedenti capite dictum eſt, in varias linguas transformaſſet, exinde primitiva, ut à derivativis dignoſceretur, peculiare ſortita nomen, & à familia Heberi, penes qvam una cum vero veri DEI cultu remanſerat, Hebræa appellata eſt. Teſtatur hoc S. Auguſtinus lib. 16. de Civit. Dei cap. 11. his verbis: *Qvamobrem ſicut lingua una cum eſſet omnium, non ideo filii peſtilentiæ defuerunt; nam & ante diluvium una erat lingua, & tamen omnes præter unam Noæ juſti domum deleri diluvio meruerunt: ita qvando merito elatioris impietatis gentes linguarum diverſitate punitæ atqve diviſæ ſunt, & civitas impiorum confuſionis nomen accepit, hoc eſt, appellata eſt Babylon, non defuit domus Heber, ubi ea, qvæ antea fuit omnium, lingua remaneret. Unde ſicut ſupra memoravi, cum cœpiſſent enumerari filii Sem, qvi ſinguli gentes ſingulas procrearunt, primus eſt commemoratus Heber, cum ſit abnepos ipſius, hoc eſt, ab illo qvintus inveniatur exortus. Qvia ergo in ejus familia remanſit hæc lingua diviſis per alias linguas cæteris gentibus, qvæ lingua prius humano generi non immerito creditur fuiſſe communis, ideo deinceps Hebræa eſt nuncupata. Tunc enim opus erat eam diſtingui ab aliis linguis nomine proprio, ſicut aliæ qvoqve vocatæ ſunt nominibus propriis. Qvando autem erat una, nihil aliud qvam humana lingua vel humana locutio vocabatur, qva ſola univerſum genus humanum loqvebatur.* Hucusqve S. Auguſtinus. De numero autem linguarum, qvæ in diſturbatione ædificationis turris Babel ortæ fuerunt, magna olim fuit, & etiamnunc eſt controverſia. Etenim ſecundum Hebræorum ſententiam, de qva vide Genebrardum Chronograph. gener. lib. pag. 34. ortæ ſunt linguæ ſeptuaginta, qvia Geneſ. cap. 10. in Hebraico Pentateuchi textu ſeptuaginta gentium à Noa per tres ipſius filios Japhetum, Chamum & Semum oriundarum principes totidem recenſentur. Græci vero & Latini Patres ſecuti verſionem græcam, qvæ ſeptuaginta duobus Interpretibus attribuitur, ortas eſſe linguas credunt ſeptuaginta duas qvoniam in ea translatione græca numerus jam dictorum ſeptuaginta poſterorum Noæ duobus Kainan, altero qvidem (1) Semi, altero autem (2) Arphaxadi filio auctus reperitur, ita ut in univerſum ſeptuaginta duo familiarum à tribus Noæ filiis oriundarum principes ibi enumerentur. Qva de re extat apud Clement. Alexandrin. lib. 1. Stromat. pag. 338. edit. Pariſ. hoc inſigne teſtimonium: *φαίνονται δὲ εἶναι καὶ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον αἱ γενικαὶ διάλεκτοι δύο καὶ ἑβδομήκοντα, ὡς αἱ (3) ἡμέτεραι παραδιδοῦσι γραφαί*: h. e. *Videntur autem ex vera ratione linguæ, ſeu dialecti ut vocant, & ſermones generales eſſe ſeptuaginta duæ, ut noſtræ tradunt ſcripturæ.* Qvibus verbis refellit eodem loco opinionem (4) Euphori hiſtorici græci, qvi pro numero animarum, (5) qvæ ſecundum LXXII. Interpretum traditionem cum Jacobi in Ægyptum ingreſſæ ſunt, ſeptuaginta qvinqve linguas in diſperſione gentium ortas eſſe, memoriæ falſo prodidit. Ipſa Clementis verba hæc

 ſunt

(1) *Verſ. 22.*
(2) *Verſ. 24.*
(3) *Intelligenda hic ſine dubio eſt LXXII Interpretum græca translatio.*
(4) *Diverſus hic eſt Euphorus à celeberrimo Hiſtorico Ephoro Cumano, Iſocratis diſcipulo, qvi ſeculi qvarti ante Æ. C. priori parte dimidia floruit. Vid. Voſſ. de Hiſt. gr. lib. 1. cap. 7.*
(5) *De numero & nominibus eorum, qvi cum Jacobo Ægyptum ingreſſi ſunt, vide prolixe ac docte diſſerentem R. P. Bened. Pererium Comment. in Geneſ. c. 46.*

ſunt: Ἔυφορος δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν, καὶ ἔθνη καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἑβδομήκοντα λέγουσιν εἶναι· ἐπακούσαντες τῆς φωνῆς Μωσέως λεγούσης· ἦσαν δὲ πᾶσαι αἱ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα αἱ εἰς Ἄιγυπτον κατελθοῦσαι. h. e. *Euphorus autem & alii multi hiſtorici, & gentes & linguas dicunt ſeptuaginta qvinqve, cum audiſſent vocem Moyſis dicentis. Erant autem omnes animæ ex Jacob ſeptuaginta qvinqve, qvæ deſcenderunt in Ægyptum.* Ut autem hæc Euphori opinio à Clemente merito rejicitur, ſic neqve audiendus eſt (1) Pacianus Epiſcopus Barcinonenſis, qvi Epiſtola ſecunda contra Novatianos ex confuſione Babylonica *centum & viginti* linguas natas fuiſſe aſſerit. Ego vero qvam maxime probo ſententiam doctisſimi Pererii, qvi recte pronunciat, numerum linguarum, qvæ tum temporis ortæ ſunt, non poſſe certo aliqvo numero definiri. Vide, ſi lubet, ipſum Comment. in Geneſ. lib. 16. ubi hiſtoriam ædificationis turris Babel & confuſionis linguæ primitivæ decem eruditisſimis explanat diſputationibus. Conſule etiam V. Cl. Samuelem Bochartum, qvi idem argumentum Geograph. ſacr. part. 1. lib. 1. cap. 15. more ſuo, hoc eſt, accuratisſima ſoliditate pertractat, & æqve ac Pererius de linguarum illarum numero ἐπέχει.

(1) *De hoc Paciano vide S. Hieronymum lib. de Script. Eccleſiaſt. c. 106. Epiſtolæ ejus tres contra Novatianos, qvarum ſecunda hic citatur, extant in Bibliotheca SS. Patrum una cum aliis nonnullis ejusdem opuſculis, de qvibus ſuo loco à nobis agetur.*

III. Cæterum ut cum S. Auguſtino perſuaſiſſimum habeo, in familia Heberi primitivam linguam & veram religionem permanſiſſe, itidem minime dubito, qvin conſervationem qvoqve literarum primitivarum, de qvibus ſupra cap. 2. §. 4. 5. & 6. egi, eidem familiæ debeamus. Hæ enim literæ, qvæ ab Hebero, qvi in confuſione linguarum eas retinuit, *Hebrææ* denominatæ ſunt, per Phalegum ejusqve poſteros ad Moyſen, & inde porro usqve ad noſtram ætatem pervenere ſtudio potiſſimum & opera Eſræ & Maſoretharum, ut jam memorato loco prolixius à me expoſitum eſt. Ab Heberi igitur pia per Phalegum oriunda familia, qvæ à diſperſione gentium usqve ad migrationem Tharæ patris Abrahami, de qva Geneſ. cap. 11. v. 31. agitur, in Chaldæa regione Babyloniæ ſubſtitit, Chaldæi primum & Aſſyrii, deinde vero Phœnices & Ægyptii literarum uſum & ſcribendi rationem mutuati ſunt. A Phœnicibus porro ad Græcos, à Græcis ad Romanos, à Romanis deniqve ad Hiſpanos, Gallos, Britannos, Germanos aliasqve trans Alpes ſeptentrionem verſus ſitas nationes utilisſimum literarum inventum, qvanqvam longinqvitate temporis valde mutatum, tranſiit. Qva de re cum ad Cadmi Phœnicii tempora perventum fuerit, accuratius diſſeram, &, qvam nunc paucis indicavi opinionem meam de migratione literarum, uberius declarabo. Interim vide ſummi Herois Joſephi Scaligeri animadverſiones Euſebianas ad num. M DC XVII. ubi agit de Cadmeis & Jonicis literis: ut & ejusdem duas pereruditas epiſtolas ad Thomſonem & Stephanum Ubertum, in qvibus de Chananæarum literarum figura diſſerit. Conſule inſuper Clariſſimos Viros Hermann. Hugonem lib. de prima ſcribendi origine ſive de literarum antiqvitate: Gerard. Joann. Voſſium de arte Grammat. lib. 1. cap. 9. 10. 11. & Samuel. Bochartum Geograph. ſacr. part. 2. lib. 1. cap. 20. ubi Græcos accepiſſe literas à Phœnicibus & Cadmo recte aſſerit, & Samaritani ſeu Phœnicii Alphabethi cum Alphabetho Hebraico & Græco collationem ſingulari diagrammate exhibet. Qvod ſupereſt, qvo clariora reddantur, qvæ de Phalegi nativitate & linguarum ex confuſione linguæ primitivæ ortarum numero ſuperius tradita ſunt, haud abs re fore arbitror, ſi poſtdiluvianorum Patriarcharum διαδοχὴν à Semo usqve ad Moyſen, una cum poſteritate Japheti & Chami, qvæ Geneſ. cap. 10. memoratur, Genealogica repræſentatam tabula (2) hic inſeruero. Qvandoqvidem autem in Hebraicis nominibus propriis latina Scriptura exprimendis maxima varietas eſt & diſcrepantia, dum qvæqve natio authenticam Hebrææ linguæ pronunciationem ad vernaculæ linguæ ſcripturam accommodat, conſilium mihi eſt, veterem & vulgatam ſeqvi Latinam verſionem; qva ſi qvis contentus eſſe nolit, ipſum adeat Hebraicum textum, aut, ſi ſanctæ linguæ imperitus ſit, doctiſſimorum Virorum Xantis Pagnini Lucenſis, Bened. Ariæ Montani Hiſpalenſis,

(2) *En tibi illam ſub aſteriſci ſigno è regione collocatam.*

(*)

(*)

N O E

Japhet cujus posteri qvatuordecim, qvi Genes. cap. 10. v. 2. 3. 4. enumerantur, sunt hi:

- Gomer, Magog, Madai, Javan, Thubal, Mosoch, Thiras — VII. filii.
- Ascanez, Riphat, Thogorma — III. nepot. ex filio Gomero.
- Elisa, Tarsis, Cethim, Dodanim — IV. nepotes ex filio Javano.

Sem

- Ælam. Assur. Arphaxad. Lud. Aram [*Kainan*]
  - (Aram:) Hus. Hul. Gether. Mes
  - (Arphaxad:) [*Kainan*] — Sale — Heber
    - Phaleg natus A. M. 1757. qvo anno confusio linguarum & dispersio gentium contigit.
      - Reu — Sarug — Nachor — Thara
        - Nahor — Bethuel
          - Laban — Lia, Rachel
          - Rebecca
        - Abraham
          - Ismael
          - Isaac
            - Esau
            - Jacob sive Israel, cujus liberi
              - ex Lia: Rubē: Simeon: Levi: Juda:
                - (Levi:) Cahat — Amram — Aaron, MOYSES, Maria.
              - ex Bala ancilla Rachelis: Dan: Naphthali:
              - ex Zelpha ancilla Liæ: Gad: Aser:
              - ex Lia: Issachar: Zabulon: Dina: filia
              - ex Rachele: Joseph: Benjamin.
                - (Joseph:) Manasses, Ephraim
        - Haran — Lot
    - Jectan, cujus filii XIII. Elmodad, Saleph, Asarmoth, Jare, Adoram, Uzal, Decla, Hebal, Abimael, Saba, Ophir, Hevila, Jobab

Cham cujus posteri triginta, qui Genes. c. 10. à versu 6. usq; ad v. 18. enumerantur, sunt hi:

- Chus, Mesraim, Phut, Chanaan — IV. filii.
- Saba, Hevila, Sabata, Regma, Sabatacha, Nimrod — VI. nepotes ex filio Chusso.
- Ludim, Anamim, Laabim, Nephthuim, Phetrusim, Chasluim, Caphtorim — VII. nepotes ex filio Mesraimo
- Sidon, Hethæus, Jebusæus, Amorrhæus, Gergesæus, Hevæus, Aracæus, Sinæus, Aradius, Samaræus, Hamathæus — XI. nepotes ex filio Chanaano.
- Saba, Dadan — II. pronep. ex Regma filio Chussi

Imma-

Immanuelis Tremellii & Francisci Junii translationes latinas, ad Hebraicum idioma proxime accedentes, consulat.

IV. Eodem seculo ante Æ. C. XXII. floruit *Zoroastres* Bactrianorum Rex, qvem ad differentiam aliorum, qvi idem habuere nomen *primum* sive *antiqvissimum* licet appellare. Ab Arnobio sane lib. I. adversus Gentes & Ammian. Marcellin. lib. 23. simili distinctione *Bactrianus* cognominatur; nempe ut à Zoroastre *Persomeda* & Zoroastre *Proconnesio*, qvorum prior seculo ante Æ. C. XVII. posterior autem seculo ante eandem Æram sexto floruit, diversus appareat. Est autem ἡ Βακτρία sive Βακτριανὴ Asiæ majoris regio ad Oxum fluvium, qvi haud procul ab Indi fontibus ortus, modico flexu ex meridie in occidentem versus, plures adit populos, donec in mare Caspium sive Hyrcanum erumpat. Caput regionis *Bactra* olim fuere, cujus urbis situm Strabo Geograph. lib. II. pag. 516. edit. Paris. Casaub. ita describit: Πόλεις δ' εἶχον οἱ Βακτριανοὶ τάτε Βάκτρα, ἥνπερ καὶ Ζαριάσπαν καλοῦσιν· ἣν διαῤῥεῖ ὁμώνυμος ποταμὸς ἐμβάλλων εἰς τὸν Ὦξον, καὶ Δάραψαν, καὶ ἄλλας πλείους. h. e. *Urbes habuerunt Bactriani Bactra, (qvæ & Zoriaspa dicitur, eamqve fluvius ejusdem nominis perfluit, in Oxum se evolvens) Darapsam & alias plures.* De iisdem Bactrianis, eorumqve metropoli & antiqva potentia insignis etiam extat locus apud Ammian. Marcellinum. lib. 23. *Proximos*, inqvit, *Margianis limites possident Bactriani, natio ante hac bellatrix & potentissima, Persisqve semper infesta, anteqvam circumsitos populos omnes ad ditionem gentilitatemqve traherent nominis sui, qvam rexere veteribus seculis etiam Arsaci formidabiles Reges. Ejus pleræqve partes; ita ut Margiana, procul à littoribus sunt disparatæ, sed humi gignentium fertiles, & pecus, qvod illic per campestria loca vescitur & montana, membris est magnis compactum & validis: ut indicio sunt cameli à Mithridate exinde perducti, & primitus in obsidione Cyzicena Romanis visi. Gentes iisdem Bactrianis obediunt plures, qvæ arva plana arant, & ad Italiæ speciem crebris fluminibus inundantur, è qvibus Artamis & Zariaspes ante sibi consociati, itidemqve Ochus & Orgomanes juncti convenis aqvis, augent immania Oxi fluenta. Sunt & hic civitates, qvas omnes diversi perstringunt, his cedentes ut melioribus Cathra & Charte, & Alicodra, & Astacia, & Menapila, & Bactra ipsa, unde regnum & vocabulum nationis est institutum, sub imis montium pedibus, qvos appellant Sogdios. Inter qvos amnes duo fluunt navium capacissimi Araxates & Dymas, qvi per juga vallesqve præcipites in campestrem planiciem decurrentes, Oxiam nomine paludem efficiunt longe lateqve diffusam.* Hujus igitur tam potentis populi, cui, teste Strabone, etiam Sogdiani inter Oxum & Jaxartem fluvios habitantes, paruerunt, Rex fuit *Zoroastres* ille *primus* sive *antiqvissimus*, qvi, ut veterum scriptorum probatissimi qviqve memoriæ prodiderunt, Nino Assyriorum Regi fuit σύγχρονος sive contemporaneus. Præclarum inprimis hac de re extat testimonium apud Eusebium lib. 10. de Præparat. Evangel. his verbis: Νῖνον τὸν Ἀσσύριον πρῶτον φάσιν ἁπάσης τῆς Ἀσίας πλὴν Ἰνδῶν κεκρατηκέναι, οὗ Νῖνος ἐπώνυμος πόλις, ἣ Νινευὶ παρ' Ἑβραίοις ὠνόμασται· καθ' ὃν Ζωροάστρης ὁ μάγος Βακτρίων ἐβασίλευσε. h. e. *Ninum Assyrium primum ajunt toti Asiæ, India solum excepta, regnaße: à cujus nomine civitas Ninus appellata est, qvam Judæi Niniven dicunt. Ejusdem tempore Zoroastres magus apud Bactrianos regnabat.* Neqve vero Nini temporibus Zoroastres tantum vixit, verum etiam gravissimum cum eo bellum gerere coactus est, in qvo victoriam pariter & vitam perdidit. Prolixe olim illud bellum, ut & reliqvas res gestas Zoroastris Bactriani descripserat *Ctesias Cnidius* libro primo deperditæ historiæ Assyriacæ & Persicæ, ut testatur Arnobius lib. I. adversus gentes his verbis: *Age nunc veniat qvis super igneam Zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur autori. Bactrianus & ille conveniat, cujus Ctesias res gestas historiarum exponit in primo.* Ex eodem Ctesiæ libro primo sine dubio desumptum est, qvod idem Arnobius non multo ante jam citatum locum refert, *inter Assyrios & Bactrianos Nino qvondam Zoroastreqve ductoribus non tantum ferro & viribus, verum etiam magicis & Chaldæorum reconditis disciplinis dimicatum fuisse.* Ctesiam in narratione hujus belli seqvitur qvidem etiam Diodorus Siculus Bibiloth.

Biblioth. Hiſtor. lib. 1. ita tamen, ut ab Arnobio non mediocriter diſſentire videatur, dum Bactrianum Zoroaſtrem mutato nomine *Oxyartem* nuncupat. Qvæ diſcrepantia nullo negotio tolli poteſt, ſi dicamus, utrumqve uni eidem Regi fuiſſe nomen, *Oxyartis* qvidem inde à nativitate *Zoroaſtris* autem, ex qvo Aſtrologiæ ſtudio inclaruit. Sic enim idem eſt apud Danielem *Balzazar*, qvi à genuino Beroſo & Abydeno in fragmentis veterum Græcorum Hiſtoricorum, à Joſepho Scaligero collectis & operi de Emend. temp. ſubjunctis, Λαβοροσσαρχοδος & Λαβάσσοαρασκος vocatur. Sic etiam *Darius Medus*, ultimus Perſicæ Monarchiæ Rex, cujus itidem in Prophetia Danielis mentio fit, à jam citatis hiſtoricis profanis Ναβόννηδος & Ναβαννίδοχος, ab Herodoto autem lib. 1 cap. 74. & 77. Λαβύνητος dicitur. Qvod ſi qvis hac conciliatione contentus eſſe nolit, ſed nihilominus Diodori Siculi autoritate fretus, Zoroaſtrem ab Oxyarte diverſum eſſe contendat, huic præter ſupra citatum Arnobii teſtimonium, qvod ex Ctesia deſumptum eſſe certo conſtat, propugnatorem ſententiæ noſtræ oppono *Trogum Pompejum*, hiſtoricum & ætate, & fide, ſi non præferendum Diodoro, at certe comparandum. In hujus enim à Juſtino concinnata epitome lib. 1. cap. 1. bellum Nini cum Bactrianorum Rege Zoroaſtre ſic commemoratur: *Poſtremum Nino bellum cum Zoroaſtre Rege Bactrianorum fuit, qvi primus dicitur artes magicas inveniſſe, & mundi principia ſiderumqve motus diligentisſime ſpectaſſe. Hoc occiſo & ipſe deceſſit, relicto adhuc impubere filio Ninya & uxore Semiramide.* Hæc ex Trogo Pompejo Juſtinus. Unde ſatis clare, ut opinor, apparet, *Zoroaſtrem* eundem eſſe, qvi à Diodoro *Oxyartes* appellatur; qvippe cum Ninus cum uno duntaxat Bactrianorum Rege bellum geſſerit. Notandum etiam hoc loco eſt, ultimum bellorum Nini Bactrianum fuiſſe, occiſoqve Zoroaſtre & Ninum deſceſſiſſe. Hinc enim recte colligitur, ſi de tempore obitus Nini aliqvid certi ſtatui poſſit, conſeqventer etiam ætati Zoroaſtris certum characterem Chronologicum aſſignari poſſe. Hactenus de ætate Zoroaſtris Bactriani: at nunc dicendum mihi eſt, qva de cauſa is Hiſtoriæ literariæ à me inſeratur. Ea autem ſecundum jam citatam Juſtini ex Trogo Pompejo traditionem triplex eſt; nempe *prima magicarum artium inventio*, *inqviſitio in principia rerum* & Aſtronomiæ ſtudium ſive *motus ſiderum contemplatio.* Et per magicas qvidem artes hic non intelligitur illa à natura & arte proficiſcens magia, qvæ apud Perſas olim præcipue in uſu fuit & Philoſophiæ reſpondit Græcorum, ut aliàs prolixius narrabitur; ſed ſignificantur incantationes, divinationes & præſtigiæ diabolicæ, qvæ γοητείας nomine generatim comprehenduntur. Tales enim fuerunt *reconditæ* illæ *diſciplinæ* ſive ἀπόρρητοι ἱερουργίαι, qvibus teſte Arnobio Zoroaſtres contra Ninum dimicavit, qvæ tamen ipſi obfuerunt magis, qvam profuerunt, ut recte notat S. Auguſtinus de Civit. Dei lib. 21. cap. 14. his verbis: *Solum, qvando natus eſt,* (1) *ferunt riſiſſe Zoroaſtrem, nec ei boni aliqvid monſtroſus ille riſus portendit. Nam magicarum artium fuiſſe perhibetur inventor, qvæ qvidem illi nec ad præſentis vitæ vanam felicitatem contra ſuos inimicos prodeſſe potuerunt. At Nino qvippe Rege Aſſyriorum, cum eſſet ipſe Bactrianorum Rex, bello ſuperatus eſt.* Hæc S. Auguſtinus. Dum itaqve Euſebius ſupra citato loco Zoroaſtrem (2) μάγον cognominat, ſumpto in malam partem mediæ ſignificationis vocabulo, γόητα ipſum & δαιμονολάτρην fuiſſe innuit. Cæterum qvod ad primam vetitæ Magiæ inventionem attinet, ea qvidem à Trogo Pompejo, S. Auguſtino, Paulo Oroſio & compluribus aliis probatisſimis ſcriptoribus *Bactriano Zoroaſtri* adſcribitur; qvo reſpectu etiam is à Sixto Senenſi Biblioth. Sanctæ lib. 2. *primus Magiæ ſeu Philoſophiæ Theoreticæ corruptor* appellatur: alii autem Magiæ vetitæ originem multo altius repetunt, qvippe qvi freti auctoritate ſuppoſititii libri Henochi, Angelum qvendam nomine Φαρμαρὸν antediluvianos homines Φαρμακείας, ἐπαοιδίας καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια, h. e. *veneficia incantationes earumqve remedia docuiſſe* exiſtimant.

(1) *Nempe Plinius Hiſt. nat. lib. 7. c. 16. his verbis: Riſiſſe eodem die, qvo genitus eſſet, unum hominem accepimus Zoroaſtrem. Eidem cerebrum ita palpitaſſe, ut impoſitam repelleret manum futuræ præſagio ſcientiæ.*

(2) *In antiqva Chronici Euſebiani latina editione, qvæ Baſileæ An. 1579. in fol. ex officina Henricpetrina in lucem prodiit, perperam legitur* Zoroaſtes magnus *pro* Zoroaſtres Magus.

Qvam traditionem ut fabulosam & ridiculam merito ridet doctisſimus Bochartus Geograph. sacr. part. 1. lib. 4. cap. 1. nec minus juste eodem loco eos reprehendit, qvi *Chamo*, qvem perperam cum Zoroastre Bactriano confundunt, vel filio ejus *Mesraimo* inventionem illicitæ Magiæ attribuunt. Audiendus qvoqve hic non est Gregorius Turonensis, qvi Hist. lib. 1. cap. 5. *Chussum* Chami filium, qvem cum Zoroastre secundo sive Persomeda confundit, primum Dæmonolatriæ magicæ inventorem fuisse tradit his verbis: *Primogenitus vero Chami Chus. Hic fuit totius artis Magicæ imbuente diabolo, & primus Idololatriæ adinventor. Hic primus statunculam adorandam diaboli instigatione constituit: qvi & stellas & ignem de cælo cadere, falsa virtute hominibus ostendebat. Hic ad Persas transiit. Hunc Persæ vocitavere Zoroastrem, id est, viventem stellam. Ab hoc etiam ignem adorare consueti, ipsum divinitus igne consumptum ut Deum colunt.* Hæc Gregorius Turonensis. Ego vero persuasiſſimum habeo, primum vetitæ Magiæ inventorem & magistrum sine dubio ipsum fuisse Diabolum; ab hoc autem primum ex postdiluvianis hominibus *Zoroastrem Bactrianum* seductum, aperte eam exercere cœpisse, & apud rudes novæ artis populos impiis suis præstigiis ingentem sapientiæ & familiaritatis cum Diis gloriam sibi comparasse. Tentatis nempe variorum hominum ingeniis, Zoroastrem potius Diabolus, qvam aliqvem alium sibi delegit discipulum, utpote qvem superbia & curiositate, & hypocrisi aliisqve ejus generis vitiis sui simillimum deprehendit, iisqve deditum scientiis, qvarum abusus præcipua superstitionis magicæ basis & instrumentum est. Qvanto enim studio, qvantaqve cura & solicitudine Zoroastres in originis & causæ efficientis omnium rerum, gubernationis Universi, constitutionis & naturæ corporum cœlestium, revolutionis & viciſſitudinis temporum & occultæ operationis substantiarum tam visibilium, qvam invisibilium curiosam investigationem incubuerit, summatim indicat Justinus, dum ipsum *principia mundi, siderumqve motus diligentisſime spectasse* commemorat. Potuisset sane Zoroastres ex Hebero & Phalego veram creationis omnium rerum historiam, verumqve veri DEI cultum discere; nisi arrogantia sua & φιλαυτίᾳ ductus, ipse maluisset scrutari, &, spreta ἀγράφῳ sanctorum Patriarcharum traditione, privatam proprii ingenii subtilitatem in indagandis mundi principiis adhibere. Hac igitur ambitiosi hominis perversa ingeniositate & periculosa πολυπραγμοσύνῃ egregie in rem suam usus est Diabolus, nec prius acqvievit, qvam totum sibi manciparet. Et initio qvidem Zoroastri beneficio artis magicæ omnia adeo feliciter succeſſerunt, ut tam potentiæ qvam scientiæ respectu pro terreno qvodam numine habitus fuerit; tandem autem, cum male fundata fortuna maxime splenderet, derepente, ut solet, collapsa est, & qvi reportandæ à Nino victoriæ omnem spem in Diabolo posuerat, turpiter ab illo desertus, non tantum exercitum & regnum amisit, sed & ipse in prælio misere periit. De qvo Zoroastris interitu præter Trogum Pompejum & S. Augustinum, qvorum verba paulo ante citata sunt, testatur etiam Paulus Orosius lib. 1. cap. 4. ubi de Nino agit his verbis: *Zoroastrem Bactrianorum Regem, eundemqve Magicæ ut ferunt artis repertorem pugna oppressum interfecit.* Errat itaqve Svidas, qvi Zoroastrem Bactrianum igne cœlesti consumptum refert; confundens nempe illum cum Zoroastre secundo sive Persomede, qvi tam prodigioso mortis genere interiit, ut suo loco prolixius narrabitur. Interim vero, ne Svidæ injuriam facere, & verbis ejus alienum sensum affingere videar, en tibi ipsa, ut tomo primo edit. græc. lat. Æmilii Porti pag. 1133. leguntur: Ζωροάστρης, ἀστρονόμος ἐπὶ Νίνου βασιλέως ἀσσυρίων. ὃς τις ηὔξατο ὑπὸ πυρὸς οὐρανίου τελευτῆσαι, παρεγγυήσας τοῖς ἀσσυρίοις τὴν τέφραν αὐτοῦ φυλάττειν. οὕτω γὰρ αὐτοῖς ἡ βασιλεία οὐκ ἐκλείψει διαπαντός. ὅπερ μέχρι νῦν πεφύλακται αὐτοῖς. h. est interprete Porto: *Zoroastres, astronomus sub Nino Rege Assyriorum; qvi precatus est, ut igne cælesti consumptus obiret. Monuit autem Assyrios, ut suum cinerem conservarent. Sic enim ipsis regnum perpetuo permansurum dixit. Qvod etiamnunc apud ipsos observatur.* Hæc ex qvo nescio Anonymo auctore Svidas: ubi & illud notandum est, verba ἐπὶ τοῦ Νίνου non signifi-

care

care, ut (1) Franciſcus Patricius exiſtimat, Zoroaſtrem *Chaldæum fuiſſe & Nino ſubditum*, ſed idem valere, atqve ſupra citato Euſebii loco verba κατὰ τὸν Νίνον, hoc eſt, Zoroaſtrem Nino σύγχρονον fuiſſe. Abſit autem cum Geſnero exiſtimes, inter Ninum & Trojanum bellum qvingentos tantum annos intercesſiſſe, & Zoroaſtrem Bactrianum atqve Perſomeden unum & eundem eſſe. Svidas enim, cujus teſtimonio ipſe ad hoc probandum utitur, manifeſte illos ſeparat, & de utroqve ſeorſum agit. Nempe de Zoroaſtre Bactriano ait, ipſum temporibus Nini floruiſſe; de Zoroaſtre autem Perſomede refert, ipſum qvingentis ante bellum Trojanum annis vixiſſe, & Magiæ Perſicæ fundatorem fuiſſe, eidemqve ſcripta nonnulla, de qvibus ſuo loco agetur, attribuit. At Geſnerus utrumqve Svidæ confundit locum & ex duobus Zoroaſtribus unum conflat his verbis: *Zoroaſtres aſtronomus Perſomedes ſub Nino Rege Aſſyriorum annis qvingentis ante bellum Trojanum, primus magorum, ſcripſit de natura libros qvatuor, de lapidibus pretioſis unum & Aſteroſcopica apoteleſmatica libris qvinque.* Hæc Geſnerus: ubi Zoroaſtrem Bactrianum cum Perſomede apertisſime confundit. Nam, ut alia in præſens prætermittam, à bello Trojano usqve ad Ninum, non qvingenti tantum præteriere anni, ſed nongenti nonaginta, ſi cum Helvico aliisqve probatisſimis Chronologis principium Imperii Nini in annum M. 1777. excidium autem urbis Trojanæ in A. M. 2767. referamus. Æqve ac Geſnerus, errat etiam Raphael Volaterranus Commentariorum Urbanorum lib. 20. confundens contra mentem Svidæ Bactrianum Zoroaſtrem cum Perſomede, dum de utroqve conjunctim, tanqvam de una perſona; ſic ſcribit: *Zoroaſtes* (leg. *Zoroaſtres*) *Rex Bactrianorum, qvi primus in oriente magicam cœpit. Emicuit Nini Regis temporibus, cum qvo bella geſſit. Fuit ante bellum Trojanum annis CCCC.* (hic ſine dubio culpa operariorum Typographicorum unum C. excidit: nam apud Svidam ſatis clare legitur ἔτεσι φ', h. e. annis qvingentis) *Abſumptus eſt igne cœleſti, prædixitqve Aſſyriis, ſi ejus* (barbare pro *ſuos*) *cineres ſervarent, regnum eorum non defuturum. Feruntur ejus de natura libri IV. de lapidibus item pretioſis unus, præterea Aſtronomica & alia.* Hæc Volaterranus. Similiter & alii complures alioqvi doctisſimi Viri duos hoſce Zoroaſtres confundunt, qvos recenſere ut prolixum, ſic qvodammodo etiam inhumanum foret. Miſſo itaqve hoc errore, ad nomen Zoroaſtris tranſeamus. De ejus autem origine & ſignificatione qvadruplex eſt opinio. Annius Viterbienſis lib. 3. ſuppoſititii ſui Beroſi & ineptis ſuis ad proprium commentum commentariis vocem *Zoroaſt magum* & *veneficum* ait ſignificare. Qvam vanisſimi hominis aſſertionem, ut omni probabili argumento deſtitutam cum cæteris ipſius nugis refutatione indignam cenſeo. Satis enim perſpicuè ipſe ſtultitiam ſuam & ignorantiam prodit, dum æqve inepte hic Ζωροάστρην in *Zoroaſt* ſive *Zoroaſten*, qvam in eadem ſpuriarum antiqvitatum ſylloge Μεγασθένην, celeberrimum Indicarum rerum ſcriptorem, transformat in *Metaſthenem*, & libro qvinto ſuppoſititii Beroſi Celtarum veterum Philoſophos, qvos Diogenes Laertius in principio proœmii operis de vitis Philoſophorum Σεμνοθέους, h. e. cultores Dei appellatos fuiſſe teſtatur, perperam & absqve ulla ſignificatione vocat *Samotheos*, derivata, ſi Diis placet, origine vocabuli à qvodam *Samothe* Diſcelta, qvi nunqvam in rerum natura extitit. Qvos errores tam craſſos tamqve manifeſtos nollem à Joanne Funccio, Joanne Jacobo Friſio aliisqve nonnullis bonis Viris, tanqvam è tripode Delphico profecta oracula, ſcriptis ſuis absqve ullo judicio & cenſura inſertos eſſe, ne & aliis autoritate ſua occaſionem errandi præberent. Secunda de Zoroaſtris nomine opinio eſt Pſeudo-Clementis in ſuppoſititiis Recognitionum libris, ut & Gregorii Turonenſis loco ſupra citato, & nonnullorum aliorum, qvi Ζωροάστρην interpretantur *vivum aſtrum.* Hi enim nomen hoc compoſitum exiſtimant ex vocibus Ζορότερος & ἀστὴρ. Ζωρότερος autem ſecundum Magni Etymologici Græci auctorem idem eſt atqve ζωτικώτερος. Verba ipſa pag. 414. edit. Commelinianæ Frid. Sylburgii hæc ſunt: Ζωρότερον δὲ κέραιε, Ἰλιάδος ι. Ζωτικώτερον, ἀκρατώτερον, ἐνεργές· οἱ δὲ, θερμότερον· παρὰ τὸ ζωρος, ὁ ἄκρατος: καὶ οὐδέτερον, ζωρὸν· καὶ ζωρότερον πότον.

ἀπὸ

(1) *In diſſertatione hiſtorica de vita Zoroaſtris præfixa editioni CCCXX. Oraculorum ipſius græco-latinæ, qvæ Ferrariæ A. 1591. in fol. prodiit.*

ἀπὸ τοῦ ζῆν ἢ ζεῖν γίνεται ζώοτερον, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ· ἐν ᾧ ὁ οἶνος οὐκ ἠφάνισται ἀλλ' ἔτι ζῇ· ἢ ζεῖ καὶ θερμός ἐστιν. Eandem Etymologiam legere eſt apud Homeri græcum Interpretem Euſtathium in hunc I. Iliad. verſum:

Ζωρότερον δὲ κέραιε, δέπας δ' ἔντυνον ἑκάστῳ,

ubi pag. 746. edit. Rom. ait, Ζωρότερον δὲ ἢ ἀντὶ τοῦ σπουδαιότερον καὶ ζωηρότερον, ἢ ἀντὶ τοῦ ἀκρατότερον, καὶ αὐτὸ παρὰ τὸ ζῆν· aliaqve multa ejus generis ſubjungit qvæ hic inſerere nimis longum foret. Tertia de Zoroaſtris nomine opinio eſt Dinonis, probatisſimi, ſi Cornelio Nep. in vita Cononis credendum eſt, hiſtoriæ Perſicæ autoris & Diogenis Laertii, qvi ζωροάστρην interpretantur ἀστροθύτην, h. e. *aſtrorum cultorem*, ſive, ſi ad verbum reddatur, *aſtris victimas immolantem.* Verba Laertii hæc ſunt: Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν μεθερμηνευόμενον φησὶ τὸν ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι. φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἑρμόδωρος. h. e. *Dinon in qvinto hiſtoriarum libro Zoroaſtrem ex interpretatione nominis ſui aſtrorum aſſerit fuiſſe cultorem. Hoc ipſum & Hermodorus tradit.* Hæc Laertius: at recte reſpondetur, ἀστροθύτην non eum, qvi aſtrum immolandis victimis colit, ſed qvi *ipſum aſtrum immolat*, ſignificare. Qvarta de Zoroaſtris nomine opinio, cui ipſe accedo, eſt V. Cl. Samuelis Bocharti Geograph. ſacr. p. 1. lib. 4. cap. 1. ubi recte docet ζωροάστρην ſignificare ἀστροθεάτην ſive *aſtrorum contemplatorem*; qvippe cum *Ster*, teſte Joſepho Scaligero, ἀστέρα ſive *ſtellam* Perſice donotet, שור autem Hebraice idem ſit atqve contemplari. Eſt igitur ex Hebraico & Perſico vocabulo mixtum nomen שורואסתר, cui titulus ἀστρονόμου, qvi Zoroaſtri Bactriano à Svida tribuitur, qvam maximè convenit, ut & Trogi hoc apud Juſtinum teſtimonium, *primum omnium* Zoroaſtrem *ſiderum motus diligentiſſime ſpectaſſe.* Audi nunc, ſi lubet, ipſum Bochartum, cujus verba de nomine Zoroaſtris, qvia lectu dignisſima ſunt, non piget adſcribere: *Zoroaſtrem*, inqvit, *vulgus ſcriptorum aſtrum vivum exponit, tanqvam ex Pſeudo-Clemente. Id Græculorum eſt ſomnium, qvibus* ζωρότερον *Iliad. I. idem eſt qvod* ζωτικότερον, *ac ſi fiat* ἀπὸ τοῦ ζῆν πλεονασμῷ τοῦ ρ. *Vide Homeri Scholiaſtem & magnum Etymologicum. At Dinon celebratus author, cuiqve nos plurimum de Perſicis rebus credimus* μεθερμενευόμενον φησὶ τὸν ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι. *Ita Laertius, in qvem locum magnus Scaliger vult Zoroaſtrem lingua Perſica ſignificare aſtrorum ſacrificulum. Nos ſcimus de poſteriore verbo veriſſimum eſſe, Ster Perſice eſſe* ἄστρον *aut* ἀστέρα, *unde Eſther dicta fuerit. De priore membro qværant peritiores linguæ Perſicæ. Nos enim non ſumus ii, qvos pudet non omnia ſcire. Hæc ille. Nos ſuſpicamur græcam vocem eſſe corruptam, qvia aſtrorum ſacrificulus non diceretur* ἀστροθύτης. *Qvin* ἀστροθύτης *ad verbum eſſet, qvi aſtrum immolat, ut* βουθύτης, *qvi bovem. Itaqve verbum* ἀστροθύτην *mutandum cenſeo in* ἀστροθεάτην, *id eſt, aſtrorum contemplatorem. Ita Zoroaſtres ſcribetur* שורואסתר *Zoroaſter, litera* ש *expreſſa per Z, ut in* σιζα *pro* שושא *in græca verſione 3. Reg. 4. v. 3. &* ζόφος *caligo pro* שופ *&* ζατρίκιον *ſchacchorum ludus pro voce Perſica* שטרנג. *Porro in* שורואסתר *nemo non ſtatim agnoſcit* שור *Hebræum, qvod contemplari ſignificat, etiam cum de cœlo agitur, ut Job. 35. v. 5.* הבט שמים וראה ושור שחקים: *ubi vulgata recte vertit: Suſpice cœlum & intuere & contemplare aſtra. Ita etiam apud Arabes* שורה *aſpectum ſonat &* שור *in prima & decima aſpicere, in ſecunda & qvarta indicare. Videtur hæc vox ut ab Hebræis ad Arabes, ita ab Arabibus tranſiiſſe ad Perſas, ut aliæ de qvibus ſupra.* Hucusqve Bochartus. Qvod ſupereſt firmiter credo & conſtantisſime affirmo, nullum Zoroaſtris Bactriani genuinum ſcriptum vel olim extitiſſe, vel etiam nunc extare. Eqvidem non me latet à Franciſco Patricio Zoroaſtrem Bactrianum æqve, ac à Volaterrano & Geſnero factum paulo ante demonſtravi, cum Zoroaſtre Perſomede, Magiæ Perſicæ autore, perperam confundi, ideoqve ei attribui trecenta viginti oracula Chaldaica, qvæ ipſe ex Platonicorum Philoſophorum ſcriptis, ubi ſub nomine Zoroaſtris citantur, collegit, & græce atqve latine Ferrariæ A. Æ. C. 1591. in fol. edidit. Verum Magia, qvæ his oraculis continetur, toto cœlo diverſa eſt ab illa Zoroaſtris Bactriani, neqve ætatem Nini, ſed partim Pythagoræ ſcholam, partim Platonis Academiam, partim & Chriſtianiſmum ſapit; ut non multo poſt, cum ad Seculum ante Æ. C. XVII. qvo ſecundum Svidam Zoroaſtres Perſomedes, autor nomi-

nominis & Philoſophiæ Magorum Perſicorum, floruit, perventum fuerit, prolixius indicabo. Huc qvoqve non pertinent oracula illa magica, qvæ primum opera Ludovici Tiletani græce, & poſtea ſtudio Joannis Opſopœi græce & latine cum græcis Plethonis Gemiſti & Michaelis Pſelli Scholiis Lutetiæ Pariſiorum in lucem prodierunt ſub hac inſcriptione, μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου Μάγων: de qvibus itidem, cum ad Zoroaſtrem Perſomeden pervenero, copioſius diſſeram. Interim, ſi qvis plura de Zoroaſtre Bactriano & origine ac progreſſu vetitæ Magiæ, cujus ipſe primus inventor fuiſſe traditur, ſcire deſideret, conſulat Michaelis Pſelli Dialogum περὶ ἐνεργείας δαιμόνων, à Gilberto Gaulminio A. 1615. Lutet. Pariſ. in 8. editum: Cornel. Agrippam de vanitat. ſcient. cap. 41. 42. & deinceps usqve ad cap. 48. Voſſium de Hiſtor. gr. lib. 3. de Idololatria lib. 1. c. 5. & de Scient. Mathem. cap. 30. Bochartum Geograph. ſacr. part. 1. lib. 4. cap. 1. Gabr. Naudæum cap. 8. Apologiæ illuſtrium Virorum, qvi falſo accuſati fuerunt Magiæ: Franciſc. Patricii diſſertationem Zoroaſtris Oraculis præfixam: Mart. Delrii doctisſimum diſqviſitionum magicarum opus: Caſp. Peucerum & Joachim. Camerarium de generibus divinationum: Joann. Bodinum de magorum Dæmonomania: Joann. Wierum de præſtigiis Dæmonum lib. 2. c. 3. & ſexcentos alios, qvi idem argumentum integris voluminibus accuratisſime pertractarunt.

Cap. VI.

De ſeculis ante Æ. C. XXI. XX. & XIX. in qvæ hiſtoria vitæ Abrahami incidit.

I.

Seculi ante Æ. C. XXI. principium inſignivit nativitas Patriarchæ *Abrahami*; qvippe qvæ absqve ulla controverſia in annum Mundi (1) 1948. incidit. Deſumpta autem hæc ſupputatio eſt ex Geneſ. cap. 11. ubi poſtdiluvianorum Patriarcharum ſucceſsio ab Arphaxado usqve ad Abrahamum ita recenſetur, ut in ſubjuncto ſchemate appoſita eſt:

(1) *Vid. Seth. Calviſ. Iſagog. Chronolog. c. 36. & Bened. Perer. Comment. in c. 11. & 12. Geneſeos, ubi obſcuram & perplexam qvæſtionem de nativitate & migrationibus Abrahami accuratiſſime pertractant. Conſule inſuper & Ubb. Emm. Rer. Chronol. lib. 4.*

A. M. 1656. impleto cœpit diluvium: an. ætat. Noæ	600.
2.	
A. M. 1657. natus eſt Arphaxad: an æt. Semi 100. ab init. dil. 2.	
35.	
A. M. 1693. natus eſt Sale: anno ætatis Arphaxadi	35.
30.	
A. M. 1723. natus eſt Heber: anno ætatis Salæ	30.
34.	
A. M. 1757. natus eſt Phaleg: anno ætatis Heberi	34.
30.	
A. M. 1787. natus eſt Reu: anno ætatis Phalegi	30.
32.	
A. M. 1819. natus eſt Sarug: anno ætatis Reu	32.
30.	
A. M. 1849. natus eſt Nachor: anno ætatis Sarug	30.
29.	
A. M. 1878. natus eſt Thara: anno ætatis Nachor	29.
70.	
A. M. 1948. natus eſt Abraham: an. ætat. Tharæ qvi eſt annus Æ. C. V. 2002.	70.
	1948.

An-

Antecesſit igitur nativitas Abrahami verum nativitatis noſtri Salvatoris tempus integris viginti ſeculis, ſeu annis bis mille: vulgarem autem Æram Chriſtianam annis bis mille & duobus. Etenim ſecundum maxime receptam (1) ſententiam probatisſimorum Chronologorum, qvorum ſupputationem in hoc opere me ſecuturum ſupra cap. 1. §. 2. promiſi, natus eſt Chriſtus A. M. 3947. & qvidem circa initium Octobris Calendarii Juliani: currente anno Juliano 43. Imperii Auguſti, ſi illud à cæde Julii Cæſaris ordiamur, 42. Periodi Julianæ 4711. U. C. 751. L. Cornelio Lentulo & M. Valerio Meſſalino Conſulibus. Secundum vulgarem autem opinionem, cujus autor eſt *Dionyſius Exiguus*, Abbas Romanus, qvi ſupputationem temporum ſecundum annos Æræ Chriſtianæ temporibus Imp. Juſtiniani A. Æ. C. 532. primus in Eccleſiam Chriſtianam introduxit, natus falſo creditur Chriſtus die 25. Decembris A. M. 3949. currente anno Juliano 45. Imperii Auguſti 44. Periodi Julianæ 4713. V. C. 753. Coſſo Cornelio Lentulo & L. Calpurnio Piſone Conſulibus. Ab hac Epocha Dionyſiana paululum receſſit *Beda* cognomento *Venerabilis*, qvi priori parte dimidia ſeculi poſt Æ. C. octavi floruit. Is enim primus omnium octiduo poſt vulgarem illum natalem Chriſti auſpicatus eſt à Kal. Januar. A. M. 3950. ineunte Anno Juliano 46. Periodi Julianæ 4714. currente anno Imperii Auguſti 45. V. C. 754. C. Julio Auguſti F. Cæſare & Lentulo Æmilio Paulo Conſulibus: eaqve ſupputatione in publicis privatisqve monumentis etiamnunc utimur.

(1) *Vid. Joſeph. Scalig. de emendat. temp. l. 6. Calviſ. Iſagog. Chronolog. c. 46. libb Emm. Rerum Chronolog. lib. 4. & Gerard Joan. Voſſ. diſſertat. de natali anno Chriſti.*

II. Seculi ante Æ. C. XX. parte priori dimidia contigit triplex Abrahami migratio, qvarum prima memoratur Geneſ. cap. 11. verſ. 31. & 32. ubi legimus, ipſum una cum patre Thara ex *Vr. Chaldæorum* (qvam urbem Plinius lib. 5. cap. 24. *Uram*, Ptolemæus autem *Urchoam* nuncupat) profectum eſſe in Meſopotamiam, atqve ibi aliqvamdiu habitaſſe in *Charan*, h. e. *Carris*, M. Craſſi infelici adverſus Parthos prælio & miſero interitu nobili urbe, ut refert Florus Rer. Rom. lib. 3. cap. 11. Altera Abrahami migratio incidit in A. M. 2023. ſive an. ante Æ. C. 1927. qvo, relictis *Carris* ſive *Charan*, urbe Meſopotamiæ, in Palæſtinam ſeu terram Chanaan profectus eſt, ut Geneſ. cap. 12. à verſ. 1. usqve ad 9. prolixe commemoratur. Tertia Abrahami fame compulſi migratio ex terra Chanaan in Ægyptum incidit ſecundum Calviſium in eundem annum M. 2023. qvo & ſecundam migrationem dixi contigiſſe. Qvamdiu autem Abrahamus in Ægypto permanſerit, haud certo conſtat. *Artapanus* enim, antiqvus incertæ ætatis ſcriptor græcus, cujus σύγγραμμα περὶ Ἰουδαίων, à Clemente Alexandr. Stromat. lib. 1. pag. 344. citatur, referente Euſebio de Præparat. Evangel. lib. 9. memoriæ prodidit, Abrahamum integros *viginti annos* in Ægypto commoratum fuiſſe & tum demum remigraſſe in Syriam. Qvæ traditio manifeſte repugnat ſacræ Scripturæ; qvippe qvæ Geneſ. cap. 16. verſ. 3. diſertis verbis teſtatur, à primo ingreſſu Abrahami in terram Chanaan usqve ad matrimonium cum ancilla Agar contractum & conceptionem Iſmaelis *decem* duntaxat *annos* præteriiſſe. At contra R. P. Bened. Pererius in explicat. cap. 12. Gen. aſſerit Abrahamum (2) *per breve tempus*, qvod eſt, ut ipſe interpretatur, *ne unum qvidem annum* in Ægypto manſiſſe. Verba ejus hæc ſunt: *Qvinimmo ne unum qvidem annum in Ægypto moratum eſſe Abram, ex hac ipſa Moſis narratione non obſcure perſpicitur. Siqvidem ſtatim ut Abram intravit Ægyptum, viſa ab Ægyptiis pulchritudine Sarai, ſublata eſt & ad Regem ducta: ſtatimqve Rex ob eam ipſam cauſam flagellatus eſt. Alioqvi ſi longa interveniſſet mora, magnum perdendæ pudicitiæ fuiſſet periculum. Statim porro ut Rex calamitatis ſuæ cauſam agnovit, accerſito Abræ uxorem reddidit, & ex Ægypto dimiſit, ita eum affatus: Ecce conjux tua accipe eam & vade. Præcepitqve Pharao ſuper Abram viris: & deduxerunt eum, & uxorem illius, & omnia qvæ habebat. Qvis ex hac narratione non intelligit Abram perbrevi tempore manſiſſe in Ægypto?* Hæc Pererius. Cujus opinionem ea conditione probo, ne tam breve commorationis illud tempus fuiſſe intelligatur, qvin Abrahamus cum ſacerdotibus Ægyptiis aliqvamdiu familiariter converſari & mathematicarum ſcientiarum

(2) *Secundum auctorem Seder Olam Rabba & Gilb. Genebrardum lib. 1. Chronograph. gener. manſit Abrahamus in Ægypto tres menſes. Ipſa jam memoratæ Chronologiæ Hebræorum majoris verba hæc ſunt:* Is ipſe annus, qvo exiit Abraham pater noſter de Haran, eſt annus famis, cujus cauſa deſcendit in Ægyptum, ubi tranſegit tres menſes.

rum præcipua fundamenta ac principia cum iis communicare potuerit. Hoc enim non minus constanter, qvam verisimiliter affirmat Fl. Josephus Antiqvit. Judaic. lib. I. cap. 9. cujus testimonium, qvod proxime seqventi paragrapho integrum inseram, non temere rejiciendum, sed, qvoad fieri potest, sacræ Scripturæ narrationi conciliandum existimo. Priusqvam autem eo transgrediar, illud adjiciendum videtur, eadem seculi ante Æ. C. XX. priori parte dimidia, & qvidem A. M. 2047. *sacramentum Circumcisionis* institutum, & subseqventi anno, qvi ætatis Abrahami fuit centesimus, *Isaacum* natum fuisse.

III. Qvandoqvidem igitur Abrahamus jam dicto seculo ante Æ. C. XX. præcipue floruit, res ipsa postulat, ut hic de studiis, qvibus potissimum revera deditus fuit, aut deditus fuisse perperam traditur, ut & de scriptis, qvæ falso sub nomine ejus partim antehac extitere, partim vero etiamnunc extant, paucis differam. Et qvod primum qvidem ad studia Abrahami attinet, principem inter ea locum sine dubio obtinet veræ Theologiæ & sinceri cultus divini professio. Hic autem gravis oritur qvæstio, fueritne Abrahamus inde à nativitate sincerus Dei cultor, an in Idololatria natus & educatus, virili demum ætate verum Deum agnoscere, & abjecto Idolorum cultu, invocare cœperit? Primam opinionem defendit S. Augustinus de Civit. Dei lib. 16. cap. 12. his verbis: *Nunc jam videamus procursum civitatis Dei etiam ab illo articulo temporis, qvi factus est in patre Abraham, unde incipit esse notitia ejus evidentior, & ubi clariora leguntur promissa divina, qvæ nunc in Christo videmus impleri. Sic ergo Scriptura sancta indicante didicimus: In regione Chaldæorum natus est Abraham: qvæ terra ad regnum pertinebat Assyriorum. Apud Chaldæos autem jam etiam tunc superstitiones impiæ prævalebant, qvemadmodum per cæteras gentes. Una igitur Thare domus erat, de qva natus est Abraham, in qva unius veri Dei cultus, &, qvantum credibile est, in qva jam sola etiam Hebræa lingua remanserat: qvamvis & ipse sicut jam manifestior Dei populus in Ægypto, ita in Mesopotamia* [1] *serviisse diis alienis, Jesu Naue narrante, refertur: cæteris ex progenie illius Heber in linguas paulatim alias & in nationes alias defluentibus. Proinde, sicut per aqvarum diluvium una domus Noæ remanserat ad reparandum genus humanum, sic in diluvio multarum superstitionum per universum mundum una remanserat domus Thare, in qva custodita est plantatio civitatis Dei.* Et seqventi capite eandem opinionem testimonio ex Historia Judithæ desumpto probat his verbis: *In libro enim, qvi inscribitur Judith, cum qværeret Holofernes hostis Israelitarum, qvænam gens illa esset, utrum adversus eam bellandum fuisset, sic ei respondit Achior dux Ammonitarum: Audiat Dominus noster verbum de ore pueri sui, & referam tibi veritatem de populo, qvi habitat juxta montana hæc, & non exibit mendacium de ore servi tui. Hæc enim progenies populi est Chaldæorum & antea habitaverunt Mesopotamiam, qvi noluerunt seqvi Deos patrum suorum, qvi fuerunt in terra Chaldæorum gloriosi, sed declinaverunt de via parentum suorum & adoraverunt Deum cæli, qvem cognoverunt, & projecerunt eos à facie deorum suorum: & fugerunt in Mesopotamiam, & habitaverunt ibi dies multos. Dixitqve illis Deus eorum, ut exirent de habitatione sua, & irent in terram Chanaan, & habitaverunt ibi, & cætera qvæ narrat Achior Ammonites. Unde manifestum est, domum Thare persecutionem passam fuisse à Chaldæis pro vera pietate, qva unus & verus ab eis colebatur Deus.* Hæc S. Augustinus. Eandem sententiam laudat & tuetur Bened. Pererius, nec simplici tantum assertione, sed tam constanti asseveratione, ut digna sit, qvæ hic inseratur: *Arbitror igitur*, inqvit, *nullo tempore falsorum deorum superstitione occupatum & infectum esse Abraham: sed ab initio usqve ad extremum spiritum veri DEI fidem ac religionem tenuisse. Qvæ sententia, ut contraria longe probabilior, non solum mihi semper magis placuit, sed ita meo in animo penitus insedit, ut ea nullis auctoritatibus nullisqve argumentis evelli possit.* Hæc Pererius. At pro contraria sententia stare (2) videtur Josua, successor Moysis, qvi historiæ suæ cap. 24. vers. 2. orationem suam ad universalem populi Israelitici conventum his

(1) *Nota hic, secundum S. Augustini explicationem* servire Diis alienis, *lib. Josuæ c. 24. v. 2 non significare colere Deos alienos, sive Idololatram esse, sed Idololatris subditum esse & pro vera religione ab iis pati persecutionem.*

(2) *Videtur inqvam stare Josua pro hac sententia, revera autem non stat: si audiendus est S. Augustinus, cujus pro Abrahamo maxime probabilem interpretationem vide paulo superius.*

his verbis alloqvitur: כה אמר יהוה אלהי ישראל בעבר הנהר ישבו אבותיכם מעולם תרח אבי אברהם ואבי נחור ויעבדו אלהים אחרים: h. e. secund. verſ. vulg. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael : trans fluvium habitaverunt patres veſtri ab initio Thare pater Abraham & Nachor, ſervieruntqve Diis alienis.* Qvem locum Vir doctisſimus Andreas Maſius in eruditisſimo ad Hiſtoriam Joſuæ Commentario ſic explicat: *Valet hæc oratio Joſuæ ad explicandam Dei benignitatem, qvam ille in populum Iſraeliticum contulit. Qvod porro ait, Majores ipſorum trans fluvium* (1) *coluiſſe Deos alienos, non ad Sem & Noe aliosqve remotiores, ſed ad proximos majores tantum pertinet. Hoc enim ſolum agitur, ut conſtet, gratuito ipſos eſſe à Deo adoptatos pro populo: neq; gratis ſolum, verum cum etiam hoſtes eſſent & divinum cultum & honorem non vero DEO, cui debebatur, ſed alienis falſisqve diis exhiberent. Nominatim autem ponitur ante oculos Thare, & duo ejus filii Abraham & Nachor, qvod ex his univerſa populi Hebræi ſtirps eſſet prognata. Namqve à Nachor maternum genus duxit per Rebeccam, Liam & Rachelem. Neqve enim eos audire poſſum, qvi magno conatu Abrahamum ab hoc Idololatriæ turpiſſimo ſcelere vindicare, neſcio qvibus argutiis, ſtudent. Qvaſi vero non tanto illuſtrior ſit DEI gratia, qva illum eſt complexus, qvanto ipſe fuit ſceleratior, minusqve tanto dignus favore. Annon pro admirabili beneficio DEI toties commemorat atq; inculcat animis noſtris ſacra hiſtoria, qvod illum qvaſi manu arreptum è patria atqve Idololatrarum conſortio extraxerit? Nam Judæi qvi fabulam de Ur Chaldæorum, hoc eſt, igne, qvem Abraham noluerit patriis ritibus adorare, commenti ſunt, refelli non merentur, cum ſit certisſimum, Ur loci nomen eſſe.* Hæc Maſius. Cui acutisſimus ſimul atqve diſertisſimus ſcriptor Philo Hebræus in libro cui titulus βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος, ἢ περὶ νόμων ἀγράφων, ὅ ἐστι περὶ Ἀβραάμ, ſuffragio ſuo jam dudum præivit, qvod, uti pag. 359. 360. & 361. edit. Pariſ. an. 1640. extat, ita hic tibi exhibeo: Χαλδαῖοι γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα διαπονήσαντες ἀστρονομίαν, καὶ πάντα ταῖς κινήσεσι τῶν ἀστέρων ἀναθέντες, αἷς ὑπέλαβον οἰκονομεῖσθαι τὰ ἐν κόσμῳ δυνάμεσιν, ἃς περιέχουσιν ἀριθμοὶ καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίαι, τὴν ὁρατὸν οὐσίαν ἐσέμνυνον, τῆς ἀοράτου καὶ νοητοῦ οὐ λαβόντες ἔννοιαν, ἀλλὰ τὴν ἐν ἐκείνοις τάξιν διερευνώμενοι, κατά τε τὰς ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων πλανήτων καὶ ἀπλανῶν περιόδους, ἢ κατὰ τὰς τῶν ἐτησίων ὡρῶν μεταβολάς, καὶ κατὰ τὴν τῶν οὐρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια συμπάθειαν, τὸν κόσμον αὐτὸν ὑπέλαβον εἶναι θεόν, οὐκ εὐαγῶς τὸ γενόμενον ἐξομοιώσαντες τῷ πεποιηκότι. ταύτῃ ὁ Ἀβραὰμ τῇ δόξῃ συντραφεὶς, καὶ χαλδαΐσας μακρόν τινα χρόνον, ὥσπερ ἐκ βαθέος ὕπνου διανοίξας τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, καὶ καθαρὰν αὐγὴν ἀντὶ σκότους βαθέος βλέπειν ἀρξάμενος, ἠκολούθησε τῷ φέγγει, καὶ κατεῖδεν ὃ μὴ πρότερον ἐθεάσατο, τοῦ κόσμου τινὰ ἡνίοχον καὶ κυβερνήτην ἐφεστῶτα, καὶ σωτηρίως εὐθύνοντα τὸ οἰκεῖον ἔργον, ἐπιμέλειάν τε καὶ προστασίαν καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, ὅσα θείας ἐπάξια φροντίδος ποιούμενον. h. e. *Nam Chaldæi cumprimis exercitati ſiderali ſcientia, omnia tribuentes ſtellarum motibus, à qvibus credebant diſpenſari mundi potentias, qvæ conſtant ex numeris eorumqve proportionibus, venerabantur iſtas res viſibiles, non percipientes inviſibilia & intelligibilia, ſcrutantes illarum tantum ordinem: atqve ita è Solis, Lunæ, ſtellarum erraticarum fixarumqve circuitibus, & anni in qvatuor tempora diſtincti vicibus, conſenſuqve rerum cœleſtium ac terreſtrium, mundum ipſum exiſtimabant eſſe DEum, profana opinione creaturam facientes creatori ſimilem. Huic innutritus dogmati Abrahamus, & per tempus longum Chaldaico imbutus delirio, tanqvam poſt altum ſomnum aperto mentis oculo, poſtqvam puram lucem pro denſis tenebris cœpit intueri, ſecutus ejus ſplendorem, animadvertit, qvod prius non viderat: præeſſe mundo qvendam aurigam gubernatoremqve, qvi operis ſui ſaluti prævideat, curator tutorqve etiam partium ejus, qvæ divina cura dignæ ſunt.* Et paulo poſt: Λέγεται γὰρ ἅμα τῇ μεταναστάσει εὐθὺς τοῦ σοφοῦ. ὤφθη δὲ ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ, ᾧ δηλονότι πρότερον οὐκ ἦν ἐμφανὴς, ὅτε χαλδαΐζων τῇ τῶν ἀστέρων πορείᾳ προσεῖχεν, ἔξω τοῦ κόσμου καὶ τῆς αἰσθητῆς οὐσίας, εὐάρμοστον καὶ νοητὴν φύσιν οὐδεμίαν ἁπλῶς καταλαμβάνων· ἐπεὶ δὲ μεθωρμίσατο καὶ μετεχώρησε, κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἔγνω τὸν κόσμον ὑπήκοον, ἀλλ' οὐκ αὐτοκράτορα, οὐ πρυτανεύοντα, ἀλλὰ πρυτανευόμενον ὑπ' αἰτίου τοῦ πεποιηκότος· ὅπερ ἡ διάνοια τότε πρῶτον ἀντιβλέψασα εἶδε. πολλὴ γὰρ αὐτῆς πρότερον ἀχλὺς ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν κατεκέχυτο, ἣν ἐν θέρμοις καὶ διαπύροις δόγμασιν ἀνασκεδάσασα, μόλις ἴσχυσεν, ὡς ἐν αἰθρίᾳ καθαρᾷ τοῦ πάλαι κρυπτομένου καὶ ἀειδοῦς φαντασίαν λαβεῖν· ὃς

ἕνεκεν

(1) *Aliud ſecundum S. Auguſtinum eſt ſervire Diis alienis, aliud eos colere. Vide ipſum paulo ſuperius.*

ἕνεκεν φιλανθρωπίας ἀφικνουμένην τὴν ψυχὴν ὡς αὐτὸν οὐκ ἀπεστράφη, προϋπαντήσας δὲ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἔδειξε, καθ' ὅσον οἷόν τ' ἦν ἰδεῖν τὸν βλέποντα. διὸ λέγεται, οὐχ ὅτι ὁ σοφὸς εἶδε θεὸν, ἀλλ' ὅτι ὁ θεὸς ὤφθη τῷ σοφῷ. καὶ γὰρ ἦν ἀδύνατον καταλαβεῖν τινὰ δι' αὐτοῦ τὸ πρὸς ἀλήθειαν ὂν, μὴ παραφήναντος ἐκείνου ἑαυτὸ καὶ παραδείξαντος. μαρτυρεῖ δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ ἡ τοῦ ὀνόματος ὑπαλλαγὴ καὶ μετάθεσις. ἐκαλεῖτο γὰρ Ἀβρὰμ τὸ ἀρχαῖον ὄνομα, προσερρήθη δ' ὕστερον Ἀβραάμ, φωνῇ μὲν ἑνὸς στοιχείου τοῦ ά διπλασιασθέντος, δυνάμει δὲ μεγάλου πράγματος ἐνδειξαμένου τὴν μεταβολήν. Ἀβρὰμ μὲν γὰρ ἑρμηνευθέν ἐστι πατὴρ μετέωρος. Ἀβραὰμ δὲ πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς. τὸ μὲν πρότερον ἐμφαῖνον τὸν ἀστρολογικὸν καὶ μετεωρολογικὸν ἐπικαλούμενον, οὕτω τῶν Χαλδαίων δογμάτων ἐπιμελούμενον, ὡς ἄν τις πατὴρ ἐγγόνων ἐπιμεληθείη· τὸ δὲ ὕστερον, τὸν σοφόν. h. e. *Dicitur enim Deus apparuisse Abrahamo, cum primum ille profectus est ex Chaldæâ; videlicet prius non fuerat ei notus, quando more Chaldæorum intentus syderum cursibus, supra mundum hunc sensibilem nullam prorsus esse naturam intelligentem credebat. At postquam solum vertit, statim agnovit Mundum esse subditum, non dominum, nec regere, sed regi ab auctore suo. Nam prius sensibilia magnam ei caliginem offuderant: quam ubi discussit, tandem potuit velut in serenitate pura eum, qui prius latuisset, cernere. Deus vero pro sua dignitate venientem ad se illum non est aversatus: quin etiam ultro ei procedens obviam, ostendit naturam suam, quatenus videri poterat. Quamobrem non dicitur Abraham vidisse Deum, sed Deum apparuisse Abrahamo. Non enim quisquam per se ipsum potuisset videre eum, qui vere est, nisi ille se ultro videndum præbuisset. Testatur hoc etiam mutatio nominis. Prius enim Abram vocatus, mox cœpit appellari Abraham, unius tantum duplicatione literæ, videlicet A, sed quæ magnum quiddam significabat. Abram enim interpretatur pater sublimis:* (1) *Abraham vero pater electus vocis. Prius indicat virum astrologicum & meteorologicum, Chaldæorum placitis tanta cura deditum, quantum solent parentes impendere suis filiis: posterius vero sapientem.* Hæc Philo: cui suffragatur Flavius Josephus Antiqvit. Judaic. lib. I. cap. 8. his verbis: Ἀβράμος δὲ, Λῶτον τὸν Ἀράνου τοῦ ἀδελφοῦ υἱὸν, τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ Σάρρας ἀδελφὸν εἰσεποιήσατο γνησίου παιδὸς ἀπορῶν. καὶ καταλείπει τὴν Χαλδαίαν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε γεγονὼς ἔτη, τοῦ θεοῦ κελεύσαντος εἰς τὴν Χαναναίαν μετελθεῖν. ἐν ᾗ καὶ κατῴκησε καὶ τοῖς ἀπογόνοις κατέλιπε, δεινὸς ὢν συνιέναι τε περὶ πάντων καὶ πιθανὸς τοῖς ἀκροωμένοις, περί τε ὧν εἰκάσειεν οὐ διαμαρτών. διὰ τοῦτο καὶ φρονεῖν ἐπ' ἀρετῇ μεῖζον τῶν ἄλλων ἠργμένος, καὶ τὴν περὶ τοῦ θεοῦ δόξαν, ἣν ἅπασι συνέβαινεν εἶναι, καινίσαι καὶ μεταβαλεῖν ἔγνω. πρῶτος οὖν τολμᾷ θεὸν ἀποφήνασθαι δημιουργὸν τῶν ὅλων ἕνα· τῶν δὲ λοιπῶν εἰ καί τι πρὸς εὐδαιμονίαν συντελεῖ, κατὰ προσταγὴν τὴν τούτου παρέχειν ἕκαστον καὶ οὐ κατ' οἰκείαν ἰσχύν. εἴκαζε δὲ ταῦτα τοῖς γῆς καὶ θαλάττης παθήμασι, τοῖς τε περὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ πᾶσι τοῖς κατ' οὐρανὸν συμβαίνουσι. δυνάμεως γὰρ αὐτοῖς παρούσης καὶ προνοήσαι τῆς καθ' αὑτοὺς εὐταξίας. ταύτης δὲ ὑστερούντας φανεροὺς γίνεσθαι μηδ' ὅσα πρὸς τὸ χρησιμώτερον ἡμῖν συνεργοῦσι κατὰ τὴν αὐτῶν ἐξουσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ κελεύοντος ἰσχὺν ὑπουργεῖν, ᾧ καλῶς ἔχει μόνῳ τὴν τιμὴν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀπονέμειν. διόπερ Χαλδαίων τε καὶ Μεσοποταμιτῶν στασιαζόντων πρὸς αὐτὸν, μετοικεῖν δοκιμάσας, κατὰ βούλησιν καὶ βοήθειαν τοῦ θεοῦ τὴν Χαναναίαν ἔσχε γῆν. ἱδρυθείς τε αὐτόθι βωμὸν ᾠκοδόμησε καὶ θυσίαν ἐτέλεσε τῷ θεῷ. h. e. Sigismundo Gelenio interprete: *Abrahamus vero Lotum, Aranis fratris sui filium, Saræ conjugis suæ fratrem, adoptavit, quod naturali filio careret: & cum jam esset annorum septuaginta quinq; ex Chaldæa jussu Dei in Chananæam se contulit: quam & ipse deinceps inhabitavit & posteris suis reliquit, vir sapiens æque ac eloquens & in conjectando sagax. Cumque ob virtutem eximiam sapiens esset præ cunctis habitus, ausus est vulgo receptam de Deo persuasionem convellere & in melius vertere. Ergo primus omnium clara voce prædicavit unum esse Deum verum universitatis conditorem: de cætero si quid ad felicitatem conferat, non nostris nobis viribus, sed illius voluntate contingere. Hoc vero ex terræ ac maris observatione colligebat, tum eorum, quæ circa solem ac lunam & reliqua sidera videbat accidere; esse nimirum potentiam quandam, quæ harum curam gerat & omnia decenter administret, qua cessante nihil nostris utilitatibus serviturum, cum nihil suapte virtute polleat, sed universa omnipotenti ipsius voluntati obsecundent: quapropter huic uni honorem deberi, huic gratias agi oportere. Quamobrem cum Chaldæi & Mesopotamitæ contra se insurgerent,* con-

(1) *Audienda hæc sunt, non auscultanda. Vera enim nominis Abrahami etymologia traditur Gen. 17. vers. . ubi Deus Abrahamum sic alloquitur: Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. Nomen itaq; Abrahami non patrem electum vocis, sed patrem excelsum multitudinis sive multarum gentium significat, quippe quod compositum est ex* אב *pater,* רם *excelsus &* המון *multitudo.*

consilium migrandi cœpit, & voluntate ac favore Dei fretus, terram Chanaan tenuit: ubi, sedibus positis, Deo struxit aram & hostias mactavit. Hucusqve Josephus: cujus testimonium miror à doctissimo Pererio pro contraria opinione allegari; qvippe cui manifestè repugnat qvod hic legitur, Abrahamum fuisse virum sapientem & in conjectando sagacem, ideoqve ausum esse, vulgo receptam de Deo opinionem convellere & in melius vertere. Si enim Abrahamus à piis parentibus cum lacte materno veram hausisset religionem, haud opus fuisset ad conjectandum unius veri Dei cultum humana sagacitate & sapientia, nec filius diceretur superstitioni Idololatricæ primus repugnasse, nisi patentes Idololatras habuisset. Sic Josephi jam citatum locum declarat Svidas V. Ἀβραάμ, ubi Abrahami conversionem his verbis commemorat: Ἀβραάμ, ὁ πρῶτος ἐν πατριάρχαις· εἰς ὃν ἀπεσεμνύνετο δῆμος ὁ τῶν Ἑβραίων τὸ πρότερον, πρὶν ἢ θεοῦ ἀποσκιρτῆσαι, καὶ γενέσθαι τούτου ἀλλότριοι, καὶ τὸ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ αἷμα ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπάσασθαι. οὗτος ἐκ μὲν τῆς χαλδαίων γῆς ὑπῆρχεν ὁρμώμενος, τῶν περὶ τὰ μετέωρα καὶ τοὺς ἀστέρας τὸν βίον ὅλον καταναλισκόντων. ἀσκηθεὶς οὖν κατὰ τὸν πάτριον νόμον τὰς τῶν ἐπουρανίων ἀστέρων κινήσεις, καὶ στοχασάμενος, ὡς οὐκ ἐν τούτοις ἵσταται τὸ μεγαλουργὸν τῆς φαινομένης ταυτησὶ κτίσεως, ἀλλ' ἔχει τινὰ τὸν δημιουργὸν, καὶ κινοῦντα, καὶ διευθύνοντα τὴν ἐναρμόνιον τῶν ἀστέρων πορείαν, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς τὴν κατάστασιν, καὶ διὰ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων τὸν γενεσιουργὸν αὐτῶν ὡς ἐνῆν θεωρήσας, οὐκ ἔστη μέχρι τούτων, οὐδὲ τὴν ἔφεσιν εἰς ταῦτα κατεδαπάνησεν· ἀλλὰ τῶν οὐρανίων ἀψίδων ὑπεραρθεὶς, καὶ πᾶσαν διαβὰς τὴν νοητήν τε καὶ ὑπερκόσμιον σύμπηξιν, οὐκ ἀπέστη τοῦ ζητουμένου, ἕως οὗ ὁ ποθούμενος ἑαυτὸν αὐτῷ ἐφανέρωσε, τύποις τε καὶ μορφώμασιν, καὶ οἷς ἑαυτὸν ἐμφανίζει ὁ ἀφανὴς καὶ ἀόρατος. Et paulo post: τοῦτό μοι καὶ Φίλων ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος, ἐν τῷ τοῦ πολιτικοῦ βίου συνεπιμαρτυρήσεται· (Φίλων περὶ οὗ ἐρρέθη, Φίλων πλατωνίζει, καὶ Πλάτων φιλωνίζει) ὅτι ἤρξατο ἡ εἰδωλολατρεία ἀπὸ Σερούχ ἕως τῶν χρόνων Θάρα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ. ὃς Ἀβραὰμ ὑπάρχων ἐτῶν ιδ, καὶ θεογνωσίας ἀξιωθεὶς, ἐνουθέτει τὸν πατέρα αὐτοῦ, λέγων· τί πλανᾷς τοὺς ἀνθρώπους διὰ κέρδος ἐπιζήμιον τοῦτ' ἔστι, τὰ εἴδωλα· οὐκ ἔστιν ἄλλος θεὸς, εἰ μὴ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὁ καὶ πάντα τὸν κόσμον δημιουργήσας. ὁρῶν γὰρ τοὺς ἀνθρώπους κτίσματα λατρεύοντας διήρχετο διαπονούμενος, καὶ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν ἐκζητῶν ἐκ φιλοθέου καρδίας. ὁρῶν δὲ τὸν οὐρανὸν ποτὲ μὲν λαμπρὸν, ποτὲ δὲ σκοτεινὸν, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἔστιν οὗτος θεός. ὁμοίως καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, τὸν μὲν ἀποκρυπτόμενον καὶ ἀμαυρούμενον, τὴν δὲ φθίνουσαν καὶ ἀπολήγουσαν, ἔφησεν οὐδ' οὗτοι εἰσὶ θεοί. καὶ μέντοι καὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν (ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ ἐπαιδεύετο τὴν ἀστρονομίαν) ἀπορῶν ἐδυσχέραινεν. ὤφθη δὲ αὐτῷ ὁ θεὸς, καὶ λέγει αὐτῷ· ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου. καὶ λαβὼν τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς, καὶ τὰ μὲν κλάσας, τὰ δὲ ἐμπρήσας, ἀνεχώρησε μετὰ τοῦ πατρὸς ἐκ γῆς χαλδαίων. h. e. paraphraste potius, qvam interprete Æmilio Porto: *Abrahamus inter Patriachas primus, qvo populus Hebræorum olim gloriabatur, priusqvam à Deo defecissent, atqve ab eo alienati fuissent, & ipsius unigeniti filii sanguinem in se ipsos attraxissent. Hic oriundus erat ex terra Chaldæorum, qvi totam ætatem in rebus sublimibus & stellis, sive in stellarum speculatione & rerum, qvæ fiunt in sublimi contemplatione, consumunt. Exercitatus igitur patrio more in cœlestium stellarum siderumqve motibus, & per conjecturas assecutus ac animadvertens magnificentiam hujus operis conditi, totiusqve mundi nostris oculis apparentis non consistere in his rebus conditis, qvæ nobis apparent & oculis cernuntur: sed habere aliqvem opificem, qvi moveat & dirigat aptum illum & concinnum stellarum incessum & mundi totius constitutionem. Atqve ex magnitudine & elegantia rerum conditarum, creatorem ipsarum, qvantum licuit contemplatus, in his non restitit, neqve suum desiderium in his consumpsit: sed supra cœlestes apsides & ultra stellarum circulos evectus, & pervagatus omnem rerum conditarum compagem, qvæ sub intelligentiam cadit, animoqve cernitur & ratione percipitur, & qvæ mundum cœlosqve superat, ab eo qværendo, qvem cognoscere cupiebat, non destitit, donec ille, cujus desiderio flagrabat, se ipsi patefecit typis qvibusdam & formis ac imaginibus & cæteris rationibus, qvibus ille, qvi cerni conspiciqve neqvit, se mortalibus patefacit, & conspiciendum præbet.* Et paulo post: *Hoc autem, quod ego dico, & Philo Hebraicus Philosophus, in viri civilis vita, suo testimonio confirmabit. [Philo, inqvam, ille de qvo dictum est, Philo platonissat & Platophilonissat] Testabitur autem, imaginum cultum cœpisse à Serucho, & viguisse usqve ad tempora*

Thare,

Tharæ, patris Abrahami; qvi Abrahamus natus qvatuordecim annos & DEI cognitione decoratus ac illustratus, patrem suum admonuit his verbis: Qvid seducis homines ob lucrum perniciosum, hoc est, ob imagines? Non est alius Deus, nisi ille, qvi in cœlis est & regnat, qvi etiam universum mundum fabricavit. Cum enim videret homines rebus creatis inservire, cultumqve divinum ipsis deferre; varias regiones magno labore & animo religiosa verùm Deum exqvirens, peragrabat. Cum autem videret cœlum, modo qvidem serenum ac splendens, modo vero nubilum & obscurum, in se ipso & in animo suo dicebat; hoc cœlum non est Deus. Similiter etiam Solem & Lunam, illum qvidem occultari & obscurari, hanc vero deficere & desinere cum cerneret, dixit, ne isti qvidem Dii sunt. Qvin etiam astrorum motum (à patre enim astronomiam edocebatur) dubitans cum molestia tractabat. Apparuit autem ipsi Deus & ipsi dixit: Exi ex tua terra & ex cognatione tua. Qvamobrem Abrahamus correptis patris simulacris, iisqve partim fractis, partim crematis, ex Chaldæorum terra cum patre excessit. Hæc Svidas: ubi inprimis notatu dignum est, non tantum conversionem Abrahami recenseri, sed & annum exprimi ætatis *decimum qvartum*, qvo Deum primo agnovisse, & patrem Tharam Idololatriæ immersum pio veræ religionis zelo reprehendisse scribitur. Etenim nonnulli ex Rabbinis anno ætatis ipsius *tertio*, alii autem anno *octavo*, id prorsus miraculose factum tradunt: qvos qvidem cum anilibus suis fabulis valere jubeo. Magis autem verisimilis videtur traditio רמבם sive *R. Mosis Majmonidæ*, qvi libro (1) dissertationum de cultu stellarum ac planetarum & statutis gentium cap. 1. §. 5. & 6. editionis Dionysii Vossii refert, Abrahamum, cum parvulus esset, cœpisse in majorum fide vacillare & magis magisqve suspectam habuisse Idololatriam: sed annos natum *qvadraginta octo* in fide recta prorsus fuisse firmatum, ita ut deinceps soli vero Deo semper adhæserit. Ipsa verba Rambam, ut à jam memorato magni Gerardi Joannis Vossii filio latinè translata sunt, hæc sunt: *Atqve hoc modo mundus incedebat volvebaturqve, donec natus est, columna mundi, Abraham pater noster. Postqvam ablactatus est fortis ille, cœpit vacillare animus ejus, dum etiamnum parvus erat, & orsus est cogitare die ac noctu cum admiratione, qvomodo fieri posset, ut orbis hic assidue regeretur sine rectore, aut qvis eum circumageret, qvando sponte sua moveri neqviret. Neqve erat ei doctor, aut ullus omnino, qvi ei qvidpiam indicaret, sed in Vr Chaldæorum submersus erat inter fatuos idololatras. Pater autem ac mater ejus, omnisqve populus idola colebant, & ille una cum iis. Vacillabatqve animus ejus, & magis magisqve intelligere cœpit, donec deprehendit veritatem, perspectamqve habuit justitiæ regulam rectitudine intellectus sui. Itaqve cognovit esse Deum unum, gubernatorem orbis, qvi cuncta creasset, neqve in omnibus, qvæ sunt, alium esse Deum præter illum. Advertit qvoqve universum mundum errare, & causam erroris esse, qvod idolis serviissent, donec ex animis eorum veritas excessisset. Erat autem Abraham annorum octo & qvadraginta, qvando agnovit Creatorem suum.* Hæc R. Mosche ben Majmoni: qvæ nec confirmare, nec refellere in animo mihi est, sed qvisqve iis ex ingenio suo vel addat fidem, vel detrahat. Nempe sufficit, ex Scriptura sacra certo constare, Abrahamum, posteaqvam à Deo primam futuri Messiæ promissionem accepit, & in terram Chanaan profectus est, perfectissimum, qvoad in hac vita fieri potest, veri Theologi, fidelissimiqve servi, amici ac præconis Dei exemplum fuisse. Qvo respectu à Majmonide loco jam citato עמוד של עולם h. e. *Columna Mundi* sive *Seculi*, convenientissime appellatur. Hactenus de studio Abrahami Theologico. Cui proxime subjungendam censeo *conservationem linguæ sanctæ & literarum Hebræarum*, qvas ille primus in terram Chanaan intulit, & per posteros suos ad Moysen propagavit. Minime enim probo eorum (2) opinionem, qvi persuadere nobis contendunt, Abrahamum, qvamdiu in Chaldæa vixit, & cum in terram Chanaan veniret, *Chaldaice* locutum; in terra autem Chanaan *Chananæam* didicisse, qva ejus posteri usi sint; ideoqve Chananæorum linguam, qva perscriptæ sunt sacræ literæ, *Hebræam* vocari, non qvia soli Hebræi usurparint, sed qvia horum duntaxat libri ad nos pervenerunt. Sane argumentum illud ex Genes. cap. 31. vers. 47. desumptum, qvod nempe Jacob lingua Chananæa tumulum vocaverit גלעד sive *Galed*, Laban autem eundem Assyria

(1) הלכות עבודת כוכבים ומזלות וחקות הגוים

(2) *Vid. Voss. de art. Grammat. lib. cap. 9.*

ſyria יגר שהדותא ſive *Iegar ſchabaduta* appellaverit; manifeſtiſſimo laborat ὁμωνυμίας vitio, nec recte inde colligitur, Abrahami linguam, qva ille uſus eſt, priusqvam veniret in terram Chanaan, diverſam fuiſſe ab ea, qvam Iſaacus & Jacobus, in terra Chanaan nati, inde ab incunabulis uſurparunt. Duplicem enim ſtatuo linguam *Chananæam*; alteram videlicet, qva poſteritas Chami, qvoad terram Chanaan tenuit, uſa eſt, alteram vero, qva populus Hebræus, à Semo oriundus, qvi juſſu & auſpiciis Dei eandem terram Chanaan occupavit, locutus eſt. Harum priorem, qvam *linguam Chananæam Chanaanitarum* voco, ignoravit Abrahamus ut peregrinam, poſteriorem autem, qvam *linguam Chananæam Hebræorum* appello, ut πατροπαράδοτον ac vernaculam non minus, qvam Iſaacus & Jacobus, ab infante uſurpavit. Ut enim absqve ulla controverſia certiſſimum eſt, Abrahamum Heberi in recta piorum poſterorum ſerie trinepotem fuiſſe, eoqve reſpectu Geneſ. cap. 14. verſ. 13. *Hebræum* cognominari, ſic cum S. Auguſtino de Civit. Dei lib. 16. cap. 12. firmiter credo linguam primitivam, qvæ poſt confuſionem linguarum ab Hebero Hebræa denominata eſt, in corrupta traditione per Phalegum, Reu, Serug, Nachor & Tharam ad Abrahamum perveniſſe, eamqve non ſimpliciter *Chananæam* vocari poſſe, qvaſi ante Abrahami in terram Chanaan adventum Chanaanitæ ea pro vernacula uſi eſſent, ſed qvoniam pia & à Deo ſpeciatim electa Heberi progenies duce Abrahamo in terram Chanaan transmigravit, eamqve poſt perpesſionem ſervitutis Ægyptiacæ ſecundum divinam promisſionem in poteſtatem ſuam redegit. Tantum igitur abeſt, ut Abrahamus à Chanaanitis Hebræam linguam didicerit, ut contra ipſe Hebræam linguam Hebræasqve literas primus in terram Chanaan intulerit, & cum Phœnicibus, à qvibus eas poſtmodum Græci, qvamvis longinqvitate temporis plurimum mutatas, acceperunt, communicavit. Hic vero audiendus qvidem non eſt Svidas, dum non tantum converſationem & propagationem linguæ ſanctæ & literarum Hebræarum, ſed & primam earum inventionem Abrahamo attribuit; ea enim gloria ad Deum ipſum & primum mortalium Adamum pertinet, ut ſupra cap. 2. §. 4. 5. 6. prolixius expoſitum eſt: at verisſimum tamen illud eſt, qvod ab eodem auctore traditur, Græcas literas ab Hebræis, beneficio videlicet Phœnicum originem ducere. Ipſa Svidæ verba qvæ, ut dixi, cenſura indigent, hæc ſunt: οὗτος (ſc. ὁ Ἀβραάμ) εὗρεν ἱερὰ γράμματα καὶ γλῶσσαν ἐμηχανήσατο, ἧς ἑβραίων παῖδες ἐν ἐπιστήμῃ ἐτύγχανον ὡς τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόγονοι. ἐκ τούτου καὶ τὰ ἑλλήνων γράμματα τὰς ἀφορμὰς ἔλαβε, κἂν ἄλλως ἑαυτοὺς διαπαίζοντες ἀναγράφωσιν ἕλληνες, καὶ τούτου μαρτύριον ἡ τοῦ ἄλφα φωνὴ τοῦ πρώτου στοιχείου καὶ ἄρχοντος, ἀπὸ τοῦ ἄλεφ ἑβραϊκοῦ λαβόντος τὴν ἐπίκλησιν τοῦ μακαρίου καὶ πρώτου καὶ ἀθανάτου ὀνόματος. h. e. paraphraſte Æmilio Porto: *Hic* (ſc. Abrahamus) *ſacras literas invenit & linguam excogitavit, cujus notitiam habebant Hebræorum filii, qvod eſſent hujus diſcipuli & poſteri. Ab hoc etiam inventore literæ Græcorum originem duxerunt; qvamvis Græci ſe ipſos illudentes & opinionis errore decepti, aliter hac de re ſcribant. Hujus verò rei manifeſtum eſt teſtimonium illa appellatio* τοῦ ἄλφα, *primæ, & principis literæ, ab Aleph Hebraico, beato, & primo, & immortali nomine ſuum nomen ſortitæ.* Hæc Svidas: qvæ tamen ipſe retractat v. Ἀδάμ inqviens: τούτου τέχναι καὶ γράμματα. h. e. *Hujus inventa ſunt artes & literæ.* Ubi ſine dubio per γράμματα ſignificantur eadem illa ἱερὰ γράμματα, h. e. *ſanctæ* ſive *Hebrææ literæ*, qvarum inventio ab eodem Svida perperam Abrahamo & alibi etiam (1) Setho attribuitur. Nec majorem meretur fidem antiqvus Anonymus Poeta, cujus verſus Petrus Crinitus de honeſta diſciplina lib. 17. cap. 1. recitat, in qvibus Moyſi Hebræarum, Abrahamo autem Syriacarum & Chaldaicarum literarum inventio adſcribitur. Verba Criniti jam citato loco hæc ſunt: *Qvoniam ſæpe in qvæſtionem venit, qvot apud veteres idiomatum genera fuerint, qvæqve maximè celebrata, putavi non indignum fore, ſi ſenariolos qvosdam de ſeptem linguis ſubjiciam, qvos eqvidem in pervetuſto codice legi ex Bibliotheca Septimana. In eo enim libro multiplex linguarum varietas demonſtratur, tum qva ſeptem literarum genera præcellant; ut Hebrai-*

(1) *Vid ſupra cap. 3. §. 3.*

Hebraicæ, Atticæ, Latinæ, Syræ, Chaldææ, Ægyptiacæ ac Geticæ. *Sed audiamus veteres versiculos, ne inpendio longius evagemur:*

Moyses primus Hebraicas exaravit literas;

[seu, ut versum hunc emendat doctissimus Vossius de arte Grammat. lib. 1. cap. 9.]

Primus Hebræas Moyses exaravit literas;
Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas;
Qvas Latini scriptitamus, edidit Nicostrata;
Abraham Syras & idem repperit Chaldaicas;
Isis arte non minore protulit Ægyptias;
Gulfila prompsit Getarum qvas videmus ultimas.

Hæc Poeta ille Anonymus apud Crinitum. Ego vero ut certissime credo, primitivam lingvam, qvæ à creatione mundi usqve ad ædificationem turris Babylonicæ sola in orbe fuit, haud aliam esse, qvam *Hebræam*, literasqve Hebræas, qvæ etiam nunc in usu sunt, unà cum punctis suis à primo sapientissimoqve omnium mortalium Adamo inventas fuisse; sic æqve firmiter existimo, ejusdem lingvæ primitivæ & earundem literarum primitivarum usum tempore confusionis lingvarum penes piam Heberi familiam permansisse, nec Abrahamum (1) novas invenisse literas, sed qvas unà cum primitiva lingva à majoribus acceperat, perpetuo retinuisse. Qvibus itaqve *Chaldæi* usi sunt literis, has non invenit Abrahamus, sed ipsi Hebræorum, qvi usqve ad Abrahami cum patre Thara transmigrationem in Mesopotamiam in Chaldæa habitarunt, scribendi rationem imitati sunt. Idem sine dubio fecere *Syri*, & in his qvidem præcipue *Phœnices*, postqvam Abrahamus ex Mesopotamia in Syriam, cujus pars Palæstina sive terra Chanaan est, jussu Dei transiit. Eadem ratione paulo post & in Ægyptum commigravit literarum usus, Abrahamo fame compulso in ea peregrinante: qvi qvidem non ipse *literas Ægyptiacas* invenit, sed primum tamen sensa animi literis exprimendi exemplum Ægyptiis præbuit. Hoc sanè multo verisimilius est, qvam qvod in jam citatis Anonymi Poetæ versibus de literarum Ægyptiacarum per Isidem inventione traditur. Qvales autem fuerint Ægyptiorum illæ literæ, & qvæ inter *vulgares* sive profanas & hieroglyphicas sive *sacras* differentia fuerit, commodiore loco posthac docebitur. Interim vide Diodor. Sicul. Biblioth. Histor. lib. 1. pag. 71. & 72. edit. Rhodomanni, & lib. 3. pag. 144. & 145. Hori Apollinis Hieroglyphica: & inprimis R.P. Athanasii Kircheri doctissimum opus, qvo obelisci Ægyptiaci, ex Imp. Antonini Caracallæ Circo translati, & jussu Summi Pontificis Innocentii X. Romæ in foro Agonali erecti Hieroglyphica mira ingenii subtilitate explanavit. Qvod superest, consideremus nunc Abrahamum ut *Mathematicum*. Eo enim nomine apud omnes ferè gentes olim fuit celeberrimus. Dedit autem inprimis operam *Arithmeticæ* & *Astronomiæ*; qvas scientias uti partim à patre Thara, qvem Philo libro de Nobilitate ἄνδρα ἀστρονομικὸν τῶν περὶ τὰ μαθήματα διατριβόντων nuncupat, edoctus fuerat, partim propria diligentia excoluerat, sic eas statim, atqve in Palæstinam pervenit, cum *Phœnicibus* primum, & mox, ubi fame compulsus in Ægyptum descendit, cum *Ægyptiis* communicavit. Testatur hoc Fl. Josephus Antiqvit. Jud. lib. 1. cap. 9. ubi profectionem Abrahami in Ægyptum, periculum castitatis Saræ, miraculosam jam jam committendi adulterii inhibitionem, subsecutam affectus Regii erga Abrahamum declarationem, Abrahami cum sapientissimis Ægyptiorum Philosophis de vera Theologia contentionem & primam incognitæ Matheseos communicationem his verbis commemorat: λιμοῦ δὲ ὕστερον τὴν χαναναίαν καταλαβόντος, Ἄβραμος αἰγυπτίους εὐδαιμονεῖν πυθόμενος, διαίρειν πρὸς αὐτοὺς ἦν πρόθυμος, τῆς τε ἀφθονίας τῆς ἐκείνων μεθέξων, καὶ τῶν ἱερέων ἀκροατὴς ἐσόμενος, ὧν λέγοιέν τε περὶ θεῶν. ἢ γὰρ κρείοσσιν εὑρεθεῖσι κατακολουθήσειν, ἢ μετακοσμήσειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ βέλτιον αὐτὸς ἄμεινον φρονῶν. ἐπαγόμενος δὲ καὶ τὴν σάῤῥαν, καὶ φοβούμενος τὸ πρὸς τὰς γυναῖκας τῶν αἰγυπτίων, μὴ διὰ τὴν εὐμορφίαν τῆς γυναικὸς ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἀνέλῃ, τέχνην

(1) Vid. supra cap. 2. §. 5.

ἐπεύρησε τοιαύτην. ἀδελφὸς αὐτῆς εἶναι προσεποιήσατο, κἀκείνην τοῦτο ὑποκρίνασθαι, συμφέρειν γὰρ αὐτοῖς, ἐδίδαξεν. ὡς δ' ἧκον εἰς τὴν αἴγυπτον, ἀπέβαινε τῷ ἀβράμῳ καθὼς ἐπενόησε. τότε γὰρ κάλλος ἐξεβοήθη τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. διὸ καὶ Φαραώθης ὁ βασιλεὺς τῶν αἰγυπτίων, οὐ τοῖς περὶ αὐτῆς λεγομένοις ἀρκεσθεὶς, ἀλλὰ καὶ θεάσασθαι σπουδάσας, οἷός τε ἦν ἅψασθαι τῆς σάῤῥας. ἐμποδίζει δὲ ὁ θεὸς αὐτοῦ τὴν ἀδόκιμον ἐπιθυμίαν νόσῳ τε καὶ στάσει τῶν πραγμάτων· καὶ πυθομένῳ περὶ ἀπαλλαγῆς, κατὰ μῆνιν θεοῦ τὸ δεινὸν αὐτῷ παρεῖναι ἀπεσήμαινον οἱ ἱερεῖς, ἐφ' οἷς ἠθέλησεν ἐνυβρίσαι τοῦ ξένου τὴν γυναῖκα. ὁ δὲ φοβηθεὶς, πρῶτα τὴν σάῤῥαν, τίς εἴη, καὶ τίνα τοῦτον ἐπαγάγοιτο ἐρωτᾷ. πυθόμενος δὲ τὴν ἀλήθειαν, Ἄβραμον παρῃτεῖτο· νομίζων γὰρ ἀδελφὴν, ἀλλ' οὐ γυναῖκα αὐτοῦ σπουδάσαι περὶ αὐτὴν συγγένειαν ποιήσασθαι βουλόμενος, ἀλλ' οὐχ' ὑβρίσαι κατ' ἐπιθυμίαν ὡρμημένος δωρεῖταί τε αὐτὸν πολλοῖς χρήμασι, καὶ συνεῖναι αἰγυπτίων τοῖς λογιωτάτοις, τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ δόξαν ἐντεῦθεν ἐπιφανεστέραν συνέβη γενέσθαι. τῶν γὰρ αἰγυπτίων διαφόροις ἀρεσκομένων ἔθεσι, καὶ τὰ παρ' ἀλλήλοις ἐκφαυλιζόντων νόμιμα, καὶ διὰ τοῦτο δυσμενῶς ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους, συμβαλὼν αὐτῶν ἑκάστοις καὶ διαπτύων τοὺς λόγους, οὓς ἐποιοῦντο περὶ τῶν ἰδίων, κενοὺς καὶ μηδὲν ἔχοντας ἀληθὲς ἀπέφαινε. θαυμασθεὶς οὖν ὑπ' αὐτῶν ἐν ταῖς συνουσίαις, ὡς συνετώτατος καὶ δεινὸς ἀνὴρ, οὐ νοῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πεῖσαι λέγων, περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσειεν διδάσκειν, τήν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται καὶ τὰ περὶ ἀστρονομίαν παραδίδωσι. πρὸ γὰρ τῆς Ἀβράμου παρουσίας εἰς αἴγυπτον οἱ αἰγύπτιοι τούτων εἶχον ἀμαθῶς. ἐκ χαλδαίων γὰρ ταῦτ' ἐπεφοίτησεν εἰς αἴγυπτον, ὅθεν ἀνῆλθεν καὶ εἰς τοὺς ἕλληνας.
h. e. Sigismundo Gelenio interprete: *Fame deinde Chananæam terram invadente, Abrahamus audita Ægypti ubertate, proficisci illuc decrevit, tum ut copiis eorum frueretur, tum ut sententiam sacerdotum de divinitate cognosceret: aut secuturus illorum opinionem, si modo melior esset, aut ipse rectiora eis commonstraturus. Cæterum cum & Saram secum duceret, veritus Ægyptiorum libidinem, ne fortè ob excellentem uxoris formam à Rege in erimeretur, artem commentus est talem. Fratrem ejus se finxit, monita prius, ut ob præsentem necessitatem simulationi suæ subserviat. Ut autem ventum est in Ægyptum, id quod suspicatus fuerat evenit: jam enim conjugis pulchritudinem fama divulgaverat. Quamobrem Pharaotes gentis Rex, audita oculis suis cognoscere, ac muliere etiam potiri concupivit. Huic malæ libidini Deus obstitit, pestilentia & seditione res Regis infestans: consultique de remedio sacerdotes, quove modo placandum esset numen, hanc mali causam responderunt, quod hospitis matrimonio injuriam inferre paravisset. Rex territus primum sciscitatur, quænam sit, quisve ejus comes. Cognita deinde rei veritate, Abrahamo satisfecit: sororem se putasse, non uxorem, & affinitatem contrahere, non injuriam inferre voluisse, donataque magna pecunia, potestatem fecit congrediendi cum præstantissimo quoque Ægyptiorum ac doctissimo: quo factum est ut virtutis nomine in maximam existimationem veniret. Nam cum ea gens in diversos ritus & opiniones scinderetur, & per mutuum contemptum atque insectationem infensis inter se animis agerent, collisos inter se eorum de religione sermones, & à seipsis confutatas, vanissimos esse nihilque prorsus veritatis habere declaravit. Ob has dissertationes in pretio habitus, ut qui magnam tam intelligendi, quam eloquendi docendique facultatem præ se ferret, & numerorum scientiam & siderum benigne illis communicavit. Nam ante Abrahami ad se adventum Ægyptii rudes erant hujusmodi disciplinarum, quæ à Chaldæis ad Ægyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem pervenerunt.* Hæc Josephus: apud quem de eodem Abrahami Mathematico studio insigne extat testimonium *genuini Berosi*, qui temporibus Ptolemæi Philadelphi potissimum floruit, Belique Sacerdos Babylone fuit, & historiam Chaldaicam, ex antiquis monumentis publicis singulari diligentia erutam, literis consignavit. Verba Josephi lib. 1. Antiquit. Jud. cap. 10. hæc sunt: *μνημονεύει δὲ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμου Βηρωσὸς, οὐκ ὀνομάζων, λέγων οὕτως· μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ παρὰ χαλδαίοις τὶς ἦν δίκαιος ἀνὴρ μέγας καὶ τὰ οὐράνια ἔμπειρος.* h. e. Gelenio interprete: *Meminit autem patris nostri Abrahami Berosus quoque non tamen eum nominans, his verbis: Post diluvium autem decima ætate apud Chaldæos erat quidam justitiæ cultor, vir magnus & sideralis scientiæ peritus.* Hæc genuinus ille Berosus apud Josephum. Cum itaque Abrahamum Astronomiæ deditum fuisse, certò constet, haud immerito jam quæritur, qualis illa fuerit. Etenim qui vel mediocriter liberales artes tractarunt, satis, ut opinor, norunt, tam *Astronomiæ*,

quam

qvam *Astrologiæ* vocabulum generale esse, & utroqve nomine doctrinam, qvæ circa siderum contemplationem versatur, significari. At qvoniam contemplationis ille modus varius est, hinc & vocabula illa vario sensu accipiuntur. Plerumqve tamen Astronomia sive Astrologia, qvatenus generali significatu usurpatur, (1) dividitur in μετεωρολογικὴν, sive *Astronomiam proprie dictam*, qvæ circa cognitionis magnitudinis, figuræ, motus & distantiæ siderum versatur: & ἀποτελεσματικὴν, sive *Astrologiam proprie dictam*, qvæ τὰ ἀποτελέσματα sive effectus siderum ad humanæ vitæ rationem considerat atqve inde futura prædicit. Unde alias μαντικὴ sive *divinatrix*, & ποιητικὴ sive *effectrix*, & vulgo *judiciaria* cognominatur. Hujus pars maxime celebris est ἡ γενεθλιακὴ sive γενεθλιολογία, qvæ ex constitutione cœli, qvæ nativitatis fuit tempore, de singulorum hominum natura, ingenio, fortuna & morte colligit. Qvi vanissimam hanc artem profitentur, γενεθλιόλογοι, *Genethliaci, Astrologi, Planetarii, Mathematici κατ᾽ ἐξοχὴν*, & à gente, qvæ eam reperisse creditur, *Chaldæi* appellantur. Testatur hoc Cicero lib. 1. de divinat. p. 178. Tom. IV. edit. Gruter. his verbis: *Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset, qvid cuiqve eventurum, & qvo qvisqve fato natus esset.* Meminit eorundem Vitruvius lib. 9. cap. 7. *Cætera*, inqvit, *ex Astrologia, qvos effectus habeant signa duodecim, stellæ qvinqve, Sol, Luna ad humanæ vitæ rationem, Chaldæorum ratiocinationibus est concedendum: qvod propria est eorum genethliologiæ ratio, ut possint antefacta & futura, ex ratiocinationibus astrorum explicare. Eorum autem inventiones, qvas scriptis reliqverunt, qva solertia qvibusve acuminibus, & qvam magni fuerint, qvi ab ipsa ratione Chaldæorum profluxerunt, ostendunt.* Apud Tacitum qvoqve crebra eorum mentio in malam partem est: ut lib. 2. Annal. cap. 27. ubi narrat, Libonem Drusum Juvenem potentem, sed improvidum & facilem inanibus *ad Chaldæorum promissa*, Magorum sacra, somniorum etiam interpretes à Firmio Cato Senatore impulsum, res novas adversus Tiberium moliri tentasse, & post delati ac convicti Libonis voluntariam mortem facta esse de *Mathematicis* Magisqve Italia pellendis Senatus consulta & ex eorum numero L. Pinarium saxo dejectum esse; in P. Martium autem Consules extra portam Esqvilinam, cum clasicum canere jussissent, more prisco advertisse. Itidem lib. 12. Annal. cap. 52. idem Auctor memorat, Furium Scribonianum in exilium actum fuisse, qvasi finem principis per *Chaldæos* scrutaretur, ideoqve de *Mathematicis* Italia pellendis factum Senatusconsultum atrox, sed irritum. Alius de iisdem Pseudo-mathematicis insignis extat locus apud eundem scriptorem lib. 1. Histor. c. 22. ubi de Othone refert, de invadendo Imperio etiam *Mathematicos* ipsum ursisse; qvippe qvi novos motus & clarum Othoni annum observatione siderum affirmarent. Sed recte ibidem prudentissimus Historicus id genus hominum *potentibus infidum*, & *sperantibus fallax* nuncupat. In eosdem Astrologos gravissime invehitur Sextus Empiricus lib. 5. πρὸς Μαθηματικούς: item Aulus Gellius Noct. Attic. lib. 14. c. 1. ubi dissertationis celeberrimi Philosophi *Phavorini* adversus istos, qvi sese *Chaldæos* seu *Genethliacos* appellarent, & de motu posituqve stellarum dicere posse, qvæ futura essent, profiterentur, præcipua capita atqve argumenta recenset: & lib. 1. cap. 9. ubi summo jure conqveritur, vulgum, qvos gentilitio vocabulo *Chaldæos* dicere oporteret, *Mathematicos* perperam appellare. Idem prolixa dissertatione comprobat vir pro seculi, qvo vixit, genio facundissimus simul atqve doctissimus Johannes Sarisberiensis operis *de nugis Curialium & vestigiis Philosophorum*, cui *Policratici* titulus est, lib. 2. cap. 19. qvod *de differentia Mathematicæ doctrinalis & Matheseos reprobata, & traditione Mathematicorum, & erroribus eorum* inscribitur. Consule insuper (2) Phœnicem suæ ætatis Joannem Picum Comitem Mirandulæ, cujus extant integri duodecim libri adversus Astrologos: ut & R. P. Bened. Perer. Comment. in Genes. cap. 1. vers. 14. & 15. Henr. Cornel. Agrip. de Vanit. scientiar. cap. 31. Gerard. Jo. Voss. libro de scientiis Mathematicis & Salmas. de anno Climacterico. Sed qvorsum hæc omnia? nempe ne qvis Astronomiam proprie dictam cum Astrologia proprie dicta confundendo, Patriar-

(1) *Vid. Joseph. Scalig. Comment. in lib. 1. Astronom. Manilii & Voss. de scient. mathemat. cap. 31.*

(2) *De hoc Joannis Pici cognomine Vid. Paul. Jovium Elog. doct. viror. cap. 39.*

triarcham Abrahamum illicitam ſiderum contemplationem tractaſſe exiſtimet. Etenim fuit ille qvidem deditus Aſtronomiæ, ſed piæ ac ſinceræ, qvalem *Adamus* ipſe primus invenit & per (1) *Sethum* ac ſeqventes tam antediluvianos, qvam poſtdiluvianos pios poſteros usqve ad Heberum & Phalegum propagavit. At enimvero poſt confuſionem linguarum, cum Heberus in Chaldæa remanſiſſet, & cum veri DEI cultu & primitiva lingua ſtudium qvoqve Aſtronomicum retinuiſſet, corrupta primum fuit Aſtronomia ab Idololatris illis, qvi ex ædificatorum turris Babylonicæ numero ſuperſtites, una cum Hebero ejusqve familia Chaldæam inhabitarunt. Hos enim Diabolus, æqve ac Evam, ad *πολυπραγμοσύνην* impulit, & cupidine divinationis ineſcatos à pio licitoqve Aſtronomiæ ſtudio ad fallacem Aſtrologiam traduxit, & ad præſcientiam rerum futurarum ex aſtris conſeqvendam incitavit. His autem minime velim accenſeri *Abrahamum*, ut impiè factum eſt ab Imper. Juliano Apoſtata, qvi Abrahamum Aſtronomiæ *ἀποτελεσματικῇ* deditum fuiſſe collegit ex verbis Geneſeos cap. 15. verſ. 5. ויוצא אתו החוצה ויאמר הבט נא השמימה וספר הכוכבים אם תוכל לספר אתם ויאמר לו כה יהיה זרעך h. e. ſec. verſ. vulg. *Eduxitqve eum foras, & ait illi: Suſpice cœlum & numera ſtellas, ſi potes. Et dixit ei: ſic erit ſemen tuum.* Cujus loci à Juliano in favorem paganicæ ſuperſtitionis excogitatam interpretationem merito reprehendit ac refutat *S. Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus ſub finem libri decimi Apologiæ, qvam contra tres ipſius libros, qvibus Sancta Evangelia oppugnavit, pro veritate Chriſtianæ religionis conſcripſit. Verum enim vero multo etiam majori reprehenſione dignus eſt *Eupolemius*, antiqvus Hiſtoricus græcus, qvi, teſte Euſebio de Præparat. Evang. lib. 11. cap. 17. Abrahamum *καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ χαλδαϊκὴν εὑρεῖν*, h. e. *non tantum Aſtrologiam divinatricem exercuiſſe, ſed & primum omnium eam inveniſſe* memoriæ prodidit. Hoc enim de ſancto Patriarcha credere æqve abſurdum & impium eſt, qvam *aruſpicinæ* ipſum & *extiſpicinæ* & reliqvæ Magiæ vetitæ operam dediſſe; ut Julianus Apoſtata in jam memorato adverſus Chriſtianos opere affirmavit, colligens ſcilicet hanc impiam aſſertionem ex Geneſ. cap. 15. verſ. 7. 8. 9. 10. 11. & 17. ubi hæc leguntur: *Dixitqve Deus ad Abram: Ego Dominus, qvi eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram iſtam & poſſideres eam. At ille ait; Domine Deus, unde ſcire poſſum, qvod poſſeſſurus ſim eam. Et reſpondens Dominus: Sume, inqvit, mihi vaccam triennem, capram trimam, & arietem annorum trium, turturem qvoqve & columbam. Qvi tollens univerſa hæc, diviſit ea per medium & utrasqve partes contra ſe altrinſecus poſuit: aves autem non diviſit. Deſcenderuntqve volucres ſuper cadavera, & abigebat eas Abram. Cum ergo occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diviſiones illas.* Cujus loci ſacræ ſcripturæ à Juliano nefariè excogitatam explicationem ſolidisſimè refutat Cyrillus ſub finem libri decimi jam citatæ pro Chriſtianis Apologiæ. Cæterum præter jam enumerata Abrahamo partim verè, partim falſo attributa ſtudia, adſcribitur eidem à Svida inventio *τῆς Ὀνειροκριτικῆς* ſive *Interpretationis ſomniorum.* Verba Svida v. Ἀβραάμ hæc ſunt: *ἐκ τούτου* (ſcil. Ἀβραάμου) *καὶ τὰ ὀνείρων βιβλία ἐσφετερίσαντο ἕλληνες·* h. e. paraphraſte Æmilio Porto: *Ab hoc etiam inventore* (ſc. Abramo) *conſcriptos interpretandorum ſomniorum libros acceperunt Græci, qvos poſtea ſibi vendicarunt.* Hæc Svidas; qvi ſine dubio per Græcos hic intelligit Artemonem Mileſium, Antiphontem, Apollodorum Telmeſſenſem, Apollonium Attalenſem, Ariſtandrum Telmeſſenſem, Ariſtarchum, Alexandrum Myndium, Cratippum, Demetrium Phalereum, Dionyſium Rhodium. Epicharmum, Geminum Tyrium, Hermippum, Nicoſtratum Epheſium, Phœbum Antiochenum, Philochorum, Panyaſin Halicarnaſſeum, Serapionem, Stratonem, Aſtrampſychum & Artemidorum Daldianum, qvi omnes *ὀνειροκριτικὰ* ſcripſere. Qvibus addendus eſt ex barbaris *Achmet* filius Seirim, Medicus Arabs, cujus Onirocritica cum Artemidoro & eruditisſimis ſuis in ipſum Notis Vir doctisſimus Nicolaus Rigaltius Lutetiæ Pariſiorum An. 1603. græcè & latine in lucem edidit. Verum de hoc argumento non multo

(1) *Vide ſupra cap.* 3 §. 3.

multo poſt commodiori loco prolixius diſſeram. Supereſt jam ultimum, & qvidem præcipuum, ſi Judæis credendum eſt, Abrahami ſtudium; nempe *Cabaliſticum.* קבלה autem ſive ליברל h. e. *Kabbalah* ſive *Kibbul*, h. e. *Acceptio*, ſive *Receptio*, deſcribente literarum orientalium peritisſimo Viro Wilh. Schickardo Diſp. qvarta Examinis Commentationum Rabbinicarum, qvod בהינת הפרושים ſive *Bechinath Happeruſchim* inſcribitur, eſt *abſtruſior Doctrina Hebræorum, de DEI & Angelorum naturis atqve mutuo conſortio, de religionis præſertim Chriſtianæ myſteriis in Veteri Teſtamento latentibus, de morum diſciplina, item Philoſophiæ & bonarum artium arcanis; olim clam habita, nec cuivis concredita, multo minus ſcriptis in vulgus prodita, ſed orali tantum traditione, inter ſapientes diverſorum ſeculorum continua ſucceſſione propagata: partim variis literarum combinationibus, abbreviaturis & permutationibus conſtans, & plerumqve per ejusmodi ſecretiores modos, è divinis ſcripturis Moſis & Prophetarum elicita; hodie à Judæaſtris in ſuperſtitioſum abuſum tracta, & partim in inania myſteria puerilesqve nugas converſa, partim ad Medicinam, Incantationes adeoqve Magiam (ignoratæ veriori Cabalæ ab ipſis perfide ſubſtitutam) turpiter abrepta.* Hanc Cabalam Judæi in Commentariis ad ספר יצירה ſive librum Jetzirah, de qvo paulo poſt agetur, Patriarchis traditam ferunt ab (1) Angelis, qvos Præceptorum loco habuiſſe dicuntur. Et Adami qvidem Præceptor Cabaliſticus ſecund. illorum traditionem fuit Angelus רזיאל ſive *Raziel*, Semi יופיאל ſive *Jophiel*, Abrahami צדקיאל ſive *Zadkiel*, Iſaaci רפאל ſive *Raphael*, Jacobi פליאל ſive *Peliel*, Moyſis מטטרון ſive *Metattron.* De Præceptore Adami *Raziele* & prima origine Cabalæ ab illo derivata ſingularis extat locus apud Joannem Reuchlinum lib. 1. de arte Cabaliſtica his (2) verbis: *Poſt miſerabilem generis humani caſum docuit Angelos ſuos Deus de reſtitutione aliqvando futura ſalutis, per qvemnam futura eſſet; & qvidem docuit non qvantum ipſe docere, ſed qvantum capere Angelica conditio poterat. Domino itaqve univerſorum ſedenti ſuper thronum ſuum omnes cœli exercitus aſſiſtentes ei, ut inqvit Micha, à dextris & à ſiniſtris, pro tanta erga mortalium imbecillitatem clementia gratias egerunt. Miſſus eſt igitur Angelus Raziel ad Adam collapſum & mœrore plenum, ut conſolaretur eum, cui ſic dixit: Ne ſupra modum conficiaris gemitu & moleſtia, qvod te duce genus humanum in ſummam corruit perditionem; qvoniam originale peccatum hoc expiabitur. Nam ex tua propagatione naſcetur homo juſtus & pacificus, vir heros, cujus nomen continebit in miſerationibus, etiam has qvatuor literas I. H. V. H. & ille per rectam fidem & placidam oblationem mittet manum ſuam & ſumet de ligno vitæ, & ejus ligni fructus erit omnium ſperantium ſalus. Qvo ſermone finito, ille damnatus & ærumnoſus Adam inter miſerias omnes, in qvas incidit, inter dolorem, inter luctum, qvo in tanta calamitate fuerat affectus, confidens in Deum mutandi delicti ſpem concepit, & idcirco incredibili erga factorem ſuum amore actus, divinæ clementiæ gratiam habuit. Hæc fuit omnium prima Cabala, primordialis ſalutis munera.* Nec multo poſt de Angelo *Zadkiele*, Abrahami præceptore Cabaliſtico hæc verba ſubjunguntur: *Suſpendebant igitur ea ſecula ſuper ejuscemodi recogitationes ſuas usqve in annos Abrahæ filii Tarhæ, qvi primo nominatus fuit Abram. Ei viro erat Angelus qvidam familiaris Zadkiel; ſic enim ſcribunt Cabaliſtæ:* רבו של אברהם צדקיאל *id eſt: Præceptor Abrahæ fuit Zadkiel; qvi eandem ei Cabalam tradidit recipienti, qvam Adæ protoplaſmati Raziel.* Hæc Reuchlinus. Qvod ſi Judæi per *Cabalam* intelligunt verbum Dei ἄγραφον, qvod à creatione Mundi usqve ad legislationem Moſaicam in uſu fuit, & adminiculo qvidem traditionis voce viva, æqve tamen incorrupte, ac poſtea à Moyſe & Prophetis literis conſignatum eſt, per piam Adami poſteritatem ad Abrahamum pervenit, minime negaverim, ſummo jure ipſi inter Cabaliſtas vel præcipuum locum deberi. Atenimvero ſtupidus omnino ſit neceſſe eſt, qvi primo intuitu non videat, angelicam illam à Reuchlino deſcriptam *Cabalam* Scripturæ ſacræ à diametro repugnare, & pro anili, putido ac ſacrilego commento habendam eſſe. Teſtatur enim hoc abunde ſuppoſititius liber Salomonis, Cabaliſticus ſimul atqve Magicus, רזיאל ſive *Raziel* inſcriptus, qvi teſte Swentero apud doctisſimum Buxtorfium in Bibliotheca Rabinica, *continet nomina angelorum & ſpirituum variorum: docet, qvomodo tam boni, qvam mali ſint conciliandi*

(1) *Inſignis de hiſce angelis extat locus apud Reverendisſimum Epiſcopum Anton Zaram Anatonomiæ ingeniorum & ſcientiarum Sect. 2. Memb. 13 pag. 270. & 271. edit. Venet. an. 1615. in 4.*

(2) *Hæc verba proferuntur ibi ſub perſona* Simonis *cujusdam Cabalæ periti Judæi, qvi cum* Philolao *Pythagoreo &* Marrano *Mahametiſta de Cabala diſſerere fingitur.*

ciliandi, qvomodo cum Sole & Luna loqvendum, qvomodo morbi procreandi, iidemqve iterum curandi, civitates evertendæ, terræ motus excitandi: monstrat vires herbarum, gemmarum, piscium, avium, qvadrupedum, lignorum, florum, continet artem vaticinandi, & ex astris prædicendi: videndum exhibet baculum Mosis characteribus insignitum, qvorum virtute signa & miracula ediderit, item characterum concursum, qvem Magi Almandel Salomonis vocant. Ejusdem farinæ penes me est liber manuscriptus, qvi *Practica veræ Magiæ & Cabalæ Patriarcharum ac Prophetarum* inscribitur, & à qvodam *Rabbi Abrahamo, filio Simeonis, filii Judæ* circa annum Æ. C. ut ipse testatur, 1409. compositus est, continetqve prolixam expositionem, qvomodo virtute certorum verborum sacræ Scripturæ, vel viva voce pronunciatorum, vel auro, argento, æri, ceræ, aliisqve materiis inscriptorum vel insculptorum, ut & adminiculo solennium fumigationum, aliarumqve ejus generis superstitiosarum ceremoniarum, morbi curari, amor odiumve conciliari, spectra fugari aut produci, hostes absqve armis vinci, terræ motus sedari, incendia extingui, tonitrua averti, pluviæ & tempestates qvæcunqve concitari, res præsentes visui subtrahi, occlusa loca sponte patefieri, aliaqve ejusmodi innumera fere diabolica miracula edi possint. Verum de his aliisqve ejusdem argumenti prohibitis libris eorumqve auctoribus, infra suis locis prolixius differam. Plura interim de *Cabala* Judæorum ejusqve origine, usu & abusu vide, si lubet, apud Joannem Reuchlinum, qvi integros tres libros ad Summum Pontificem Leonem X. de Arte Cabalistica conscripsit; P. Galatinum de Arcanis Catholicæ veritatis lib. 1. cap. 6. Henr. Cornel. Agrippam de vanit. scient. cap. 47. Wilh. Schickardum Disputat. 4. Bechinath Happeruschim. Joan. Henr. Hottingerum Thesaur. Philolog. sacræ Scripturæ lib. 1. cap. 3. sect. 5. Anton. Zaram Anatomes ingeniorum & scientiarum Sect. 2. Memb. 2. de Magicis artibus. Joan. Picum Mirandul. in Apologia. Sixtum Senensem Biblioth. sanct. l. 3. & complures (1) alios, qvos longum foret enumerare.

VI.

Hactenus de *studiis* Abrahami. Restat, ut agamus de *libris*; qvi falso ipsi vel olim attributi fuere, vel etiamnunc attribuuntur. Dividendi autem ii sunt in qvatuor classes, *Theologicam* videlicet, *Oneirocriticam*, *Magicam* & *Cabalisticam*. Et ad primam qvidem classem sine dubio pertinet celebris ille ab hæreticis qvi Sethiani dicti sunt, compositus liber & ἀποκάλυψις Ἀβραάμ inscriptus, cujus meminit S. Epiphanius lib. 1. Panarii sive operis adversus Hæreses pag. 128. edit. Basil. his verbis: βίβλους δὲ τινας συγγράφοντες ἐξ ὀνόματος μεγάλων ἀνδρῶν. ἐξ ὀνόματος μὲν Σὴθ ἑπτὰ λέγοντες εἶναι βίβλους, ἄλλας δὲ βίβλους ἑτέρας ἀλλογενεῖς, οὕτω καλοῦσιν. ἄλλην δὲ ἐξ ὀνόματος Ἀβραὰμ, ἣν καὶ ἀποκάλυψιν φάσκουσιν εἶναι πάσης κακίας ἐμπλέων· ἑτέρας δὲ ἐξ ὀνόματος τοῦ Μωυσέως καὶ ἄλλας ἄλλων. h. e. Jano Cornario interprete: *Libros porro qvosdam ex magnorum virorum nominibus conscribunt. Ex nomine qvidem Seth septem libros esse dicentes, alios vero libros Alienigenas; sic enim vocant. Alium autem ex nomine Abraam, qvem & Revelationem esse dicunt, omni malitia refertum. Alios item ex nomine Mosis & alios aliorum.* Huc qvoqve referendus est alter ejus generis vel sub Abrahami nomine, vel de Abrahamo, ab iisdem, ut videtur, hæreticis confictus liber, cui titulus Ἀνάληψις τοῦ Ἀβραάμ sive *Assumptio Abrahami*. Meminit ejus S. Athanasius Episcopus Alexandrinus in Synopsi sacræ Scripturæ pag. 134. Tom. II. edit. Commelin. his verbis: τὰ δὲ ἀπόκρυφα πάλιν τῆς παλαιᾶς διαθήκης ταῦτα· Ἐνὼχ, πατριάρχαι, προσευχὴ Ἰωσὴφ, διαθήκη Μωυσέως, ἀνάληψις Μωυσέως Ἀβραάμ, ἐλδὰδ καὶ μωδὰδ, ἠλίου προφήτου. σοφονίου προφήτου, Ζαχαρίου πατρὸς Ἰωάννου, βαρούχ, ἀμβακούμ, ἐζεκιὴλ καὶ δανιὴλ ψευδεπίγραφα. h. e. *Apocryphi libri veteris Testamenti sunt: Enoch, Patriarchæ, Oratio Joseph, Testamentum Moysis, Assumptio Moysis, Abraham, Eldad & Modad, Eliæ Prophetæ, Sophoniæ Prophetæ, Zachariæ patris Joannis, Baruch, Ambacum, Ezechiel & Daniel falso inscripti:* Hæc S. Athanasius. Sed ut verum fatear, suspectus mihi hic locus est de mendo, & parum abest qvin affirmare ausim, librum Abrahami, qvi hic memoratur, eundem esse, cujus S. Epiphanius loco paulo ante citato meminit, ideoqve vel pro ἀνάληψις scribendum esse ἀποκάλυψις, vel dicendum esse, vocem ἀνάληψις ad nomen duntaxat

(1) *Vid. Stephan. Menoch. de Rep. Hebr. l. 7. c. 2. qvæst. 4. Nic. Abram. Sarar qvæstion. c. 7 & Gilb. Genebrard. Chronograph. general. lib. 2. p. 311. & 312.*

Μωυ-

Μωυσέως, genitivum autem Ἀβραὰμ una cum seqventibus nominum propriorum genitivis ad vocem ψευδεπίγραφα pertinere, & hoc vocabulo etiam ἀποκάλυψιν Abrahami comprehendi. Qva in medium relicta duplici conjectura, haud gravatim cum Sixto Senensi Biblioth. sanct. lib. 2. crediderim, ex jam memorato ψευδεπιγράφῳ Abrahami libro desumptum esse, qvod Origenes homilia 35. in S. Lucam refert his verbis: *Legimus (si tamen cui placet hujuscemodi scripturam recipere) justitiæ & iniqvitatis angelos super Abrahæ salute & interitu disceptantes, dum utraqve turmæ suo eum volunt cœtui vendicare.* Ad secundam librorum supposititiorum Abrahami classem pertinent ὀνείρων βιβλία sive τὰ ὀνειροκριτικὰ qvorum Suidas v. Ἀβραὰμ his verbis facit mentionem: ἐκ τούτου (sc. Ἀβραάμου) καὶ τὰ ὀνείρων βιβλία ἐσφετερήσαντο οἱ Ἕλληνες, h. e. paraphraste Æmilio Porto: *Ab hoc etiam inventore* (sc. Abrahamo) *conscriptos interpretandorum somniorum libros acceperunt* (1) *Græci, qvos postea sibi vendicarunt.* Qvam Svidæ traditionem confirmat Henr. Cornel Agrippa de vanitat. scient. cap. 39. his verbis: *Scripserunt præterea de Somniorum interpretatione Daldianus & Artemidorus* (immo (2) Artemidorus cognomine Daldianus à Daldia urbe Lydiæ. Ridiculum vero est Agrippam ex uno homine Artemidoro Daldiano duos facere, nempe Daldianum & Artemidorum) *& circumferuntur libri sub Abrahami nomine, qvem Philo in libris de Gigantibus & de* (3) *civili vita asserit somniorum solutiones primum adinvenisse.* Hæc Agrippa. Ego vero, qvamvis Philonis opera diligentissime pervolverim, qvæ hujus auctoris ab Agrippa citantur testimonia, nusqvam invenire potui. Nam in libro, qvi βίος σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος, ἢ περὶ νόμων ἀγράφων, ὅ ἐστι περὶ Ἀβραὰμ, h. e. *Vita Viri sapientis sive de Abrahamo* inscribitur, nullus qvod sciam extat locus, ubi de Oneirocritico Abrahami studio agatur, & qvi ulla ex parte huc trahi possit, præter eum, qvi sub principium præcedentis paragraphi à me citatus est. Nec libro *de Gigantibus*, ullus qvi huc faciat reperitur locus, nisi Agrippa, qvæ de Philosophico Abrahami studio generatim dicuntur, ad ὀνειροκριτικὴν, qvæ tamen Philosophiæ nomine indigna est, nimis liberali interpretatione speciatim accommodare voluerit. Ipsa Philonis verba ex jam dicto libro de Gigantibus desumpta hæc sunt: ὁ γοῦν Ἀβραὰμ μέχρι μὲν διατρίβων ἦν ἐν τῇ Χαλδαίων γῇ τε καὶ δόξῃ πρὶν ἂν μετονομασθῆναι καλούμενος Ἀβρὰμ, ἄνθρωπος οὐρανοῦ, τήν τε μετάρσιον καὶ τὴν αἰθέριον φύσιν διερευνῶν, καὶ κάτε συμβαίνοντα καὶ τὰς αἰτίας, καὶ εἴτι ἄλλο ἐμοιότροπον φιλοσοφῶν, οὗ χάριν καὶ προσρήσεως ὃς ἐπιτετήδευκε τετύχηκεν οἰκείας. h. e. *Proinde Abram, qvamdiu hærebat in Chaldæorum terra opinioneq́;, & nondum mutato nomine vocabatur Abraham, homo cœli erat, sublimis æthereæqve naturæ scrutator, in effectibus eorumqve causis, & id genus aliis philosophando, ex qvo studio & nomen proprium Abram adeptus est.* Hæc Philo: unde si qvis colligere velit Abrahamum primum omnium τὴν ὀνειροκριτικὴν seu artem interpretandi somnia invenisse, divinus sit necesse est. Ad tertiam suppositititiorum librorum Abrahami classem pertinent *Magici* sive *Goetici*, qvorum jam memoratus Henr. Cornel. Agrippa de vanit. scient. cap. 45. qvod de Goetia & Necromantia inscribitur, his verbis meminit: *Ex horum vero Goeticorum anagyri profluxerunt omnes isti tenebrarum libri, qvos improbatæ lectionis Ulpianus Jurisconsultus appellat, protinusqve corrumpendos esse statuit. Cujusmodi primus excogitasse dicitur Zabulus qvidam, illicitis artibus deditus, deinde Barnabas qvidam Cyprius, & hodie adhuc confictis titulis circumferuntur libri sub nominibus Adæ, Abelis, Enoch, Abrahæ & Salomonis.* Idem iisdem fere verbis refert Joan. Wierus de præstigiis dæmonum lib. 2. cap. 3. *Et hodie adhuc*, inqvit, *titulis, qvos præ foribus splendidos suspendunt hi magi, ementitis circumferuntur libri sub nominibus Adæ, Abelis, Enoch (qvem diviniorem ante cæteros fuisse asseruit vetustas) item Abrahæ, Aaronis, Danielis ob somniorum explicationem, Salomonis (insigni conjectura, ita ex Josepho augurantur sacrilegi, indoctis auribus irrepentes [adhæc Zachariæ Babylonii, Pauli, Honorii, Cypriani, Thomæ, Hieronymi & Eboracensis cujusdam: ut ob speciosa hæc lenocinia magis arrideant, illiciantq́; & citius fidem sortiantur. Verum acrius intuenti aperte se prodit horum furciferorum circulatorumqve fallax præstigium & nostro ævo jam pridem conficta sese profitentur ipsa volumina.*

Ad

(1) *Vid. supra pag. 48.*

(2) *Hujus Artemidori Daldiani Oneirocriticῶn optima editio est, qvæ cura Viri Amplissimi Nic. Rigaltii Lutetiæ typis Claudii Morelli græcè & latine an.* 1603. *in 4to in lucem prodiit.*

(3) *Hic liber Philonis* de vita viri civilis *seu* de Josepho *diversus est ab eo, qvi hic paulo post citatur sub titulo* βίος σοφοῦ *seu* de vita Viri sapientis, *h. e.* de Abrahamo *Plura hac de re vide infra cap. 7. § 1.*

Ad qvartam librorum ὑποβολιμαίων Abrahami classem pertinent liber Cabalisticus ספר יצירה sive *Sepher Jezirah* h. e. *Liber creationis sive formationis rerum* qvi etiamnunc extat & Patriarchæ Abrahamo perperam attribuitur. Continet autem majori ex parte Pythagoricam philosophandi rationem ex literis & numeris, & præfixas habet *triginta duas Semitas sapientiæ*, qvibus subjungitur capitis primi sectio prima interprete Joan. Stephano Rittangelio his verbis: *Cum triginta & duabus semitis mirabilibus Sapientiæ exsculpsit* יה יהוה *Exercituum Deus Israel, Dii viventes & Rex seculi, Deus misericors & gratiosus, sublimis & exaltatus, habitator æternitatis, excelsus & sanctus, Nomen suum cum tribus numerationibus, Numero, Numerante & Numerato.* Cæterum, fingitur hic liber ab Abrahamo compositus ante vocationem divinam & transmigrationem in terram Chanaan, ut apparet ex cap. 5. sect. 4. sive ultima, qvæ eodem Rittangelio interprete sic concepta est: *Et postqvam Abrahami pater noster respexit & speculatus est, & qvod speculatus est, exaravit, & exsculpsit & adeptus est, apparuit ei Dominus universi, & vocavit eum dilectum suum, & incisum est ei & semini ejus fœdus, & credidit in Tetragrammaton & reputatum est illi ad justitiam. Incidit cum eo fœdus in decem digitos pedum suorum, qvod est circumcisio, & inter decem digitos manuum suarum, & est lingua; & alligavit viginti duas literas linguæ ejus & revelavit ei mysterium earum. Attraxit eas in aqva, accendit eas in igne, succendit eas in septem, effudit eas in duodecim signis cœlestibus.* Sic desinit liber *Jezirah*. Cujus qvidem auctor, ut modo dixi, falso creditur *Abrahamus* Patriarcha, in eaqve sententia doctissimus Dionysius Vossius existimat etiam *Majmonidem* fuisse, dum lib. de Idololatria §. 9. postqvam & Abrahami, & domesticorum ipsius ab Idololatria ad unius veri D E I cultum conversionem narravit, subjungit: ושתל בלבם העיקר הגדול הזה וחבר בו ספרים והודיעו ליצחק בני h. e. *Infixitqve* (Abrahamus) *animis eorum* (sc. virorum domus suæ) *magnum hoc fundamentum* (sc. unius veri DEI cultum) *composuitqve libros de eo, & filio suo Isaac indicium ejus fecit.* Ad qvem locum jam memoratus Dionys. Vossius hæc annotat. *Composuitq; Abrahamus libros, nimirum* ספר היצירה, *librum creationis: qvi hodieqve si inscriptioni credere fas est, extat. Mirum non inter Canonicos S. Scripturæ libros eum thesaurum à Cabalistis reponi: qvippe per qvem sese miracula qvoqve facere posse asserant. Vide Gemaram Sanhedrin cap. 7. Alii auctorem ejus esse R. Aqvibam volunt.* Hæc Vossius. Qvi ut merito eos ridet, qvi librum *Jezirah* Abrahamo attribuunt, sic recte monet, eundem librum ab aliis adscribi *Rabbi Aqvibæ* seu *Akivæ*, qvi circa annum Æ. C. sec. Calvis. 135. floruit, & in bello Adriani Imp. contra Judæos à Romanis fidiculis excarnificatus obiit. Idem enim testatur Sixtus Senens. Biblioth. sanct. lib. 2. his verbis: *Fertur apud Hebræos liber sub nomine Abrahæ Patriarchæ, cujus est inscriptio* יצירה *Jetzira, id est, de creatione, qvem non parum literati assignant Rabbi Akibæ.* Affirmat hoc qvoqve Vir Clarissimus Joan. Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica his verbis: יצירה *Jetzirah vel Sepher Jetzirah, liber creationis. Liber Cabalisticus celebris, qvi tribuitur Abrahamo Patriarchæ, ut titulus præ se fert, & Author libri Juchasin testatur, ut & alibi in Abbreviaturis diximus. Qvidam attribuunt eum R. Akivæ, unde in præfatione secunda Zohar Mantuani scribitur* מי התיר לר׳ עקיבא לכתוב ספר יצירא וקר׳ אחו משנה שדיתה שומה בפיהם בקבלה מאברהם אבינו וכו׳ *In libro Cosri Orat. 4. Num. 25. scribitur de hoc libro:* ספר יצירה והוא לאברהם אבינו והוא עמוק ופירושו ארוך על אלהותו ואחדותו בדברים מתחלפי מתרבים מתרבים מצד אבל הם מתאחדים וכו׳. *Vide illic plura & Commentario. Mentio ejus in Talmud Sanhedrin cap. 7. fol. 65. 2.* Hæc Buxtorfius. Ejusdem libri etiam Gilbertus Genebrardus Chronograph. general. lib. 1. pag. 44. hanc facit mentionem: *Abraham in qvodam Græcorum canone libros conscripsisse asseritur. Qvod & affirmat Mahometes in Alkorano. Hebræi hodie libellum Jetzira, de formatione rerum, ejus nomine ostentant, ubi philosophatur ex literis & numeris, more Pythagorico, & jacit fundamenta Cabbalæ illius vanissimæ, de qva alibi. Qvare est suppositititius.* Audi insuper Simonem Judæum, qvi à Joan. Reuchlino libro primo de arte Cabalistica, ubi præcipui Cabalistici libri recensentur, de Abrahami Patriarchæ scriptis, & nominatim qvidem de libro Jetzira sic loqvens introducitur: *Citantur*

ab

ab hominibus fide dignis Henoch libri & Abrahæ patris noſtri. Et paulo poſt : *Ultimur autem non adeo libroſi, attamen pro noſtra virili, Abrahæ libro patris noſtri, cui eſt inſcriptio* יצירה *de creatione : qvem non parum literati qvidam aſſignant Magiſtro Akiba, profecto nobilibus ſcholiis ornatum, ut qvi alioqvin exiſtat reconditus & obſcurus.* Item libro tertio : *Priſca igitur ætate motus inde pater noſter Abraham dixit, ut in libri Jetzira cap. 2. legitur: Aleph cum omnibus & omnia cum Aleph, haud ſecus atqve Beth cum omnibus & omnia cum Beth, & ita de ſingulis. Qvare ut exemplo id fiat manifeſtius viginti duo alphabetha producam in medium, qvæ in eodem creationis volumine Abraham ſcite admodum & utiliter ordinavit.* Hæc Simon ille apud Reuchlinum; ubi & multo plura, qvæ hic ob prolixitatem commode inſeri non poſſunt, invenies. Cæterum qvod ad editiones libri Jetzira attinet, excuſus ille eſt primum, qvod ſciam, *Mantuæ in 4to cum commentariis R. Abraham ben Dior, R. Moſis ben Nachman, R. Moſche* בוטרלו *Butrillo, R. Saadiæ Gaon & R. Elieſer* מגרמישא *anno Chriſti* 1562. Recentisſima autem editio eſt, cujus titulum ſubjunxi :

> ספר יצירה *id eſt, LIBER JEZIRAH, qvi Abrahamo Patriarchæ adſcribitur, una cum Commentario Rabbi Abraham F. D. ſuper 32. Semitas Sapientiæ, à qvibus liber Jezirah incipit : translatus & notis illuſtratus à Joanne Stephano Rittangelio Ling. Orient. in Elect. Acad. Regiomontana Prof. Extraordinario. Amſtelodami apud Joan. & Jodoc. Janſonios an.* 1642. *in 4to.*

V. Seculi ante Æ. C. XIX. priori parte dimidia, anno nempe Mundi 2123. qvi fuit annus ante init. vulg. Æ. C. 1827. mortuus eſt Patriarcha Abrahamus anno ætatis ſuæ 175. triginta autem poſt annis, qvam primus Argivorum Rex *Inachus* regnare occœpit, qvippe cujus regni initium in A. M. 2093. ante Æ. C. 1857. incidit. Qvod qvidem eo potiſſimum nomine hic notandum cenſeo; qvoniam Græci, ſi fundatio regni Sicyonii per *Ægialeum*, qvæ in annum M. 1861. ante Æ. C. 2089. incidit, & nativitatem Abrahami octoginta ſeptem annis antecesſit, excipiatur, nullum regni Argivorum per Inachum fundatione antiqvius hiſtoriæ rerum ſuarum habent initium.

CAP. VII.

De ſeculis ante Æ. C. XVIII. & XVII. in qvæ hiſtoria vitæ Joſephi incidit.

I. SEculo ante Æ. C. XVIII. in qvod *diluvium Ogygium* in Attica incidit, floruit potisſimum Patriarcha *Jacobus*, qvi præterqvam qvod traditum ſibi à majoribus veræ Theologiæ ſtudium & conſervationem linguæ primitivæ ad poſteros ſuos fidelisſime propagavit, *artes* etiam *liberales* excoluit & profeſſus eſt. Qva de re R. P. Stephanus Menochius de Rep. Hebr. lib. 7. cap. 1. qvæſt. 2. ſic ſcribit : *Qværitur an Jacob ſuo tempore artes liberales docuerit. Reſpondeo, docuiſſe: nam ſcimus ex ſacris literis, eum fuiſſe ad ſapientiæ ſtudia ab ipſa natura formatum; qvippe lenis ut dicitur Geneſ. 27. h. e. levi cute, mollibus carnibus, qvæ, ut docet Ariſtoteles in Phyſiognomonicis, ingenii boni & docilis ſunt argumenta. De eodem dicitur, habitaſſe eum in tabernaculis; Onkelos interpretatur in domo doctrinæ, qvod Hebræi ad ſcholas Theologicas referunt, qvas eum freqventaſſe volunt, doctoribus Sem & Heber, aut ſecundum alios Melchiſedech.* Hucusqve Menochius. De *Cabaliſtico* Jacobi *ſtudio*, qvod à Judæis ipſi attribuitur, & angelo *Pelicle* præceptore ipſius, extat ſingularis locus apud Reuchlinum de Arte Cabaliſtica

lib. 1. ubi Simon Judæus ita differit: *Isaaco de filiorum altero spes non erat, qvi jam benedictionem paternam exercitatione venandi amiserat: Esau nomen fuit. De altero magna sibi pollicitus pater prædicit his verbis rei venturæ vaticinium prætendentibus. Servient tibi populi & adorabunt te gentes. Non acciderat igitur sine causa de Jacob (sic enim appellabatur iste filius) tam ingens majoribuss nostris universæ salutis expectatio, sed qvia omnium mortalium primus ipse vidit portam cœli apertam, & scalam à terra in cælum porrectam & in ea consistentes qvatuor literas I. H. V. H. qvas apprehendere gerebat in votis. Consonantem qvoqve Sin per notariacon* שמן *id ist, unctionem designantem, operi adjecit, qvo delibutum lapidem in templum qvoddam nomine Bethel exædificavit. Augebat suspicionem qvod angelus Peliel Jacob erat familiaris, qvi multa constanti opinione & sermone præmonuit: tum qvod Jacob elegit sibi Deus: tum qvod beatus erit ille, cui Deus Jacob in adjutorio ejus. Scribunt autem Cabalistæ sic:* רבו של יעקב פליאל *id est: Præceptor Jacob fuit Peliel. Sed edoctus ab angelo suo Jacob, se non illum fore Salvatorem, qvem hactenus cœlestis Cabala prætulerit, negotium in aliud seculum divina revelatione rejecit, sic dicens: Congregamini & annunciabo vobis, qvod continget in postremo dierum. Non auferetur sceptrum de Juda & legislator de femore ejus, donec veniat Silo, & eidem congregatio gentium. Qvo vaticinio innotuit aliqvem qvandoqve fore salvatorem humani generis, qvi & ex Juda, & in postremis dierum nasceretur, & esset Silo & sceptrum regni gereret, & ad ipsum gentes confluerent.* Hactenus Simon ille apud Reuchlinum. Qvod jam porro ad scripta suppositia, qvæ vel antiqvitus sub nomine Jacobi extitere, vel etiamnunc circumferuntur, attinet, eorum tria ad notitiam meam pervenere: nempe

I. *Scala Jacobi*, sive Liber ab (1) Ebionæis hæreticis confictus, in qvo Patriarcha Jacobus introducebatur, exponens somnium de scala ad cœlum usqve pertingente, qvod Genes. cap. 28. recensetur. Meminit hujus ὑπβολιμαίȣ voluminis S. Epiphanius Panarii sive operis adversus hæreses lib. 1. Sect. 30. qvæ vocatur τῶν Ἐβιωναίων his (2) verbis: ἀναβαθμοὺς γὰρ τινας καὶ ὑφηγήσεις δῆθεν ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς Ἰακώβου ὑποτίθενται, ὡς ἐξηγουμένου κατά τε τοῦ ναοῦ καὶ τῶν θυσιῶν κατά τε τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα· h. e. (3) interprete Jano Cornario: *Scalas enim qvasdam & in ipsas scalas expositiones Jacobi proponunt Ebionæi, velut qvi exponat contra templum & sacrificia, contraqve ignem in altari, & alia multa vanitate plena.*

II. *Testamentum Jacobi*, ad imitationem illius prophetiæ Jacobi, qvæ extat Genes. cap. 49. confictum, & merito inter apocryphos libros relatum à Pontif. Gelasio I. in (4) Concilio septuaginta Episcoporum Romæ habito. Ipsa Gelasii verba, qvæ in Decreto Gratiani distinct. XV. cap. *Sancta Romana* extant, hæc sunt: *Liber, qvi appellatur Testamentum Jacob, apocryphus.*

III. *Titulus* sive *Inscriptio lapidis* (5) post visionem scalæ cœlestis à Jacobo Patriarcha in Bethel sive Luza erecti: cujus meminit Sixtus Senensis Bibliothecæ sanctæ lib. 2. his verbis: *Citatur à Stratonico in collectaneis Titulus à Jacobo Patriarcha scriptus in Bethel Luzæ. Verum an titulus ille scriptura fuerit in lapide excisa, an lapis absqve ulla scriptura erectus ad perpetuam conspectæ visionis memoriam, non satis profecto est manifestum.* Hæc Sixtus Senensis. Adde R. P. Benedict. Pererii Commentarium in Genes. cap. 28. v. 18. ubi (6) de significatione vocis מצבה, qvam Auctor vulgatæ versionis latinæ *titulum* reddidit, prolixe agitur.

II. Ejusdem Seculi ante Æ. C. XVIII. posteriori parte dimidia, nempe A. M. 2199. ante Æ. C. 1751. natus est *Josephus* Patriarchæ Jacobi filius, cujus admirandam somnia interpretandi peritiam & dexteritatem Scriptura sacra abunde deprædicat. Hinc ipse etiam introducitur Genes. cap. 44. v. 15. fratres suos ita alloqvens: הלוא ידעתם כי נחש ינחש איש אשר כמני (7) h. e. secundum Xantem Pagninum: *Nonne novistis, qvod augurando augurabitur vir, qvi sicut ego?* at secund. vers. vul-

(1) *De Ebione hæresiarcha &* Ebionæorum *sive* Ebionitarum *hæresi. Vid. Euseb. Histor. Eccl. l. 3. c. 21. S. Hieron. de Scrip. Eccl. c. 9. S. Philastr. Ep. Brix. Catalog. Hæres. c. 3. Gabriel Prateol. Elench. omnium Hæres. & Card. Baron. Annal. Eccl. Tom. I. ad an. Chr. 74.*

(2) *pag. 66. edit. gr. Basil. in fol.*

(3) *pag. 44. edit. lat. Basil. an. 1578. f.*

(4) *De hoc Concilio Romano sub PP. Gelasio I. vid. Card. Baron. Annal. Eccles. Tom. VI. ad an. Chr. 494.*

(5) *Genes. 28. v. 18.*

(6) *pag. 784. & 785. edit. Colon. Hierat. an. 1606. fol.*

(7) *De varia horum verborum explicatione vid. Bened. Perer. Comment. in Genes. c. 44. v. 15.*

vulgat: *An ignoratis, qvod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?* Ubi נחש non pro illicito proprie dicti augurii exercitio, ſed generaliter pro qvavis conjectatione ac divinatione ſumitur. Abſit enim exiſtimemus, *Joſephum* prohibitæ Magiæ operam dediſſe, & Oneirocriticam qvatenus jam dictæ pravæ magiæ ſpecies eſt, vel inveniſſe primum, vel præ cæteris excoluiſſe. Eqvidem non me latet, à Trogo Pompejo Joſephum hujus criminis inſimulari: qvippe qvi ipſum refert *Magicas artes in Ægypto didiciſſe & ὀνειρομαντείαν*, ſeu ut ipſe loqvi amat, *ſomniorum intelligentiam primum condidiſſe.* Sed hanc calumniam ſatis ſuperqve diſcutit ipſe Joſephus, dum Geneſ. cap. 41. verſ. 16. Pharaoni ſomnii ſui interpretationem petenti, ita reſpondet: בלעדי אלהים יענה את שלום פרעה h. e. ſec. verſ. vulg. *Absqve me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni.* Qvæ verba doctisſimus Pererius hoc lectu dignisſimo illuſtrat ſcholio: *Senſus eſt: Non mihi arrogo hanc ſapientiam, ut ex me ipſo interpretari posſim iſtiusmodi ſomnia. Dei eſt hoc opus, non humanæ ſapientiæ: is per me, qvaſi per organum ſuum, declarabit tibi ea, qvæ faciunt ad regni tui ſalutem. Atqve ita Joſeph occaſionem libenter cepit Regem Ægypti adducendi in cognitionem veri Dei, qvem ipſe colebat. Non igitur negat Joſeph, ſe interpretaturum ſomnia, cum id mox fecerit: ſed ait, eam interpretationem ſine naturali vel humana ſolertia & ſagacitate ſua futuram, totamqve ex Dei revelatione proventuram. Atq; hunc ſenſum clare paraphraſtes Chaldæus expreſſit, ſic reddens hunc locum: Non ex mea ſapientia, ſed à facie Domini reſpondebitur pax Pharaoni. Septuaginta interpretes ita verterunt: Sine Deo non reſpondebitur ſalutare Pharaoni. S. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis ſuper hunc locum Geneſis ſcribit, in Hebræo* (1) *ſic eſſe: Sine me Deus reſpondebit pacem Pharaoni: Symmachum autem more ſuo apertius transtuliſſe: Non ego, ſed Deus reſpondebit pacem Pharaoni. Declaravit itaqve Joſeph, ſe non more aliorum conjectorum, ſed per Dei revelationem ſomnium illud interpretaturum.* Hucusqve Pererius. Valeat itaqve Trogus Pompejus cum ſuo de Joſephi Magia & inventione Oneiromantiæ commento: qvod qvidem æqve ridiculum atqve abſurdum eſt, qvam qvod præterea eodem loco contra veritatem Hiſtoriæ ſacræ refert Abrahamum & Iſraelem ſive Jacobum Damaſci reges fuiſſe: Iſraelem ſive Jacobum decem filios habuiſſe: eundem Jacobum ex nomine filii Judæ reliqvam omnem poſteritatem ſuam jam tunc Judæos appellaſſe: minimum inter decem fratres Joſephum fuiſſe: filium Joſephi fuiſſe Moyſen, & Iſraelitas propter ſcabiem Ægypto expulſos in Palæſtinam commigraſſe. Ipſa Trogi verba, ut culpa potius, qvam beneficio Juſtini Epitom. lib. 36. cap. 2. mutila & interpolata ad nos pervenere hæc ſunt: *Judæis origo Damaſcena, Syriæ nobiliſſima civitas; unde & Aſſyriis regibus genus ex regina Semirami fuit. Nomen urbi à Damaſco rege inditum: in cujus honorem Syrii ſepulchrum Arathis uxoris ejus pro templo coluere: deamqve exinde ſanctiſſimæ religionis habent. Poſt Damaſcum Azelus, mox Adores & Abraham, & Iſrahel reges fuere. Sed Iſrahelem felix decem filiorum proventus majoribus ſuis clariorem fecit. Itaqve populum in decem regna diviſum filiis tradidit, omnesqve ex nomine Judæ, qvi poſt diviſionem deceſſerat, Judæos appellavit, coliqve ejus memoriam ab omnibus juſſit. Ejus portio omnibus acceſſerat. Minimus ætate inter fratres Joſeph fuit: cujus excellens ingenium veriti fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A qvibus deportatus in Ægyptum, cum Magicas ibi artes ſolerti ingenio percepiſſet, brevi ipſi Regi percarus fuit. Nam & prodigiorum ſagaciſſimus erat, & ſomniorum primus intelligentiam condidit, nihilqve divini Juris humaniqve ei incognitum videbatur: adeo ut etiam ſterilitatem agrorum ante multos annos providerit periſſetqve omnis Ægyptus fame, niſi monitu ejus Rex edicto ſervari per multos annos fruges juſſiſſet: tantaqve experimenta ejus fuerunt, ut non ab homine, ſed à Deo reſponſa dari viderentur. Filius ejus Moſes, fuit, qvem præter paternæ ſcientiæ hæreditatem, etiam formæ pulchritudo commendabat. Sed Ægyptii cum ſcabiem & vitiliginem paterentur, reſponſo moniti, eum cum ægris, ne peſtis ad plures ſerperet, terminis Ægypti pellunt.* Hæc Pompejus Trogus; cujus de antiqvitatibus Judaicis inepta ac puerilis fabula non majorem meretur fidem, qvam alterum ejusdem generis commentum de origine Judæorum, qvod extat apud Tacitum principio libri qvinti hiſtoriarum, & à diſertisſimo Famiano Stra-

(1) *Hoc ſane verum eſt; ideoq; & Xantes Pagninus vertit:* Præter me *eſt* Deus, *qvi* reſpondebit pacē Pharaonis. *Vid. & Buxtorfii v.* בלע. *Im. Tremel. & Franc. Jun. paulo aliter eundem locum ſic reddunt:* Non *eſt* penes me; Deus reſpondendo enunciabit proſperitatem ſive pacem Pharaonis.

Strada Prolusionum Academicarum lib. I. Prolus. 2. egregie refutatur. Cæterum qvod ad qvæstionem de observatione & interpretatione somniorum, qvatenus licita aut illicita sit, ut & divisionem ac differentiam somniorum attinet, videsis Aristotelis libros tres περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως, h. e. *de somno & vigilia*, περὶ ἐνυπνίων h. e. *de insomniis*, & περὶ τῆς καθ᾽ ὕπνου μαντικῆς, h. e. *de divinatione per somnum*: Lucretium de rer. nat. lib. 4. Ciceronem de divinat. lib. I. & 2. & Philonis Hebræi libros duos, qvorum prior βίος πολιτικοῦ, ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ· h. e. *Vita Viri civilis, sive de Josepho*, posterior περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους· h. e. *De eo, qvod à Deo mittantur somnia*, inscribitur. Consule etiam Artemidorum Daldianum Oneirocrit. lib. I. cap. 1. & deinceps usqve ad cap. 14. Achmet. Oneirocrit. cap. 2. 3. 4 Synesium lib. de Insomniis; Macrob. Comment. in Somn. Scip. lib. I. cap. 3. ubi somnii generaliter sumpti qvinqve enumerat species, nempe ὄνειρον sive *somnium proprie dictum*, ὅραμα sive *visionem*, χρηματισμὸν sive *oraculum*, ἐνύπνιον sive *Insomnium*, & φάντασμα sive *visum*; item Joan. Saresberiens. Policrat. lib. 2. cap. 15. Henr. Corn. Agripp. de vanit. scient. cap. 39. Anton. Zaram Anatom. Ingen. & scient. Sect. 2. Membr. 2. Bened. Perer. Comment. iu Genes. cap. 37. v. II. ac peculiar. volum. *de Magia, observatione somniorum & divinatione Astrologica*: Joachim. Camerar. de generib. divination. pag. 45. Caspar. Peucer. de gener. divinat. cap. de divinatione ex somniis: Rudolph. Goclen. Lex. Philosoph. v. *Somnium*: Wilhelm. Zepper. Explanat. Leg. Mosaicar. forens. lib. 4. c. 4. & complures alios, qvos longum foret recensere. Inprimis autem insignis de hoc argumento extat locus apud S. Gregorium Magnum, primum ejus nominis Pontificem Romanum, Expositionis moralis in Jobum lib. 8. cap. 13. qvi cum maxime ad rem faciat, multisqve nominibus lectu dignissimus sit, integre eum hic inserendum censui. Explicans igitur verba Jobi cap. 7. vers. 14. *Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties*, sic scribit: *Exqvirendum est, qvot modis tangant animum imagines somniorum. Aliqvando somnia ventris plenitudine, aliqvando inanitate, aliqvando illusione, aliqvando cogitatione simul & revelatione generantur. Sed duo, qvæ prima diximus, omnes experimento cognoscimus; subjuncta autem qvatuor in sacræ Scripturæ paginis invenimus. Etenim nisi somnia plerumqve à Dæmone per illusionem fierent, neqvaqvam sapiens dixisset Ecclesiastici cap. 34. Multos errare fecerunt somnia & illusiones vanæ. Nec scriptum esset Levitici 19. Non augurabimini, nec observabitis somnia. Qvibus verbis, cujus sint detestationis, ostenditur, qvæ auguriis conjunguntur. Rursum nisi aliqvando ex cogitatione simul & illusione procederent, Salomon non dixisset Ecclesiastes 5. Multas curas seqvuntur somnia. Et nisi qvandoqve somnia ex mysterio revelationis orirentur, Joseph præferendum se fratribus per somnium non vidisset: nec Mariæ sponsum, ut ablato puero in Ægyptum fugeret, per somnum Angelus admonuisset. Rursum nisi aliqvando somnia cogitatione simul & revelatione procederent, neqvaqvam Daniel visionem Nabuchodonosor edisserens, à radice cogitationis inchoasset, dicens: Tu Rex cogitare cœpisti in strato tuo, qvid esset futurum posthæc, &c. Ergo cum somnia tot rerum qvalitatibus alternent, tanto eis credi difficilius debet, qvanto & ex qvo impulsu veniant, difficilius elucet. Sæpe namqve malignus spiritus his, qvos amore vitæ præsentis vigilantes intercipit, prospera etiam dormientibus promittit, & qvos formidare adversa considerat, eis hoc durius somnii imaginibus tentat: qvatenus indiscretam mentem diversa qvalitate afficiat; eamqve aut spe sublevans, aut deprimens, timore confundat. Sæpe qvoqve sanctorum corda afficere somniis nititur, ut ab intentione cogitationis solidæ ad tempus saltem momentumqve deriventur, qvatenus ipsi protinus animum ab illusionis imaginatione discutiant. Sed hostis insidians, qvo eos vigilantes minus superat, eo dormientes gravius impugnat. Qvi tamen talia maligne agere superna dispensatione benigne permittitur, ne in electorum cordibus, vel ipse à passionis præmio somnus vacet.* Hæc S. Gregorius Magnus. Ut autem is somnia recte dividit in *Physica*, *Diabolica* & *Divina* sive θεόπεμπτα, sic qvoqve totidem interpretationis somniorum species constitui possunt, qvarum prima à sola humani ingenii sagacitate, altera ab illicito superstitionis Magicæ adminiculo, tertia vero, qva Josephus in explicando Pharaonis somnio usus est, à

mera

mera revelatione divina proficiſcitur. Et hactenus qvidem de vetitæ Magiæ & Oneiromantiæ ſtudiis perperam Joſepho attributis dictum ſit. Cæterum à nonnullis, inter qvos etiam eſt R. P. Nicolaus Abramus Sacrar. Qvæſtion. lib. 8. num. 23. adſcribitur etiam *Joſepho* prima literarum & Matheſeos inventio atqve translatio in Ægyptum. Exiſtimant enim *Joſephum* eundem eſſe atqve antiqviſſimum Ægyptiorum *Mercurium*, qvi à Platone in Philebo & Phædro *Theuth* appellatur & à ſe inventas Mathematicas ſcientias ſcribendiqve rationem cum Ægypti Rege, cui nomen Θάμους, communicaſſe dicitur. Ipſa Platonis verba, qvæ ſub perſona Socratis in *Philebo* (1) proferuntur, hæc ſunt: Ἐπειδὴ φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν εἴτε τις θεὸς, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινὰ τοῦτον γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτος τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπείρῳ κατενόησεν, οὐχ ἓν ὄντα, ἀλλὰ πλείω· καὶ πάλιν ἕτερα, φωνῆς μὲν οὔ, φθόγγου δὲ μετέχοντά τινος· ἀριθμὸν δέ τινα καὶ τούτων εἶναι· τρίτον δὲ εἶδος γραμμάτων διεστήσατο, τὰ νῦν λεγόμενα ἄφωνα ἡμῖν· τὸ μετὰ τοῦτο διῄρει τά τε ἄφθογγα καὶ ἄφωνα, μέχρι ἑνὸς ἑκάστου καὶ τὰ φωνήεντα, καὶ τὰ μέσα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον· ἕως αὐτῶν ἀριθμὸν λαβὼν, ἑνί τε ἑκάστῳ καὶ ξύμπασι στοιχεῖον ἐπωνόμασε· καθορῶν δὲ ὡς οὐδεὶς ἡμῶν οὐδ' ἂν ἓν αὐτὸ καθ' αὐτὸ ἄνευ πάντων μάθοι, τοῦτον τὸν δεσμὸν αὖ λογισάμενος, ὡς ὄντα ἕνα, καὶ ταῦτα πάντα ἕν πως ποιοῦντα, μίαν ἐπ' αὐτοῖς, ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προσειπών. h. e. Marſilio Ficino interprete: *Poſtqvam infinitam vocem cogitavit ſive Deus aliqvis, ſive homo divinus, qvalis apud Ægyptos Theuth qvidam fuiſſe fertur, qvi primus in ipſa vocis infinitate vocales literas conſideravit, qvæ non una, ſed plures ſunt, rurſusqve alias, qvæ non vocis, ſed ſoni participes eſſent, atqve harum numerum certum ſimiliter definivit: tertiam deinde ſpeciem literarum diſtinxit, earum, qvas nunc mutas vocamus, poſtremo ſoni expertes mutasqve diſcrevit usq; ſingula qvædam, vocalesqve & medias eodem modo, donec earum numero in ſingulis ſpeciebus & in univerſis reperto, elementa vocavit. Cumq; videret neminem noſtrum horum qvicqvam ſeorſim percepturum, niſi univerſa percepiſſet, hoc velut vinculum, unum qviddam exiſtens, & in unum diſperſa redigens meditatus, qvam unam in his eſſe artem Grammaticen animadvertit, eo nomine appellavit.* Hæc Socrates apud Platonem in Philebo de origine literarum & artis Grammaticæ, Mercurio Ægyptiaco nomine *Theuth* attributa. Idem de hoc Ægyptiaco Θεῦθ aliqvanto etiam prolixius & clarius loqvens introducitur in *Phædro* (2) his verbis: Ἤκουσα τοίνυν περὶ Ναύκρατιν τῆς Αἰγύπτου γενέσθαι τῶν ἐκεῖ παλαιῶν τινὰ θεῶν, οὗ καὶ τὸ ὄρνεον τὸ ἱερὸν, ὃ δὴ καλοῦσιν Ἶβιν· αὐτῷ δὲ ὄνομα τῷ δαίμονι εἶναι Θεῦθ. τοῦτον δὲ, πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν, καὶ γεωμετρίαν, καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττείας τε καὶ κυβείας, καὶ δὴ γράμματα. βασιλέως δ' αὖ τότε ὄντος Αἰγύπτου ὅλης Θαμοῦ περὶ τὴν μεγάλην πόλιν τοῦ ἄνω τόπου, ἣν οἱ Ἕλληνες Αἰγυπτίας Θήβας καλοῦσι, καὶ τὸν θεὸν Ἄμμωνα. παρὰ τοῦτον ἐλθὼν ὁ Θεῦθ τὰς τέχνας ἐπέδειξε, καὶ ἔφη δεῖν διαδοθῆναι τοῖς ἄλλοις Αἰγυπτίοις. ὁ δὲ ἤρετο ἥντινα ἑκάστη ἔχει ὠφέλειαν. διεξιόντος δὲ, ὅ, τι καλῶς ἢ μὴ καλῶς δοκεῖ λέγειν, τὸ μὲν ἔψεγε, τὸ δ' ἐπῄνει. πολλὰ μὲν δὴ περὶ ἑκάστης τῆς τέχνης ἐπ' ἀμφότερα Θαμοῦν τῷ Θεῦθ λέγεται ἀποφήνασθαι, ἃ λόγος πολὺς ἂν εἴη διελθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τοῖς γράμμασιν ἦν, τοῦτο δὲ ὦ βασιλεῦ τὸ μάθημα (ἔφη ὁ Θεῦθ) σοφωτέρους Αἰγυπτίους καὶ μνημονικωτέρους παρέξει. μνήμης τε γὰρ καὶ σοφίας φάρμακον εὑρέθη. ὁ δὲ εἶπεν, Ὦ τεχνικώτατε Θεῦθ, ἄλλος μὲν τεκεῖν δυνατὸς τὰ τῆς τέχνης, ἄλλος δὲ κρῖναι τίν' ἔχει μοῖραν βλάβης τε καὶ ὠφελείας τοῖς μέλλουσι χρῆσθαι. καὶ νῦν σὺ πατὴρ ὢν γραμμάτων, δι' εὔνοιαν τὸ ὑναντίον εἶπες ἢ δύναται. τοῦτο γὰρ τῶν μαθόντων λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς παρέξει, μνήμης ἀμελετησίᾳ, ἅτε διὰ πίστιν γραφῆς ἔξωθεν ὑπ' ἀλλοτρίων τύπων, οὐκ ἔνδοθεν αὐτοὺς ὑφ' αὑτῶν ἀναμιμνησκομένους. οὐκ οὖν μνήμης ἀλλ' ὑπομνήσεως φάρμακον εὗρες. σοφίας δὲ τοῖς μαθηταῖς δόξαν οὐκ ἀλήθειαν πορίζεις. πολυήκοοι γάρ σοι γενόμενοι ἄνευ διδαχῆς, πολυγνώμονες εἶναι δόξουσιν· ἀγνώμονες, ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος, ὄντες, καὶ χαλεποὶ ξυνεῖναι· δοξόσοφοι γεγονότες ἀντὶ σοφῶν. h. e. *Audivi equidem circa Naucratim Ægypti priſcorum quendam fuiſſe deorum, cui dicata ſit avis, quam Ibim vocant, dæmoni autem ipſi nomen Theuth: hunc primum omnium numerum & numeri computationem inveniſſe, geometriamq; & aſtronomiam, talorum rurſus aleorumque ludos, & literas. Erat tunc totius Ægypti Rex Thamus, & in eminentiſſima ampliſſimaq; civitate, quam Græci Ægyptias Thebas appellant, deumqve ipſum Ammonem vocant. Ad hunc Theuth profectus, artes demonſtravit ſuas, di-*

(1) pag. 73. edit. gr. latin. Lugdun. 1590. fol.

(2) pag 356.

 xit.

xitq; eas distribui deinceps Ægyptiis cæteris oportere. Verum ille, quæ cujusq; utilitas foret, interrogavit: & ipso referente, quod bene dictum videbatur, probabat quidem: quod contra, vituperabat; ubi multa de qualibet arte in utramque partem Thamus fertur Theuthi ostendisse, quorum singula si enarrare pergamus, prolixior erit oratio. Cum vero ad literas descendissent, Disciplina hæc, inquit Theuth, ô Rex, sapientiores & memoria promptiores Ægyptios faciet. Memoriæ namque & sapientiæ remedium id est inventum. At ille, ô artificiosissime Theuth, inquit, aliusqvidem ad artis opera fabricanda idoneus est, alius ad judicandum promptior, quid emolumenti damnive sint utentibus allatura. Atqui & tu literarum pater propter benevolentiam contrarium, qvam efficere valeant, affirmasti. Nam illarum usus propter recordationis negligentiam oblivionem in animo discentium pariet: quippe qui externis literarum confisi monumentis, res ipsas intus animo non revolvent. Qvamobrem non memoriæ, sed monitionis remedium invenisti. Sapientiæ qvoqve opinionem potius, quam veritatem discipulis tradis. Nam cum multa absque præceptoris doctrina perlegerint, multarum rerum, periti vulgo, cum ignari sint, videbuntur. Consvetudine quoque molestiores erunt, utpote qui non sapientia ipsa sint prædití, sed opinione sapientiæ subornati. Hæc Plato sub nomine Socratis. Qvæ qvidem doctissimus Geographus Philippus Cluverius German. Antiq. lib. 1. cap. 23. 24. & 26. ita explicat, ut per Ægyptiacum Mercurium *Theuth* verum æternumqve DEum, per *Thamum* autem Ægypti Regem, ad qvem Mercurius cum inventis suis venisse dicitur, primum mortalium *Adamum* intelligendum esse affirmet: sed, qvod salva existimatione tanti viri dixerim, æqve absurdum hoc mihi videtur, qvam qvod ab eodem iisdem locis asseritur, *Zoroastrem* Magiæ Persicæ fundatorem eundem fuisse ac *Linum* poetam cujus Diogenes Laertius in proœmio operis de Vit. Philosoph. meminit, & utriusqve nomine primum hominem *Adamum* significari. Qvod si Platonica illa narratio ad aliqvem ex Patriarchis referenda sit, ad *Abrahamum* potius, qvam ad *Josephum* Jacobi filium eam pertinere crediderim. Is enim primus ex piis Semi ac Heberi posteris, ut præcedenti capite prolixius expositum est, in Ægyptum transiit, &, teste Flavio Josepho: Mathematicas scientias scribendiqve rationem cum ejus incolis communicavit; non qvidem ut à se primum inventas, qvemadmodum Plato supra citatis locis, & Diodorus Siculus Biblioth. Hist. lib. 1. de Mercurio Ægyptiaco referunt, sed tanqvam πατρικὰς, & inde usqve ab Adamo per Sethum & reliqvam ipsius piam progeniem ad se propagatas; qva de re supra cap. 2. §. 5. & 6. & cap. 5. §. 2. & 3. pluribus actum est. Transeamus nunc ad alia: inter qvæ primum sine dubio locum *Prudentia Civilis* obtinet. Hæc enim Josephum adeo illustrem reddidit, ut Philo Hebræus peculiarem librum, cui titulus βίος πολιτικοῦ, conscripserit, in qvo ipsum ut perfectissimæ imaginis omnibus numeris absoluti *Viri Civilis* rarissimum exemplum exhibet. Qva de re plura dicere supersedeo, ne, dum ea, qvæ copiosissime facundissimeqve à Philone exposita sunt, aliis verbis recenseo, Soli, ut ajunt, lumen mutuare, & actum agere videar. Hoc duntaxat adjiciendum arbitror, de jam memorata Josephi prudentia civili, & divinitus ipsi concessa ad recte constituendam riteqve administrandam Rempublicam ingenii dexteritate, ut & *studii Politici* cum Ægyptiis communicatione præclarum extare Regis Davidis testimonium Psalm. 105. vers. 21. & 22. his conceptum verbis! שמו אדון לביתו ומשל בכל קנינו לאסר שוריו בנפשו וזקניו יחכם: h. e. secundum versionem, qvæ LXXII. Interpretibus vulgo attribuitur: *κατέστησεν αὐτὸν Κύριον τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ. Τοῦ παιδεῦσαι τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ ὡς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ σοφίσαι.* sec. vers. vulg. *Constituit* (Pharao Rex Ægypti) *eum* (sc. Josephum) *dominum domus suæ & principem omnis possessionis suæ. Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum, & senes ejus prudentiam doceret:* secundum Pagnin: *Posuit eum Dominum domus suæ & dominatorem in omni possessione sua. Ad alligandum principes ejus in anima sua & senes ejus sapientes efficeret:* secund. Tremel. & Junium: *Præposuit eum dominum familiæ suæ & dominatorem in totam possessionem suam. Ut vinciret principes ejus ex animo suo & seniores ejus informaret.* De eadem Josephi prudentia civili vide Bened. Perer. Comment. in Genes.

cap.

cap. 37. verſ. 3. pag. 865. ubi ſupra citatum Philonis librum commendans recte ait, ipſum omnia qvæ narrantur à Moſe de Joſeph, pulchre accommodare ad oſtendendum qvalia eſſe debeant ſtudia & inſtituta, qvales item mores atqve virtutes ejus, qvi perfectus vir politicus ſive civilis eſſe velit. Qvod ſupereſt refertur etiam *Joſephus* à nonnullis inter *Medicos*, argumento hujus aſſertionis deſumpto ex Geneſ. cap. 50. verſ. 2. ubi legitur, *Joſephum præcepiſſe ſervis ſuis Medicis, ut defunctum in Ægypto patrem Jacobum aromatibus condirent.* Ipſa Moyſis verba hæc ſunt: ויצו יוסף את עבדיו את הרפאים לחנט את אביו ויחנטו הרפאים את ישראל h. e. ſecund. Pagnin: *Et præcepit Joſeph ſervis ſuis medicis ad balſamandum patrem ſuum. Et balſamarunt medici ipſum Iſrael.* Ex qvo loco qvamvis non ſatis colligi poſſit, ipſum Joſephum Medicinæ operam dediſſe, tria tamen inde diſcimus, qvæ & ad rem præſentem plurimum faciunt, & obſervatu ſunt digniſſima: nempe I. temporibus Joſephi Medicinæ ſtudium in Ægypto jam floruiſſe. II. Medicos Ægyptiacos, qvorum jam citato loco mentio fit, fuiſſe ſervos. III. Servos hoſce medicos ex eorum fuiſſe numero, qvi ab Herodoto & Diodoro Siculo ταριχευταὶ appellantur, & mortuos more Ægyptiorum condiendi munere functi ſunt. Et qvod qvidem ad *originem Medicinæ* apud Ægyptios attinet, minime dubito, qvin ea inde ab ipſo *Adamo* derivanda ſit; qvippe qvem non minus primum Medicum, qvam primum Theologum, primum Grammaticum, primumq; Philoſophum tam Theoreticum, qvam Practicum fuiſſe exiſtimo. Cui opinioni meæ ſuffragatur Svidas v. Ἀδὰμ his verbis: Ἀδὰμ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὁ χερσὶ θεοῦ πλασθεὶς καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν μορφωθεὶς τοῦ δημιουργοῦ τε καὶ κτίσαντος. ὁ καὶ τιμηθεὶς τὴν εἰς παράδεισον οἴκησιν. οὗτος δικαίως ἂν πρῶτος καλοῖτο σοφὸς, ὡς πρωτόκτιστον ἄγαλμα καὶ εἰκὼν οὖσα θεόγραφος. ὡς τῶν χαρίτων ὅλων ὑπάρχων ἀνάπλεως, καὶ πάντα καθαρὰ καὶ ἀκίβδηλα περιφέρων τὰ τῆς ψυχῆς τε καὶ σώματος αἰσθητήρια. μαρμαρυγαὶ γάρ τινες, ὡς εἰπεῖν, ἐκ τῆς ἐκείνου ψυχῆς τε ἀπαστράπτουσαι καὶ θείων ἐννοιῶν τε καὶ ἐνεργειῶν πλήθουσαι, κατὰ πᾶσαν εἰσέτρεχον φύσιν, εὐστόχως καὶ ἀναμαρτήτως τὸ οἰκεῖον ἑκάστης πλεονέκτημα φθάνουσαι. ὃς οὐ παρὰ ἀνθρώπων ἐδοκιμάσθη τῶν τὰς κρίσεις πολλάκις ἐπισφαλῶς ποιουμένων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ, τοῦ πᾶσαν γνῶσιν καὶ κρίσιν ὀρθῶς ποιουμένου, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἐννοίας κινηθῆναι παρὰ τῆς ὠδινούσης τὰ τοιαῦτα ψυχῆς, καὶ ἀποτικτούσης νοήματα. καὶ ἡ φησὶν ἡ γραφὴ, ἐποίησεν ὁ θεὸς πάντα τὰ κτήνη καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινά· καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδὰμ ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά. καὶ ὡς ἐκάλεσεν Ἀδὰμ, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ. τί τῆς φωνῆς ταύτης καὶ μαρτυρίας ἀριδηλότερον; τί τῆς σοφίας ταύτης καὶ διαγνώσεως ὑψηλότερον; ἐκάλεσεν ὀνόματα, τὴν φύσιν αὐτὴν καὶ τὴν ὑπόστασιν ἑκάστου ζώου ὥσπερ ὑπογραφόμενος, οὐ μελετήσας. οὐ προσκεψάμενος. οὐδὲν τί προπεπονθὼς τῶν ὅσα μεταμανθάνουσιν ἄνθρωποι. καὶ πολλῶν καὶ ἀναρίθμων γενεῶν παραδραμουσῶν, οὐκ ἴσχυσεν οὐδεὶς ὑπαλλάξαι κἂν τοῦ τυχόντος ζώου τὸ ὄνομα, οὐδὲ τῆς ἐκείνου δράξασθαι μεγαλονοίας καὶ διαγνώσεως. μᾶλλον μὲν οὖν μένουσιν ἅπαντες κατὰ πᾶσαν ἐσπαρμένοι τὴν γῆν ἄνθρωποι, τοῖς ἐκείνου στοιχοῦντες ἀμεταθέτοις θεσπίσμασι. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστη τοῦ πρωτογόνου ἀνθρώπου τὸ ὑπερβάλλον ἐν πᾶσιν ἀξίωμα. ἀλλὰ καὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν διαφορὰς, ῥιζῶν τε καὶ βοτανῶν δυνάμεις, καὶ ὅσα εἰς ἀντίληψιν καὶ θεραπείαν ἡ φύσις ἑκάστῳ προσαρμόττει τῶν ζώων, διέκρινέ τε καὶ διεσάφισεν. οὗτος τοίνυν ἐστὶν ὁ δοκιμάσας ἕκαστα, καὶ πᾶσιν κανόνας καὶ στάθμας ἀκριβεῖς καὶ ὅρους ἀνατιρρήτους ἐναρμοσάμενος. τούτου τέχναι καὶ γράμματα. τούτου ἐπιστῆμαι λογικαί τε καὶ ἄλογοι. τούτου προφητεῖαι, ἱερουργίαι καὶ καθαρμοὶ καὶ νόμοι γραπτοί τε καὶ ἄγραφοι. τούτου πάντα εὑρήματα καὶ διδάγματα καὶ ὅσα κατὰ τὸν βίον ἀναγκαῖαι χρεῖαι τε καὶ δίαιται. h. e. paraphraſte Æmilio Porto: *Adam primus homo, Dei manu effictus, & ad imaginem & ſimilitudinem opificis & conditoris formatus & habitatione Paradiſi honoratus. Hic jure primus ſapiens appellari poteſt, ut primo conditum ſimulacrum & imago divinitus picta exiſtens, ut omnium gratiarum plenus, & omnes animi corporisqve ſenſus puros & incorruptos circumferens. Radii enim qvidam, ut ita loqvar, ex illius animo effulgentes, & divinarum cogitationum & actionum pleni, per omnem naturam penetrantes currebant, ſagaciter & ſine errore proprium & cujusq; naturæ præcipuum commodum antevertentes, & qvidqvid in unaqvaq; rerum natura præſtantiſſimum erat, anticipantes. Qvi non ab hominibus probatus fuit,*

qui

qui judicia sæpe cum lapsu, cum errore temereque faciunt: sed à Deo universitatis auctore, qui de rebus omnibus recte cognoscit & judicat, vel priusquam notiones moveantur ab anima quasi parturiente & pariente tales cogitationes. Nam, ut scriptura dicit, Deus fecit omnia jumenta, & feras, & serpentes, & volucres, & ipsa ad Adamum adduxit, ut is videret, qvo nomine ipsa esset nominaturus. Ut autem Adamus vocavit ipsa, sic etiam postea sunt vocata, & qvod nomen singulis animalium generibus imposuit, hoc ipsum nomen ipsis postea semper fuit tributum. Qvid hac voce & testimonio est evidentius? Qvid hac sapientia & cognitione sublimius? Adamus enim omnibus animalibus imposuit nomina, naturam ipsam & cuique animali vim insitam veluti penicillo depingens & exprimens, non præmeditatus, non ante contemplatus, quod cuique nomen esset imponendum, nihil prorsus eorum ante perpessus, quæ homines postea vel mutata sententia discunt. Quamvis autem multæ, atque adeo innumeræ ætates jam præterierint, nullus tamen vel minutissimi atque vilissimi animalis nomen mutare, neque amplitudinem ingenii atq; cognitionis, quæ in illo fuit, assequi potuit. Imo vero potius omnes homines per universum terrarum orbem dispersi, in illius immutabilibus oraculis, & sacris eorum vestigiis incedentes manent, & in iis acqviescunt. Neque vero usque ad hos præstantiæ terminos progressa stetit, nec hic substitit hominis primogeniti omnibus in rebus excellens dignitas: sed & seminum, & plantarum discrimina, & radicum, & herbarum vires, & quæcunqve ad auxilium, defensionem & Medicinam unicuique animali Natura attribuit, distinxit & dilucide explicavit. Hic igitur est ille, qui probavit, exploravit, accurate quæsivit, invenit & cognovit omnia, & omnibus regulas, & amusses exquisitas, & limites minime dubios; at certos ut nullus contradicere possit, aptissime circumscribens assignavit. Hujus inventa sunt artes & literæ. Hujus sunt scientiæ tam verbis expressæ, qvam nullis verbis declaratæ. Hujus sunt prophetiæ, prædictiones, vaticinationes, sacrificia, sacrorum cærimoniæ & lustrationes, & tam scriptæ, qvam nullis scriptis mandatæ leges. Hujus sunt omnia inventa & documenta ac omnes doctrinæ, & qvicqvid ad vitam degendam est utile & necessarium. Hæc Suidas. Ab Adamo itaqꝫ Medicina primum inventa est: hinc duce ac magistra necessitate paulatim crevit, & ad postdiluviana tempora per Noam propagata, cum dispersione gentium in ædificatione turris Babel in varias orbis terrarum partes dispersa est. Qvalis autem fuerit primitiva illa Ægyptiorum Medicina, qvam πατροπαραδότως per multa secula constanter retinuere, docet Herodotus lib. 2. c. 84. his verbis: ἡ δὲ ἰητρικὴ κατὰ τάδε σφι δέδασται. μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι καὶ οὐ πλεόνων· πάντα δ' ἰητρῶν ἐστὶ πλέα. οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι· οἱ δὲ κεφαλῆς· οἱ δὲ ὀδόντων· οἱ δὲ τῶν κατὰ νηδύν· οἱ δὲ τῶν ἀφανέων νούσων. h. e. *Jam vero Medicina apud eos hunc in modum est distributa, ut singulorum morborum sint medici, non plurium: itaq; omnia referta sunt medicis. Alii enim sunt oculorum, alii capitis, alii dentium, alii alui partium, alii morborum occultorum.* Huc qvoqꝫ facit insignis Diodori Siculi locus, qvi extat Biblioth. Hist. lib. 1. p. 73. & 74. his verbis: τὰς δὲ νόσους προκαταλαμβανόμενοι, θεραπεύουσι τὰ σώματα κλυσμοῖς καὶ ποτίμοις τίσι καθαρτηρίοις, καὶ νηστείαις καὶ ἐμέτοις, ἐνίοτε μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐνίοτε δὲ τρεῖς ἢ τέτταρας ἡμέρας διαλείποντες. φασὶ γὰρ, πάσης τροφῆς ἀναδοθείσης, τὸ πλέον εἶναι περιττὸν, ἀφ' οὗ γεννᾶσθαι τὰς νόσους. ὥς τε τὴν προειρημένην θεραπείαν ἀναιροῦσαν τὰς ἀρχὰς τῆς νόσου, μάλιστ' ἂν παρασκευάσαι τὴν ὑγίειαν. κατὰ δὲ τὰς στρατείας καὶ τὰς ἐπὶ τῆς χώρας ἐκδημίας θεραπεύονται πάντες, οὐδένα μισθὸν ἰδίᾳ διδόντες. οἱ γὰρ ἰατροὶ τὰς μὲν τροφὰς ἐκ τοῦ κοινοῦ λαμβάνουσι, τὰς δὲ θεραπείας προσάγουσι κατὰ νόμον ἔγγραφον, ἀπὸ πολλῶν καὶ δεδοξασμένων ἰατρῶν ἀρχαίων συγγεγραμμένον· κἂν τοῖς ἐκ τῆς ἱερᾶς βίβλου νόμοις ἀναγινωσκομένοις ἀκολουθήσαντες ἀδυνατήσωσι σῶσαι τὸν κάμνοντα, ἀθῷοι παντὸς ἐγκλήματος ἀπολύονται. ἐὰν δὲ παρὰ τὰ γεγραμμένα ποιήσωσι, θανάτου κρίσιν ὑπομένουσιν· ἡγουμένου τοῦ νομοθέτου τῆς ἐκ πολλῶν χρόνων παρατετηρημένης θεραπείας καὶ συντεταγμένης ὑπὸ τῶν ἀρίστων τεχνιτῶν ὀλίγους ἂν γενέσθαι συνετωτέρους. h. e. Laurentio Rhodomano interprete: *Morbos ut ante vertant clysteriis & potabilibus qvibusdam purgamentis, jejuniisq; & vomitu corpora medicantur: idq; vel in dies singulos repetunt, vel triduum aut qvatriduum interponunt. In omnis enim nutrimenti digestione majorem partem esse superfluam, & hinc morbos creari; ideoque curationem jam memoratam, qva principia morbi tolluntur, ad recuperandam valetudinem conferre plurimum affirmant. In expeditione bellica aut intra patriæ fines peregrinatione, absq; mercede curantur.* Medi-

Medici enim annonam ex publico accipiunt, & Medicinam ex lege scripta, per multos ab antiqvo Medicos illustres concinnatam, applicant. Si leges, qvas sacri codicis lectio tradit, secuti ægroto sanitatem reddere neqveant, culpa vacant & indemnes abeunt. Sin contra præscriptum agant, capitis judicium subeunt. Nam medendi rationem longi temporis usu observatam, & ab optimis artificibus ordinatam paucos ingenio & solertia superaturos, Legislator censuit. Hæc Diodorus. Cæterum qvod antiqvissimis illis temporibus Medici Ægyptiorum *servi* fuerint, mirum non est, cum multis post seculis & apud Romanos Medicina eodem modo pro dignitate sua non satis honeste habita fuerit, & *servi* eam exercuerint, ut liqvet ex subjuncta formula testamentaria, qvæ ex *Scævolæ* JC. Responsorum libro qvarto desumpta, extat *l. Thais ancilla* 41. *§. Lucius Titius* 6. *ff. de fideicom. Libertatibus*: *Lucius Titius ita testamento cavit: Medicos tibi commendo illum & illum: in tuo judicio erit, ut habeas bonos libertos & medicos. Qvod si ego libertatem eis dedissem, veritus sum, qvod sorori meæ carissimæ fecerunt medici servi ejus, manumissi ab ea, qui, salario expleto, reliqverunt eam.* Ad eandem Medicorum apud Romanos vilitatem passim in Comœdiis suis alludit Plautus: qva de re vide Taubmannum Comment. in Epidic. Act. 2. Scen. 2. ubi annotat *Medicinam ingenuos homines, ut artem illiberalem, Romæ temporibus Plauti non coluisse.* Consule etiam Titi Popmæ librum singularem *de operis servorum* & Thomæ Dempsteri Paralipomena ad Rosin. Antiqvit. Rom. lib. 2. cap. 17. ubi de priscorum medicorum servili conditione multa ex Seneca, Svetonio, Plinio juniore, Apulejo aliisqve auctoribus desumpta testimonia allegantur. Adi contra & Cujacium Observ. lib. 17. c. 27. ubi ex Hygini Mythologicis refert, Athenienses lege cavisse, ne qvis *servus* aut *fæmina* artem medicam disceret: adjunge Plin. Hist. nat. l. 29. c. 1. ubi de origine & progressu Medicinæ ex professo agitur. De cætero qvales fuerint Ægyptiaci illi ταριχευταὶ, qvorum supra facta est mentio, & qvæ mortuos condiendi ratio apud Ægyptios antiqvitus in usu fuerit, docet Herod. l. 2. c. 85. 86. 87. 88. 89. cujus verba ob argumenti, qvod iis tractatur, obscuritatem non me piget integre adscribere: ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, οὕτω ἐς τὴν ταρίχευσιν κομίζουσι. (1) Εἰσὶ δὲ οἳ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην. οὗτοι ἐπεάν σφι κομισθῇ ὁ νεκρὸς, δεικνύουσι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα, τῇ γραφῇ μεμιμημένα. καὶ τὴν μὲν σπουδαιοτάτην αὐτέων φασὶ εἶναι τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι τὸ οὔνομα ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ὀνομάζειν· τὴν δὲ δευτέρην δεικνύουσι ὑποδεεστέρην τε ταύτης καὶ εὐτελεστέρην. τὴν δὲ τρίτην εὐτελεστάτην. φράσαντες δὲ, πυνθάνονται παρ' αὐτέων κατὰ ἥντινα βούλονταί σφι σκευασθῆναι τὸν νεκρόν. οἱ μὲν δὴ ἐκποδὼν μισθῷ ὁμολογήσαντες ἀπαλλάσσονται. οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι, ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι. πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον, τὰ μὲν αὐτοῦ οὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ φάρμακα ἐγχέοντες. μετὰ δὲ λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέϊ παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην, ἐξ ὧν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν· ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν καὶ διηθήσαντες οἴνῳ φοινικηΐῳ, αὖθις διηθέουσι θυμιήμασι τετριμμένοισι. ἔπειτα τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης, καὶ κασίης, καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων, πλὴν λιβανωτοῦ, πλήσαντες συρράπτουσι ὀπίσω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ταριχεύουσι νίτρῳ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα· πλεῦνας δὲ τουτέων οὐκ ἔξεστι ταριχεύειν. ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα, λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ κόμμι, τῷ δὴ ἀντὶ κόλλης τὰ πολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι. ἐνθεῦτεν δὲ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα. ποιησάμενοι δὲ, ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν. καὶ κατακληΐσαντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ, ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι νεκρούς. (2) τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους, τὴν δὲ πολυτελείην ἐκφεύγοντας, σκευάζουσι ὧδε. ἐπεὰν κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ τοῦ κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ἐν ὧν ἔπλησαν τοῦ νεκροῦ τὴν κοιλίην, οὔτε ἐξελόντες τὴν νηδύν. κατὰ δὲ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες, καὶ ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ταριχεύουσι τὰς προκειμένας ἡμέρας· τῇ δὲ τελευταίῃ ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην, τὴν ἐσῆκαν πρότερον· ἣ δὲ ἔχει τοσαύτην δύναμιν, ὥς τε ἅμα ἑωυτῇ τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα κατατετηκότα ἐξάγει. τὰς δὲ σάρκας τὸ νίτρον κατατήκει. καὶ δὴ λείπεται τοῦ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον καὶ τὰ ὀστέα. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ἀπ' ὧν ἔδωκαν οὕτω τὸν νεκρὸν, οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες. (3) Ἡ δὲ τρίτη ταρίχευσις ἐστὶ ἥδε, ἣ τοὺς χρήμασι ἀσθενεστέρους σκευάζει. συρμαίῃ διηθή-

(1) cap. 86.

(2) cap. 87.

(3) cap. 88.

διηθήσαντες τὴν κοιλίην, ταριχεύουσι ἑβδομήκοντα ἡμέρας, καὶ ἔπειτα ἀπ' ὧν ἔδωκαν ἀποφέρεσθαι. (1) Τὰς δὲ γυναῖκας τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, ἐπεὰν τελευτήσωσι, οὐ παραυτίκα διδοῦσι ταριχεύειν, οὐδὲ ὅσαι ἂν ὦσι εὐειδέες κάρτα καὶ λόγου πλεῦνος γυναῖκες· ἀλλ' ἐπεὰν τριταῖαι ἢ τεταρταῖαι γένωνται, οὕτω παραδιδοῦσι τοῖσι ταριχεύουσι. Τοῦτο δὲ ποιεῦσι οὕτω τοῦδε εἵνεκα, ἵνα μή σφι οἱ ταριχευταὶ μίσγωνται τῇσι γυναιξί· λαμφθῆναι γάρ τινά φασι μισγόμενον νεκρῷ προσφάτῳ γυναικός· κατειπεῖν δὲ τὸν ὁμότεχνον. h. e. *His actis, ita demum ad condiendum portant mortuum. Sunt autem certi ad hoc ipſum conſtituti, qvi hoc artificium factitant: qvi, cum ad ipſos cadaver portatum eſt, oſtendunt iis, qvi portaverunt, exemplaria mortuorum lignea, pingendo aſſimilata. Et eorum unum accuratisſime fabrefactum eſſe ajunt, cujus nomen nuncupare nefas eſſe duco: alterum illo inferius ac vilioris pretii: tertium viliſſimi. Qvibus expoſitis, ſciſcitantur ab iis, ad qvod exemplum velint effingi mortuum ſuum. Iſti ubi de pretio convenerunt, illinc abeunt. At hi relicti in ædibus, hunc in modum diligentisſime condiunt corpus. Ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt; ipſum qvidem ſic educentes, pharmaca vero infundentes. De hinc acutiſſimo lapide Æthiopico circa ilia conſcindunt, atqve illac omnem alvum protrahunt: qvam ubi repurgarunt, ac vino palmeo eluerunt, rurſus odoribus contuſis proluunt: tum alvum complentes contuſa myrrha pura, & caſia, & aliis (excepto thure) odoribus, iterum conſuunt. Ubi hæc fecere, ſaliunt nitro abditum ſeptuaginta dies: nam diutius ſalire non licet. Exactis ſeptuaginta diebus cadaver ubi abluerunt, ſindone byſſina totum inciſis loris involvunt, gummi illinentes: qvo Ægyptii glutinis loco plerumqve utuntur. Et deinde recepto, propinqvi ligneam hominis effigiem faciunt, in qva mox inſerunt mortuum, incluſumqve ita reponunt in loculo, ſeu potius in loco ſepulchrorum loculis dicato, & rectum ſtatuunt ad parietem. Et ſic qvidem mortuos ſumptuoſiſſime apparant ſive adornant. Eos autem, qvi mediocria volunt, nimium fugientes ſumptum, ita apparant. Clyſterem unguine qvod è cedro gignitur, complent: deinde ex hoc alvum mortui, ipſam neqve ſcindentes, neqve extrahentes, ſed per ſeceſſum, prehenſo viæ poſterioris hiatu, infarciunt, & tot, quot dixi diebus ſale condiunt: qvorum dierum ultimo cedrinum unguen, qvod prius ingeſſerant, ex alvo egerunt: qvod tantam habet vim, ut una ſecum alvum atqve inteſtina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit, mortuiqve tantum cutis & oſſa relinqvuntur. Ubi iſta fecere ſic mortuum propinqvis reddunt, nulla re alia facta. Tertia conditura hæc eſt, qva adornantur eorum mortui, qvi tenuiori ſunt fortuna. Ablutionibus ventrem aſpergunt, arefaciuntqve ſale ſeptuaginta per dies, deinde tradunt reportandum. Uxores tamen inſignium virorum, non ſtatim vita defunctas tradunt condiendas, ac ne eas qvidem fœminas, qvæ formoſæ valde & in pretio habitæ fuerini, ſed triduo aut qvatriduo ante defunctas: ea de cauſa facientes, ne cum fœminis iſti ſalinarii concumbant. Deprehenſum enim qvendam ajunt coeuntem cum recenti cadavere muliebri, delatumqve ab ejusdem artificii ſocio.* Hæc Herodotus: qvæ confirmat Diodorus Siculus Biblioth. Hiſt. lib. I. p. 81. & 82. his verbis: τῶν δὲ ταφῶν τρεῖς ὑπάρχουσι τάξεις, ἥτε πολυτελεστάτη καὶ ταπεινοτάτη. κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἀναλίσκεσθαί φασιν ἀργυρίου τάλαντον, κατὰ δὲ τὴν δευτέραν μνᾶς εἴκοσι, κατὰ δὲ τὴν ἐσχάτην παντελῶς ὀλίγον τι δαπάνημα γίνεσθαι λέγουσιν. οἱ μὲν οὖν τὰ σώματα θεραπεύοντες, εἰσὶ τεχνῖται τὴν ἐπιστήμην ταύτην ἐκ γένους παρειληφότες, οὗτοι δὲ γραφὴν ἑκάστου τῶν εἰς τὰς ταφὰς δαπανωμένων τοῖς τελευτησάντων προσενέγκαντες, ἐπερωτῶσι τίνα τρόπον βούλονται τὴν θεραπείαν γενέσθαι τοῦ σώματος. διομολογησάμενοι δὲ περὶ πάντων, καὶ τὸν νεκρὸν παραλαβόντες, τοῖς τεταγμένοις ἐπὶ τὴν κατειθισμένην ἐπιμέλειαν τὸ σῶμα παραδιδόασι, καὶ πρῶτος μὲν ὁ γραμματεὺς λεγόμενος, τεθέντος χαμαὶ τοῦ σώματος, ἐπὶ τὴν λαγόνα περιγράφει τὴν εὐώνυμον ὅσον δεῖ τέμνειν. ἔπειθ' ὁ λεγόμενος παρασχίστης, λίθον ἔχων Αἰθιοπικόν, καὶ διατεμὼν ὅσα νόμος κελεύει τὴν σάρκα παραχρῆμα φεύγει δρόμῳ, διωκόντων τῶν συμπαρόντων καὶ λίθους βαλλόντων, ἔτι δὲ καταρωμένων, καὶ καθαπερεὶ τὸ μῦσος εἰς ἐκεῖνον τρεπόντων. ὑπολαμβάνουσι γὰρ μισητὸν εἶναι πάντα τὸν ὁμοφύλῳ σώματι βίαν προσφέροντα, καὶ τραύματα ποιοῦντα, καὶ καθόλου τι κακὸν ἀπεργαζόμενον. οἱ ταριχευταὶ δὲ καλούμενοι πάσης μὲν τιμῆς καὶ πολυωρίας ἀξιοῦνται, τοῖς τε ἱερεῦσι συνόντες καὶ τὰς εἰς ἱερὸν εἰσόδους ἀκωλύτας ὡς ἱεροὶ ποιοῦνται. πρὸς δὲ τὴν θεραπείαν τοῦ παρεσχισμένου σώματος ἀθροισθέντων αὐτῶν, εἷς καθίησι τὴν χεῖρα διὰ τῆς τοῦ νεκροῦ τομῆς εἰς τὸν θώρακα, καὶ πάντα ἐξαι-

(1) cap. 89.

ἐξαίρει, χωρὶς νεφρῶν καὶ καρδίας. ἕτερος δὲ καθαίρει τῶν ἐγκοιλίων ἕκαστον, ἐγκλύζων οἴνῳ φοινικείῳ καὶ θυμιάμασι. καθόλου δὲ πᾶν τὸ σῶμα τὸ μὲν πρῶτον κεδρίᾳ καὶ τισιν ἄλλοις ἐπιμελείας ἀξιοῦσιν ἐφ' ἡμέρας πλείους τῶν τριάκοντα, ἔπειτα σμύρνῃ καὶ κινναμώμῳ καὶ τοῖς δυναμένοις μὴ μόνον πολὺν χρόνον τηρεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν εὐωδίαν παρέχεσθαι, θεραπεύοντες, παραδιδόασι τοῖς συγγενέσι τοῦ τελευτηκότος οὕτως ἕκαστον τῶν τοῦ σώματος μελῶν ἀκέραιον τετηρημένον, ὥς τε καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς βλεφάροις καὶ ταῖς ὀφρύσι τρίχας διαμένειν, καὶ τὴν ὅλην πρόσοψιν τοῦ σώματος ἀπαράλλακτον εἶναι, καὶ τὸν τῆς μορφῆς τύπον γνωρίζεσθαι. διὸ καὶ πολλοὶ τῶν Αἰγυπτίων ἐν οἰκήμασι πολυτελέσι φυλάττοντες τὰ σώματα τῶν προγόνων, κατ' ὄψιν ὁρῶσι τοὺς γενεαῖς πολλαῖς τῆς ἑαυτῶν γενέσεως προτετελευτηκότας. ὥς τε ἑκάστων τά τε μεγέθη καὶ τὰς περιοχὰς τῶν σωμάτων, ἔτι δὲ τοὺς τῆς ὄψεως χαρακτῆρας ὁρωμένους, παράδοξον ψυχαγωγίαν παρέχεσθαι, καθάπερ συμβεβιωκότας τοῖς θεωρουμένοις· h. e. *Sepulturæ triplex est conditio, sumptuosissima, mediocris & vilissima. In primam argenti* (1) *talentum insumitur: in secundam viginti minæ: in ultimam perexiguæ fiunt impensæ. Libitinarii qui funus curant, artem à majoribus acceptam factitant. Hi cujusq; rei in funus impendendæ consignatione mortuorum propinquis oblata, quomodo exequias celebrari velint sciscitantur. Ubi de omnibus inter ipsos convenit, acceptum inde cadaver ministris ad usitatum hoc munus constitutis tradunt. Primus igitur quem scribam vocant, deposito humi corpore, circum illa sinistrum latus, quantum inde resecandum sit, eis circumscribit. Tum Paraschistes sive Incisor lapidem tenens Æthiopicum, ubi carnis, quantum lex jubet, dissecuit, extemplo quantum potest cursu aufugit, persequentibus eum quotquot adsunt cum lapidum jactu & exsecrationibus, ac si piaculum in ipsum avertant. Nam quicunq; ejusdem naturæ corpori vim vulnusq; aut quoqvomodo malum inferat, odio hunc dignum esse persuasum habent. Taricheutas vero, qui cadavera condunt, omni honore atq; cultu dignantur. Nam Sacerdotibus familiares sunt, & in sacrarium, ut qui sacri sint, libere ingrediuntur. Qvamprimum ad secti cadaveris curationem convenere, unus per hiatum manu ad præcordia immersa, quicquid intestinorum est, præter cor & renes extrahit. Alius alvum, cum visceribus singulis repurgatum, vino palmeo, aromaticisque odoribus perluit. Lotum denique cadaver plus triginta diebus, unguento primum cedrino aliisq; delibutum reddunt. Myrrha deinde ac Cinamomo, aliisque non longiori tantum conservationi, sed etiam fragrantia aptis conditum propinqvis reddunt; ubi singula corporis membra tantam habent integritatem, ut etiam palpebrarum & superciliorum pili, adeoqve tota corporis species invariate persistat, & formæ pristinæ effigies agnoscatur. Hinc multi Ægyptiorum in magnificis apud se ædiculis majorum cadavera asservantes, tam expresse multis ante suam nativitatem seculis defunctorum facies contemplantur, ac singulorum complexum corporis ac lineamenta faciei contuentes, mirifica voluptate, non secus ac si adhuc vivant, adficiantur.* Hæc Diodorus. Hujusmodi autem Ægyptiorum veterum humana corpora, aromatibus condita & siccata, *Mumiæ* vulgo vocantur: qvod nomen doctissimus Gerard. Joan. Vossius lib. 2. de Vitiis sermonis & Glossemat. latino-barbaris cap. 12. derivat ab Arabica voce מום, qvæ *ceram* significat. *Habet enim,* inqvit, *conservandi vim etiam mel ac cera.* Ad qvam optimi Viri opinionem confirmandam plurimum facit testimonium Strabonis, qvod extat Geographiæ lib. 16. pag. 746. edit. Casaub. Paris. an. 1620. ubi ait Assyrios Babyloniosqve in melle mortuos suos sepelire, cera cadavere oblito. Ipsa Strabonis verba hæc sunt: θρηνοῦσι δὲ τοὺς ἀποθανόντας ὡς οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ πολλοὶ τῶν ἄλλων· θάπτουσι δ' ἐν μέλιτι κηρῷ περιπλάσαντες. h. e. *Lugent mortuos ut Ægyptii, & alii permulti, sepeliuntq; in melle, cera cadavere oblito.* Hæc Strabo: qvibus multo plura ejusdem argumenti adderem, nisi tam de origine & incremento Medicinæ, qvam vario ejus apud varios antiqvos populos usu, prolixius posthac & commodiori loco differere constituissem. Interim vide Prosperi Alpini de Medicina Ægyptiorum libros qvatuor Venetiis an. 1591. in 4to excusos: Thomæ Porcachii Dialogum de diversarum Gentium antiqvo funerandi ritu Venetiis an. 1574. in 4to impressum & elegantissimis figuris æri incisis exornatum: Jul. Cæsar. Scaliger. de Subtilit. adverf. Cardanum Exercit. 104. cap. 9. Joan. Kirchman. de funerib. Romanor. lib. 1. cap. 8. & Joan. Meurs. Athen. Batav. lib. 1. cap. 12.

(1) *Secundum supputationem Pascasii Grosippi sive Gasparis Scioppii ep. 15. Paradox. literar. valet* Talentum *60. minas sive 600. scutatos, Philippeos, ducatones.* Minæ *autem* viginti *secundum eundem valent 200. scutatos, Philippeos, ducatones.*

Ex

III. Ex ſcriptis ſuppoſititiis, qvæ ſub *Joſephi* nomine vel antiqvitus extitere vel etiamnunc extant, duo tantum ad notitiam meam pervenere: nempe

I. Προσευχὴ Ιωσὴφ, ſive *Oratio Joſephi*, cujus Sixtus Senenſis Bibliothecæ ſanctæ libro ſecundo, duplex de eodem ab Origene citatum allegans teſtimonium, ita meminit: *Joſeph Oratio, ſive Sermo, vel Narratio, vel Diſputatio Joſephi, filii Jacobi Patriarchæ, ſcriptura fuit apud veteres tam Hebræos, qvam Chriſtianos non parum habens auctoritatis, qvam Origenes non contemnendam ſcripturam appellavit, forte qvod qvædam in ea legiſſet placitis ſuis congruentia. Nam in ſecundo tomo explanationis in Joannem, hujus præcipue teſtimoniis utitur ad confirmandam aſſertionem de Incarnatione qvorundam Angelorum, qvos ipſe credit ad imitationem Servatoris noſtri humanam naturam & corpus aſſumpſiſſe, ita ſcribens: Qvod ſi qvis approbat etiam myſticam illam, qvæ apud Hebræos habetur, Joſeph orationem, is illinc ſimile huic dogma accipiet, ſcilicet qvosdam ex Angelorum natura in hominum naturam deſcendiſſe. Ait enim in hac oratione Jacob:* (1) Ego enim, qvi vobiſcum loqvor, Jacob & Iſrael, DEI ſum Angelus & Spiritus principalis, & Abraham & Iſaac ante omne opus creati ſunt. Ego autem Jacob non ab hominibus Jacob vocatus, ſed Iſrael eſt nomen meum, vocatus ſum Iſrael à DEO, Vir videns DEum. Ego enim ſum primogenitus omnis animalis, qvod à DEO vitæ uſum accipit. Et cum venirem ex Meſopotamia Syriæ, exivit Uriel, DEI angelus, meqve in terram deſcendiſſe dixit, & inter homines habitaviſſe, atqve appellari Jacob nomine. Me porro æmulatus eſt, ac mecum pugnavit & luctatus eſt, dicens fore, ut nomen ſuum meo nomini, atqve ei, qvod omne Evangelium anteiret, anteponeretur; eiqve nomen ſuum expreſſi; principatumqve in DEI filiis obtinet. Nam tu Uriel, à me octavus. Ego qvoqve ſum Iſrael, exercitus Domini Archangelus, ſumqve in DEI filiis præfectus mille militum. Nonne ſum ille Iſrael in DEI conſpectu primus miniſter? & DEum meum nomine immortali invocavi. *Sed longius à propoſito aberravimus, aſſumpta de Jacob diſputatione, teſteqve nobis producta non contemnenda ſcriptura. Hæc Origenes, qvi in Tomis explanationum in Geneſin oſtendens, ex hac eadem narratione, qvod in aſtris cœli, veluti in libris omnes humanorum eventuum prænotiones legi poſſint à peritis ſiderum inſpectoribus, ſic inqvit: Univerſum cœlum eſt qvaſi liber qvidam apertus, omnia futura in ſe conſcripta continens. Idcirco in Oratione Joſeph ſic intellegi poteſt, qvod à Jacob ad filos dicitur:* (2) Legi in tabulis cœli, qvæcunqve contingent vobis & filiis veſtris. *Hæc eadem verba, ex hac ipſa ſcriptura nominatim deſumpta, referunt Euſebius Cæſarienſis libro ſexto Evangelicæ Præparationis & Procopius Gazæus in ſua Synopſi totam hanc narrationem rejicit inter Apocrypha ſcripta.* Hucusqve Sixtus Senenſis. Et S. Athanaſii qvidem locus, qvi hic ab Origene citatur, præcedentis capitis paragrapho qvarta integer à me inſertus eſt. Simile autem de jam memorato Joſephi ψευδεπιγράφῳ ſcripto extat judicium apud Bened. Pererium Comment. in Geneſ. cap. 49. v. 1. & 2. his verbis: *Fuit olim non incelebris liber hoc titulo prænotatus, Oratio vel Narratio Joſeph filii Jacobi Patriarchæ, apud veteres tam Hebræos, qvam Chriſtianos non parum habens auctoritatis. Eum librum vocat Origenes Myſticam orationem. Nec mirum placuiſſe ipſi; ſuffragari enim videbatur erroribus ejus. Namqve in ſecundo Tomo explanationis Evangelii Joannis hujus præcipue libri teſtimoniis utitur Origenes ad fidem adſtruendam opinioni ſuæ de incarnatione qvorundam angelorum, qvos ille ad exemplum & imitationem Chriſti aſſumpſiſſe humanum corpus & animum credidit. Et in tomis explanationis libri Geneſeos, ex eo ipſo libro demonſtrare volens, omnes humanorum eventuum ſignificationes & prænotiones in aſtris cœli tanqvam in libris legi poſſe à peritis ſiderum inſpectoribus, ad hunc modum ſcripſit: Univerſum cœlum eſt qvaſi liber qvi-*

(1) *Notabile fragmentum ſuppoſititii libri, cujus titulus* Προσευχὴ Ιωσήφ.

(2) *Secundum ex Origine deſumptum notabile fragmentum* τῆς Προσευχῆς Ιωσήφ.

qvidam apertus, omnia futura in se velut præscripta & prænotata continens. Qvocirca in Oratione Joseph sic intelligi potest illud, qvod Jacob dixit filiis suis: Legi in tabulis cœli, qvæcunqve contingent vobis & filiis vestris. Qvæ verba ex illo ipso libro sumpta refert Eusebius libro sexto Evangelicæ præparationis, & Procopius Gazæus in expositione primi capitis libri Geneseos. Verumenimvero eam Orationem & scripturam abjicit Athanasius in Synopsi, & inter Apocrypha scripta rejicit: nimirum nec astra præsignare possunt futuros eventus hominum, ut à nobis disputatum est in primo tomo Commentariorum nostrorum in Genes. cap. 4. ejus disputationis, qvam contra Astrologos scripsimus: & utut astra præsignificarent res futuras, Jacob tamen non per Astromantiam, sed divino afflatu & spiritu, qvæ commemorantur hoc loco, prædixit. Hæc Pererius. Valeat igitur, qvicunqve demum fuerit hujus supposititii libri auctor, cum nugis suis, & ab iis, qvi sapiunt, & incorruptam amant ac profitentur religionem, præmii loco dignam tanto falsitatis crimine reportet infamiam.

II. *Testamentum Josephi*, qvod extat capite undecimo spurii *Testamenti duodecim Patriarcharum filiorum Jacobi*, de qvo respectu temporis, in qvod obitus Josephi incidit, seqventi potius, qvam hac paragrapho differendum censeo.

IV. Seculi ante Æ. C. XVII. priori parte dimidia, nempe A. M. 2309. ante Æ. C. 1641. obiit Josephus anno ætatis centesimo decimo, cujus ultima ad fratres verba, qvibus ossa sua ex Ægypto in Palæstinam transportari petiit, extant Genes. cap. ult. vers. 24. & 25. Ad hanc igitur ætatem, si genuinum esset, pertineret etiam *Testamentum duodecim filiorum Jacobi*, cujus capite undecimo ultima Josephi ad fratres & filios oratio continetur: verum tantum abest, ut illud à nobis pro genuino sit habendum, ut jam temporibus Origenis inter apocryphos veteris Testamenti libros relatum fuerit. Origenis de hoc scripto testimonium extat Homil. 15. in Josuam (1) his verbis: *Sed & in alio qvodam libello, qvi appellatur Testamentum duodecim Patriarcharum, qvamvis non habeatur in Canone, talem tamen qvendam sensum invenimus, qvod per singulos peccantes singuli Satanæ intelligi debeant.* Idem scriptum intelligendum sine dubio est apud S. Athanasium in Synopsi sacræ scripturæ pag. 134. Tom. II. edit. Commelinianæ, ubi (2) πατριάρχαι, qvod est, ut ego interpretor, *Testamenta duodecim filiorum Jacobi inter* ἀπόκρυφα τῆς παλαιᾶς διαθήκης referuntur. Insignis etiam de hoc libro extat locus apud Bened. Pererium Comment in Genes. cap. 49. vers. 1. & 2. ubi explicationem ultimæ orationis Jacobi Patriarchæ ad filios his verbis orditur: *Mos fuit priscis patribus veteris Testamenti, cum se præsentirent vicinos morti, convocatis filiis & posteris suis vel amicis, aut qvorum ipsi præcipuam gerebant curam, suprema verba loqvi, qvibus aut ventura ipsis prænuntiarent, aut salutaria bene vivendi præcepta & documenta traderent. At licet primus omnium id fecisse legatur in sacris literis Jacob Patriarcha, credibile tamen fit, idem fecisse Adamum, Noe, Abraham & Isaac. Sed qvia novissima illorum oratio nihil habuit insigne & notabile, vel ad prædictionem rerum futurarum, vel ad singularem aliqvam posterorum eruditionem, ob eam opinor causam non est illa literis & memoriæ prodita. Licet autem valde insignis fuerit benedictio illa, qva Isaac benedixit Jacobum, ut narrat Moses Genes. 27. ea tamen non fuit novissima & imminente morte collata, ut hæc Jacobi. Exemplum patris sui Jacob secuti sunt filii ejus, duodecim dico Patriarchas populi Hebræi. Sane ferebatur olim pervetustus liber hac inscriptione: Testamentum duodecim Patriarcharum. In eo multa erant prophetica oracula, graves item ad studium Virtutis Deiqve cultum exhortationes: nonnulla ex libro Henoch inserta vaticinia de iis, qvæ filiis & nepotibus duodecim Patriarcharum eventura erant, de futuris Hebræorum sceleribus & pœnis, de mundi Salvatore ab Hebræis occidendo, & de Judæorum ob illius necis vindictam eversione, captivitate, ac per omnes gentes universumqve orbem terrarum dissipatione. Meminit hujus libri Origenes homilia 15. in Josuam, & Procopius Gazæus in Commentariis suis in Genesin.* Hæc ibi Pererius. Cæterum, qvod nunc extat *Testamentum duodecim Patriarcharum*, Hebrai-

(1) pag. 318. edit. Basil.

(2) Vide supra c. 6. §. 4. p. 50.

braice initio conſcriptum, dein græce translatum, ac demum latinitate donatum fuiſſe traditur à *Roberto* cognomine (1) *Groſſeteſte* ſive *Megacephalo* (2) *Lincolnienſi* in Anglia Epiſcopo, qvi anno Æ. C. 1235. ad Epiſcopalem dignitatem promotus eſt, & an. Æ. C. 1253. obiit. Utrumqve teſtatur celeberrimus Hiſtoriæ Anglorum ſcriptor *Matthæus Pariſienſis* in actis jam memoratorum annorum. Et de promotione qvidem ipſius ad dignitatem Archi-Epiſcopalem hæc refert: *Eodem tempore* (ſcil. *anno Domini* 1235.) *obiit Hugo de Velles Lincolnienſis Epiſcopus, monachorum perſecutor, Canonicorum & omnium malleus religioſorum, ſeptimo Idus Februarii, & ſepultus eſt apud Lincolniam in Eccleſia cathedrali qvarto Idus ejusdem. Cui ſucceſſit Magiſter Robertus cognomento Groſſeteſte: Vir qvidem nimis literatus, à primis annis in ſcholis educatus. Qvi apud Radingum ab Æmundo Cantuarienſi Archi-Epiſcopo conſecratus eſt tertio Nonas Junii, reclamantibus monachis Cantuarienſibus, & allegantibus, ne alibi conſecraretur, qvam in Eccleſia Cantuarienſi.* De morte autem ejusdem Epiſcopi Roberti idem auctor ſic ſcribit: *Anno Domini M CCLIII migravit ab hujusmodi mundi, qvem nunqvam dilexit, exilio, ſanctus Lincolnienſis Epiſcopus Robertus ſecundus apud Bugedonam* (3) *manerium ſuum in nocte ſancti Dionyſii: Domini Papæ & Regis Angliæ redargutor manifeſtus, Prælatorum correptor, Monachorum corrector, Presbyterorum director, Clericorum inſtructor, Scholarium ſuſtentator, Populi prædicator, Incontinentium perſecutor, Scripturarum ſedulus perſcrutator diverſarum, Romanorum malleus & contemptor; In menſa refectionis corporalis dapſilis, copioſus & civilis, hilaris & affabilis: in menſa vero ſpirituali devotus, lachrymoſus & contritus: in officio Pontificali ſedulus, venerabilis & infatigabilis.* Hic igitur Epiſcopus *Robertus Teſtamentum* illud *duodecim Patriarcharum*, de qvo nunc agimus, anno Æ. C. 1242. ex græca lingua in latinam tranſtulit, teſte jam citato Hiſtorico Anglo, qvi eadem (4) ætate floruit. Verba ipſius ea de re hæc ſunt: *Ipſis qvoqve temporibus* (ſc. *anno Domini M. CCXLII.*) *Epiſcopus Lincolnienſis Robertus, Vir in Latino & Græco peritiſſimus, Teſtamenta duodecim Patriarcharum de Græco fideli interpretatione tranſtulit in latinum. Qvæ per multa tempora incognita & abſcondita fuerunt per invidiam Judæorum propter Prophetias de Salvatore in iis contentas. Sed Græci omnium ſcriptorum diligentiſſimi inveſtigatores primi in notitiam illius ſcripti devenientes, illud de Hebræo in Græcum tranſtulerunt, & penes eos usqve in noſtra tempora reſervarunt. Nec tempore beati Hieronymi vel alicujus ſancti interpretis ad* (5) *notitiam Chriſtianorum, machinante Judæorum antiqvorum malitia, potuit qvomodolibet devenire. Illum igitur glorioſum tractatum ad robur fidei Chriſtianæ, & majorem Judæorum confuſionem, tranſtulit plene & evidenter Epiſcopus memoratus de Græco, verbo ad verbum in Latinum, coadjuvante magiſtro Nicolao Græco, clerico Abbatis ſancti Albani.* Hæc Matthæus Pariſienſis. Qvi dum *Teſtamentum duodecim Patriarcharum* ab Epiſcopo *Roberto* latine verſum velut genuinum commendat, craſſam profecto ſimplicitatem ſuam & in examinandis antiqvis monumentis ἀκρισίαν ſatis manifeſte detegit. Si qvis enim jam memoratum opuſculum vel obiter pervolverit, primo animadvertet intuitu, ſummo jure illud à primitiva Eccleſia reprobatum, & inter apocryphos veteris Teſtamenti libros relatum fuiſſe. Qvod porro jam ad editiones *Teſtamenti duodecim Patriarcharum* attinet, antiqviſſima earum, qvæ in notitiam meam pervenerunt, prodiit Lutetiæ Pariſiorum in 12mo An. Æ. C. 1549. Meminit hujus editionis V. Cl. Aubertus Miræus cap. 395. Auctarii de Scriptoribus Eccleſiaſticis eodemqve loco confiſus auctoritati Molani in Bibliotheca ſacra MSta aſſerit, idem Teſtamentum in Bibliotheca ſancta Sixti Senenſis editum eſſe. Sed fruſtra illud ibi qvæſivi, nec præter ea, qvæ hic ſubjuncta ſunt, qvidqvam de ea reperire potui. *Patriarcharum*, inqvit, (6) *duodecim filiorum Jacobi Teſtamentum eſt liber pervetuſtus, qvem ex Hebræo in Græcum translatum latine vertit Robertus Lincolnienſis Epiſcopus. Narrantur in eo plurima tum prophetica oracula, tum adhortamenta ad virtutem ac DEI cultum, qvæ ſinguli Patriarcharum in extremo vitæ die, advocatis ad ſe filiis ſuis ac nepotibus, elocuti ſunt. Multa qvoqve ex libro Henoch inſeruntur in ipſo vaticinia de his, qvæ eventura fuerant filiis ac nepotibus duodecim Patriarcharum; de futuris Hebræorum ſceleribus & pœnis; de mundi Salvatore ab Hebræis occidendo*

(1) *Germ.* Groskopf.

(2) *De* Lincolnia *urbe Angliæ vid. Abraham. Ortel. Theſaur. & Synonym. Geograph. v.* Coritani & Lindon. *Guilielm. Camden. Britan. in deſcript. Comitatus* Lincoln-shire; *& Philip. Cluver. Introduct. Geograph. lib. 3. cap. 21.*

(3) Maneria *vel* Manerium *pro habitatione cum certa agri portione vid. Voſſ. de Vit. ſermon. lib. 3. cap. 23. & Gloſſar. Hiſt. Matth. Pariſ. v.* Manerium.

(4) *Obiit enim anno Æ. C. 1259. Vid. Voſſ. de Hiſt. Lat. l. 2. c. 58.*

(5) *At Origenes & S. Athanaſius ejus ſcripti meminerunt, ut videre eſt præcedenti pagina.*

(6) *Lib. 2. Biblioth. ſanct. pag. 112. edit. Colon. an. 1626. in 4to.*

dendo; de Hebræorum everſione, captivitate ac diſperſione inter gentes perpetua. Meminit hujus operis Origenes homilia decima qvinta in Joſuæ, & Procopius Gazæus in Commentariis trigeſimi octavi capituli Geneſeos. Hæc Sixtus Senenſis: nec plura apud ipſum de Teſtamento duodecim Patriarcharum reperi. Integrum autem extat illud à pag. 1440. usqve 1447. Syntagmatis veterum ſcriptorum Eccleſiaſticorum partim genuinorum, partim ſuppoſititiorum, qvod (1) an. Æ. C. 1555. Baſileæ in fol. typis Henrici Petri ſub titulo *Orthodoxographiæ* impreſſum eſt. Et in hoc qvidem exemplari, qvo ipſe uſus ſum, dividitur Teſtamentum duodecim Patriarcharum in duodecim capita, his diſtincta inſcriptionibus:

(1) *Idem Orthodoxographorum Syntagma prodiit iisdem typis multo auctius anno 1603. ut videre eſt apud Georgium Draudium in Bibliotheca Claſſicap. 451. 452. & 453. edit. an. 1625. ubi Auctores, ſinguli Tomis contenti, ordine recenſentur.*

CAP. I. Teſtamentum *Ruben*, de his qvæ moriturus in mente, ſpiritu prophetico dictante, habuit.
CAP. II. Teſtamentum *Simeon* de invidia.
CAP. III. Teſtamentum *Levi* de ſacerdotio & ſuperbia.
CAP. IV. Teſtamentum *Judæ* de fortitudine, avaritia & fornicatione.
CAP. V. Teſtamentum *Iſachar* de Gula.
CAP. VI. Teſtamentum *Zabulon* de commiſeratione & miſericordia.
CAP. VII. Teſtamentum *Dan* de Ira & mendacio.
CAP. VIII. Teſtamentum *Neptalim* de Bonitate.
CAP. IX. Teſtamentum *Gad* de Odio.
CAP. X. Teſtamentum *Aſer* de duabus faciebus Malitiæ & Virtutis.
CAP. XI. Teſtamentum *Joſeph* de Caſtitate & fraterna dilectione.
CAP. XII. Teſtamentum *Benjamin* de mente munda.

Teſtamenti Ruben hoc eſt principium: *Tranſcriptum Teſtamenti Ruben: qvæcunqve mandavit filiis ſuis priusqvam moreretur in CXXV. anno vitæ ipſius. Poſt annos duos mortis Joſeph ad ægrotantem congregati ſunt, ut viſitarent eum filii & filii filiorum ejus, & dixit eis: Filioli mei ego morior & vado viam patrum meorum. Et videns illic Judam, Gad & Aſer fratres ſuos, dixit eis: Erigite me fratres, ut dicam fratribus meis & filiis meis, qvæcunqve habeo in corde meo abſcondita: deficiens enim ego ſum à modo. Et ſtans oſculatus eſt eos, & plorans dixit: Audite fratres mei, auribus percipite verba Ruben fratris veſtri, qvæcunqve mando vobis. Ecce teſtificor vobis DEum cœli hodie*, &c. Atqvo magis de futilitate hujus ſcripti omnibus conſtet, & qvo qvisqve liberius ac plenius de eo judicare poſſit, operæ pretium me facturum arbitror, ſi caput undecimum, qvo ſupra citatum Joſephi ſuppoſititium Teſtamentum continetur, integre hic inſeruero. Id itaqve ſic ſe habet.

Teſtamentum Joſeph de Caſtitate & Fraterna Dilectione XI.

Tranſcriptum teſtamenti Joſeph cum moriturus erat, vocans filios ſuos, & fratres ſuos, dixit eis: Filii mei, & fratres, audite Joſeph dilectum ab Iſrael, auribus percipite filii patrem veſtrum. Ego ſcivi in vita mea invidiam & mortem, qvibus me fratres mei perdere volebant. Oderunt enim me, & Dominus dilexit me. Ipſi voluerunt occidere me, & Deus patrum meorum cuſtodivit me. In lacum me miſerunt & altiſſimus reduxit me. Venditus ſum in ſervum, & Dominus liberum me fecit. In captivitatem aſſumptus ſum, & fortis manus ejus adjuvit me. In fame detentus ſum, & ipſe Dominus nutrivit me. Deſolatus eram, & DEus conſolatus eſt me. In infirmitate eram, & altiſſimus viſitavit me. In carcere eram, & ſalvator lætificavit me. In vinculis detinebar, & ſolvit me Dominus. In accuſationibus Ægyptiorum ipſe cauſam meam egit, & liberavit ab invidia & dolo & exaltavit me, qvod etiam Phocimar princeps coqvorum Pharaonis credidit mihi domum ſuam. Et periclitatus de vita mea propter mulierem inverecundam, ſollicitantem, ut iniqva agerem cum ipſa, flamma libidinis æſtuante circa pectus illius. In carcerem conjectus ſum, verberibus cæſus & ſubſannatus. Fecit autem Dominus, ut miſericordia commotus

motus sit erga me custos carceris. Non enim derelinquit timentes eum, non in tenebris, nec in vinculis, nec in ullis tribulationibus vel necessitatibus. Non enim ut homo confunditur Deus, neqve ut filius hominis formidat, neqve ut terrenus pavore concutitur, vel repellitur. In omnibus vero locis præsens est, & in gravissimis malis consolatur suos. In brevi recedens ad probandum animi consilia. In decem tentationibus probatum me deprehendit, & in omnibus longanimis fui, qvoniam magna medicina est longanimitas, & multa bona dat sustinentia. Qvoties Ægyptia minata est mihi mortem? qvoties pœnis tradens, revocavit me mulier? qvoties mortem minata cum recusarem rem habere cum ea? Dicebat enim mihi: Dominaberis mihi & omnibus qvæ mea sunt, si tradideris teipsum mihi, atqve gesseris morem mihi, & eris dominator nostri. Ego vero recordatus sum sermonum patris mei Jacob, & ingrediens in thalamum, adoravi Dominum, & jejunavi septem annis, apparui autem Ægyptio eo corporis habitudine qvasi qvi in delitiis vixisset, qvoniam propter DEUM jejunantes faciei gratiam accipiunt. Cumqve dabatur mihi vinum, non bibebam. Et in triduano jejunio accipiebam meam diætam, & tribui eam egentibus & infirmis. Et mane evigilavi ad Dominum, & flevi pro Memphitica Ægyptia, qvoniam multum indesinenter molesta erat mihi. Noctu enim venit ad me qvasi qvæ me invisere vellet, & primo qvidem, qvoniam filius masculus non erat ei, fingebat habere me ut filium. Et oravi ad Dominum, ut daret illi marem. Per hoc tempus autem ut filium me amplexa est, & ego ignorabam. Deniqve me ad fornicationem attrahebat, & intelligens tristatus sum usqve ad mortem, & exeunte ipsa redii ad me ipsum, & tristabar illius causa per dies multos, qvoniam cognovi dolum ejus & errorem. Et dicebam ei verba altissimi, si forte averteretur à concupiscentia sua perniciosa. Multoties ut sancto Viro, in verbis blandita est mihi, non sine dolo laudans castitatem meam coram marito, qvi penitus extinguere me volebat. In manifesto & abscondito dixit mihi: Ne timeas tibi à viro meo. Etenim persuasum est ei de castitate tua, qvoniam & si dixerit aliqvis ei de nobis, non crederet. Propter hæc omnia in terra jacebam ego indutus sacco, & deprecabar Dominum, ut liberaret me Dominus ab Ægyptia. Ubi vero nihil potuit efficere hac via, venit denuo aliis instructa rationibus, videlicet ut disceret verbum DEI ex me, atqve in hunc modum cœpit loqvi: Si vis ut relinqvam idola, obtempera mihi, & Ægyptium persuadebo recedere ab idolis, & in lege Domini Dei tui ambulabimus. His ergo respondi: In immunditia non vult Dominus esse venerantes ipsum, neqve in adulteris beneplacitum est ei. Et ita siluit, desiderans explere concupiscentiam suam. Et ego apponebam orationem & jejunium, ut liberaret me Dominus ab ipsa. Rursus vero alio tempore dicit mihi: si adulterare nonvis, ego occidam Ægyptium, & ita lege accipiam te in virum. Ego autem ut audivi hoc, scidi stolam meam, & dicebam: Mulier, pudeat te qvæso horum coram DEO, & time Dominum, neqve facias tantam perniciosam rem, neqve desperes omnino, ut teipsam devoveas malo. Nam si pergas, ego proferam cogitationes impietatis tuæ. Timens igitur illa, rogabat, ut nulli annunciarem malitiam ejus, & recessit. Jam vero tentabat seducere me donis, mittens mihi omnia qvæ sunt in usum filiorum hominum & misit mihi cibum incantatione conspersum. Et ut venit Eunuchus ferens ipsum, respexi, & vidi virum terribilem tradentem mihi cum disco gladium. Et intellexi qvoniam insidias struerent animæ meæ, & exeunte illo flebam, neqve illum neqve alium aliqvandiu ciborum ipsius gustans. Post unum ergo diem, ipsa veniens ad me, inqvit: Qvid hoc est, qvoniam non comedisti de cibo? Et dicebam ad eam, qvoniam implesti illum morte, scias autem, qvoniam non appropinqvo idolis, sed Domino soli. Nunc igitur cognosce qvoniam DEus patris mei per Angelum revelavit malitiam tuam, & servavi cibum in redargutionem tui, si forte videns illum pœniteas, aut discas, qvoniam his qvi in castitate Dominum venerantur, non prævalet malitia impie agentium. Et accipiens coram ipsa comedi, dicens: DEus patrum meorum & Angelus Abraham erit mecum. Illa vero cecidit in faciem suam ad pedes meos & flevit. Et erigens illam multis adhortatus sum ipsam, & promisit se non esse facturam posthac amplius impietatem hanc. Qvoniam vero cor ipsius exarserat ad adulterium ingemiscens, suspiria trahens ab imo pectore dejecit vultum. Videns vero eam Ægyptius dicit ad eam: Qvid concidit facies tua? Illa vero dixit: Dolore cordis ego doleo, & gemitus spiritus mei continet me. Et curabat eam non ægrotantem. Tunc insiluit ad me adhuc, foris existente viro suo, & dicit mihi: Suffocor, vel in puteum, vel in præcipitium projicio me ipsam, nisi mihi obtemperaveris. Et intel-

intelligens, qvoniam spiritus Beliar ipsam conturbat, orans Dominum, dixi ei: Tu qvid turbaris, aut qvid tumultuaris in peccatis excœcata? Recordare, qvoniam si occidas teipsam, Sechen concubina viri tui invidens tibi, colaphos infringet filiis tuis, & perdet memoriam tuam de terra. Et dicit ad me: Eja age, video qvod adhuc aliqva tibi mei cura relicta est. Satis habeo qvod protegis vitam meam & filiorum meorum, bona me spes habet futurum & potior desiderio meo. Et non cognovit, qvoniam propter Deum meum dixi ita, & non propter ipsam. Si enim aliqvis passioni succumbat desiderii perniciosi, huic servus efficitur, ut & illa. Et si bonum aliqvid audierit in passione qva vincatur, accipit illud ad desiderium perniciosum. Dico vobis filii, qvoniam hora erat qvasi sexta, qvando exivit à me, & ego genu flectens oravi ad Dominum per totum diem & totam noctem conjungens. Circa diluculum surrexi lacrymans, ut liberaretur tandem Ægyptia. In fine igitur apprehendit mea vestimenta violenter, attrahens me ad concubitum. Ut igitur vidi, qvoniam insaniret violentia, ac vi teneret vestimenta mea, nudus effugi. Illa vero calumniata est me apud virum suum, qvi misit me in carcerem, qvi erat in domo regis. Seqventi die, ubi flagris probe cæsus fueram, rursus conjectus sum in carcerem. Et cum vinctus jacerem in compedibus Ægyptia infirmata est nimio dolore, & auscultabat, qvaliter laudarem Dominum, existens in domo tenebrarum. Ego autem hilari voce gaudens, glorificavi Deum meum solum, qvod per hanc occasionem amovebar ab Ægyptia, ipsa tamen non destitit instare ac dicere: Age, accipe conditionem qvam offero tibi, ac imple desiderium meum, & liberabo te à vinculis, & eripiam te ex tenebris. Verum usque adeo nihil potuit persuadere mihi, ut ne cogitatione qvidem in vota ejus fuerim inclinatus. Diligit enim Deus magis eum, qvi in lacu tenebrarum jejunat in castitate, qvam cum qvi in thalamis deliciatur cum luxuria. Qvi autem in castitate vivit, & vult gloriam, & si noverit altissimus qvod expediat, tribuit ei & hoc, qvemadmodum & mihi. Multoties infirmata descendit ad me immature, & audivit vocem mei orantis & acrius instabat. Intelligens vero ego suspiria ejus, silui. Etenim qvum eram in domo ejus, nudavit brachia sua, pectora & tibias, qvo me in amorem sui accenderet, nimis enim erat pulchra, maximeqve ornata, ut me deciperet, sed Dominus custodivit me ab operationibus ipsius. Videte igitur filii mei, qvanta operatur sustinentia & oratio cum jejunio. Et vos igitur si sobrietatem & castitatem dilexeritis in sustinentia & humilitate cordis, Dominus habitabit in vobis, qvoniam dilexit sobrietatem. Ubi vero habitat altissimus, etsi incidat in invidiam vel servitutem vel columniam, Dominus qvi in ipso habitat, non solum propter castitatem hunc à malis liberat, sed exaltat qvoqve & glorificat ipsum sicut & me. Omnino enim hic vel in opere, vel in verbo, vel in cogitatione continetur. Cognoverunt fratres mei, qvaliter dilexit me pater meus & non exaltatus sum in corde meo, qvamvis puer existens habebam timorem DEI in mente mea. Silui & moderabar meipsum, & honorabam fratres meos, qvos timebam. Silui venditus, ut non dicerem Ismaelitis genus meum, qvoniam filius eram Jacob Viri magni & potentis. Et vos igitur habete in actu vestro DEI timorem & honorate fratres vestros. Omnis enim qvi facit legem Domini, diligetur ab ipso. Veniens enim ad (1) Indoculpitas cum Ismaëlitis interrogabant me, & ego dicebam, qvoniam servus ipsorum sum ex domo, ut non confunderem fratres meos. Dicit autem major eorum: Non es servus, qvoniam & affectus tuus ostendit de te, & minatus est mihi usqve ad mortem. Ego vero dicebam, qvoniam servus ipsorum sum. Ut autem venimus in Ægyptum, de me decertabant qvis ad thesaurum acciperet me, & placuit omnibus, ut essem in Ægypto apud negotiatorem negotiationis ipsorum, usqve qvo reverterentur ferentes negotiationem, & Dominus dedit mihi gratiam in oculis negotiatoris, & credidit mihi domum suam & benedixit eum Dominus in manu mea. Et dedit Dominus ei copiam argenti & auri. Et eram cum ipso mensibus tribus & diebus qvinqve. Hoc tempore transivit Memphitica mulier Pethefri in gloria multa, & injecit super me oculos suos, qvoniam dixerant ei eunuchi de me, & dicit viro suo de negotiatore, qvoniam ditatus esset in manu juvenis cujusdam Hebræi; & dicebant qvod furati essent eum de terra Chanaan. Nunc ergo fac eum eo judicium & aufer juvenem in dispensatorem tuum, & benedicet te Deus Hebræorum, qvoniam gratia ex cœlo est in ipso. Pethefris vero persuasus verbis ipsius, jussit adduci negotiatorem, & dicit ei: Qvid hic audio, qvoniam furaris animas ex terra Hebræorum in pueris vendendis? cadens igitur negotiator in faciem suam, rogabat

(1) *Legendum videtur* Indo colpitas, *h. e. Indici sinus accolas.*

bat dicens: Rogo te Domine non novi qvod dicis. Ille vero dicit: Unde igitur tibi iste Hebræus? & dicit: Ismaelitæ commendaverunt mihi ipsum, usqve qvo revertantur. Et non credidit, & jussit flagellari ipsum. Sustinente vero eo, dicit Pethefris: Adducatur juvenis, & inductus adoravi principem eunuchorum. Tertius enim erat in dignitate apud Pharaonem princeps omnium eunuchorum habens uxorem & filios & concubinas. Et cum me seorsum duxisset, dixit mihi: Servus es vel liber? Et dicebam: Servus. Et dicit ad me: Cujus es servus. Et dico ei: Ismaelitarum. Et rursus dicit mihi: Qvaliter ipsorum effectus es servus? Et dicebam: Qvoniam ex terra Chanaan emerunt me. Ille vero non credidit, dicens: Sane mentiris. Et nudum jussit me flagellari. Memphitica vero vidit per fenestram flagellatum me, & mittit ad virum suum, dicens: Injustum est judicium tuum, qvoniam & furatum liberum punis injuste agentem. Ubi autem non mutavi verba, denuo flagellatum jussit custodiri me, usqveqvo veniant (ait) Domini pueri. Et uxor ejus dicit ad eum: Propter qvid detines captivum & nobilem puerum, qvoniam oportuit magis dimitti eum atqve te flagellari? voluit enim me videre in desiderio peccati, & ignorabam de omnibus his. Ille vero dixit ad Memphiticam: Non est honestum apud Ægyptios, ante ostensionem auferri aliena, hoc dixit de negotiatore & de me qvando debui inclusus teneri. Post viginti vero & qvatuor dies venerunt Ismaelitæ, & audientes qvoniam Jacob pater meus tristatur de me, dixerunt ad me: Qvid est, dixisti teipsum servum esse & ecce cognovimus, qvoniam es filius viri magni in terra Chanaan, & testatur pater tuus in sacco. Et rursus volui lachrymari, & continui meipsum, ut non confunderem fratres meos. Et dixi ego: Istud non novi, servus sum. Tunc inibant consilium, qvo me venderent, ne invenirer in manibus eorum. Timuerunt enim Jacob, ne ulcisceretur se de ipsis. Auditum est enim, qvod esset magnus apud DEum & homines. Tunc dicit negotiator eis: Redimite eum nunc à judicio Pethefri. Audientes igitur petebant me, dicentes: Qvoniam argento emptus est à nobis, & ille absolvit me, Memphitica vero ostendit viro suo, ut emeret me: Audio enim (ait) qvoniam vendunt eum. Et misit eunuchum ad Ismaelitas, petiit me in venditionem, & non volens facere cum eis reversus est. Eunuchus vero & cum tentasset, ostendit Dominæ qvoniam ingens petiverit pretium pueri. Illa vero misit alterum eunuchum, dicens: Et si duas minas auri petiverit, vide ne parcas auro, tantum emas puerum, & duc ad me: Ille vero dedit octoginta aureos pro me: centum dicens Ægyptiæ datos esse pro me: Et videns ego silui, ut non exqvireretur eunuchus. Videte filii quanta sustinui, diligite adinvicem, & in longanimitate ejicite adinvicem ex animo simultates. Delectatur enim DEus de concordia fratrum, & in electione cordis probati in dilectione. Qvando autem venerunt fratres mei in Ægyptum, & cognoverunt me, reddidi argentum eis, & non exprobravi qvicqvam illis, sed & consolatus sum eos. Et post mortem Jacob abundantius dilexi eos, & omnia qvæcunqve jussit feci ex abundanti. Et admirabantur. Non enim dimisi eos tribulari usq; ad parvam rem. Et omne qvod erat in manu mea eis dedi, filii eorum filii mei apud me habiti sunt. Et filii mei ut servi eorum. Anima eorum anima mea, & omnis dolor eorum, dolor meus, & omnis infirmitas eorum, infirmitas mea. Terra mea terra eorum, consilium meum, consilium eorum. Et non exaltavi meipsum in eis in superbia propter mundanam gloriam meam. Sed eram in eis sicut unus minimorum. Si igitur & vos ambuletis in mandatis Domini, filii mei, exaltabit & vos Dominus & benedicet vobis in bonis perpetuo. Etsi voluerit qvis male facere vobis, vos in benignitate orate pro eo, & ab omni malo liberabimini per Dominum. Ecce enim videtis, quoniam propter longanimitatem filiam Dominorum meorum accepi in uxorem, & centum talenta auri mihi data sunt cum ea. Qvoniam eos DEus mihi servire fecit, & pulchritudinem dedit mihi, ut qvasi flos super pulchros forem in Israel. Et custodivit me usqve ad senectutem in virtute & pulchritudine, qvoniam ego similis in omnibus Jacob extiteram. Audite filii mei & qvæ vidi somnia. Duodecim cervi pascebantur, & novem divisi sunt, & dispersi in terra, Similiter & tres vidi, qvoniam ex Juda nata est virgo, habens stolam byssinam, & ex ipsa prodiit agnus immaculatus. Et à sinistris ejus agni ut leo, & omnes bestiæ impetum fecerunt adversus eum. Et vicit eas agnus, & perdidit in conculcationem, & gaudebant in eo angeli & homines & omnis terra. Hæc autem fient in tempore suo in ultimis dierum. Vos igitur filii mei custodite mandata Domini, & honorate Judam & Levi, qvoniam ex ipsis orietur vobis agnus DEI, gratia

sal-

salvans omnes Gentes & Israel. Regnum enim ejus regnum æternum, qvod non præteribit. Meum enim regnum in vobis consumatur, ut pomorum custodia, qvoniam post messem non apparebit. Novi qvoniam post mortem meam Ægyptii tribulabunt vos, sed DEUS faciet ultionem vestram. Et inducet vos in repromissionem patrum vestrorum. Sed comportate ossa mea vobiscum, qvoniam si reduxeritis ossa mea, Dominus in luce erit vobiscum, contra Ægyptios. Et Beliar in tenebris erit cum Ægyptiis. Et Zelpham matrem vestram reducite, & prope Ballam juxta Hypodromum proximam Rachel ponentes eam. Et hæc dicens, extendens pedes suos, dormivit somnum secularem. Et planxerunt eum omnes filii Israel & omnis Ægyptus planctu magno. Etenim & Ægyptiis, ut propriis membris compassus est, & benefecit omni tempore consilio & re assistens. Hucusqve, si Diis placet, Josephum Patriarcham loqventem audivimus; unde ὡς ἐξ ὄνυχος satis opinor elucere, qvid de toto duodecim Patriarcharum testamento judicandum sit. Sane qvi tam frivolum ac futile scriptum pro genuino Patriarcharum fœtu, historiaqve Mosaica antiqviori monumento habuerit, huic ego, tanqvam extrema ἀναισθησία sive stupiditate laboranti, nihil non persuaderi posse existimo. Qvod superest, graviter errat *Joannes Trithemius*, dum Robertum Episcopum Lincolniensem, qvi Testamentum duodecim Patriarcharum latine vertit, inter eos, *qvi anno Æ. C.* 1140. *claruerunt*, enumerat. Qvem errorem secutus est *Joannes Heroldus* in Enarratione Auctorum, supra memoratæ Orthodoxographiæ, Basileæ an. 1555. editæ præfixa, ubi de Testamento duodecim Patriarcharum & latina ejus translatione sic scribit: *Testamentum Patriarcharum*, (1) *mysteriis plenum, Episcopus Lincolniensis Robertus Megacephalos latinum reddidit; qvapropter & ipse sua laude vehendus erit, qvi vir doctus alia plura scripsit, & claruit circa an. Domini M CXL.* Hæc Heroldus. In eundem lapidem impingit doctissimus Chronologus Sethus Calvisius, qvi in magno opere Chronologico ad an. post C. 1150. suam de Episcopi Roberti ætate sententiam his verbis exprimit: *Rupertus Episcopus Lincolniensis, qvi scripsit de computo, de Sphæra, de Calendario floret. Trithem.* Verumenimvero minime dubium est, qvin Trithemii, Heroldi & Calvisii de Episcopi Roberti ætate testimoniis sine controversia longe præferenda sit auctoritas Matthæi Parisiensis, utpote qvi ipsi fuit σύγχρονος. Secundum (2) hunc igitur Robertus ad Episcopalem dignitatem evectus est an. Æ. C. 1235. Testamentum duodecim Patriarcharum latine transtulit an. Æ. C. 1242. mortuus deniqve est an. 1253. Et hæc qvidem de Roberti Lincolniensis latino duodecim Patriarcharum Testamento in præsens dicta sufficiant; de reliqvis autem ejusdem scriptis, qvæ in Bibliotheca Gesneri & ejus Appendice, nec non in Thomæ Jamesii Catalogo Bibliothecæ publicæ Oxoniensis recensentur, suo deinceps loco, si Deus vitam, vires atqve otium concesserit, accurate differam.

(1) *Immo nugis plenum.*

(2) *Ipsa Matthæi Paris. verba vide supra p. 66.*

V. Eodem seculo ante Æ. C. XVII. cum Patriarcha Josephus in Ægypto adhuc dominaretur, floruit *Zoroastres secundus*, de qvo apud Svidam hæc leguntur: Ζωροάστρης περσομήδης, σοφὸς παρὰ τοῖς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ. ὃς καὶ πρῶτος ἤρξατο τοῦ παρ' αὐτοῖς πολιτευομένου ὀνόματος τῶν μάγων. ἐγένετο δὲ πρὸ τῶν τρωϊκῶν ἔτεσι φ'. Φέρεται δὲ αὐτοῦ περὶ φύσεως βιβλία δ'. περὶ λίθων τιμίων ἕν. ἀστεροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ (malim legi ἀποτελέσματα) βιβλία ε'. h. e. interprete Porto: *Zoroastres Persomedus, cæteros Astronomos sapientia superans, qvi etiam fuit primus autor nominis Magorum apud ipsos recepti. Fuit autem annis qvingentis ante bellum Trojanum. Circumferuntur ejus libri qvatuor de Natura: de pretiosis lapillis sive de gemmis unus: Prædictionum ex inspectione stellarum libri qvinqve.* Hæc Svidas: qvæ cum uberiori explanatione indigeant, distincte progrediar, &, argumento hoc in qvatuor partes diviso, primo qvidem de *cognomine* hujus Zoroastris; secundo de *ætate* ejusdem; tertio de *ratione vitæ ac studiorum* ipsius; qvarto deniqve de *scriptis*, qvæ falso illi attribuuntur, ordine differam. Qvod I. igitur ad *cognomen* Zoroastris secundi attinet, vocatur is à Svida ad differentiam Zoroastris primi sive Bactriani Περσομήδης, h. e. *Persa simul atqve Medus*, eadem, ut opinor, ratione, qva Cyro Monarchiæ Persicæ fundatori hoc nomen convenit, qvi patrem qvidem *Cambysen* natione Per-

Perſam, matrem autem *Mandanen* Aſtyagis Medorum Regis filiam habuit. Neqve vero ſolus Svidas Zoroaſtrem, de qvo nunc agitur, è Perſia & Media oriundum fuiſſe teſtatur, ſed cum alii plures probatisſimi antiqvi ſcriptores, tum vel inprimis Clemens Alexandrinus, qvi ipſum Stromat. lib. 1. pag. 304. *Ζωροάστρην τὸν μάγον τὸν Πέρσην*, & eodem libro pag. 334. *Ζωροάστρην τὸν Μῆδον* nuncupat. Qvo ſenſu autem Zoroaſtres jam citato loco à Clemente *μάγος* appelletur, paulo poſt indicabitur. Qvod interim II. ad *ætatem* Zoroaſtris Perſomedi attinet, qvatuor de ea repperi diverſas opiniones, qvarum prima eſt *Eudoxi* & *Ariſtotelis*, qvi, teſte Plinio Zoroaſtrem hunc ſex millibus annorum ante Platonis mortem floruiſſe prodiderunt. Ipſa Plinii verba Hiſt. nat. lib. 30. c. 1. hæc ſunt: *Magia ſine dubio orta eſt in Perſide à Zoroaſtre, ut inter auctores convenit. Sed unus hic fuerit, an poſtea & alius, non ſatis conſtat. Eudoxus, qvi inter ſapientiæ ſectas clariſſimam utiliſſimamqve eam intelligi voluit, Zoroaſtrem hunc ſex millibus annorum ante Platonis mortem fuiſſe prodidit. Sic & Ariſtoteles.* Hæc Plinius: unde ſeqvitur, qvod ridiculum dictu eſt, Zoroaſtrem *bis mille trecentis nonaginta octo* annis creatione Mundi antiqviorem eſſe; qvippe cum ex Hermippi teſtimonio, qvod à Laertio in principio vitæ Platonis citatur, certo conſtet, Platonem primo anno Olympiadis centeſimæ octavæ, h. e. ſecundum Calviſium A. M. 3602. decesſiſſe. Secunda de Zoroaſtris Perſomedi ætate opinio eſt *Hermodori Platonici* & *Hermippi*, qvi ut Laertius in Proœmio Operis de Vitis Philoſophorum & Plinius Hiſt. Nat. lib. 30. cap. 1. teſtantur, à principe Magorum Perſicorum Zoroaſtre usqve ad excidium Trojæ annos qvinqvies mille ſupputarunt. Laertii verba hæc ſunt: *ἀπὸ δὲ τῶν μάγων, ὧν ἄρξαι Ζωροάστρην τὸν Πέρσην, Ἑρμόδωρος μὲν ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ περὶ μαθημάτων φησὶν εἰς τὴν Τροίας ἅλωσιν ἔτη γεγονέναι πεντακισχίλια.* h. e. *A Magis, qvorum Principem fuiſſe Zoroaſtrem Perſam memoriæ proditum eſt, Hermodorus Platonicus in libro de diſciplinis usqve ad excidium Trojæ annos qvinqvies mille computat.* Hermippi autem teſtimonium jam citato Hiſtoriæ naturalis loco à Plinio ſic commemoratur: *Hermippus, qvi de tota ea arte* (ſc. Magica) *diligentiſſime ſcripſit, & vicies centum millia verſuum à Zoroaſtre condita indicibus qvoqve voluminum ejus poſitis explanavit, præceptorem à qvo inſtitutum diceret, tradidit Azonacem, ipſum vero qvinqve millibus annorum ante Trojanum bellum fuiſſe.* Ejusdem opinionis, non nominatis tamen auctoribus, meminit Plutarchus de Iſide & Oſiride his (1) verbis: *νομίζουσι γὰρ οἱ μὲν θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνους· τὸν μὲν γὰρ ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν. οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, θεὸν, τὸν δὲ ἕτερον δαίμονα καλοῦσιν. ὥσπερ Ζωροαστρις* (leg. *Ζωροάστρης*) *ὁ μάγος, ὃν πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν τρωϊκῶν γεγονέναι πρεσβύτερον ἱστοροῦσιν.* h. e. *Exiſtimant enim alii duos eſſe Deos, qvaſi contrariis deditos artibus, ut bona alter, alter mala opera conficiat. Alii eum, qvi eſt melior, Deum: qvi deterior, dæmonem dicunt. In qua ſententia fuit Zoroaſtres Magus, qvem referunt qvinqvies mille annis antiqviorem bello Trojano exſtitiſſe.* Secundum hanc itaqve ſupputationem Zoroaſtres bis mille ducentis triginta tribus annis creationem Mundi anteceſſit. Excidium enim Trojæ incidit ſecundum Calviſium aliosqve probatisſimos Chronologos, qvi Scaligerum ſeqvuntur, in A. M. 2767. qvi ſi ſubtrahatur ab annis qvinqvies mille, qvot interceſſiſſe dicuntur inter ætatem Zoroaſtris & Trojæ *ἅλωσιν*, remanent anni 2233. qvibus ſecundum jam memoratam traditionem Zoroaſtres ipſa omnium rerum creatione antiqvior fuiſſe traditur. Tertia de ætate Zoroaſtris Perſomedi opinio eſt *Svidæ*, qvi ipſum qvingentis ante excidium Trojæ annis floruiſſe tradit, ut ſupra ex ipſius verbis, qvæ hic repetere ſuperfluum foret, clarisſime apparet. Qvarta de ejusdem Zoroaſtris ætate opinio eſt *Xanthi Lydi*, qvi, teſte Laertio, Zoroaſtrem *ſexcentis annis* ante Xerxis tranſitum in Græciam vixiſſe memoriæ prodidit. Ipſa Laertii verba in proœmio Operis de Vitis Philoſophorum hæc ſunt: *Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς εἰς τὴν Ξέρξου διάβασιν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου ἑξακόσια ἔτε γεγονέναι φησί.* *Xanthus vero Lydus à Zoroaſtre usqve ad Xerxis tranſitum ſexcentos annos enumerat.* Hæc Laertius: qvæ ſi vera ſint, vixit *Zoroaſtres Perſomedus* ſeculo ante Æ. C. undecimo, in qvod Davidis ac Salomonis Regum Hebræorum res geſtæ inciderunt. Ut igi-

(1) *pag. 369. Tom. II. Operum. Plutarchi edit. Francof. 1620 fol. gr. lat.*

igitur ex qvatuor hisce opinionibus priores duæ sine controversia falsissimæ sunt, & idcirco refutatione non indigent, sic ex duabus posterioribus, qvas in medium relinqvo, qvisqve alterutram arbitratu suo eligat, qvam tueatur. Qvod jam IIItio ad *rationem vitæ ac studiorum* Zoroastris Persomedi attinet, notandum *primo* est, ipsum à Platone in Alcibiade priore vocari Ζωροάστρην τοῦ Ὡρομάζου sive Ὡρομάσδου; unde apparet Zoroastrem hunc creditum fuisse filium boni illius DEI, qvem ipse Ὡρομάζην sive Ὡρομάσδην appellavit, ut jamjam prolixius narrabitur. *Secundo* notandum est, huic Zoroastri à Plinio attribui, qvod à (1) S. Augustino de Zoroastre Bactriano memoratur, nempe ipsum eodem die, qvo natus est risisse, & cerebrum insolito ac plane prodigioso motu palpitasse. Verba Plinii Hist. nat. lib. 7. cap. 16. ea de re hæc sunt: *Risisse eodem die, qvo genitus esset, unum hominem accepimus Zoroastrem. Eidem cerebrum ita palpitasse, ut impositam repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ.* *Tertio* notandum est, Præceptorem Zoroastris *Azonacem* à Plinio appellari lib. 30. cap. 1. ubi ait: *Hermippus, qvi de tota arte Magica diligentissime scripsit, præceptorem, à qvo Zoroastrem institutum diceret, tradidit Azonacem.* Ex eodem Hermippi Smyrnæi opere περὶ μάγων, cujus jam citato loco Plinius & Laertius in proœmio mentionem faciunt, desumptum etiam est notabile illud, sed perobscurum de Zoroastre Magorum Persicorum principe testimonium, qvod extat apud Arnobium Disputat. advers. gentes lib. 1. his verbis: *Age nunc veniat qvis super igneam Zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur autori: Bactrianus & ille conveniat, cujus Ctesias res gestas historiarum exponit in primo.* Hæc Arnobius secundum editionem Romanam, qvæ an. 1583. prodiit, ut & secundum editionem Gebhardi Elmenhorstii civis nostri, qvæ Hamburgi an. 1610. in fol. excusa est. Sed ut verum fatear, priorem partem Arnobiani hujus loci non capio, nec, qvid sibi velit, *Zoroastrem Magum super igneam Zonam interiore ab orbe venisse*, perspicere hactenus ita potui, ut interpretatione congrua plene mihi satisfacerem. Itaqve hic solenne illud Pyrrhonis, οὐ καταλαμβάνω, ingenue pronuncio, & jam citata Arnobii verba aut mendo laborare, aut ob defectum deperditæ historiæ Magorum Hermippi non nisi divinatione explicari posse arbitror. Interim hoc moneo, in prima Arnobii editione, qvæ Romæ an. 1542. in fol. prodiit, supra allegata verba sic concepta & distincta esse: *Age nunc veniat, qvi super igneam Zonam, Magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur autori.* Unde an qvid idonei colligi possit, viderint, qvibus majus qvam mihi ad hoc investigandum est otium. *Qvarto* notandum est, referente eodem Plinio lib. 11. cap. 24. *Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis viginti, ita temperato, ut vetustatem non sentiret.* Ego sane Zoroastrem nulla alia de causa tamdiu in desertis vixisse existimo, qvam ut separatus à commercio hominum, tenuiqve alimento καὶ σώματος ὑγίειαν καὶ ψυχῆς ὀξύτητα sustentans, eo melius studio Philosophico, ac inprimis qvidem Astronomicis observationibus vacare & intentus esse posset. Qvod idem amore scientiæ *Prometheus* qvoqve & *Atlas*, & *Democritus*, & alii ejus generis speculatores naturæ antiqvitus fecerunt, ut posthac latius commonstrabitur. *Qvinto* notandum est, unanimi omnium veterum scriptorum consensu ab eodem *Zoroastre Persomedo* originem derivari celeberrimæ illius Persarum *Magiæ*, cujus tanta apud illos fuit dignitas & honos, ut ipsi etiam Reges ab ineunte ætate operam ei dederint. Hoc enim nos docet Plato in Alcibiade priore, ubi Regum Persarum educationem sic commemorat: ἐπειδὰν δὲ ἑπτέτεις γένωνται οἱ παῖδες, ἐπὶ τοὺς ἵππους καὶ ἐπὶ τοὺς τούτων διδασκάλους φοιτῶσι· καὶ ἐπὶ τὰς θήρας ἄρχονται ἰέναι. δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν, τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν, οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες. ὅ, τε σοφώτατος, καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου. (ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία) διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. ὁ δὲ δικαιότατος, ἀληθεύειν διὰ παντὸς τοῦ βίου· ὁ δὲ σωφρονέστατος, μηδ᾽ ἀπὸ μιᾶς ἄρχεσθαι τῶν ἡδονῶν. [ἵνα ἐλεύθερος εἶναι ἐθίζηται, καὶ ὄντως βασιλεὺς, ἄρχων πρῶτα τῶν ἐν αὑτῷ, ἀλλὰ μὴ δουλεύων) ὁ δὲ ἀνδρειό-

(1) Vid supra cap. 5. §. 4. pag. 33.

τατος, ἄφοβον καὶ ἀδεᾶ παρασκευάζων, ὅταν δέιση, δοῦλον ὄντα. h. e. *Cum autem pueri ſeptimum ætatis annum impleverunt, eqvos conſcendunt & eqvorum magiſtros freqventant, & venari incipiunt. Anno a. 14. puerum ſuſcipiunt ii, qvos illi regios Pædagogos appellant. Sunt vero ii è Perſis ſelecti qvatuor conſtantis ætatis viri, ſapientiſſimus, juſtiſſimus, temperantiſſimus atqve fortiſſimus, qvorum primus Magiam docet Zoroaſtris filii Oremazi: eſt autem illa deorum cultus: atqve idem tradit inſtituta regia. Secundus admonet, ut in omni vita ſit verax. Tertius ne ulla cupiditate ſuperetur, ut liber vivere conſueſcat, ac revera Rex, imperans iis ante omnia, qvæ in ipſo ſunt, nec ulli ſerviens. Qvartus deniqve impavidum illum & intrepidum reddit, ne qvando qvippiam metuens ſervus fiat.* Hæc Plato de *Magia Perſica*, qvæ Apulejus in Apologia, qva ipſe ſe defendit publico de Magia judicio, perperam in excuſationem ſui detorqvet, & ad maleficam illam magiam, qvæ γοητέιας nomine comprehenditur, falſo accommodat. Sed audiamus ipſum: *Hem tibi*, inqvit, *illa accuſatio jurgiis inita, verbis aucta, argumentis defecta, nullis poſt ſententiam tuam reliqviis calumniæ permanſura, qvæ qvidem omnis Æmiliano fuit in iſto uno deſtinata, me Magum eſſe: & ideo libet mihi qværere ab eruditisſimis ejus advocatis, qvid ſit Magus. Nam ſi, qvod ego apud plurimos lego, Perſarum lingua Magus eſt, qvi noſtra ſacerdos, qvod tandem eſt crimen, ſacerdotem eſſe? & rite noſſe, atqve ſcire, atqve callere leges ceremoniarum, fas ſacrorum, jus religionum? Siqvidem Magia id eſt, qvod Plato interpretatur,* θεῶν θεραπείαν, *cum commemorat, qvibusnam diſciplinis puerum regium adoleſcentem Perſæ imbuant: Verba ipſa divini viri memini, qvæ tu mecum maxime recognoſce, dicentia:* δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν, τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν, οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν· εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες· ὅ, τε σοφώτατος, καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὠρομάζου. ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία· διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. *Auditisne Magiam, qvi eam temere accuſatis, artem eſſe Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam ſcilicet & divini ſcientem, jam inde à Zoroaſtre & Oromaze auctoribus ſuis nobilem, cœlitum antiſtitem? qvippe inter prima regalia docetur: nec ulli temere inter Perſas conceſſum eſt Magum eſſe, haud magis qvam regnare.* Hucusqve Apulejus, qvi profecto, ut ſcenæ ſuæ inſerviat, nimium hic Platonis autoritate & teſtimonio abutitur: qvippe ex cujus verbis minime colligi poteſt, Perſarum Magos *maleficæ Magiæ* operam dediſſe, ejusqve exercitium à Platone tanqvam maxime piam atqve licitam θεῶν θεραπείαν probari & commendari. Cæterum qvod apud Platonem per *Zoroaſtrem* τοῦ Ὠρομάζου haud alius intelligendus ſit, qvam *Zoroaſtres Perſomedus*, docet Svidas tam eo loco, qvem in principio hujus paragraphi integrum appoſui, qvam in explicatione vocis Μάγοι, ubi ait: Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι· ὧν ἦρχε Ζωροάστρης· καὶ μετὰ τοῦτον κατὰ διαδοχὴν Ὠστάναι καὶ Ἀστραμψυχοι. Item in expoſitione vocis μαγικὴ, ταύτην, inqvit, ἐφεῦρον μῆδοι καὶ πέρσαι, ἡ διαφέρουσα τῆς γοητείας καὶ αὐτῆς φαρμακείας. Huc etiam facit Plinii locus Hiſt. nat. lib. 30. cap. 1. *Magia ſine dubio orta in Perſide à Zoroaſtre, ut inter auctores convenit. Sed unus hic fuerit an poſtea & alius, non ſatis conſtat.* Idem confirmat Agathias lib. 2. ubi de Perſis eorumqve moribus & inſtitutis agit, his verbis: ἀλλοίοις δὲ τισι καὶ οἷον νενοθευμένοις χρῶνται νομίμοις ἐκ τῶν Ζωροάστρου τοῦ Ὀρμάσδεως διδαγμάτων κατακηληθέντες. Οὗτος δὲ ὁ Ζωρόαδος (leg. Ζωροάστρης) ἤτοι Ζαράδης (διττὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἡ ἐπωνυμία) ὁπηνίκα μὲν ἤκμασε τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς νόμους ἔθετο, οὐκ ἔνεστι σαφῶς διαγνῶναι. Πέρσαι δὲ αὐτὸν οἱ νῦν Ὑστάσπεω, οὕτω δή τι ἁπλῶς φασὶ γεγονέναι, ὡς λίαν ἀμφιγνοεῖσθαι, καὶ οὐκ εἶναι μαθεῖν, πότερον Δαρείου πατὴρ, εἴτε καὶ ἄλλος οὗτος ὑπῆρχεν Ὑστάσπης· ἐφ' ὅτῳ δ' ἂν ἤνθησε χρόνῳ, ὑφηγήτης αὐτοῖς ἐκεῖνος καὶ καθηγεμὼν τῆς μαγικῆς γέγονεν ἁγιστείας. h. e. *Alienis vero ac veluti adulterinis inſtitutis utuntur, Zoroaſtris filii Oromaſdæ diſciplina deliniti. Ille vero Zoroaſtres aut Zaradus (utrumqve enim nomen habuit) qvando primum floruerit & leges condiderit, liqvido non conſtat. Perſæ vero hujus ætatis ſub Hyſtaſpe ſimpliciter fuiſſe dicunt, ita ut valde ambigatur neqve certo ſciri poſſit, utrum Darii pater an alius qviſpiam hic Hyſtaſpes fuerit. Qvocunqve vero tempore floruit, autor eis ac dux Magicæ religionis extitit.* Hæc Agathias. De reliqvo obſervatu dignum eſt, Magos à Svida loco jam citato vocari φιλοθέους καὶ φιλοσόφους.

His

His enim verbis abunde indicatur, Magiam illam Perſicam in duas partes diviſam fuiſſe, curam videlicet atqve adminiſtrationem cultus divini & ſtudium Philoſophiæ tam theoreticæ, qvam practicæ. Et de *ſacerdotio* qvidem *Magorum*, qvos Strabo lib. 15. vocat ὑφηγουμένους τὰ περὶ τοὺς θεούς, innumera apud veteres auctores extant teſtimonia, qvæ hic inſerere nimis prolixum foret. Singulare autem inprimis eſt illud, qvod extat apud Ammianum Marcellinum lib. 23. his verbis: *Hujus originis* (ſc. Magorum) *apud veteres numerus erat exilis, ejusqve myſteriis Perſicæ poteſtates in rebus faciendis divinis ſolenniter utebantur. Eratqve piaculum, aras adire vel hoſtiam contrectare, anteqvam Magus conceptis precationibus libamenta diffunderet præcurſoria. Verum aucti paulatim, in amplitudinem gentis ſolidæ conceſſerunt & nomen, villasqve inhabitantes nulla murorum firmitudine communitas, & legibus ſuis uti permiſſi, religionis reſpectu ſunt honorati.* Præclarum & illud eſt Porphyrii teſtimonium, qvod extat lib 4. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων: Πράγε μην, inqvit, τοῖς Πέρσαις, οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ καὶ τούτου θεράποντες, Μάγοι μὲν προσαγορεύονται· τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ Μάγος. οὕτω καὶ μέγα καὶ σεβάσμιον γένος τοῦτο παρὰ Πέρσαις νενόμισται, ὥστε καὶ Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπου ἐπιγράψαι τῷ μνήματι πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος. h. e. *Apud Perſas ſane rerum divinarum ſapientes & Numinis miniſtri Magi appellantur. Id enim ſignificat Magus lingua Perſica: Tam auguſtum vero & venerandum apud Perſas habetur hoc hominum genus, ut Darius Hyſtaſpis filius ſuo monumento inter alia hoc inſcribi juſſerit, ſe Magicorum fuiſſe magiſtrum.* Plura ejus generis teſtimonia videſis apud Barnabam Briſſonium lib. 2. de *Regio Perſarum principatu*, ubi de Magis eorumqve dignitate & officiis prolixe agit. Qvod porro jam ad Zoroaſtris & Magorum, qvi ab eo profecti ſunt, *dogmata placitaqve* attinet, primum ſine dubio inter ea obtinet locum, qvo (1) duo ſtatuuntur rerum principia, *bonus* nempe *Dæmon & malus*, qvorum alterum Ὡρομάζην ſive Ὡρομάσδην, alterum Ἀρειμάνιον appellarunt. Inſignis ea de re extat locus apud Plutarchum libro de Iſide & Oſiride his verbis: νομίζουσι γὰρ οἱ μὲν θεοὺς εἶναι δύο, καθάπερ ἀντιτέχνους· τὸν μὲν γὰρ ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαύλων δημιουργόν. οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, θεόν, τὸν δ' ἕτερον, δαίμονα καλοῦσιν; ὥσπερ Ζωρόαστρις (leg. Ζωροάστρης) ὁ μάγος, ὃν πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν γεγονέναι πρεσβύτερον ἱστοροῦσιν. οὗτος οὖν ἐκάλει τὸν μὲν, Ὡρομάζην, τὸν δὲ, Ἀρειμάνιον· καὶ προσαπεφαίνετο, τὸν μὲν ἐοικέναι φωτὶ μάλιστα τῶν αἰσθητῶν, τὸν δ' ἔμπαλιν σκότῳ, καὶ ἀγνοίᾳ, μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸν Μιθρην εἶναι. διὸ καὶ Μιθρην Πέρσαι τὸν μεσίτην ὀνομάζουσιν. ἐδίδαξε μὲν τῷ εὐκταῖα θύειν καὶ χαριστήρια, τῷ δ' ἀποτρόπαια καὶ σκυθρωπά. πίαν γὰρ τινα κόπτοντες ὄμωμι καλουμένην ἐν ὅλμῳ, τὸν ᾅδην ἀνακαλοῦνται καὶ τὸν σκότον· εἶτα μίξαντες αἵματι λύκου σφαγέντος, εἰς τόπον ἀνήλιον ἐκφέρουσι καὶ ῥίπτουσι· καὶ γὰρ τῶν φυτῶν νομίζουσι τὰ μὲν, τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὰ δὲ, τοῦ κακοῦ δαίμονος εἶναι. καὶ τῶν ζώων ὥσπερ κύνας καὶ ὄρνιθας καὶ χερσαίους ἐχίνους, τοῦ ἀγαθοῦ· τοῦ δὲ φαύλου, τοὺς ἐνύδρους εἶναι. διὸ καὶ τὸν κτείναντα πλείστους εὐδαιμονίζουσιν. οὐ μὴν κἀκεῖνοι πολλὰ μυθώδη περὶ τῶν θεῶν λέγουσιν· οἷα καὶ ταῦτά ἐστιν· ὁ μὲν Ὡρομάζης ἐκ τοῦ καθαρωτάτου φάους, ὁ δ' Ἀρειμάνιος ἐκ τοῦ ζόφου γεγονώς, πολεμοῦσιν ἀλλήλοις. καὶ ὁ μὲν ἓξ θεοὺς ἐποίησε· τὸν μὲν πρῶτον, εὐνοίας, τὸν δὲ δεύτερον, ἀληθείας, τὸν δὲ τρίτον, εὐνομίας. τῶν δὲ λοιπῶν τὸν μὲν σοφίας, τὸν δὲ πλούτου, τὸν δὲ τῶν ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἡδέων δημιουργόν. ὁ δὲ τούτοις ὥσπερ ἀντιτέχνους ἴσους τὸν ἀριθμόν. εἶθ' ὁ μὲν Ὡρομάζης τρὶς ἑαυτὸν αὐξήσας ἀπέστησε τοῦ ἡλίου τοσοῦτον, ὅσον ὁ ἥλιος τῆς γῆς ἀφέστηκε, καὶ τὸν οὐρανὸν ἄστροις ἐκόσμησεν. ἕνα δ' ἀστέρα πρὸ πάντων, οἷον φύλακα καὶ προόπτην ἐγκατέστησε, τὸν σείριον. ἄλλους δὲ ποιήσας τέσσαρας καὶ εἴκοσι θεοὺς, εἰς ᾠὸν ἔθηκεν. οἱ δ' ὑπὸ τοῦ Ἀρειμανίου γενόμενοι, καὶ αὐτοὶ τοσοῦτοι, διατρήσαντες τὸ ᾠὸν γανωθὲν, ἀναμέμικται τὰ κακὰ τοῖς ἀγαθοῖς. ἔπεισι δὲ χρόνος εἱμαρμένος, ἐν ᾧ τὸν Ἀρειμάνιον λοιμὸν ἐπάγοντα. καὶ λιμὸν ὑπὸ τούτων ἀνάγκη φθαρῆναι παντάπασι καὶ ἀφανισθῆναι, τῆς δὲ γῆς ἐπιπέδου καὶ ὁμαλῆς γενομένης, ἕνα βίον καὶ μίαν πολιτείαν ἀνθρώπων μακαρίων καὶ ὁμογλώσσων ἁπάντων γενέσθαι. Θεόπομπος δέ φησι κατὰ τοὺς μάγους ἀνὰ μέρος τρισχίλια ἔτη τὸν μὲν κρατεῖν, τὸν δὲ κρατεῖσθαι τῶν θεῶν, ἄλλα δὲ τρισχίλια μάχεσθαι καὶ πολεμεῖν καὶ ἀναλύειν τὰ τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον. τέλος δ' ἀπολείπεσθαι τὸν ᾅδην, καὶ τοὺς μὲν ἀνθρώπους εὐδαίμονας ἔσεσθαι, μήτε τροφῆς δεομένους, μήτε σκιὰν ποιοῦντας· τὸν δὲ ταῦτα μηχανησάμενον θεὸν, ἠρεμεῖν καὶ ἀναπαύεσθαι χρόνῳ, καλῶς μὲν οὐ πολὺν τῷ θεῷ, ὥσπερ ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον. ἡ μὲν οὖν μάγων μυθολογία τοιοῦτον ἔχει τρό-

(1) *Inter Chriſtianos hoc dogma à Perſis mutuati ſunt Manichæi, de qvibus ſic ſcribit* Petrus Siculus *in Hiſtoria Manichæorum pag. 16. edit. Ingolſtad. Matth. Raderi an. 1604. in 4to.* Πρῶτον μὲν γάρ ἐστι τὸ κατ' αὐτοὺς γνώρισμα, τὸ δύο ἀρχὰς ὁμολογεῖν, πονηρὸν θεὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ ἄλλον εἶναι τοῦδε τοῦ κόσμου ποιητήν τε ἐξουσιαστήν· ἕτερον δὲ τοῦ μέλλοντος. *h. e.* Primum illorum axioma eſt, duo rerum eſſe principia Deum malũ & Deum bonũ; aliumq; hujus mundi conditorem ac principem & alium futuri ævi.

τρόπον. h. e. Gulielmo Xylandro interprete: *Existimant enim alii duos esse Deos, qvasi contrariis deditos artibus, ut bona alter, alter mala opera conficiat. Alii eum, qvi est melior, Deum; qvi deterior, Dæmonem dicunt. In qva sententia fuit Zoroastres magus, qvem narrant qvinqvies mille annis antiqviorem bello Trojano extitisse. Is ergo Zoroastres melioris nomen Oromazen, pejoris Arimanium perhibuit, additqve hoc enunciatum de rebus sub sensum cadentibus, illum maxime similem esse luci, hunc tenebris & ignorantiæ: medium horum esse Mithram. Qvæ causa est, qvod Mithram Persæ Mesiten, id est mediatorem seu intermedium nuncupant. Docuitqve votivas & pro gratiis agendis oblatas victimas illi immolandas; huic averruncandi mali causa institutas & tetricas. Herbam enim qvandam Omomi appellatam in mortario tundentes, Ditem invocant & Tenebras: tum admixto lupi jugulati sanguine, efferunt & abjiciunt in locum, qvo Solis radii non pertingunt. Nam & de stirpibus ita judicant, qvasdam boni Dei esse, mali qvasdam genii: & animalium alia, ut canes, aves, & echinos terrestres bono, aqvaticos malo adjudicant. Itaque & beatum eum prædicant, qvi plurimos interfecerit. Enimvero illi qvoqve multa de diis fabulosa narrant: cujus generis est, qvod referam. Oromazen natum ajunt è luce purissima, Arimanium è caligine: eos bellum inter se gerere: sex Deos fecisse Oromazen, primum benevolentiæ, secundum veritatis, tertium æqvitatis, reliqvos sapientiæ, divitiarum & voluptatis, qvæ honesta conseqvitur opificem. Arimanium totidem numero his adversa facientes. Deinde Oromazen sese triplicasse, & à Sole tanto se intervallo removisse, qvanto à terra Sol abest: ac cœlum stellis decorasse, unamqve ante alias tanqvam custodem & speculatorem constituisse Sirium. Alios porro XXIV. deos condidisse & in ovo posuisse: at totidem numero factos ab Arimanio ovum illud perforasse; hinc mala bonis esse permixta. Appetere porro fatale tempus, qvo necesse sit peste & fame ab his adducta Arimanium omnino perdi atqve aboleri; terraq; æqvabili & plana facta, unam vitam unamqvem civitatem beatorum hominum universorum unaq; lingua utentium fore. Theopompus ait de sententia Magorum vicibus ter mille annorum alterum Deorum superare, alterum succumbere: & per alia tria annorum millia bellum eos inter se gerere, pugnare & alterum alterius opera demoliri: tandem Plutonem deficere, & tunc homines fore beatos, neqve alimento utentes, neqve umbram edentes. Deum porro, ista qvi machinetur, qviescere ad aliqvod tempus, non qvod longum sit Deo, sed rectum & mediocre tanqvam hominis dormientis. Hoc modo se habent Magorum fabulæ.* Hactenus Plutarchus. Idem confirmat Laertius in procœmio Operis de vitis Philosophorum, ubi etiam alia multa de moribus & institutis Magorum Persicorum refert, qvæ cum lectu dignissima sint, & ad historiam literariam pertineant, integre hic inserenda censeo. Sunt autem hæc: Τοὺς δὲ Μάγους φασὶ περί τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν καὶ θυσίας καὶ εὐχάς, αὐτοὺς μόνους ἀκουομένους. ἀποφαίνεσθαι τε περί τε οὐσίας θεῶν καὶ γενέσεως. οὓς καὶ πῦρ εἶναι καὶ γῆν καὶ ὕδωρ· τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν, καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων ἄῤῥενας εἶναι θεοὺς καὶ θηλείας· περί τε δικαιοσύνης λόγους ποιεῖσθαι, καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν. καὶ ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ φησὶν ὁ Σωτίων. ἀσκεῖν τε καὶ μαντικὴν καὶ πρόῤῥησιν, καὶ αὐτοῖς θεοὺς ἐμφανίζεσθαι λέγοντας. ἀλλὰ καὶ εἰδώλων πλήρη εἶναι τὸν ἀέρα κατὰ ἀπόῤῥοιαν ὑπὸ ἀναθυμιάσεως εἰσκρινομένων ταῖς ὄψεσι τῶν ὀξυδερκῶν· προκοσμήματά τε καὶ χρυσοφορίας ἀπαγορεύειν. τούτων δὲ ἐσθὴς μὲν λευκή. στιβὰς δὲ, εὐνή· καὶ λάχανον, τροφή, τυρός τε καὶ ἄρτος εὐτελής. καὶ κάλαμος, ἡ βακτηρία, ᾧ κεντοῦντες (φασι) τοῦ τυροῦ ἀνῃροῦντο καὶ ἀπήσθιον. τὴν δὲ γοητικὴν μαντείαν οὐδ᾽ ἔγνωσαν φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ, καὶ Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν. ὃς καὶ μεθερμηνευόμενον φησὶ τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι. φησὶ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμόδωρος. Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας, καὶ πρεσβυτέρους εἶναι τῶν Αἰγυπτίων, καὶ δύο κατ᾽ αὐτοὺς εἶναι ἀρχάς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα. καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὠρομάσδης, τῷ δὲ Ἅδης καὶ Ἀρειμάνιος. φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μάγων, καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ περιόδῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν. ὃς καὶ ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς Μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους, καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμένειν. ταῦτα δὲ καὶ Εὔδημος ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ. Ἑκαταῖος δὲ καὶ γενητοὺς θεοὺς εἶναι κατ᾽ αὐτούς. Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ παιδείας καὶ τοὺς γυμνοσοφιστὰς ἀπογόνους εἶναι τῶν Μάγων φησίν· ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τούτων εἶναι. πρὸς τούτοις καταγινώσκουσιν Ἡροδότου οἱ τὰ περὶ Μάγων γράψαντες. μὴ γὰρ ἂν εἰς τὸν ἥλιον βέλη Ξέρξην

ἀκον-

ἀκοντίσαι μηδ' εἰς τὴν θαλάσσαν πέδας καθεῖναι· θεοὺς ὑπὸ τῶν Μάγων παραδεδομένους. τὰ μὲν τοι ἀγάλματα εἰκότως καθαιρεῖν. h. e. (1) *Magos vero ajunt deorum vacare cultui, & preces illis ac vota & sacrificia, qvasi soli ab iis exaudiantur, offerre: de deorum substantia & generatione disserere, qvos item ignem, terram & aqvam esse arbitrentur: signa statuasqve reprehendere: & eorum imprimis, qvi mares esse deos ac fœminas dicant, errorem improbare: de justitia verba facere, iniqvumqve arbitrari atque impium igni sepelire; licitum matri ac filiæ misceri, ut in vigesimo tertio libro ait Sotion: divinationem præterea prædictionemqve exercere, sibi Deos apparere asserentes: plenum esse dæmonibus aëra, qvi tenuiter ac veluti ex evaporatione cernentium oculis influant: exteriorem cultum & auri usum interdicere. His autem vestis candida; lectus, humus; esca, olus, caseus panisqve cibarius est. Arundine pro baculo utuntur, cujus in summitate præfixum (2) caseum ori applicantes mandunt. Goëticæ illos divinationis (3) ignaros Aristoteles ait in libro, qvem inscripsit Magicum, & Dinon qvinto Historiarum libro: qvi Zoroastrem qvoqve ex interpretatione nominis sui astrorum asserit fuisse cultorem. Hoc ipsum & Hermodorus tradit. Ægyptiis vero antiqviores esse Magos Aristoteles autor est in primo de Philosophia libro, duoqve juxta illos esse principia, bonum dæmonem & malum: alterumqve ex his Jovem & Oromasdem, alterum Plutonem & Arimanium dici, qvod Hermippus qvoqve in primo de Magis ait, atqve Eudoxus in Periodo, & Theopompus octavo Philippicorum libro. Qvi & revicturos homines juxta Magorum sententiam dicit, immortalesqve futuros, & universa illorum precationibus consistere. Ista Eudemus qvoqve Rhodius tradit. Porro Hecatæus deos qvoqve ex eorum sententia esse genitos ait: Clearchus vero Solensis libro de disciplina Gymnosophistas à Magis fluxisse asseverat: plerique & Judæos ab his originem duxisse tradunt. Herodotum præterea in jus vocant, mendaciiqve arguunt, qvi Magorum historiam scripsere. Neqve enim jacula in Solem torsisse Xerxem, ut illa ait, nec compedes mari immisisse: qvod hi à Magis Dii sunt traditi: signa tamen & statuas ex disciplinæ instituto è medio sustulisse.* Hæc Laertius: qvibus adde qvæ de triplici Magorum genere & Pythagorica eorum vivendi ratione refert Porphyrius libro qvarto περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων his verbis: διήρηντο δὲ οἱ μάγοι εἰς γένη τρία, ὡς φησὶ Σύμβουλος [(4) leg. Εὔβουλος] ὅπερ τὴν τοῦ Μίθρου ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας· ὧν οἱ πρῶτοι οὔτ' ἐσθίουσιν ἔμψυχον, οὔτε φονεύουσιν· ἐμμένουσι δὲ τῇ παλαιᾷ τῶν ζώων ἀποχῇ. οἱ δὲ δεύτεροι χρῶνται μὲν, οὐ μέντοι τῶν ἡμέρων ζώων τι κτείνουσιν. οὐδ' οἱ τρίτοι ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐφάπτονται πάντων· καὶ γὰρ δόγμα πάντων ἐστὶ τῶν πρώτων, τὴν μετεμψύχωσιν εἶναι. h. e. *Dividuntur autem Magi in tria genera, ut ait Eubulus, qvi Mithræ historiam pluribus libris conscripsit. Qvorum primi & doctissimi neqve edunt, neqve necant animalia, sed veteri ab animalibus abstinentiæ adhærescunt. Secundi vero ordinis Magi animantes, sed nullas cicures interficiunt. Neqve qvi tertii sunt, omnes pariter attingunt. Omnibus enim primum & maxime ratum est dogma, dari animarum transmigrationem.* Hucusqve Porphyrius. Idem libro de antro Nympharum ex eadem Eubuli historia Mithræ refert, Zoroastrem primum omnium in montibus Persidi vicinis antrum nativum in honorem Mithræ consecrasse, & hinc consuetudinem initia & res sacras in antris faciendi ad alios populos transiisse. οὕτω καὶ Πέρσαι, inqvit, τὴν εἰς κάτω κάθοδον τῶν ψυχῶν καὶ πάλιν ἔξοδον μυσταγωγοῦντες, τελοῦσι τὸν μύστην, ἐπωνομάσαντες σπήλαιον τόπον. πρῶτα μὲν, ὡς ἔφη Εὔβουλος, Ζωροάστρου αὐτοφυὲς σπήλαιον ἐν τοῖς πλησίον ὄρεσι τῆς Περσίδος ἀνθηρὸν καὶ πηγὰς ἔχον ἀνιερώσαντος εἰς τιμὴν τοῦ πάντων ποιητοῦ καὶ πατρὸς Μίθρου, εἰκόνα φέροντος αὐτῷ τοῦ σπηλαίου τοῦ κόσμου, ὃν ὁ Μίθρας ἐδημιούργησε. τῶν δὲ ἐντὸς, κατὰ συμμέτρους ἀποστάσεις, σύμβολα φερόντων τῶν κοσμικῶν στοιχείων καὶ κλιμάτων. μετὰ δὲ τοῦτον τὸν Ζωροάστρην κρατήσαντος καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις δι' ἄντρων καὶ σπηλαίων, εἴτ' οὖν αὐτοφυῶν, εἴτε χειροποιήτων τὰς τελετὰς ἀποδιδόναι. h. e avunculo meo Luca Holstenio interprete: *Eodem modo Persæ descensum animæ in inferiora & regressum ejus mystice significantes, sacerdotem initiant, ipsi loco speluncæ nomine imposito. Qvandoqvidem, autore Eubulo, Zoroaster primus omnium in montibus Persidi vicinis antrum nativum, floridum fontibusqve irriguum in honorem creatoris patrisqve omnium Mithræ consecravit. Ita ut antrum conditi à Mithra mundi figuram ei præberet: ea vero qvæ intra antrum erant certis invicem intervallis disposita, elementorum climatumqve mundanorum symbola seu figuras gere-*

V

(1) Hunc Laertii locum docto illustravit commentario Hieronymus Wolfius in Annotationibus ad G Morelli Tiliani Tabulam de Origine, successione, ætate & doctrina veterum Philosophorum, qvæ an. 1580 Basileæ typis Hervagianis in 8vo edita est.

(2) Sine dubio Zoroastris imitati sunt exemplum, qvem Plinius lib. 11. cap. 42. refert viginti annis in desertis caseo vixisse ita temperato, ut vetustatem non sentiret.

(3) Singularis locus de differentia inter Magiam Persicam & γοητικὴν μαντείαν.

(4) Sic legendum esse docet S Hieronymus lib. 2. adversus Jovinianum, ubi ejusdem loci, qvi à Porphyrio hic citatur, ita meminit: Eubulus qvoq; qvi historiam Mithræ multis voluminibus explicuit, narrat, apud Persas tria genera Magorum; qvorum primos, qvi sint doctissimi & eloqventissimi, excepta farina & olere, nihil amplius in cibo sumere.

gererent. Dein post Zoroastrem apud alios quoque obtinuit, ut in antris atque speculis, sive nativis sive manufactis, initia & res sacras peragerent. De iisdem Zoroastris & Magorum ab ipso oriundorum institutis, moribus & dogmatibus præter *Hermippum Smyrnæum*, cujus βιβλίον πρῶτον περὶ μάγων citat Laertius in prooemio, scripserat etiam *Theodorus Mopsvestenus*, qvi sub Imp. Arcadio potissimum floruit, tres libros, qvorum inscriptio περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, καὶ τίς ἡ τῆς εὐσεβείας διαφορά: qvi cum, qvod sciam, amplius non supersint, operæ pretium me facturum arbitror, si argumentum eorum, qvod in Bibliotheca Photii Cod. LXXXI. extat, hic inseruero: Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Θεοδώρου περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς καὶ τίς ἡ τῆς εὐσεβείας διαφορὰ, ἐν λογοις τρισί. προσφωνεῖ δὲ αὐτοὺς πρὸς Μαστούβιον ἐξ Ἀρμενίας ὁρμώμενον, χωρεπίσκοπον, καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λογῳ ἐκτίθεται το μιαρὸν τῶν Περσῶν δογμα, ὃ Ζαράδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ Ζαρουὰμ, ὃν ἀρχηγὸν παντων εἰσαγει, ὃν καὶ Τύχην καλεῖ· καὶ ὅτι σπένδων, ἵνα τέκῃ τὸν Ὀρμίσδαν, ἔτεκεν ἐκεῖνον καὶ τὸν σατανᾶν· καὶ περὶ τῆς αὐτῶν αἱμομιξίας. καὶ ἁπλῶς τὸ δυσσεβὲς καὶ ὑπέραισχρον δόγμα κατὰ λέξιν ἐκθεὶς, ἀνασκευάζει ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ. ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς δυσὶ λόγοις, τὰ περὶ τῆς εὐσεβοῦς διέρχεται πίστεως· ἀπὸ τῆς κοσμογονίας ἀρξάμενος, καὶ περὶ αὐτῆς τῆς χάριτος ὁμοίως ἐπιτροχάδην διελθών. οὗτος δὲ ὁ Θεόδωρος, ὁ Μοψουεστίας εἶναι δοκεῖ. τήν τε γὰρ Νεστορίου αἵρεσιν. καὶ μαλιστα ἐν τρίτῳ λόγῳ, ἐπικρατυνων, προσαναφωνεῖ. ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀποκατάστασιν τερατεύεται. h. e. Andrea Schotto interprete: *Lecti sunt Theodori de Persica Magia, & qvid hæc à pio cultu differat, libelli tres, qvos Mastubio Armeno & Chorepiscopum agenti inscribit. Ac primo qvidem libro exponit nefandum Persarum dogma, qvod* (1) *Zarasdes induxit; sive de* (2) *Zarvam, qvem principem omnium facit, & Fortunam appellat. Hunc libatione oblata, ut* (3) *Hormisdam gigneret, & illum &* (4) *Satanam præterea genuisse. De eorum insuper* (5) *sanguinis mistione. Denique ubi simpliciter impium ac* (6) *perobscurum dogma ad verbum proposuit, priore illud libro refellit. Reliqvis duobus de fidei pia doctrina tractat, ductoqve à mundi creatione exordio, ad ipsam legem gratiæ pari modo cursim delabitur. Hic autem Theodorus ille* (7) *Mopsuestias esse creditur. Nestorii enim hæresin, maxime libro tertio, confirmans citat. Qvin & peccatorum in pristinum statum restitutionem confingit.* Hæc Photius. Qvod superest, minime dubito, qvin nomen *Magi* mere Persicum sit, utpote una cum re ipsa, cujus vim exprimit, in Persia ortum atqve inde ad Græcos & Romanos translatum, qvi ob defectum æqve proprii ac significantis vocabuli jure civitatis illud donarunt. Et Apulejus qvidem atqve Porphyrius locis jam citatis *Magum* interpretantur *sacerdotem*, seu, ut ipsis Porphyrii verbis utar, τὸν περὶ τὸ θεῖον σοφὸν καὶ τούτου θεράποντα. Similiter & Svidas μάγον exponit φιλόθεον καὶ φιλόσοφον; & Hesychius θεοσεβῆ καὶ θεόλογον καὶ ἱερέα; & Apollonius Thyaneus in (8) epistola ad Euphratem θεραπευτὴν τῶν θεῶν, ἢ τὸν τὴν φύσιν θεῖον. Cum igitur nomen Magi Persicum sit, nugantur profecto Eustathius Comment. in Homer. Iliad. Δ pag. 462. edit. Rom. & Autor Magni Etymologici Græci, qvi vocem μάγος deducunt à verbo μάσσειν, qvod *pinsere*, *massam aliqvam subigere* & *abstergere* significat. μάγος, inqvit Etymologus pag. 572. edit. Frid. Sylburgii an. 1594. typ. Commelin. παρὰ τὸ μάσσω, τὸ μαλάσσω, ὁ διὰ τῶν μαγικῶν ἐμπλάστρων τὰ μέλλοντα προλέγων. Æqve ineptum est, si non absurdius, μάγον dici qvasi μέγαν, vel ob scientiæ vel ob facinorum *magnitudinem*. At rectius à plerisqve doctis viris nomen Magi derivatur ab Hebraico הגה, qvod meditari significat & participium plurale in Hiphil habet מהגים, meditantes, murmurantes, disputantes, qvod Jesaiæ cap. 18. vers. 19. legitur. Hanc opinionem probat ac defendit doctissimus & de Hebraicis literis

(1) *Is ab Agathia loco paulo ante citato* Ζαράδης *vocatur, & est idem atq; Zoroastres Persomedus. Vid. sup. pag.* 74.

(2) *Locus obscurus, de cujus vero sensu nondum mihi liqvet. An forte per* Ζαρουὰμ *hic intelligendus est* Mithra, *qvem Porphyrius libro de antro Nymphorum ex sententia Zoroastris* πάντων ποιητὴν καὶ πατέρα *nuncupat? Ita sane videtur. Gilbertus Gaulminus in Notis ad Pselli Dialogum de operatione dæmonum* Zarvam *interpretatur* Zarahou *sive* fatorem omnium.

(3) *Legendum est* Oromasden, *ut in Græco* Ὠρομάσδην *vel* Ὡρομάζην.

(4) ὁ Ἀρειμάνιος *sine dubio significatur.*

(5) *De hac* αἱμομιξίᾳ *vide locum Plutarchi citatum supra pag.* 75.

(6) *Nempe* matri ac filiæ misceri licitum esse. *Vide Laertii locum citatum supra pag.* 76.

(7) *Cognomen hoc est Theodori à patria, qvæ fuit* Μοψουεστία *sive* Mopsuestia, *urbs Ciliciæ, de qva vide* ἐθνικῶν *Stephani Byzantini, sive operis de populis atq; urbibus reliqvias; ubi* πολίτης τῆς Μοψουεστίας *etiam* Μοψεάτης *vocatur.*

(8) *Ea extat pag. 123. Syntagmatis Epistolarum Græcanicarum mutuarum, qvod Aureliæ Allobrogum sive Genevæ an. 1606. in fol. editum est.*

teris optime meritus Sebaſtianus Munſterus in Lexico Hebraico his verbis: הגה, *meditatus eſt: Pſal. 37. ſonuit, intonuit: Pſal. 115. Diſputavit: inde הגיון Logica. Et in verbo Hiphil Iſa. 8.* מהגים *murmurantes, muſſitantes. Hinc ego arbitror venire vocabulum Magi Matth. 2. qvantumlibet alii velint eſſe Perſicum.* Sic Munſterus. Qvod ſi מהגים *muſſitantes* potius & *murmurantes*, qvam *meditantes* reddendi ſunt, probe convenit hæc interpretatio Magis Perſicis, non qvidem qvaſi maleficis artibus ac ſuſurris operam dederint, ſed tanqvam Philoſophis; qvippe qvorum proprium eſt, (1) *inter meditandum cogitationem murmure agitare*, ſeu ut Græci loqvi amant, πρὸς ἑαυτὸν ψιθυρίζειν καὶ τῷ χεῖλε ἠρέμα κινεῖν. Inſigne ejus rei teſtimonium extat apud Perſium Sat. 3. ubi miles ex literarum odio ſic loqvens introducitur:

(1) *Verba hæc ſunt Qvintiliani Inſtitut. Orator. lib. 10. cap. 3.*

> - - *Qvod ſapio, ſatis eſt mihi: non ego curo*
> *Eſſe quod Arceſilas ærumnoſiqve Solones,*
> *Obſtipo capite, & figentes lumine terram,*
> *Murmura cum ſecum & rabioſa ſilentia rodunt,*
> *Atqve exporrecto trutinantur verba labello,*
> *Ægroti veteris meditantes ſomnia: gigni*
> *De nihilo nihilum, in nihilum nil poſſe reverti.*

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. *Sexto* autem notandum eſt, Zoroaſtrem Perſomedum illo mortis genere periiſſe, qvod à Svida perperam *Bactriano Zoroaſtri* attribuitur; nempe ipſum cœleſti igne abſumptum fuiſſe, ut ſæpius optaverat; Aſſyriosqve monuiſſe, ut cineres ſuos conſervarent. Qvod ſi fieret imperium ipſorum prædixit perpetuo duraturum. Ipſa Svidæ verba græca cum ſupra pag. 71. integre à me citata ſint, hic repetere ſuperſedeo. Id tantum adjiciendum videtur, cauſam id genus mortis optandi ſuperſtitioſam ſine dubio ambitionem fuiſſe & gloriæ familiaritatis alicujus ſingularis cum diis callidam affectationem. Cum enim Perſæ (2) *ignem* inſtar alicujus numinis divinis honoribus venerarentur, ideoqve apud ipſos ἡ νεκροκαυςία ſive combuſtio mortuorum ut impia ac nefaria prohibita omnino eſſet, nulla ratione clariorem ſe poſt mortem fore ratus eſt, qvam ſi ab ipſis diis eo honore dignus cenſeri videretur, qvi aliis omnibus denegatus eſſet. Qvod ſi qvis hic qværat, cur jam memorato Svidæ loco *Aſſyriorum* potius qvam *Perſarum* fiat mentio, reſponſum hoc à me feret, id eo factum credi, qvia Zoroaſtres Perſomedus temporibus *primæ Monarchiæ* floruit, & qvidem, ſi Svidam ſeqvamur, integris undecim ſeculis ante, qvam ſummum Imperium ad *Perſas* translatum eſt. Qvod demum IV. ad *ſcripta* ſub Zoroaſtris Perſomedi nomine edita attinet, eorum tantus olim fuit numerus, ut Plinius Hiſt. natur. l. 30. c. 1. referat, *Hermippum Smyrnæum*, qvi temporibus Ptolemæi Evergetæ floruit, *vicies centum millia verſuum à Zoroaſtre condita, indicibus qvoqve voluminum ejus poſitis explanaſſe.* Qvod ſi ex iis ſcriptis, qvorum fragmenta ad nos pervenere, de illis, qvæ omnino perierunt judicare licet, minime mihi dubium eſt, qvin ea omnia vel prorſus ſuppoſititia fuerint, vel certe alterius fuerint Zoroaſtris multo junioris eo, qvi Magiæ Perſicæ autor extitit, & à Svida qvidem ad tempora *Patriarchæ Joſephi*, ab Hermippo autem ad ſeculum *Saulis*, *Davidis* & *Salomonis* refertur. Sed age, miſſis iis, qvorum nihil ad nos pervenit, illa duntaxat conſideremus Zoroaſtri attributa ſcripta, qvorum argumenta à Svida aliisqve antiqvis autoribus recenſentur. Ea autem ſunt hæc:

(2) *Vid. locum Laertii citatum ſupra p. 76. Barnab. Briſſon. de Reg. Perſar. principatu lib. 2. & Joan. Kirchmann. de funer. Rom. lib. 1. cap. 2.*

I. Περὶ φύσεως βιβλία δ´ h. e. *de Natura libri qvatuor*: qvi qvidem inter Zoroaſtris Perſomedi ſcripta à Svida primo loco collocantur. Cæterum cujus farinæ illi fuerint, & qvid de iis judicandum ſit, ex illis apparebit, qvæ de ſeqventibus ſcriptis, qvorum fragmenta ſuperſunt, monebuntur.

II. Περὶ λίθων τιμίων βιβλίον ἕν h. e. *de Lapidibus pretioſis* ſive *de Gemmis liber unus*: qvem qvidem Svidas ſecundo loco collocavit: Citatur is à Plinio Hiſt. natur. lib. 37. cap. 10. qvo de qvibusdam gemmis per Alphabethi ordinem agitur, his verbis: *Botrytes alia nigra eſt, alia pampinea, incipienti uvæ ſimilis. Zoroaſtres cri-*

crinibus mulierum similiorem Bostrychiten vocat. Hæc Plinius. Ego vero hunc librum non magis à Zoroastre Magiæ Persicæ autore conscriptum fuisse existimo, qvam alterum ejusdem argumenti ab *Orpheo* (1) *secundo* sive *juniore*, qvem is Theodamanti Priami Trojanorum Regis filio dedicasse fingitur.

(1) *Diversus ab hoc est Orpheus primus sive senior, qvi profectioni Argonautarum in Colchidem interfuit.*

III. Ἀστεροσκοπικῶν ἀποτελεσμάτων βιβλία ε· h. e. *Prædictionum ex inspectione stellarum & effectibus siderum libri qvinque*: qvi qvidem inter scripta Zoroastris Persomedi tertio loco à Svida ponuntur. Ex his desumpta sunt caput *decimum* & *undecimum* libri primi Γεωπονικῶν sive *Præceptionum selectarum de re rustica*. En tibi nunc ipsa capita:

Γεωπονικῶν Lib. I. Cap. X.

ΣΗΜΕΙΩΣΙΣ ΤΩ͂Ν ἈΠΟΤΕΛΟΥΜΈΝΩΝ

ἐκ τῆς πρώτης βροντῆς καθ' ἕκαστον ἔτος, μετὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολήν.

Ζωροάστρου.

Ἐκείνην χρὴ πρώτην βροντὴν ἡγεῖσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὴν μετὰ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ κυνὸς γινομένην. δεῖ οὖν παρατηρεῖσθαι ἐν ποίῳ οἴκῳ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τῆς σελήνης οὔσης, ἡ βροντὴ ἡ πρώτη γίνεται. ἐπ' ἂν ἐν κριῷ τῆς σελήνης οὔσης βροντὴ γένηται, σημαίνει πτοηθῆναι τινὰς κατὰ χώραν, καὶ γενέσθαι ἀγωνίαν καὶ φυγὴν ἀνθρώπων, ὕστερον δὲ κατάστασιν. ἐν ταύρῳ τῆς σελήνης οὔσης ἐὰν βροντήσῃ, φθορὰν σίτου καὶ κριθῆς σημαίνει, καὶ ἀκρίδων ἔφοδον. ἐν δὲ βασιλικῇ αὐλῇ χαρὰν, τοῖς πρὸς ἀνατολὰς θλίψιν καὶ λιμόν. ἐν διδύμοις ἐὰν βροντήσῃ, ταραχὴν καὶ νόσον δηλοῖ, καὶ σίτου φθορὰν, καὶ ἀράβων ἀπώλειαν. ἐν καρκίνῳ ἐὰν βροντήσῃ, κριθῆς φθορὰν, καὶ ἀνομβρίαν, καὶ βοῶν θάνατον δηλοῖ. περὶ δὲ μάρτιον καὶ ἀπρίλλιον πολυομβρίαν. ἐν λέοντι ἐὰν βροντήσῃ, σίτου καὶ κριθῆς φθορὰν ἐν τῇ ὀρεινῇ, καὶ κνησμοὺς καὶ λειχῆνας. ἐν παρθένῳ ἐὰν βροντήσῃ, βασιλέως ἀπώλειαν σημαίνει, καὶ ἄλλον βασιλεύσειν τῆς χώρας, τοῖς ναυτιλλομένοις κίνδυνον, περὶ δὲ τὰ σπόριμα ἐρισύβην. ἐὰν ἐν ζυγῷ βροντήσῃ, πολέμους, καὶ πληγῶν πλησμονὰς, καὶ καρπῶν φθορὰν. ἐν σκορπίῳ ἐὰν βροντήσῃ, λιμὸς ἔσται, τὰ δὲ πετεινὰ πληθυνθήσονται. ἐν τοξότῃ ἐὰν βροντήσῃ, σάλον ἐν τῇ χώρᾳ δηλοῖ, ἐν τῇ ὀρεινῇ σίτου εὐφορίαν, καὶ ἐν τῇ πεδιάδι φθορὰν. ἐν αἰγοκέρωτι ἐὰν βροντήσῃ, ὄμβρον ἔσεσθαι σημαίνει ἐπὶ ἡμέρας πεντήκοντα, καὶ βασιλέων δόλον καὶ ψόγον, καὶ ἀπρεπῆ λαλίαν, καὶ ἐπιφάνειαν ἄλλου βασίλεως ἀπ' ἀνατολῆς, ὃς ἐπικρατήσει πάσης τῆς οἰκουμένης. εὐκαρπία δὲ ἔσται, καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν θάνατος, καὶ προβάτων γονή. ἐν ὑδροχόῳ ἐὰν βροντήσῃ, πολέμους ἰσχυροὺς ἐν τῇ παράλῳ. καρπῶν δὲ τῶν ἄλλων φθορὰν, ὀσπρίων δὲ ἀπώλειαν. ἐν ἰχθύσι ἐὰν βροντήσῃ, σίτου φθορὰν δηλοῖ ὀλίγην, καὶ θάνατον ἀνδρὸς δυνατοῦ.

h. e. interprete Jano Cornario:

Significatio effectuum ex primo tonitru singulis annis, post canis ortum.

Zoroastræ.

Primum tonitru censendum est singulis annis, qvod post canis ortum contingit. Qvare observandum est, in qva domo circuli zodiaci luna existat tum qvam primum tonitru auditur. Etenim si luna in ariete existente tonitru fiat: consternatos & dubiæ rationis qvosdam in regione futuros significat, & futuros timores hominumqve fugam, postea vero qvietum statum. In tauro vero luna existente si tonuerit, frumenti & hordei corruptionem portendit, & locustarum insultum. In regia autem aula gaudium. His vero qvi ad orientem habitant angustiam & famem. In geminis si tonuerit, turbas & morbum indicat, frumenti corruptelam, & arabum perditionem. In cancro, hordei corruptionem, & siccitatem, boum mortem, circa Martium vero & Aprilem pluviarum copiam. In leone, frumenti ac hordei perniciem in montana regione, & pruritus & impetigines. In virgine, regis interitum, & alienigenam regionis regem, naviganti-bus periculum, circa sata rubiginem. In libra, bella & plagarum multitudinem, & fructuum corruptionem. In scorpio fames erit, volatilia autem multiplicabuntur. In sagittario, commotionem significat in regione, in montana regione frumenti fertilitatem, in campestri corruptionem. In capricorno, pluvias fore significat in dies qvinqvaginta, & regis dolum ac vituperium & indecoram loqvacitatem, & alieni regis apparitionem ab oriente, qvi universo terrarum orbi dominabitur, fructuum abundantia erit, & viro-

virorum præcellentium mors, ovium vero generatio. In aqvario, bella grandia in regione maritima, fructuum aliorum fertilitatem, leguminum autem perniciem. In piscibus frumenti corruptionem modicam, & mortem viri potentis.

Γεωπονικῶν *Lib. I. Cap. XII.*

ΔΩΔΕΚΑΕΤΗΡΙ͂Σ ΤΟΥ͂ ΔΙΟ͂Σ, ΚΑΙ῀ ΟΣΑ
ἀποτελεῖ περιπολεύων τοὺς δώδεκα οἴκους
τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου.

Ζωροάστρου.

Ζωδιακὸς κύκλος τέτμηται εἰς δώδεκα οἴκους. ἐαρινοὺς μὲν τρεῖς, κριὸν, ταῦρον, διδύμους. εἰς δὲ θερινοὺς οἴκους τρεῖς, καρκίνον, λέοντα, παρθένον. εἰς δὲ φθινοπωρινοὺς τρεῖς, ζυγὸν, σκορπίον, τοξότην. αἰγοκέρωτα δὲ καὶ ὑδροχόον καὶ ἰχθύας, χειμερινούς, ἐν ἑκάστῳ οὖν οἴκῳ ὁ τοῦ διὸς ἀστὴρ γινόμενος, ἀποτελεῖ τὰ ὑπογεγραμμένα. ἐπὰν ἐπιστῇ τῷ κριῷ ὁ τοῦ διὸς ἀστὴρ, οἴκῳ ὄντι ἄρεως, ὅλον μὲν ἔσται βόρειον τὸ ἔτος, ἐπικοινωνοῦν καὶ τῷ εὔρῳ ἀνέμῳ· ὁ δὲ χειμὼν κατεψυγμένος, καὶ χιονώδης. ὄμβροι δὲ ἔσονται συνεχεῖς, καὶ ποταμοὶ μεγάλοι. μετὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, μεταβαλεῖ ὁ ἀὴρ εἰς ὕδατα μαλακὰ καὶ πυκνά. τὸ δὲ θέρος εὔκρατον ἔσται καὶ ὑγιεινὸν, τὸ δὲ φθινόπωρον καυματῶδες. ἔσονται δὲ ἐν αὐτῷ νοσήματα, καὶ μάλιστα ἀπὸ κεφαλῆς, καὶ κατάῤῥοι, καὶ βῆχες. τῶν δὲ τόπων τὰ πεδινὰ μᾶλλον οἴσει καρπόν. εὔχεσθαι δεῖ, ἵνα μὴ πόλεμοι γένωνται. ὁ δὲ Δημόκριτος λέγει, τὸν οἶνον χρηστὸν καὶ παράμονον εἶναι. εὔθετον δὲ εἶναι τὸ ἔτος πρὸς μονὴν ἀμπέλων φυτείαν. ἀσφαλίζεσθαι δὲ δεῖ τὸν σῖτον ἐν ταῖς ἅλωσιν διὰ τοὺς ὄμβρους. γενέσθαι δὲ ὀρνέων σπάνιν. καλὸν δὲ καὶ κήπους κατασκευάζειν. ὅτε δὲ ταύρῳ γένηται ἐν οἴκῳ τῆς ἀφροδίτης, ὁ χειμὼν ἀρχόμενος μὲν εὔκρατος ἔσται καὶ ἔπομβρος, μεσάζων δὲ νιφετώδης, καὶ λήγων ψυχρός. μάλιστα δὲ εἰ χειμάσει ἀπὸ μέσου χειμῶνος, ἕως ἰσημερίας ἐαρινῆς, τὸ ἔαρ εὔκρατον ἔσται, καὶ κάθυγρον ἕως κυνὸς ἐπιτολῆς. τὸ θέρος καυματῶδες, τὸ φθινόπωρον παγῶδες, καὶ ἐπίνοσον μάλιστα τοῖς νέοις. ἔσονται δὲ ὀφθαλμίαι, οἱ πεδινοὶ τόποι μᾶλλον τῶν ὀρεινῶν εὐφορήσουσιν, ὁ οἶνος ἀδικηθήσεται. διὸ χρὴ τὴν ἄμπελον ὀψὲ τρυγᾶν. ἔσται δὲ καὶ τῶν καρπῶν τῶν ξυλικῶν εὐφορία, ὀρνίθων σπάνις. τοῖς δὲ πλέουσι τὸ ἔτος ἀνεπιτήδειον. ἐν τούτῳ τῷ ἔτει περιλαμπὴς ἀνὴρ τελευτήσει. ὁ δὲ Δημόκριτος φησὶν, ἐν τούτῳ τῷ ἔτει χάλαζαν πολλὴν γίνεσθαι, εἰ χιόνας. τοὺς δὲ ἐτησίους μὴ ὁμοίας πνεῖν. εὔχεσθαι δεῖ, μὴ γενέσθαι σεισμοὺς, καὶ στρατείας κίνησιν. ὅτε δὲ διδύμοις ἐν οἴκῳ ἑρμοῦ ὁ ζεὺς γένηται, τὸ ὅλον ἔτος ἕξει πνεῦμα νότειον καὶ λιβυκόν. ὁ δὲ χειμὼν ἀρχόμενος μὲν ἔσται ἀνεμώδης, εὔκρατος δὲ μεσάζων, καὶ λήγων παγώδης καὶ ἀνεμώδης, τὸ ἔαρ εὔκρατον, καὶ λεπτὰ ἔχον ὕδατα. ἔσται δὲ σῖτος πολὺς, τὸ θέρος εὔκρατον, διὰ τὸ τοὺς ἐτησίους ἀνέμους λαμπροὺς ἐπιπνεῦσαι ἐπὶ πολὺν χρόνον. ἐν δὲ ταῖς ἅλωσιν οἱ καρποὶ διαψεύσονται, μάλιστα δὲ ἐν συρίᾳ, ἔσται δὲ περὶ τὸ φθινόπωρον νόσος, καὶ μάλιστα τοῖς νέοις καὶ μέσῃ λιξί καὶ γυναιξίν. ἔσονται δὲ καὶ ὀφθαλμίαι, τοῦ φθινοπώρου καυματώδους ὄντος. ἔσται καὶ γυναικῶν θάνατος, τῶν ξυλικῶν ὁ καρπὸς εὐφορήσει. λείψουσι δὲ καὶ αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων. ἄμεινον δὲ καρποὺς ἀποθέσθαι, διὰ τὴν ἐν τῷ ἐρχομένῳ ἔτει ἐσομένην ἀφορίαν. Δημόκριτος δὲ φησὶ, χαλάζης γίνεσθαι βλάβην. εὔχεσθαι δὲ, ἵνα μὴ λοιμικὰ πάθη γένηται. ἐν οἴκῳ δὲ σελήνης καρκίνῳ γενομένου τοῦ διὸς, ὁ χειμὼν τὰ πλεῖστα ἀπὸ τῶν ἀνατολικῶν ἔσται ψυχρός τε καὶ χαλαζώδης καὶ νεφώδης, ἔχων καὶ ποταμοὺς μεγάλους. περὶ δὲ τροπὰς χειμερινὰς ἀνοχὴ ὑδάτων ἔσται. μετὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, συνεχεῖς ἔσονται χάλαζαι. οἱ δὲ τραχεῖς τόποι μᾶλλον οἴσουσι καρπὸν. ὁ δὲ ἐνιαυτὸς ἔσται ὑγιεινὸς, πλὴν τοῦ φθινοπώρου. Δημόκριτος δὲ φησὶν ἐν τῷ φθινοπώρῳ, ἐκζέματα γίνεσθαι περὶ τὰ σώματα, διὸ χρὴ πρὸς τὸ ἔαρ λαχάνων ἅπτεσθαι, κοιλίαν τε λύειν, καὶ μάλιστα τοὺς νέους, ἀκράτῳ δὲ χρῆσθαι. ἡ δὲ ἐλαία εὐφορήσει. γενομένου δὲ τοῦ διὸς ἐν λέοντι τῷ οἴκῳ τοῦ ἡλίου, ὁ χειμὼν ἔσται ἀρχόμενος μὲν ψυχρὸς καὶ ὑδατώδης μετὰ μεγάλων πνευμάτων, ὡς δένδρα καταπεσεῖν· μεσάζων δὲ εὔκρατος, καὶ λήγων κατάψυχρος. τὸ ἔαρ ὕπομβρον, τὸ θέρος ἔαρι ὅμοιον, καὶ λείψουσιν ἐν αὐτῷ αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, λείψει δὲ καὶ βοσκὴ τοῖς ἀλόγοις. τὸ φθινόπωρον καυματῶδες καὶ ἐπίνοσον, ἀπὸ κατάῤῥου καὶ βηχός. διὸ χρὴ ἄρτῳ ὀλίγῳ χρῆσθαι, οἴνῳ δὲ πλείονι. ὁ σῖτος ἔσται σύμμετρος, ἡ ἄμπελος, καὶ ἡ ἐλαία εὐφορήσει. εὔθετον τὸ ἔτος πρὸς ἐνοφθαλμισμόν. οὐ μὴν πρὸς φυτείαν, τῶν μεγάλων βοσκημάτων ἔσται φθορὰ, τῶν δὲ ἀγρίων πολυπληθεία. ἀνὴρ ἐπίσημος τελευτήσει. εὔχεσθαι δεῖ, ἵνα μὴ γένωνται σεισμοὶ καὶ πόλεμοι. γενομένου δὲ τοῦ διὸς ἐν παρθένῳ, οἴκῳ τοῦ ἑρμοῦ, ὁ χειμὼν

ἀρχόμενος μὲν ἔσται ψυχρὸς, εὔκρατος δὲ μεσάζων, καὶ λήγων χειμερινώδης, πάγους ἔχων πολλοὺς, καὶ ὄμβρους καὶ ποταμοὺς μεγάλους, ὡς πολλοὺς θαλασσωθῆναι τόπους. τὸ ἔαρ κάτομβρον καὶ τοῖς ὀπωροφόροις χαλεπόν. λήγοντος δὲ τοῦ ἔαρος, χάλαζαι κατὰ τόπους ἔσονται. τὸ θέρος ἐπομβρον, καὶ γνοφῶδες, καὶ χρὴ τὴν συγκομιδὴν τῶν σιτικῶν καρπῶν συντόμως γενέσθαι, ἵνα μὴ ὑπ' ὄμβρων φθαρῶσι. τὸ φθινόπωρον ἀνεμῶδες καὶ ὑγιεινὸν, ἡ ἄμπελος εὐφορήσει, ἐπιτήδειον τὸ ἔτος πρὸς ἀμπέλων φυτείαν. ὁ σῖτος εὔφθαρτος ἔσται, ὑγιεινὸν ὅλον τὸ ἔτος, μηδεμίαν ἔχον νόσον. εὔχεσθαι δὲ δεῖ περὶ τῶν καρπῶν. ἐν δὲ τῷ οἴκῳ τῆς ἀφροδίτης τῷ ζυγῷ γενομένου τοῦ διὸς, ὁ χειμὼν ἀρχόμενος μὲν ἔσται ὑδατώδης, εὔκρατος καὶ ἀνεμώδης, λήγων δὲ καθυγρος καὶ παχνώδης. τὸ ἔαρ εὔκρατον, ἔχον ἀσθενήματα ἀπὸ κεφαλῆς. τοῦ δὲ θέρους ἡ ἀρχὴ ἔαρι ἔσται ὁμοία, ταῖς ἐγκύοις γυναιξὶν ἐπιτήδειον ἔσται τὸ ἔτος. Δημόκριτος δὲ φησὶ, ἐν τούτῳ τῷ ἔτει μήτε ποταμοὺς ἔσεσθαι μεγάλους, μήτε χάλαζαν πολλήν· τὸ δὲ φθινόπωρον ἔνυδρον. εἰ ὅτε δὲ ἐν οἴκῳ ἄρεως τῷ σκορπίῳ γένηται ὁ ζεὺς, ὁ χειμὼν ἀρχόμενος ἔσται μετὰ χαλάζης ψυχρὸς καὶ μεσάζων δὲ θερμὸς, λήγων δὲ πραΰς. τὸ ἔαρ ἔσται χειμερινὸν, ἕως τροπῶν θερινῶν, ὄμβρων καὶ βροντῶν γινομένων, λείψουσιν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, σῖτος μέσος, ἡ ἄμπελος καὶ ἡ ἐλαία εὐφορήσει, τῶν βοῶν ἔσται φθορά. Δημόκριτος δὲ φησι, ποταμοὺς μεγάλους ἔσεσθαι, καὶ νότους περὶ τὸ φθινόπωρον. διὸ εὔχεσθαι δεῖ, ἵνα μὴ λοιμικὰ γένηται πάθη. χρὴ φησὶ βρώμασι μὲν ὀλίγοις, ποτῷ δὲ πλείονι χρῆσθαι. ὅταν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ὁ ζεὺς γένηται τῷ τοξότῃ, ἕξει χειμῶνα εὔκρατον καὶ ἔνυδρον, οὔτε θερμὸν οὔτε ψυχρὸν, οἱ ποταμοὶ μεγάλοι ἔσονται. παυομένου δὲ τοῦ χειμῶνος, ψυχὴ καὶ ἄνεμοι ἔσονται. τὸ ἔαρ νότιον καὶ ἔπομβρον, τὸ δὲ θέρος εὔκρατον, καὶ μᾶλλον χειμερινόν. δεῖ δὲ ἀσφαλίζεσθαι τὰς ἅλωνας διὰ τοὺς ὄμβρους. τὸ φθινόπωρον ἀσφαλὲς, διὰ τὸ τὰς ἐτησίας πνεῖν. οἱ πρώϊμοι καρποὶ καὶ οἱ ὄψιμοι ἔσονται καλοὶ, οἱ δὲ μέσοι φαῦλοι, εὐφορήσει σῖτον, καὶ τὰ πεδινὰ καὶ τὰ τραχέα. ὁ οἶνος ἔσται περισσότερος ὀψιαίτερον τρυγώμενος, εὐφορήσει πάντα τὰ δένδρα. ἐπιτήδειον τὸ ἔτος πρὸς φυτείαν, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα πάντα. τῶν μεγάλων ζώων πολυπλήθεια, κυνῶν δὲ φθορὰ ἔσται. καὶ θάλασσα χειμέριος καὶ ἄνεμοι μεγάλοι ὄψιμοι. ἀνὴρ δὲ περίβλεπτος τελευτήσει. ἐὰν ὁ ζεὺς αἰγοκέρωτι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ κρόνου γένηται, ὁ χειμὼν ἀρχόμενος μὲν εὔκρατος ἔσται, μεσάζων δὲ κάθυγρος καὶ κατάψυχρος, λήγων δὲ ἀνεμώδης. τὰ δὲ γινόμενα ὕδατα, ἔσται καὶ τῷ σπόρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔργοις βλαβερά. ἀθρόαι δὲ ἔσονται ἐπιτάσεις ὑδάτων, καὶ ψύξεσι καὶ χιόσι. τὸ θέρος πρὸ μὲν ἀνατολῆς τοῦ κυνὸς φαῦλον, μετὰ δὲ ταῦτα καυσῶδες καὶ ἐπίνοσον, πνεύσουσι δὲ καὶ ἐτησίαι λάβροι, γίνονται καὶ σεισμοί. τὰ δὲ πεδινὰ μᾶλλον οἴσει καρπόν. ὁ οἶνος φθινήσει ὑπὸ πάχνης, τῶν ξυλικῶν καρπῶν εὐθηνία. τοῖς μικροῖς ζώοις εὔθετον τὸ ἔτος, τοῖς δὲ μεγάλοις ἀσύμφορον, μάλιστα δὲ βουσί. τῷ δὲ φθινοπώρῳ ἔσται νοσήματα ἀπὸ κεφαλαλγίας καὶ ὀφθαλμίας καὶ κνησμονῆς. εὔχεσθαι δὲ δεῖ, ἵνα μὴ οἱ καρποὶ ὑπὸ πάγων καὶ ἀνέμων βλαβῶσιν. ἡνίκα ὁ ζεὺς ἐν τῷ ὑδροχόῳ γένηται τῷ οἴκῳ τοῦ κρόνου, ἄνεμοι ἔσονται πολλοὶ σύμφοροι τῷ σιτικῷ καρπῷ, καὶ μάλιστα τῷ ξυλικῷ. ἔσται δὲ ὁ χειμὼν ἀρχόμενος μὲν κατάψυχρος, λήγων δὲ ἀνεμώδης. τὸ ἔαρ ἔνυδρον, καὶ μᾶλλον χειμερινὸν καὶ παχνῶδες. τὸ δὲ θέρος εὔπνοον, διὰ τὸ σφοδρὸν τῶν ἐτησίων ἀνέμων. ἔσονται δὲ καὶ ὄμβροι ἐν τῷ θέρει, ὥστε καὶ ἐπικληθῆναι τὸν δημητριακὸν ἐκ μέρους τῷ φθινοπώρῳ γίνεται πνεύματα ὑδατώδη, καὶ τοῖς καρποῖς βλαβερά. ἔσονται δὲ καὶ πάθη ὀξέα ἐξ ὑγρᾶς αἰτίας τοῖς νέοις, καὶ τοῖς μεσήλιξιν. ἔσται δὲ πάχνη καὶ βλάψει τὰς σταφυλὰς ἐν πολλοῖς τόποις. τὰ δὲ πρώϊμα ἔσται κάλλιστα, καὶ τὰ πρώϊμα καὶ τὰ ὄψιμα. ἔσται δὲ ὀρνέων φθορὰ, καὶ θηρίων ἀγρίων. ἔσται καὶ ναυάγια πλεῖστα. ἀνὴρ δὲ πάνυ ἐπίσημος τελευτήσει. εὔχεσθαι δὲ δεῖ, ἵνα μὴ γένηται λοιμικὰ πάθη, καὶ σεισμοὶ καὶ κεραυνοί. τοῦ διὸς ἐν τοῖς ἰχθύσιν ἐν τῷ οἴκῳ ἰδίῳ γενομένου, ὁ χειμὼν ἄρχεται μὲν ὑδατώδης, μεσάζων δὲ ἀνεμώδης, καὶ λήγων χαλαζώδης καὶ χιονώδης. ἐν τῷ ἔαρι πνέουσιν ἄνεμοι ζέφυροι καὶ λαμπροὶ, τὸ δὲ θέρος ἔσται καυματῶδες, τὸ φθινόπωρον, πυρρῶδες, μάλιστα γυναιξὶ καὶ παρθένοις. ἐπιπνεύσει δὲ καὶ πνεύματα μοχθηρὰ, ὥστε τὸν ξυλικὸν καρπὸν ἐπικαυθῆναι. οἱ σπόροι ἔσονται καλοί. τὰς ἅλωνας ἀσφαλίζεσθαι χρὴ διὰ τοὺς ὄμβρους. ταῖς ἐγκύοις γυναιξὶν ἐπικίνδυνον τὸ ἔτος. Δημόκριτος δὲ φησὶ, τὴν ἄμπελον καὶ τὴν ἐλαίαν εὐφορήσειν. εὔχεσθαι δὲ δεῖ, μὴ γενέσθαι σεισμούς.

h.e.

h.e. interprete Jano Cornario:
Duodecennium Jovis, & qvæ efficit circumvertens sive percurrens duodecim circuli Zodiaci domos.
Zoroastræ.

Circulus Zodiacus in duodecim domos sectus est, tres qvidem vernas, Arietem, Taurum, Geminos, tres etiam æstivas, Cancrum, Leonem, Virginem, tres autumnales, Libram, Scorpium, Sagittarium, tres hyemales, Capricornum, Aquarium, Pisces. At vero Jovis stella in unaqvaqve domo existens subscripta efficit. Qvum stella Jovis in Ariete steterit, qvæ domus Martis existit, totus annus borealis erit, participans etiam cum Euro vento. Hyems frigida & nivosa, Imbres autem continui erunt & fluvii magni. Post æqvinoctium vernum, aër in aqvas molles ac densas mutatur. Æstas autem ordinata erit & salubris. Autumnus æstuosus, eruntqve in ipso morbi, & maxime à capite, & destillationes, & tusses. Ex locis campestria magis fructum ferent, supplicandum est autem ut ne bella oriantur. Democritus dicit vinum bonum & durabile esse, annumqve opportunum ad solam vitium plantationem, frumentum vero in areis munire oportet propter imbres, fieri etiam volucrium raritatem, & bonum esse hortos apparare. Qvum vero in Tauro fuerit domo Veneris, principium qvidem hyemis temperatum erit & pluviosum. Medium vero nivosum. Finis frigidus. Maxime vero hyemabit à medio hyemis usqve ad æqvinoctium vernum. Ver temperatum erit & humidum usqve ad caniculæ exortum. Æstas æstuosa, Autumnus glaciosus & morbosus, maxime vero juvenibus lippitudines accedent. Campestres loci magis montanis fertiles erunt. Vinum injuriam patietur. Qvapropter oportet vitem sero vindemiare, erit autem & fructuum lignosorum feracitas, aviculárum raritas, navigantibus annus ineptus. In hoc anno illustris vir morietur. Cæterum Democritus in hoc anno multam grandinem fore dicit, & nives. Etesias vero non similiter spirare, & grandum ut ne terræ motus fiant, & expeditionis militaris motus. Ubi vero in Geminis in Mercurii domo Jupiter fuerit, totus annus ventum austrinum & aphricum sentiet. Hyemis initium qvidem erit ventosum. Medium vero temperatum, finis glaciosus ac ventosus. Ver temperatum, tenues habens aquas. Frumentum erit multum. Æstas temperata, propterea quod Etesiæ venti ad multum tempus splendidi spirant. Fructus in area vitiabuntur, præsertim in Syria. Morbi circa autumnum abo- rientur, in juvenibus maxime, ac mediæ ætatis, & mulieribus. Erunt & lippitudines autumno æstuoso existente. Morientur etiam mulieres. Fructus lignosi fertiles erunt. Aquæ fontium deficient. Præstat autem fructus reponere, ob futuram seqventis anni sterilitatem. Democritus grandinis noxam futuram ait, supplicandum ut ne pestilentes affectiones fiant. At si in domo lunæ in cancro Jupiter fuerit, hyems ut plurimum ob orientis partibus frigida erit & caliginosa, & magnos fluvios habens. Circa solstitium hybernum aquarum tolerantia erit. Post æquinoctium vernum assidue grandines erunt. Asperi loci magis fructum ferent. Annus autem salubris erit excepto autumno. Democritus in autumno pustulas fervidas circa os erumpere dicit. Qvare in vere olera contingere oportet, alvumque solvere, præsertim juvenes, & mero uti. Olea ferax erit. Existente porro Jove in leone domo Solis, hyemis principium frigidum erit & aquosum cum magnis ventis, ut & arbores concidant. Medium autem temperatum, finis frigidus. Ver pluviosum, æstas veri similis est. Deficient in ipsa aqvæ fontibus, deficient item pascua brutis. Autumnus æstuosus & morbosus ex destillatione & tussi. Qvare modico pane utendum est, & vino pluri. Frumentum moderate habebit. Vitis & olea fertiles erunt. Accommodatus annus est ad inoculationem, non item ad plantationem. Magnorum mansuetorum animalium interitus erit, ferorum autem ingens ubertas. Vir insignis morietur. Supplicare oportet ne terræ motus fiant. Tenente deinceps Jove Virginis signum & domum Mercurii, hyems incipiens frigida erit. Media temperata, finiens hybernalis, glaciem habens multam, & imbres, & fluvios magnos, ut etiam multi loci undis submergantur. Ver pluviosum, & arboribus noxium. Desinente vere grandines in locis erunt. Æstas pluviosa & caliginosa. Et oportet collectionem fructuum frumenti compendiose fieri, ut ne ab imbribus corrumpantur. Autumnus ventosus & saluber. Vitis fertilis erit. Aptus annus ad vitium plantationem. Frumentum facile corrumpetur. Salubris totus erit annus, nullo morbo obnoxius. Supplican-

Circuli Zodiaci domus duodecim.

Jupiter in Ariete.

Jupiter in Tauro.

Jupiter in Geminis.

Jupiter in Cancro.

Jupiter in Leone.

Jupiter in Virgine.

Jupiter in Libra. *plicandum autem est pro fructibus. In domo deinde Veneris Libra ubi Jupiter steterit, principium hyemis aqvosum erit. Medium temperatum & ventosum, finis humidus & pruinosus. Ver temperatum, habens infirmitates ex capite. Æstatis principium veri simile erit, prægnantibus mulieribus periculosus erit annus. Democritus ait in hoc anno nunqvam magnos fluvios futuros, neqve grandinem multam. Autumnum vero esse aqvosum.* *Jupiter in Scorpio.* *Qvum in domo Martis Scorpio, Jupiter fuerit, hyems incipiens frigida erit cum grandine, media calida, finiens vero lenis. Ver erit hyemale, usqve ad solstitium æstivum. Imbres & tonitrua apparebunt. Aqvæ fontium deficient. Frumentum moderatum erit. Vitis & olea fertilitate abundabunt. Boum corruptio erit. Democritus fluvios magnos futuros ait, & morbos circa autumnum. Qvare supplicare oportet, ne pestilentes effectiones fiant. Oportet inqvit cibo qvidem pauco, potu vero uberiore uti.* *Jupiter in Sagittario.* *Qvando in propria domo in Sagittario Jupiter fuerit, hyemem habebit temperatam & aqvosam, neqve calidam, neqve frigidam. Fluvii magni erunt, desinente autem hyeme, frigora & venti erunt. Ver austrinum & pluviosum. Æstas temperata & magis hybernalis, oportet autem munire areas propter imbres. Autumnus securus propter Etesiarum flatum. Et præcoces & serotini fructus boni erunt, medii vero vitiosi. Frumentum & in campestribus, & in asperis locis abunde proveniet. Vinum durabile erit qvod serius vindemiatur. Omnes arbores fertiles erunt. Annus aptus ad plantationem, & ad alia omnia. Magnorum animalium ingens multitudo, canum vero corruptio erit. Mare procellosum, & venti magni serotini. Vir circumspectus morietur.* *Jupiter in Capricorno.* *Si Jupiter in Capricorno in domo Saturni fuerit, hyemis initium temperatum erit. Medium humidum & frigidum, finis ventosus. Aqvæ vero auctæ satis, & aliis operibus nocivæ erunt. Capient autem acervatim incrementum, & aqvæ & frigora, & nives. Æstas ante caniculæ exortum simplex & vulgaris, postea vero æstuosa & morbosa. Spirabunt Etesiæ splendide, fient & terræ motus. Campestria magis fructum ferent. Vinum à pruina peribit. Lignosi fructus abundabunt, parvis animalibus annus accommodatus est, magnis vero calamitosus, & præsertim bubus. In autumno morbi exsurgent ex capitis dolore, & lippitudinibus, & pruritu. Supplicandum est ne fructus ex glacie & ventis lædantur.* *Jupiter in Aqvario.* *Qvando Jupiter in Aqvario fuerit in domo Saturni, venti erunt multi commodi frumentario fructui, & maxime lignoso. Hyemis initium qvidem frigidum, finis vero ventosus. Ver aqvosum, & magis hybernum ac pruinosum. Æstas sine ventis, ob Etesiarum ventorum vehementiam. Erunt & pluviæ in æstate, ut etiam cereales fructus inundationem sensuri sint ex parte. Autumno venti orientur aqvosi & fructibus nocivi. Erunt & affectiones acutæ, ex humida causa juvenibus & mediæ ætati, erit etiam pruina & uvas in multis locis lædet. Sata vero erunt optima tum præcocia, tum serotina. Volucres peribunt, & feræ sylvestres. Erunt & naufragia multa, & vir insignis morietur. Supplicatione avertendæ sunt affectiones pestilentes, & terræ motus, & fulmina, ut ne fiant.* *Jupiter in Piscibus.* *Jove postremo in piscibus in propria domo existente, hyems orditur qvidem pluviosa, medium habet ventosum, finem vero grandinosum ac nivosum. In vere spirant venti favonii splendidi. Æstas erit æstuosa, Autumnus ardens, præsertim mulierculis ac virginibus. Inspirant autem & venti vitiosi qvi lignosum fructum exurunt. Sata erunt bona. Verum areas munire oportet propter imbres, prægnantibus mulieribus annus periculosus. Democritus ait & vitem & oleam fertilem futuram. Supplicandum autem ne terræ motus fiant.*

Hucusqve fragmenta illa, qvæ ex Zoroastris Persomedi nomine insignitis ἀστεροσκοπικῶν ἀποτελεσμάτων libris qvinqve desumpta Imp. Constantinus Pogonatus Geoponicis suis inseruit. Atenimvero pro suppositititiis eos libros habendos esse, ex ipsis jam citatis fragmentis luce meridiana clarius apparet. Cum enim certo constet, Zoroastrem Magiæ Persicæ autorem sub prima Monarchia & ante translatum ad Persas summum Imperium floruisse, sive secundum Svidam seculo ante Æ. C. XVII. sive secundum Hermippum seculo ante Æ. C. XI. vixerit, impossibile profecto est, ab illo citari posse *Democritum Abderitam*, qvi seculi ante Æ. C. qvinti posteriore parte dimidia sub Xerxe & Artaxarxe Longimano Persarum Regibus claruit. Id autem altero ex duobus modo citatis fragmentis septies fit: unde recte con-

concluditur, qvinqve libros *ἀστεροσκοπικῶν ἀποτελεσμάτων*, ex qvibus illud desumptum est, non genuinum *Zoroastris Persomedi* scriptum, sed otiosi alicujus Græculi commentum esse. Cui meo de his libris judicio suffragatur V. Cl. Gerardus Joannes Vossius doctissimi operis de Mathematicarum scientiarum natura & constitutione capite 64. §. 14. his verbis: *Claudat nunc agmen, Arabibus hisce persimilis, seu Persa, seu Græcus; cujus sub falso Zoroastris nomine circumferebantur olim qvinqve libri de prædictionibus ex inspectione stellarum.*

IV. Γεωπονικά· h. e. *libri de re rustica:* qvorum Imp. Constantinus Pogonatus in Hypothesi sive argumento libri primi suorum *γεωπονικῶν* his verbis meminit: *τὰ διαφόροις τῶν παλαιῶν περὶ τε γεωργίας καὶ ἐπιμελείας φυτῶν καὶ σπορίμων, καὶ ἑτέρων πολλῶν χρησίμων εἰρημένα, συλλέξας εἰς ἕν, τοῦτὶ τὸ βιβλίον συνέθεικα. συνείλεκται δὲ ἐκ τῶν Φλορεντίνου, καὶ Οὐινδανιωνίου, καὶ Ταραντίνου, καὶ Ἀνατολίου, καὶ Βηρυτίου, καὶ Διοφάνους, καὶ Λεοντίου, καὶ Δημοκρίτου, καὶ Ἀφρικανοῦ παραδόξων, καὶ Παμφίλου, καὶ Ἀπουληΐου, καὶ Ζωροάστρου.* h. e. Jano Cornario interprete: *Qvæ à veteribus diversis tum de agricultura, tum de plantarum sativarum cura, aliisqve multis utilibus relata sunt, ea in unum collecta in hunc librum congessi. Collectus est autem ex scriptis Florentini, Vindanionii, Anatolii, Berytii, Diophanis, Leontii, Democriti, Tarentini, & ex Aphricani paradoxis, & Pamphili, Apuleii, Varronis, Zoroastris.* Qvæ autem ibi ex Zoroastris de re rustica libris deinceps citantur, ea hæc sunt:

Γεωπονικῶν Lib. II. Cap. XIII.

ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ, ὯΣΤΕ ΕἸΔΕΝΑΙ ΠΟῖΑ
τῶν σπειρομένων γενήσονται εὐθαλῆ·
Ζωροάστρου.

Τινὲς οὖν τὰ μέλλοντα εὐθαλῆ γίνεσθαι, οὕτω προμανθάνουσι. πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς, ἔν τινι τόπῳ ἀπὸ ἑκάστου σπέρματος πρὸς ὀλίγον μέρος, δοκιμασίας ἕνεκεν σπείρουσιν. ὅταν οὖν ἐπιτέλλει ὁ κύων, τινὰ μὲν τῶν σπαρέντων, ὡς εἰκὸς βλάπτει, τινὰ δὲ οὐδαμῶς, τοῦτο οὖν σημεῖον ποιούμενοι, τὰ ἀβλαβῆ μείναντα ἐν τῇ ἐπιτολῇ σπείρουσι, παραλιμπάνουσι δὲ τὰ ἐπικαμφθέντα. ἐστι δὲ ἡ ἐπιτολὴ τοῦ κυνὸς τῇ ιθ' τοῦ ἰουλίου μηνὸς. δεῖ οὖν πρὸ κ' ἢ λ' ἡμερῶν, τὰ δοκιμασίας ἕνεκα σπαρέντα, ἄρδειν εἰς τὸ φῦναι ταῦτα.

h. e. interprete Jano Cornario:

Prænotio qva scitur, qvalia semina viridia & fertilia sint futura.
Zoroastræ.

Qvidam igitur semina viridia & fertilia futura sic prædiscunt. Paucis diebus ante caniculæ exortum in qvopiam loco de unoqvoqve semine paululum probationis accipiendæ gratia serunt. Qvum igitur exoritur Canicula, qvædam ex satis ut verisimile est, lædit, qvædam neqvaqvam. Hoc igitur signum statuentes, ea qvæ in ejus ortu illæsa manent serunt, relinqvunt autem incurvata. Est autem Canis exortus decima nona Julii mensis. Cæterum qvæ experimenti gratia seremus, ea viginti aut triginta diebus antea rigabimus, qvo videlicet eo commodius nasci possint.

Lib. V. Cap. XLIV.

ἘΝ ΠΟΙ͂Ω ΟἼΚΩ ΟὖΣΗΣ ΤΗ͂Σ ΣΕΛΗΝΗΣ
χρὴ τρυγᾷν, καὶ ὅτι ληγούσης αὐτῆς καὶ ἀπογείου
οὔσης, τὸν τρυγητὸν δεῖ ποιεῖν.
Ζωροάστρου.

Δεῖ τρυγᾷν τῆς σελήνης οὔσης ἐν καρκίνῳ ἢ ζυγῷ, ἢ σκορπίῳ, ἢ αἰγοκέρωτι, ἢ ὑδροχόῳ. σπουδιάζειν δὲ χρὴ, ληγούσης αὐτῆς, καὶ ὑπογείου οὔσης, τὸν τρυγητὸν ποιεῖσθαι.

h. e.

In qva domo existente luna vindemiare oportet, & qvod desinente ipsa, & sub terra existente, vindemiam facere convenit.
Zoroastræ.

Vindemiare oportet luna in cancro existente, aut in leone, aut libra, aut scorpio, aut capricorno, aut aqvario, diligenterq; providendum est, ut desinente ipsa & subterra existente uvarum collectionem absolvamus.

Lib. VII. Cap. V.

ΠΕΡῚ ἈΝΟΙΞΕΩΣ ΠΊΘΩΝ, ΚΑῚ ΤΊ ΧΡῊ

παραφυλάττεσθαι, τῷ καιρῷ τῆς τούτων ἀνοίξεως.

Ζωροάστρου.

Χρὴ ἀνοίγειν τοὺς πίθους, παραφυλαττομένους τὴν τῶν ἄστρων ἐπιτολήν. τότε γὰρ κίνησις γίνεται τοῦ οἴνου, καὶ οὐ χρὴ τὸν οἶνον ψηλαφᾷν. καὶ εἰ μὲν ἐν ἡμέρᾳ τὸν πίθον ἀνοίγοντες, χρὴ ἐπισκοπεῖν τῷ ἡλίῳ, ἵνα μὴ ἡ τούτου αὐγὴ ἐμπίπτῃ τῷ οἴνῳ. εἰ δὲ ἐν νυκτὶ τῆς χρείας πολλάκις καλούσης ἀνοίγειν μέλλεις τὸν πίθον, ἐπισκοπεῖν χρὴ τῷ φωτὶ τῆς σελήνης.

h. e.

De apertione doliorum, & quid observare oporteat tempore quo ipsa aperimus.

Zoroastræ.

Dolia aperire oportet, syderum exortu observato ac vitato. Tunc enim motus fit vini & non convenit ipsum contrectare. Etsi quidem in die dolium aperis, soli umbram offundere oportet, ne ejus splendor vino illabatur, Si vero noctu necessitate sæpe urgente, dolium aperturus es, adversus lunæ lumen itidem obumbrabis.

Lib. VII. Cap. VI.

ΠΕΡῚ ΜΕΤΑΓΓΙΣΜΟΥ͂ ΟἼΝΟΥ, ΚΑῚ ΠΌΤΕ ΧΡῊ

μεταντλεῖν τοὺς οἴνους, καὶ ὅτι διαφορὰν ἔχει ὁ ἐν τῷ αὐτῷ πίθῳ ἐμβεβλημένος οἶνος.

Ζωροάστρου.

Χρὴ τοὺς οἴνους μεταγγίζειν ἐν τοῖς βορείοις ἀνέμοις, οὐδαμῶς δὲ ἐν τοῖς νοτίοις. καὶ τοὺς μὲν ἀσθενεστέρους τῷ ἔαρι, τοὺς δὲ ἰσχυροτέρους ἐν τῷ θέρει. τοὺς δὲ ἐν αὐχμηροῖς τόποις, μετὰ τροπὰς χειμερινάς. μεταγγιζόμενος δὲ ὁ οἶνος, ἐν πανσελήνῳ ὄξος γίνεται. εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι οἶνος χωριζόμενος τῆς τρεφούσης αὐτὸν τρυγὸς, λεπτομερέστερος καὶ ἀσθενέστερος γίνεται. προνοητέον οὖν, ἵνα χειμῶνος μὲν θερμαίνηται, θέρους δὲ ψύχηται. δεῖ δὲ μεταγγίζειν, τῆς σελήνης αὐξανομένης, καὶ ὑπὸ γῆν οὔσης. Σωτίων δὲ φησὶ, μάλιστα ἐν ταῖς πρὸ σελήνης ἡμέραις μεταγγίζειν, τουτέστι τῇ ᾱ καὶ β̄ ἡμέρᾳ, πρὶν φανῆναι τὴν σελήνην τοῖς ἀνθρώποις. χρὴ δὲ ἡνίκα ἀπὸ τῶν πίθων εἰς μικρὰ ἀγγεῖα μεταβαλλομεν τὸν οἶνον, φυλάττεσθαι τὰς ἐπιτολὰς τῶν ἀστέρων. κινεῖται γὰρ ἡ τρὺξ ἐν ταῖς ἐπιτολαῖς, καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἄνθει τῶν ῥόδων, ἔτι δὲ καὶ βλαστανούσης τῆς ἀμπέλου. συμβουλεύουσι δὲ οἱ σοφοὶ μάλιστα δὲ Ἡσίοδος, ἀνοιγομένου πίθου, τὸν ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ πίθου οἶνον, καὶ τὸν περὶ τὸν πυθμένα δαπανᾷν, τὸν δὲ μέσον τοῦ πίθου οἶνον φυλάττειν, ὡς ἰσχυρότερον καὶ μονιμώτερον, καὶ πρὸς παλαίωσιν ἐπιτήδειον. ὁ μὲν γὰρ πρὸς τῷ στόματι τοῦ πίθου οἶνος, ὡς προσομιλῶν τῷ ἀέρι, ἀσθενέστερός ἐστι διαπνεόμενος. ὁ δὲ πρὸς τῷ πυθμένι, ταχέως τρέπεται ὡς πλησιάζων τῇ τρυγί. οὕτω δὲ φησὶν ὁ Ἡσίοδος, ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος, κορέσασθαι, μεσόθι, φείδεσθαι. Δεῖ δὲ τὸν μεταγγιζόμενον εἰς τὰ κεράμια οἶνον, οὐ μέχρι τοῦ χείλους τῶν κεράμων ἐμβάλλεσθαι, ἀλλ' ἕως ὑπὸ κάτω μικρὸν τοῦ τραχήλου, ὥς τε μὴ πνίγεσθαι, ἀλλὰ διάπνοιαν ἔχειν. δεῖ δὲ τοὺς ἐκκενουμένους πίθους παραχρῆμα σμήχειν ἅλμῃ, ἢ κληματίνῃ τέφρᾳ, ἢ κιμωλίᾳ, ἢ ἀργιλλώδει γῇ.

h. e.

De vini transfusione, & quando vina transfundere oportet, & quod differentiam habeat vinum in eodem dolio conditum.

Zoroastræ.

Vinum in alia vasa transfundere oportet borealibus ventis spirantibus, neqvaqvam vero australibus, & infirmiora qvidem vere, fortiora autem æstate. Qvæ vero in sqvallidis locis nata sunt, post solstitium hyemale. Vinum transfusum in alia vasa in plenilunio, acetum fit. Nosse autem operæ pretium est, qvod vinum à fece, unde alimentum habet, seperatum, tenuiorum partium & imbecillius redditur. Providendum igitur est ut hyeme qvidem calefiat, æstate vero refrigeretur. Transfusio ipsa facienda est, luna augescente & sub terra existente. Sotion tradit in prælunaribus maxime diebus transfusionem fieri debere, hoc est prima & secunda die, priusqvam luna hominibus appareat. Oportet autem vitare, qvum de doliis in parva vasa vinum trajicimus, stellarum exortus. Movetur enim fex in exortibus, & maxime dum florent rosæ, amplius

autem

autem vite germen fundente. Consulunt sapientes, & maxime Hesiodus, ubi apertum est dolium, id qvod in principio, & juxta fundum est dolii, vinum consumendum esse, medium vero in dolio servandum, velut fortius & durabilius, & ætati ferendæ idoneum. Vinum enim qvod ad osculum dolii est, infirmius est, utpote qvod ob aëris familiaritatem perflatur & transpirat. Qvod vero ad fundum est, cito pervertitur & acescit, utpote feci vicinum. Cæterum Hesiodus sic ait,

> *Principio vasis saturum & fine esse jubemus*
> *In medio parcum.*

Oportet porro eum qvi in fictilia dolia vinum transfundit, non usque ad labra fictilium vino explere, sed paulo infra collum, ut ne suffocentur, sed perspirationem habeant. Dolia autem evacuata statim muria detergenda & mundanda sunt, aut cinere færmentorum, aut cimolia, aut argillosa terra.

Lib. VII. Cap. XI.

ὭΣΤΕ ὙΠῸ ΒΡΟΝΤΩΝ ΚΑῚ ἈΣΤΡΑ-
πῶν μὴ τρέπεσθαι τοὺς οἴνους.

Ζωροάστρου.

Σίδηρος τοῖς πώμασι τῶν πίθων ἐπιτιθέμενος, ἀπερύει τὴν ἀπὸ τῶν βροντῶν καὶ ἀστραπῶν βλάβην. ἔνιοι δὲ δάφνης κλάδους ἐπιτιθέασι κατὰ ἀντιπάθειαν.

h. e.

Ut neq; tonitrua neq; fulgura pervertant vina.

Zoroastræ.

Ferrum operculis doliorum impositum, noxam à fulgore & tonitru detrahit. Qvidam lauri ramos imponunt, per naturalem contrarietatem auxiliaturos.

Lib. X. Cap LXXXIII.

ΔΈΝΔΡΟΝ ἌΚΑΡΠΟΝ ΚΑΡΠΟΦΟΡΕῙΝ.

Ζωροάστρου.

Συζωσάμενος, καὶ ἀνακομβωσάμενος, καὶ λαβὼν πέλεκυν ἢ ἀξίνην μετὰ θυμοῦ, πρόσελθε τῷ δένδρῳ, ἐκκόψαι τοῦτο βουλόμενος. προσελθόντος δέ σοι τινὸς καὶ παραιτουμένου τὴν τούτου ἀποκοπὴν, ὡς ἐγγυητοῦ τοῦ μέλλοντος καρποῦ, δόξον πείθεσθαι καὶ φείδεσθαι τοῦ δένδρου, καὶ εὐφορήσει τοῦ λοιποῦ. καὶ ἄχυρα κυάμινα περιβαλλόμενα τῷ στελέχει, ποιεῖ τὸ δένδρον καρποφορεῖν.

h. e.

Ut arbor sterilis fructum ferat.

Zoroastræ.

Succinctus & crine in nodum obtorto, arreptaq; bipenni aut ascia, cum indignatione ad arborem accedito, eam excisurus, obviam autem veniente tibi qvopiam, ejusq; excisionem deprecante, & tanqvam futuri fructus fidejussore, videaris persuasus esse, & ejus causa arbori parcere, & de cætero abunde fructum dabit. Sed & paleæ fabeceæ circumjectæ, arborem fructuosam efficiunt.

Lib. XIII. Cap. XVI.

ΠΕΡῚ ΚΑΝΘΑΡΊΔΩΝ.

Ζωροάστρου.

Κανθαρίδες οὐ βλάψουσι τὰς ἀμπέλους, ἐὰν αὐτὰς τὰς κανθαρίδας βρέξας, ἐπιχρίσῃς τὴν ἀκόνην, ἐν ᾗ ἀκονᾷν μέλλεις τὰ δρέπανα. ἐὰν δὲ χαλβάνην μετὰ βολβιτῶν παλαιῶν καύσῃς, ἀποδιώξεις αὐτάς. καὶ ἀγρίου σικύου τὰς ῥίζας ὁμοίως θυμιῶν, ἀπελάσεις αὐτὰς. Ἀριστοτέλης δὲ φησὶν, ὅτι ἡ ὀσμὴ τῶν ῥόδων, κανθάρους ἀπόλλυσι, καὶ τὰς γύπας ἡ τοῦ μύρου ὀσμή. εἶναι γὰρ τούτοις δυσωδίαν τὴν εὐωδίαν βεβαιοῦνται. οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀμπέλων τὰ στελέχη, πρὸς τῇ γῇ στεφανοῦσι κιττοῦ στεφάνῳ, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὰς ὑπὸ τῇ σκιᾷ τοῦ κιττοῦ, καὶ διαφθείρουσιν.

h. e.

De Cantharidibus.

Zoroastræ.

Cantharides non lædent vites, si ipsas cantharides oleo maceraveris, indeqve cotem illeveris, in qva falcem exacuere soles, qva vites putantur. Si vero galbanum cum

cum stercore bubulo veteri exusseris, ipsas fugabis. Et cucumeris silvestris radices si suffumigaveris, eas similiter exterminabis. Aristoteles autem prodit rosarum odore Scarabæos necari. Vultures autem odore unguenti Hæc enim graveolentia ipsis esse confirmat. Pleriqve autem vitium truncos juxta terram hederæ corona circumdant, & inveniunt ipsas sub hederæ umbra, & sic perdunt.

Usqve huc fragmenta ex *Zoroastris Geoponicis*, qvæ Imp. Constantini Eclogis de re rustica inserta sunt. Meminit eorundem Zoroastris librorum etiam Plinius Hist. natur. lib. 18. cap. 24, qvod *de bonitate seminum & disciplina seminandi* inscribitur, his verbis: *Adjecit iis Accius in Praxidico, ut sereretur cum Luna esset in Ariete, Geminis, Leone, Libra Aqvario. Zoroastres Sole duodecim partes Scorpionis transgresso, cum Luna esset in Tauro.* Cæterum qvod hi libri æqve ac proxime præcedentes supposititii sint, ex ipsis jam citatis fragmentis abunde elucet; qvippe in qvibus *Hesiodus* & *Aristoteles* citantur, qvi sine ulla controversia Zoroastre Magorum Persicorum Principe multo juniores sunt.

V. *ἡ ἱερὰ Συναγωγὴ τῶν Περσικῶν*, h. e. *Sacra Persicarum rerum collectio*, sive, ut Vossius de Hist. Græc. lib. 3. hunc titulum interpretatur, *Historia sacra de religione Persarum.* Cujus operis notitiam debemus Eusebio Pamphili, qvi sub finem libri primi de *Præparatione Evangelica*, non simpliciter tantum illius meminit, sed & notabile ejus fragmentum de Deo sub accipitris figura culto *κατὰ λέξιν* sive verbotenus allegat. Ipsa Eusebii verba (1) hæc sunt: *Ἔτι μὴν οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας τὸν κόσμον γράφοντες, περιφερῆ κύκλον ἀεροειδῆ καὶ πυρωπὸν χαράσσουσι, καὶ μέσον τεταμένον ὄφιν ἱερακόμορφον. καὶ ἔστι τὸ πᾶν σχῆμα, ὡς τὸ παρ' ἡμῖν θῆτα. τὸν μὲν κύκλον, κόσμον μηνύοντες. τὸν δὲ μέσον ὄφιν συνεκτικὸν τούτου, ἀγαθὸν δαίμονα σημαίνοντες. καὶ Ζωροάστρης δὲ ὁ Μάγος ἐν τῇ ἱερᾷ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν φησὶ κατὰ λέξιν. Ὁ δὲ θεός ἐστι κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος. οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος ἀΐδιος, ἀγένητος, ἀμερής, ἀνομοιότατος, ἡνίοχος παντὸς καλοῦ, ἀδωροδόκητος, ἀγαθῶν ἀγαθώτατος, φρονίμων φρονιμώτατος. ἔστι δὲ καὶ πατὴρ εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης, αὐτοδίδακτος, φυσικός, καὶ τέλειος, καὶ σοφὸς καὶ ἱεροῦ φυσικοῦ μόνος εὑρετής.* h. e. Georgio Trapezuntino interprete: (2) *Ægypti universum depingentes mundum, hac ipsa inducti sententia, inter circulum æreum igneumqve in superficie circumfusum, serpentis accipitri formis figuram extendunt, ut sit Theta græcæ literæ figura consimilis, magnitudinem mundi ac formam per circulum significantes, per serpentem vero, qvi in circuli medio positus est, bonum dæmonem conservatorem omnium, cujus virtute mundus contineatur, ostendentes. Sed Zoroastres qvoqve Magus in libro sacro in qvo res Persicas collegit, hæc ad verbum scribit. Deus caput accipitris habet; is incorruptibilium primus est, sempiternus, ingenitus, expers partium, sibi ipsi simillimus, bonorum omnium auriga, munera non expectans, optimus, prudentissimus, pater juris, sine doctrina justitiam perdoctus, natura perfectus, sapiens, sacræ naturæ unicus inventor.* Hæc Eusebius. Qvem locum citat Petrus Crinitus de honesta disciplina lib. 16. cap. 2, ubi Zoroastrem, cujus apud Eusebium fit mentio, ut ab aliis distinguat ejusdem nominis, *Oromasi filium* cognominat, & *apud Persas sapientia maxime præstitisse* asserit. Idem Eusebii testimonium ex Crinito *ἀπαραλλάκτως* desumptum legere est apud Conradum Gesnerum de Hist. animal lib. 3. pag. 39. edit Basil. Froschoveri an. 1555. ubi de accipitre prolixe agitur. Huc etiam pertinere videtur illud ex Apuleji Apologia: *Cur mihi non nosse liceat vel Zamolxis bona verba, vel Zoroastris sacerdotia?* qvanqvam verosimilius sit, Bactrianum potius Zoroastrem, qvam Persomedum hic intelligendum esse; cum Apulejus, ut supra pag. 74 prolixius dictum est, *τὴν γοητικὴν μαγείαν* cum Persica sive Philosophica Magia perperam confundens, sacrilegas Dæmonolatricæ Magiæ præstigias *sacerdotium* falso nuncupet. Chrysostomus sane, qvi à Scipione Gentili in Notis ibi citatur, sine dubio Zoroastrem Bactrianum significat; qvippe cum per opera, qvorum S. Joannes Chrysostomus Sermone adversus Gentiles sive in S. Babylam Episcopum & Martyrem mentionem facit, non scripta sive libri intelligendi sint, sed miracula diabolica,

(1) *pag. 27. edit. græc. Rob. Stephan. Lutet. Paris. 1544. in fol.*

(2) *pag. 15. edit Basil lat. typ. Henr. Petri 1542. in fol.*

qvæ

qvæ Zoroaſtres Bactrianus & Zamolxis adminiculo vetitæ magiæ ediderunt. Hæc enim ficta miracula Chryſoſtomus ibi cum veris Apoſtolorum miraculis comparans, ſic exclamat: *Dic ſodes, qvare Zoroaſtrem illum & Zamolxin pleriqve ne à nomine qvidem noverunt, immo nulli niſi admodum pauci? qvia ficta ſunt omnia, qvæ de illis dicuntur. Similiter ignorantur & ſcriptores, qvi de illis libros conſcripſerunt, qvamvis & eloqventes & eximii fuiſſe ferantur tam hi, qvam illi. Autores qvidem, utpote qvi Magicam & invenerint & exercuerint. Scriptores vero, ut qvi ſermone probabili mendacium adumbrarunt, licet incaſſum & fruſtra omnis eorum opera: qvandoqvidem inutilem & mendacem tractabant materiam. Qvæ ſi ſolida & verax, ad eam ſubvertendam vana & inutilia forent omnia, qvæ ab æmulis excogitari poſſunt. Nullo enim ſubſidio opus habet veritatis robur, etiamſi innumeri ſint, qvi eam conentur extinguere.* Hæc Chryſoſtomus; cujus verba invitus latine citavi, cum authenticum ſive græcum exemplar nunc mihi non ſuppetat. Cæterum qvod ad judicium meum de ſupra memorata rerum *Perſicarum ſacra Collectione* attinet, idem omnino eſt atqve illud de reliqvis ſub Zoroaſtris Perſomedi nomine confictis ſcriptis, qvæ partim ex Ethnica Platonis Academia, partim ex hæretica Pſeudo-Chriſtianorum ſchola, partim ex aliis otioſorum Græculorum ſpuriis officinis in lucem prodierunt.

VI. *Ἀποκάλυψις* ſive *Revelatio Zoroaſtris*; qvam à *Gnoſticis* confictam acerrimus Philoſophiæ Pythagoricæ propugnator *Porphyrius* peculiari volumine refutavit, ſpuriumqve ac recens commentum eſſe multis argumentis demonſtravit: ut ipſe in vita Plotini teſtatur his verbis: Γεγόνασι δὲ κατ' αὐτὸν τῶν χριστιανῶν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι. αἱρετικοὶ δὲ ἐκ τῆς παλαιᾶς φιλοσοφίας ἀνηγμένοι, οἱ περὶ τὸν Ἀδέλφιον καὶ Ἀκυλῖνον· οἱ τα Ἀλεξάνδρου τοῦ Λίβυος, καὶ Φιλοκώμου, καὶ Δημοστράτου, καὶ Λυδοῦ συγγράμματα πλεῖστα κεκτημένοι, ἀποκαλύψεις τε προφέροντες Ζωροάστρου, καὶ Νικοθέου, καὶ Ἀλλογενοῦς, καὶ Μέσου, καὶ ἄλλων τοιούτων, πολλοὺς ἐξηπάτων. καὶ αὐτοὶ ἠπατημένοι, ὡς δὴ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὸ βάθος τῆς νοητῆς οὐσίας οὐ πελάσαντος. ὅθεν αὐτὸς μὲν, πολλοὺς ἐλέγχους ποιούμενος ἐν ταῖς συνουσίαις, γράψας δὲ καὶ βιβλίον, ὅπερ πρὸς τοὺς Γνωστικοὺς ἐπεγράψαμεν, ἡμῖν τὰ λοιπὰ κρίνειν καταλέλοιπεν. Ἀμέλιος δὲ ἄχρι τεσσαράκοντα βιβλίων προκεχώρηκε πρὸς τὸ Ζωστριανοῦ βιβλίον ἀντιγράφων. Πορφύριος δὲ ἐγὼ πρὸς τὸ Ζωροάστρου συχνοὺς πεποίημαι ἐλέγχους, ὅπως νόθον τε καὶ νέον τὸ βιβλίον παραδεικνὺς, πεπλασμένον γε δὲ ὑπὸ τῶν τὴν αἵρεσιν συστησαμένων, εἰς δόξαν εἶναι τοῦ παλαιοῦ Ζωροάστρου τά δόγματα, ἃ αὐτοὶ εἵλοντο πρεσβεύειν. h. e. Marſilio Ficino interprete: *Erant Chriſtiani eo tempore multi, tum alii, tum ex antiqva Philoſophia egreſſi hæretici, Adelphii Acyliniqve ſectatores: qvi Alexandri Libyci, Philocomi, Demoſtrati, Lydi plurimos libros circumferebant, & revelationes qvasdam Zoroaſtris, Zoſtriani, Nicothei, Allogenis, Meſi aliorumqve ejusmodi palam oſtendentes, & deceperunt multos, & ipſi decepti jam fuerant: aſſerentes Platonem intelligibilis eſſentiæ profundum minime penetraſſe. Qvamobrem Plotinus multas in diſputationibus ſuis in eos argumentationes intulit; ſcripſitqve contra eos librum, qvem contra Gnoſticos nos inſcripſimus, nobisqve reliqva diſcutere & judicare commiſit. Amelius autem libros qvadraginta compoſuit contra librum Zoſtriani. Ego vero Porphyrius argumentationibus multis oſtendi, librum Zoroaſtri ab illis inſcriptum, adulterinum novumqve eſſe, & ab eis confictum, qvi ſtruebant hæreſin, ut inſtitutiones ſuæ eſſe Zoroaſtris veteris crederentur.* Hæc Porphyrius de refutatione ſuppoſititiæ *Apocalypſeos Zoroaſtris* adverſus Gnoſticos à ſe conſcripta. Ejusdem meminit Avunculus meus *Lucas Holſtenius* in Diſſertatione de Vita & Scriptis Porphyrii capite nono, qvo ſcripta ipſius phyſica, theologica & theurgica recenſentur. Idem Revelationis Zoroaſtris adulterinum opus ſignificari arbitror à Clemente Alexandrino Stromatum libro primo, ubi refert *Adamæos* ſive *Adamitas*, qvi *Prodicum*, Carpocratis Gnoſticorum Principis diſcipulum, Hæreſeos ſuæ auctorem habuerunt, de arcanis qvibusdam Zoroaſtris Perſomedi libris, qvos penes ſe eſſe affirmarunt, gloriari ſolitos fuiſſe. Ipſa Clementis verba (1) hæc ſunt: Ζωροάστρην δὲ τὸν Μάγον τὸν Πέρσην ὁ Πυθαγόρας ἐδήλωσεν· βίβλους ἀποκρύφους

(1) *pag.* 304. *edit. gr. lat. Pariſ.* 1641. *fol.*

τὰνδρὸς τοῦδε οἱ τὴν Προδίκου μετιόντες αἵρεσιν, αὐχοῦσι κεκτῆσθαι. h. e. *Zoroastrem autem Magum Persam Pythagoras explanavit. Qui Prodici hæresin seqvuntur, gloriantur se arcanos libros illius Viri possidere.* Hæc Clemens de supposititiis Revelationum Zoroastris libris. *Prodicus* autem, cujus jam citato loco mentio fit, idem omnino est de qvo Stromatum libro septimo memoratur, inter dogmata ipsius fuisse τὸ μὴ δεῖν εὔχεσθαι, h. e. *non esse orandum*, ἐνταῦθα γενόμενος, inqvit (1) Clemens, ὑπεμνήσθην τῶν περὶ τοῦ μὴ δεῖν εὔχεσθαι πρός τινων ἑτεροδόξων, τουτέστιν τῶν ἀμφὶ τὴν Προδίκου αἵρεσιν παρεισαγομένων δογμάτων. ἵνα οὖν μηδὲ ἐπὶ ταύτῃ αὐτῶν τῇ ἀθέῳ σοφίᾳ ὡς ξένῃ ὀγκύλλωνται αἱρέσει, μαθέτωσαν προειλῆφθαι μὲν ὑπὸ τῶν Κυρηναϊκῶν λεγομένων φιλοσόφων. h. e. *Hic mihi veniunt in mentem qvidam, qvi diversa sentiunt, nempe qvi Prodici hæresin seqvuntur, & orandum non esse asserunt. Ne ergo de hac impia sua sapientia, tanqvam nova hæresi se efferant, sciant eam à Philosophis, qvi dicuntur Cyrenaici, se accepisse.* Qvod superest, floruit *Prodicus* Adamitarum Hæreseos princeps & fundator circa annum Æ. C. 120. cujus Actis Eminentissimus Cardinalis Cæsar Baronius de Prodico ejusqve secta hæc (2) inserit: *Cæterum proavum genus Carpocratis latius est propagatum: nam ejusdem stirpis fuit Prodicus nefandissimus, qvi Adamitarum autor extitit, qvi nihilo secius eadem, qvæ Carpocratiani & Gnosticorum reliqvi, turpissima perpetrabant: indiderunt sibi & ipsi nomen, ut Gnostici dicerentur, qvod Theodoretus testatur. De his plura Epiphanius, qvi horum Ecclesias lupanaria fuisse tradit, ubi non nisi nudos commorari liceret, qvas Paradisum nominabant. Addidit his Prodicus alias insanias ac nova dogmata: nam qvatuor elementa deos esse dicebat, deinde Solem & Lunam* Idem confirmat R. P. Theodorus Petrejus Carthusianus in Catalogo Hæreticorum his verbis: *De Adamæorum sive Adamitarum moribus ac hæresibus agit cumprimis Epiphanius, qvi eorum Ecclesias, qvas ipsi Paradisum nominabant, lupanaria fuisse, tradit. Hi exorti sunt circa annum Domini centesimum vigesimum, auctore nefandissimo qvodam Prodico, ludibrii magis qvam veritatis dogma habentes. Nudi enim penitus tum viri tum fœminæ simul convenientes, ac preces lectionesqve nonnullas instituentes, sine honore ac pudore eas peragebant.* Hæc Petrejus. At Gabriel Prateolus in elencho omnium Hæresium refert Prodicum & sectæ ipsius originem ad annnum Æ. C. 194. & notabilem hunc ex Epiphanio desumptum locum subjungit: *Primum qvidem, inqvit Epiphanius, Adamitæ dicuntur Ecclesias suas sive latibula & speluncas (sive enim appellaverim Hæreticorum conventicula) in hypocaustis, id est, locis, qvi subtus incenduntur, extruere: subincendere vero inferne, ut sit tepor ad calefactionem intus in domunculo congregatorum. Dum autem ingrediuntur, sunt qvidam vestium custodes ad fores instar (3) capsariorum ab ipsis constituti, Et qvilibet ingrediens, sive vir, sive mulier, exuitur foris, & ingreditur nudus, velut ex matris utero, universo corpore. Et qvi ipsorum Principes videntur ac Doctores, omnes velut ex matre nudi sedent, alii superne, alii inferne, mixtim ac sparsim. Sunt autem apud ipsos, qvi Continentes dicuntur, & virgines se esse jactant (adeo se ipsos decipiunt) & lectiones & alia omnia nudi faciunt. Si vero visus fuerit qvis (nam & hoc dicunt) in delicto esse, eum non amplius in suam congregationem admittunt. Dicunt enim illum esse Adam, qvi comedit de ligno, & judicant eum expelli ex Paradiso, hoc est, ex ipsorum Ecclesia. Putant enim suam Ecclesiam esse Paradisum, & seipsos esse Adam & Evam.* Hæc de Adamitis Prodici sectatoribus ex Epiphanio Prateolus: Qvæ qvidem eo potissimum nomine integre à me citata sunt, ut qvisqve hinc colligat, cujus farinæ *Revelatio*, qvæ sub *Zoroastris* nomine olim extitit, fuisse videatur, cum à tam sceleratis nebulonibus conficta, & ad defendendos monstrosos suos errores usurpata fuerit. Ego sane persuasissimum habeo, impurissimis illis Hæreticis in tota Magorum Persicorum doctrina nihil æqve arrisisse, qvam ὅσιον εἶναι μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι, h. e. *licitum secundum illos esse matri aut filiæ misceri.* Hoc enim execrandum dogma propudiosæ Adamitarum nuditati optime convenit. Cæterum qvo magis corroboretur, qvod de falsitate librorum, qvos Gnostici sub Zoroastris nomine olim

(1) *pag. 722.*

(2) *pag. 73. Tom. II. Annal. Eccles. edit. Plantin. 1617.*

(3) *Capsarii dicuntur, qui mercede servandam balneis vestimenta suscipiunt: l. Nam salutem 3. §. ult. ff. de off. Præf. vigil. Vide & Ja. Cujacium Observ. l. 5. c. 8.*

olim oſtentarunt, paulo ante dictum eſt, ſubjungam pro Porphyrii ſententia inſigne ſuffragium, qvod apud *Joannem Picum Mirandulanum* libro primo adverſus Aſtrologos extat his verbis: *Cavendum autem inprimis, ne qva nobis ad fidem irrepant mentita magis auctoribus volumina præſcribentes, qvod eſt illis cum omni ſuperſtitione commune. Nam qvoniam, qvæ produntur, ab his ratione confirmari non poſſunt; ſive ipſe illa vera credunt, ſive credi volunt ab aliis, libros hujuſcemodi fabularum Viris clariſſimis & antiqviſſimis inſcribunt, & fidem errori ſuo confictis auctoribus aucupantur. Ex hoc genere liber de proprietatibus elementorum, in qvo de magnis agitur conjunctionibus, & de ſecretis ad Alexandrum, qvos tribuunt Ariſtoteli, nulla culpa boni Philoſophi nullo demerito: ſicut libros Platonis de vacca circumferunt: & qvos vocant inſtitutionum execrabilibus ſomniis figmentisqve refertos, & à Platone non minus alienos, qvam iſta ſint mendicabula à Platonis procul & probitate & ſapientia. Sic olim Hæretici Gnoſtici nuncupati Zoroaſtri libros oſtentabant; qvibus hæreſin ſuam de Zoroaſtri antiqvitate venerabilem facerent: qvos novos & commentitios eſſe, non Zoroaſtri, Porphyrius multis argumentationibus demonſtravit. Falli autem facile poſſunt & circumveniri per hæc mendacia, ſi qvi ſint humaniorum literarum rudes qvanqvam alioqvin docti, cum per illas maxime & phraſin & indolem ſtatim auctorum cognoſcentes, adulterina à legitimis diſcernamus.* Hucusqve Picus.

VII. *Λόγια* ſive *Oracula*; de qvibus idem, qvod de præcedentibus ſub *Zoroaſtris Perſomedi* nomine confictis ſcriptis, meum eſt judicium: nempe antiqva illa qvidem, ſed ſpuria tamen & adulterina eſſe. Joannes Picus Mirandulanus in epiſtola qvadam ad Marſilium Ficinum *Chaldaice* ea initio conſcripta fuiſſe affirmat, atqve ita in manus ſuas perveniſſe gloriatur. Verba ipſius hæc ſunt: *Non poteras oportunius Maumettem tuum latinum repetere, qvam hoc tempore qvo me propediem Maumettem ipſum patria lingva loqventem auditurum ſpero. Poſtqvam enim Hebraicæ lingvæ perpetuum menſem dies noctesqve invigilavi, ad Arabicæ ſtudium & Chaldaicæ totus me contuli, nihil in eis veritus me profecturum minus, qvam in Hebraica profecerim; in qva poſſum nondum qvidem cum laude, ſed citra culpam epiſtolam dictare. Vide qvid poſſit impetus animi. Vide, qvid labor & diligentia, etiam ubi ſint vires infirmiuſculæ. Animarunt autem me, atqve adeo agentem alia vi compulerunt ad Arabum literas Chaldæorumqve perdiſcendas libri qvidam utriusqve linguæ, qvi profecto non temere aut fortuito, ſed dei conſilio & meis ſtudiis bene faventis numinis, ad meas manus pervenerunt. Audi inſcriptiones, vadimonium deſeres. Chaldaici hi libri ſunt: ſi libri ſunt, & non theſauri. Patris Ezre Zoroaſtris & Melchiar Magorum oracula: in qvibus & illa qvoqve, qvæ apud Græcos mendoſa & mutila circumferuntur, leguntur integra & abſoluta. Tum eſt in illa Chaldæorum ſapientum brevis qvidem & ſalebroſa, ſed plena myſteriis interpretatio. Eſt itidem & libellus de dogmatis Chaldaicæ Theologiæ, cum Perſarum, Græcorum & Chaldæorum in illa divina & locupletisſima enarratione. Vide Marſili, qvæ inſperata mihi bona irrepſerunt in ſinum.* Hæc Picus: cujus gloriatio de inventis Zoroaſtris Chaldaicis oraculis valde ſuſpecta mihi eſt; qvanqvam non ignorem Ficinum teſtari, oracula illa à Pico commentariis illuſtrata fuiſſe, eosqve libros commentarios in obitu Pici inter ſcriptorum ipſius reliqvias à ſe repertos eſſe: ſed ita exaratas, ut vix ab ipſo legi poſſent Pico. Refert hoc Franciſcus Patricius in Diſſertatione de Zoroaſtre, & qvamvis ingenue ibi fateatur, in ſupra citatis epiſtolæ Pici verbis Chaldæos, Magos, Perſas & Zoroaſtrem ſine diſcrimine commiſceri, perperam tamen concludit, Zoroaſtrem Magorum Perſicorum principem natione *Chaldæum* fuiſſe. Sic enim ſcribit: *Sed Magorum Princeps iſte Zoroaſter, Perſane fuerit, an alia è gente, in dubium videtur verti poſſe? Plinius namqve & Laertius Perſam eum faciunt. Platho & eum ſecuti Ficinus, Steuchus & alii recentes authores Chaldæum exiſtimant. Chaldæos autem à Magis, qvorum caput fuit Zoroaſter, Prophyrius tum apud Proclum, tum in vita Pythagoræ diſterminat Joannes vero Picus hos utrosqve confundit, dum ad Ficinum ſcribens, gloriatur ſe Chaldaicos qvosdam libros inveniſſe his verbis: Chaldaici hi libri ſunt, &c. In qvibus ſane*

Pici

Pici verbis commiſcentur ſine diſcrimine Chaldæi, Magi, Perſæ & Zoroaſter. Sed Chaldæum eum fuiſſe ut credam, multis adducor argumentis, cùm qvod Chaldæorum linguâ ejus oracula hæc ſcripta fuerint, ut hic Picus teſtatur, tum qvod Chaldaica etiam fuerit interpretatio. Tumqvoqve qvoniam Proclus & Pſellus Chaldaica ea appellant, præterea & hanc ipſam oraculorum horum Theologiam, Chaldaicam & Aſſyriam Theologiam vocant. Hæc Patricius: cujus aſſertioni de Zoroaſtris Magorum Perſicorum Principis patria longe præfero auctoritatem Plinii, Laertii, Clementis Alexandrini, Prophyrii, Suidæ & aliorum complurium probatisſimorum Scriptorum veterum, qvi Zoroaſtrem Magiæ Perſicæ fundatorem, non *Chaldæum*, ſed vel *Perſam* tantum, vel *Perſomedum*, qvaſi ex Perſide ſimul & Media oriundum, vel tanqvam apud Perſas ſimul & Medos florentem, nuncupant. Qvam arcta enim conjunctio inter duos hoſce populos olim fuerit, tum ex (1) diviſione primæ Monarchiæ, qvæ poſt Sardanapali interitum contingit, tum ex hiſtoriâ nativitatis (2) Cyri, tum ex Prophetiæ Danielis cap. 5. verſ. 28. cap. 6. verſ. 8. 12. & 15, & cap. 8. verſ. 20, ubi ſemper מדי ופרס h. e. Μῆδοι καὶ Πέρσαι conjunctim recenſentur. Ut igitur unanimi tot illuſtrium ſcriptorum conſenſu nixus, perſuaſiſſimum habeo, *Zoroaſtrem* illum, unde Perſarum Magi originem ducunt, *Perſam* vel *Perſomedum* fuiſſe, ſic non minus conſtanter aſſero, vel ex lingva *Chaldaica*, qvâ Oracula, qvæ Zoroaſtri vulgo attribuuntur, initio conſcripta fuiſſe Picus teſtatur, ſatis ſuperqve apparere, qvod ea ad illum Magiæ Perſicæ Principem, de qvo hic agitur, minime pertineant. Cæterum miſere ſe torqvet Franciſcus Patricius, ut nos doceat, qvis Oracula, Zoroaſtri vulgo attributa, ſi ſecundum Pici traditionem *Chaldaice* principio ſcripta ſunt, græce, ut nunc leguntur, verterit. Et primum qvidem hujus translationis auctorem is cenſet *Beroſum*, probatione hujus opinionis deſumpta ex Flavii Joſephi libro primo contra Apionem, ubi de Beroſo hæc leguntur: *μάρτυς δὲ τούτων Βηρωσός, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφομένοις, ἐπειδὴ περί τε ἀστρονομίας καὶ περὶ τῶν Χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτὸς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς.* Cujus loci poſtrema verba viris doctis pro ænigmate nunc in medium relinqvo, meam de genuino eorum ſenſu dicturus ſententiam, ſi qvando in vaſtiſſimi hujus operis continuatione ad Seculi ante Æ. C. tertii poſteriorem partem dimidiam, qva Beroſus floruit, pervenero. Audiamus interim Patricium, qvi ea ſic vertit: *Teſtis horum eſt Beroſus, vir Chaldæus genere, notus iis, qvi in diſciplinis verſati ſunt: qvandoqvidem ipſe ſcripta Chaldæorum de Aſtronomia & Philoſophia in Græcos extulit.* At Rufinus antiqvus interpres & Sigiſmundus Gelenius hæc eadem ita reddunt: *Teſtis autem horum eſt Beroſus, vir genere qvidem Chaldæus, notus autem eis, qvi doctrinæ eruditioniqve congaudent: qvoniam de aſtronomiâ & de Chaldæorum philoſophia ipſe Græcas conſcriptiones edidit.* Secundum Oraculorum Chaldaicorum interpretem Græcum ſtatuit Patricius *Ariſtotelem*, qvoniam is, teſte (3) Laertio, peculiarem edidit librum, cui μαγικὸς ſive *de Magis* inſcriptio. Ariſtoteli ſubjungit Patricius *Eudoxum Cnidium*, *Hermodorum Platonicum & Xanthum Lydum*, qvaſi & his aliqva pars interpretationis græcæ Chaldaicorum Oraculorum debeatur. Sed neqve de Ariſtotele hoc, neqve de cæteris jam memoratis auctoribus verum eſt; qvippe cum certo conſtet, illos non de *Zoroaſtre* aliqvo *Chaldæo* & *Philoſophis Chaldæorum*, ſed de *Zoroaſtre* (4) *Perſa* ſive *Perſomedo* & *Magis Perſarum* ab ipſo oriundis ſcripſiſſe. Ultimus eorum, qvibus Franciſcus Patricius græcam Oraculorum Chaldaicorum translationem attribuit, eſt *Philoſophus Julianus Chaldæus junior*, cognomine θεουργός, Juliani Chaldæi ſenioris filius, qvi ſeculi poſt Æ. C. ſecundi poſteriore parte dimidia ſub Imp. M. Aurelio Antonino Philoſopho floruit. Qvam aſſertionem is tuetur auctoritate Suidæ, ſed ita ut vim faciat ipſius verbis, ac γράφειν, qvod eſt *ſcribere*, nimia licentia perperam interpretetur μεταφράζειν, qvod eſt *vertere*, & *in alienam lingvam transferre*. Ipſa Suidæ verba

(1) *Vide tabulam ſucceſſionis Regum primæ Monarchiæ, qvæ extat ſupra c. 4. pag. 25*

(2) *Vid. ſupra pag. 71. in fin.*

(3) *Teſtimonium Laertii, cujus hic mentio fit, vid. ſupra p. 76. 77.*

(4) *Vid. Plin. Hiſt. natur. l. 30. c. 1. Laert. in proœm. & Voſſ. de Hiſt. Græcis.*

verba secundum editionem Æmilii Porti hæc sunt: Ἰουλιανὸς ὁ τοῦ Ἰουλιανοῦ Χαλδαίου, φιλοσόφου, υἱὸς, γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε καὶ αὐτὸς(1) θεουργικὰ, τελεστικὰ, λόγια δι' ἐπῶν. καὶ ἄλλα ὅσα τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης κρύφια τυγχάνουσι h. e. *Julianus, Juliani Chaldæi, Philosophi, filius, qvi sub Marco Antonino Imperatore floruit. Scripsit & ipse Theurgica, Initiatoria, Oracula carminibus, & alia qvæcunqve sunt hujus scientiæ arcana.* Qvem Svidæ locum posteaqvam citavit Patricius, hæc subjicit: *In his verbis nominatim sunt Logia ab eo carminibus græce scripta, seu potius è Chaldæo conversa.* Sic Franciscus Patricius. Ego vero in ea sententia sum, verbum γράφειν apud Svidam simpliciter accipiendum esse pro *conscribere* sive *componere*, nec transtulisse Julianum Λόγια illa δι' ἐπῶν, qvorum apud Svidam mentio fit, sed ipsum proprio marte ea finxisse, literisqve mandasse; & qvidem *Græce*: qvamvis *Chaldaica* deinceps cæperint appellari, non qvidem qvod *Chaldaicè* initio conscripta & ex Chaldaica lingva in Græcam translata fuerint, verum qvia *Julianus* eorum auctor natione fuit *Chaldæus*, qvem tamen non magis absurdum est græce scripsisse, qvam *Berosum*, qvi loco Flavii Josephi paulo ante citato æqve ac Julianus ἀνὴρ χαλδαῖος nuncupatur. Philosophum igitur *Julianum Chaldæum juniorem* cognomine *Theurgum*, non autem Zoroastrem Persam sive Persomedum, verum statuo auctorem Oraculorum illorum Magicorum, de qvibus hic agitur, & qvorum fragmenta græca in scriptis Philosophorum Pythagoricorum & Platonicorum juniorum, qvi post nativitatem Christi vixerunt, passim citantur. Ad qvod statuendum impellunt me præter clarissimum Svidæ testimonium hæc qvatuor: I. *Stylus*, qvi non Persidem aut Chaldæam, sed Pythagoræ & Platonis scholam redolet: II. *Ratio philosophandi*, qvæ partim Pythagorica, partim Platonica, partim Christiana est: III. *Genius seculi Juliani Chaldæi*; qvippe qvod ferax fuit scriptorum suppositítiorum, qvæ sub splendidis veterum auctorum nominibus partim à semiethnicis & semichristianis philosophis, partim à Christianis hæreticis, partim & studio convertendorum gentilium & confirmandæ veritatis religionis Christianæ ab ipsis Christianis orthodoxis conficta sunt: IV. *Ætas & conditio auctorum*, qvi Oracula illa Chaldaica vel citarunt obiter, vel ex professo justis commentariis illustrarunt. Nam hi omnes Juliano Chaldæo juniores sunt, & ex parte qvidem Pythagoricæ, potissimum autem Platonicæ Philosophiæ operam dederunt. Nempe *Plotinus*, qvi sub Gallieno potissimum floruit: *Porphyrius*, qvi sub Aureliano & deinceps usqve ad Imperium Diocletiani claruit: *Jamblichus* Porphyrii discipulus, qvi sub Constantino Magno ejusqve liberis & Juliano Apostata viguit: *Synesius*, qvi anno Æ. C. 410. à Theophilo Patriarcha Alexandrino ex Philosopho Episcopus Ptolemaidis creatus est: *Syrianus* Alexandrinus, qvi vixit circa annum Æ. C. 470. *Olympiodorus*, qvi Syriano fuit σύγχρονος: *Proclus* Diadochus, discipulus Syriani & Olympiodori, qvi floruit circa annum Æ. C. 500. *Hermias*, Syriani discipulus & Procli condiscipulus: *Damascius* & *Simplicius*, qvi claruerunt sub Imp. Justiniano: *Michael Psellus*, qvi floruit circa annum Æ. C. 1060. & deinceps: *Nicephorus Gregoras*, qvi in Synesii librum περὶ ἐνυπνίων sive de Insomniis commentarium scripsit; ut & Historiæ Byzantinæ libros undecim usqve ad ætatem suam seu obitum Andronici Palæologi junioris, qvi in an. Æ. C. 1341. incidit: *Georgius Gemistus Pletho*, qvi vixit seculo post Æ. C. decimo qvinto, qvo Constantinopolis à Turcis expugnata est: *Marsilius* deniqve *Ficinus*, qvi natus est an. Æ. C. 1433. obiit autem anno 1499. Subjungam hic ipsas Chaldaicorum Oraculorum reliqvias ex jam memoratorum Pythagoricorum & Platonicorum Philosophorum scriptis collectas, ut illæ primum qvidem à *Lodoico Tiletano* Parisiis an. 1538. in 4to, secundum à *Francisco Patricio* Ferrariæ an. 1591. in folio, tertium Hamburgi ex *Bibliotheca Ranzoviana* an. 1593. in 4to, & qvartum à *Joanne Opsopœo* Parisiis an. 1599. in 8vo editæ sunt. De duabus prioribus editionibus Franciscus Patricius in

(1) *Legendum hic censeo absqve distinctione* θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια δι' ἐπῶν. & *vertendum, esse* sacra ad initiandum cultui divino metrice composita Oracula.

Diſſertatione de Zoroaſtre ſic præfatur: *Ea ſcripta & Theſauri periere omnia; & ex tanto naufragio vix ſuperfuerunt ſexaginta tantum oracula vere divina, qvæ* (1) *qvinqvageſimo abhinc anno Pariſiis à Lodoico Tiletano fuere græce impreſſa ſub titulo:* Μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου μάγων. h. e. *Magica oracula eorum, qvi à Zoroaſtræ ſunt, Magorum, cum Græcis commentariis: qvæ reperi poſtea eſſe Plethonis Gemiſti. Qvem qvidem pauxillum numerū auximus nos non pœnitenda additione usq; ad CCCXXIV. magno labore à nobis conqviſita in Platonicorum Philoſophorum, qvæ ſuperfuerunt, ſcriptis, Procli, Hermiæ, Simplicii Damaſcii, Syneſii, Olympiodori, Nicephori Gregoræ Syneſii commentatoris, & nonnihil etiam in Arnobio reperimus, cum eorum ſingulorum aliqvibus expoſitionibus & argumentis Chaldaicæ Philoſophiæ. Qvæ omnia in unum collecta & in ordines qvosdam diſtributa, qvæ ſparſa invenimus, ad communem philoſophiæ ſincerioris ſtudioſorum, & latina fecimus, & in publicum libentes damus.* Hæc Franciſcus Patricius de comparatione antiqvæ editionis Tiletani cum auctiori à ſe publicata editione: qvo etiam pertinent, qvæ in fine ejusdem diſſertationis de diviſione horum Oraculorum in undecim claſſes ſive capita his verbis ab ipſo traduntur: *Logia hæc nos ſparſa huc illuc, per Platonicorum libros collegimus, ex Procli Theologia, Commentariis in Parmenidem, Timæum, Rempublicam, Cratylum: ex Hermia in Phædrum. Ex Olympiodoro in Philebum & in Phædonem: ex Syneſio: ex Simplicio in qvartum Phyſicorum: ex ipſo denique Damaſcio & Nicephoro Gregora: Sed ea in claſſes qvasdam, intelligentiæ clarioris gratia, redegimus; nempe XI. ſingulis tamen primam nominis authoris literam præfiximus, ut cognoſcatur, unde ea ſumpſerimus.* Hucusqve Patricius. Seqvuntur nunc ipſa Oraculorum jam memoratorum ἀποσπασμάτια.

(1) *Immo qvinqvageſimo tertio.*

SACRORUM ORACULORUM
JULIANI CHALDÆI JUNIORIS COGNOMINE THEURGI, QVÆ HACTENUS ZOROASTRI PERPERAM ATTRIBUTA FUERUNT.
R E L I Q V I Æ:

Secundum Lodoici Tiletani & Joannis Opſopœi editiones ex manuſcriptis Codicibus Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis & Sanctandreano.

ΜΑΓΙΚΑ ΛΟΓΙΑ ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΖΩΡΟΑΣΤΡΟΥ ΜΑΓΩΝ.	MAGORUM, QVI A ZOROASTRE PRODIERE, ORACULA.
Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν, ἤ τίνι τάξει, Σώματι θητεύσας, ἐπὶ τάξιν ἀφ᾽ ἧς ἐῤῥύης, Αὖθις ἀναστήσεις, ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.	*Exqvire animæ viam, unde aut qva ratione, ubi corpori inſervieris, eandem rurſus in locum à qvo fluxiſti extolles, ſacro ſermoni opus adjungens.*
Μὴ ᾽ κατωνεύσης· κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται, Ἑπταπόρου σύρων κατὰ βαθμίδος, ἣν ὑπο, (δεινῆς Ἀνάγκης θρόνος ἐστί.	*Neqve deorſum vergas: præcipitium inter ra ſubjacet, trahens te de limine habente ſeptem meatus, ſubter qvod horrendi fati ſedes eſt.*
Σὸν γὰρ ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσιν.	*Tuum enim vas beſtiæ terræ incolent.*
Μὴ σύγ᾽ αὔξανε τὴν εἱμαρμένην· Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει.	*Tu porro noli fato dare incrementum: neq; enim à præfectura ſummi Dei imperfectum qvid procedit.*
Ἀλλ᾽ οὐκ εἰς δέχεται κείνης τὸ θέλειν πατρικὸς νοῦς, Μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης, καὶ ῥῆμα λαλήσῃ Μνήμην ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήματος ἁγνοῦ.	*At vero animus paternus voluntatem illius* animæ *non admittit, donec exierit ab oblivione & verbum dixerit, memoria tenens ſanctum paternum ſymbolum.*
Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, καὶ πρὸς πατρὸς αὐγάς. Ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.	*Properandum tibi eſt ad lumen & ſplendorem patris, unde miſſa eſt anima, multam complexa mentem.*

Αὐτοὺς δὲ χθὼν κατοδύρεται ἐς τέκνα μέχρις.
Ψυχῆς ἐξωστῆρες ἀνάπνοοι εὔλυτοί εἰσιν.
Λαιῆς ἐν λαγόσιν κοίτης, ἀρετῆς πέλε πηγή,
Ἔνδον ὅλη μίμνουσα, τὸ παρθένον οὐ προϊεῖσα.
Ψυχὴ ἡ μερόπων θεὸν ἄγξει πως ἐς ἑαυτήν,
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη θεόθεν μεμέθυσται·
Ἁρμονίαν αὐχεῖ γάρ, ὑφ᾽ ᾗ πέλε σῶμα βρότειον.
Ὅτι ψυχὴ πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινόν,
Ἀθάνατός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστί,
Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.
Ζήτησον παράδεισον.
Μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μὴ δὲ βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.
Ἔστι καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.
Μὴ δὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψῃς.
Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξιοῦσα ἔχῃ τι,
Ἐκτείνας πύρινον νοῦν
Ἔργον ἐπ᾽ εὐσεβίης, ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις.
Ἐκ δ᾽ ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσ᾽ οὔποτ᾽ ἀληθὲς
Σῆμα βροτῷ ἀνδρὶ χθόνιοι κύνες δεικνύοντες.
Ἡ φύσις πείθει εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς,
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ καὶ ἐσθλά.
Αἱ ποιναὶ μερόπων ἀγκτῆρες.
Ἡ γείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον· ὄμματα δὲ ἄρδην
Πάντ᾽ ἐκπέτασον ἄνω.
Ὦ τολμηροτάτης φύσεως ἄνθρωπε τέχνασμα.
Πολλάκις ἢν λέξῃς μοι, ἀθρήσεις πάντη λεκτόν·
Οὔτε γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται ὄγκος·
Ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κεκάλυπται
Χθὼν οὐχ ἕστηκε, βλέπεται δὲ τὰ πάντα κεραυνοί.
Μὴ φύσεως καλέσῃς αὔτοπτον ἄγαλμα.
Πάντοθεν ἀπλάστῳ ψυχῇ, πυρὸς ἡνία τεῖνον.
Ἡνίκα μὲν βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὐίερον πῦρ
Λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλου κατὰ βένθεα κόσμου,
Κλῦθι πυρὸς τὴν φωνήν.
Σύμβολα πατρικὸς νόος ἐνέσπειρε ταῖς ψυχαῖς.
Μάνθανε τὸ νοητόν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει.
Ἔστι δὲ δή τι νοητόν, ὃ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει.

Ipsos terra deflet usqve ad filios.
Expulsores animæ, respirare facientes, sunt solubiles.
Sinistris in ilibus cubilis, vis virtutis intus est, intus tota manens, virginitatem non projiciens.
Anima hominum Deum vehementer ad seipsam conjunget, nihil mortale habens, tota divinitus inebriata est: harmoniam enim jactat, in qva est humanum corpus.
Qvoniam anima ignis est lucidus potestate Patris, manet immortalis, & vitæ est domina: & qvoniam habet multas consumationes sinuum mundi, qværito paradisum.
Ne spiritum conspurces, neve illum planum & æqvabilem in profundum deprimas.
Est & simulacro animæ pars in loco undiqve fulgenti & perspicuo.
Neqve materiæ crassamentum in præcipitio deseras.
Ne educas animam, ne exiens è corpore *habeat aliqvid* periculi.
Si extenderis igneam mentem ad opus cultus divini, fluxum etiam corpus tueberis.
Certe ex finibus terræ prodeunt canes terrestres, nunqvam demonstrantes verum signum homini mortali.
Naturalis ratio suadet esse dæmonas sanctos, etiam malæ materiæ germina frugi ac bona.
Ultrices furiæ homines constringunt.
Animæ profunditas immortalis imperet: oculos vero prorsus totos expande sursum versus.
O homo machinamentum naturæ confidentissimæ.
Si sæpius mihi loqvutus fueris, prorsus videbis memorabilem, neqve enim cœlestis, curvaqve & devexa apparet tunc tibi moles, stellæ non splendent, lunæ lumen tectum est, terra non stat, videntur vero omnia esse fulmina.
Ne vocaveris imaginem naturæ ipsius DEI per se conspicuam.
Undiqve simplici animo tende habenas ignis.
Cum videris absq; forma sacrum ignem micantem saltando per profunda totius mundi, audi ignis sonitum.
Mens ipsius Dei indidit animis hominum signa paterna.
Percipe id qvod potest intellectu percipi: nam est extra mentem.
Est sane qviddam intelligentia perceptibile, qvod oportet te intelligere flore mentis.

Εἰσὶν

Εἰσὶν πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα·
Πάντα γὰρ ἐξετέλησε πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε
δευτέρῳ, ὃν πρῶτον κληΐζετε ἔθνεα ἀνδρῶν.
Νοούμεναι ἴυγγες πατρόθεν νοέουσι καὶ αὐταὶ,
βουλαῖς ἀφθέγκτοισι κινούμεναι ὥς τε νοῆσαι.
Ὦ πῶς κόσμος ἔχει νοτροὺς ἀνοχῆας ἀκαμπεῖς.
Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν·
Οὐ δὲ ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ,
Πατὴρ οὐ φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δὲ ἐπιχεύει.

Omnia sunt producta ex uno igne: qvippe cum omnia Pater perfecerit, & menti tradiderit secunde, qvam primam vocant nationes hominum.
Species qve mente percipiuntur paterna, mente perceptæ & ipsæ intelligunt, consiliis tacitis motæ ut intelligant.
O qvomodo mundus hic habet rectores vi intelligendi præditos, qvi non flectuntur.
Seipsum summus parens DEus à reliqvis omnibus subduxit: neqve in sua potentia intellectili ignem suum inclusit.
Pater non metum immittit, sed obseqvium infundit.

ALIA EORUNDEM ORACULORUM TRANSLATIO AUCTORE JACOBO MARTHANO PICTAVIENSI.

Perqvire animæ ductum, unde, qvove ordine,
Navata corpori opera, ad ordinem unde manasti,
Rursus erigaris, opere verbis sacrosanctis adjuncto.
Ne deorsum nuas, præcipitium in terra substernitur,
E loco trahens septem meatibus prædito, infra qvem gravis
Necessitatis solium est.
Tuum vas feræ terræ habitabunt.
Ne fatum auxeris:
Neqve enim à paterno principio imperfectum qvicqvam versatur.
At vero non admittit ejus vota mens paterna,
Qvoad dum exierit oblivionem, atqve verbum prompserit,
Memoriæ insigens sacram patris tesseram.
Adspirandum tibi properandumqve est ad lumen & patris splendores,
Unde immissa tibi est anima, plurima mente circumsepta,
Hos autem terra deplorat ad usq; posteros,
Expulsores animæ, ac per qvos respirare sit integrum, solutu sunt faciles.
Lævo in latere cubilis, virtutis fons,
Intus totus manet, virginitatem minime projiciens.
Anima hominum, Deum qvadamtenus in sese cogit,
Mortale nihil complexa: tota divinitus inebriata est.
In harmonia gloriatur, sub qva corpus vitale sit.
Qvoniam anima, cum sit ignis patris lucidus,
Et immortalis permanet, & est vitæ domina.
Eadem mundanorum qvoqve sinuum multos numeros possidet.
Qvare Paradison:
Ne spurces spiritum, remve planam adaugeas.
Est & idolo locus in regione splendida.
Sed nec materiale corpus præcipitio deseres,
Ne excegeris, uti neqvid, cum exierit, incommodi perpetiatur.
Si mentem ignitam erexeris, fluxum alioqvi corpus servabis,
E finibus terræ prosiliunt, minus verum
Signum ostentantes mortali homini, canes.
Natura suaserit dæmonas esse integros,
Ac vitiosæ adeo materiæ germina frugi atqve proba.
Pœnæ mortalium vinctrices,
Primas in te vendicet, immortalis animæ altitudo: oculosqve pariter
Omneis sursum versum erige

Ona-

O naturæ homo præsidentis artificium.
Qvod si mihi sæpiuscule dixeris, omnino dictum cernes.
Nam neqve cœlestis eademqve curva moles visitur.
Stellæ nusqvam collucent: lunæ lumen conditum est:
Terra non extitit:
Ne naturæ imaginem nuncupaveris, exemplar visile.
Undiqvaqve nesciæ doli animæ habenis ignis extentis
Cum spectaris citra formam ullam sacrosanctum ignem
Lucentem, hucqve & illuc subsilientem ad universi orbis altitudinem,
Audi ignis vocem.
Symbola mens paterna animabus insevit.
Cetro scito intelligibile extra mentem esse.
Est intelligibile qvod oporteat mentis flore perceptum.
Omnia ab uno igne profecta sunt:
Qvippe cum omnia pater absolverit, mentiqve tradiderit
Secundæ, qvam Primam appellitant nationes hominum.
Qvæ à patre mentes concipiuntur, eædem & ipsæ concipiunt,
Consiliis mutis illicientes ad concipiendum.
Rectores intellectuales simul & inflexiles mundus obtinet.
Ipsum sese pater rapuit,
Ac ne in mente qvidem intelligentiæ compote, qvæ ipsum insequatur, ignem suum inclusit.
Pater non metum, sed suasionem admovet.

SACRORUM ORACULORUM
JULIANI CHALDÆI JUNIORIS COGNOMINE THEURGI,
QVÆ HACTENUS ZOROASTRI PERPERAM ATTRIBUTA FUERUNT,
RELIQVIÆ,

à Francisco Patricio ex scriptis Platonicorum Philosophorum collectæ & in undecim classes sive capita digestæ:
secundum editionem Ferrariensem an. 1591. in folio.

	ΤΑ' ΤΟΥ ΖΩΡΟΑ'ΣΤΡΟΥ ΛΟ'ΓΙΑ. ΜΟΝΑ'Σ, ΔΥΑ'Σ, ΚΑΙ' ΤΡΙΑ'Σ.	ZOROASTRI ORACULA. MONAS, DUAS, ET TRIAS.	
Ψελ.	Ὅπου πατρικὴ μονὰς ἐςί.	*Ubi paterna monas est.*	*Psel.*
Δαμ.	Ταναὴ ἐςὶ μονὰς, ἣ δύο γεννᾷ.	*Ampliata est Monas, qvæ duo generat.*	*Dam.*
Προ Δα.	Δυὰς γὰρ παρ' αὐτῷ δὲ κάθηται, καὶ νοεραῖς ἀςράπτει τομαῖς.	*Duitas enim apud hunc sedet, & intellectualibus fulget sectionibus.*	*Pro Da.*
	Καὶ τὸ κυβερνᾷν τὰ πάντα, καὶ τάττειν ἕκαςον οὐ ταχθέν.	*Et gubernare cuncta, & ordinare, qvodcumqve non ordinatum.*	
Δαμ.	Παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριὰς, ἧς μονὰς ἄρχει.	*Toto enim in mundo lucet Trias, cujus Monas est princeps.*	*Dam.*
	Ἀρχὴ πάσης τμήσεως ἥ δὲ ἡ τάξις.	*Principium omnis sectionis, hic est ordo.*	
Προκ.	Εἰς τρία γὰρ νοῦς εἶπε πατρὸς τέμνεσθαι ἅπαντα.	*In tria namqve Mens dixit Patris secari omnia.*	*Proc.*
	Οὗ τό θέλειν κατένευσε, καὶ ἤδη πάντα ἐτέτμητο.	*Cujus voluntas annuit, & jam omnia secta fuere.*	
	Εἰς τρία γὰρ εἶπε νοῦς πατρὸς αἰδίου.	*In tria namqve dixit Mens patris æterni.*	
	Νῷ πάντα κυβερνῶν.	*Mente omnia gubernans.*	
Δαμ.	Καὶ ἐφάνησαν ἐν αὐτῇ ἥ τ' ἀρετὴ, καὶ ἡ σοφία.	*Et apparuerunt in ipsa, Virtus & Sapientia.*	*Dam.*
	Καὶ ἡ πολύφρων ἀτρέκεια.	*Et multiscia Veritas.*	
	Τῇ τῶν δὲ ῥέει τριάδος δέμας πρὸ τῆς οὔσης.	*Hinc, fluit Triadis vultus ante essentiam.*	
	Οὐ πρώτης, ἀλλ' ἥτε μετρεῖται.	*Non primam, sed eam, qvæ mensuratur,*	
	Ἀρχαῖς γὰρ τρισὶ ταῖς δὲ λάβοις δουλεύειν ἅπαντα.	*Principiis tribus hisce capias servire cuncta.*	

(1) (2) Hæc duo Logia à Patricio in latina interpretatione omissa sunt.

(1) Ἱερὸς πρῶτος δρόμος· ἐν δ' ἄρα μέσῳ.
(2) Ἠέριος τρίτος ἄλλος, ὃς ἐν πυρὶ τὴν χθόνα θάλπει.
Καὶ πηγὴ πηγῶν, καὶ πηγῶν ἁπασῶν.
Μήτρα, συνέχουσα τὰ πάντα. (ὕλης.

Πρόκ. Ἔνθεν ἀρδὴν θρώσκει γένεσις πολυποικίλου
Ἔνθεν συρόμενος πρηστὴρ ἀμυδροῖο πυρὸς ἄνθος,
Κόσμων ἐνθρώσκων κοιλώμασι. Πάντα γὰρ ἔνθεν.
Ἄρχεται εἰς τὸ κάτω τείνειν ἀκτῖνας ἀγητάς.

ΠΑΤῊΡ ΚΑῚ ΝΟΥ͂Σ.

Ψελ. Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν, οὐδ' ἐν ἑῇ
Δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.

Ψελ. Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει.
Πάντα γὰρ ἐξετέλεσε πατὴρ.
Καὶ νῷ παρέδωκε δευτέρῳ.
Ὃν πρῶτον κλήζεται πᾶν γένος ἀνδρῶν.

Πρόκ. Πατρογενὲς φάος. πολὺ γὰρ μόνος.
Ἐκ πατρὸς ἀλκῆς δρεψάμενος νόου ἄνθος.
Ἔργα νοήσας γὰρ πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος.
Πᾶσιν ἐνέσπειρε δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος.
Ὄφρα τὰ πάντα μένῃ χρόνον εἰς ἀπέραντον ἐρῶντα.
Μήτε πᾶσι τὰ πατρὸς νοερῶς ὑφασμένα φέγγει·
Ὡς ἐν ἔρωτι μένῃ κόσμου στοιχεῖα μένοντα.
Ἔχει τὸ νοεῖν, πατρικὸν νοῦν ἐνδιδόναι,
Πάσαις πηγαῖς τε, καὶ ἀρχαῖς.
Ἐστι γὰρ πέρας τοῦ πατρικοῦ βυθοῦ, καὶ πηγὴ τῶν νοερῶν.
Μὴ δὲ προῆλθεν, ἀλλ' ἔμενεν ἐν τῷ πατρικῷ βυθῷ.
Καὶ ἐν τῷ ἀδύτῳ κατὰ τὴν θεοθρέμμονα σιγήν.
Οὐ γὰρ εἰς ὕλην πῦρ, ἐπέκεινα τὸ πρῶτον.
Τὴν δύναμιν κατακλείει ἔργοις, ἀλλὰ νόῳ.
Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρε κατὰ κόσμον.
Ὃς τὰ νοητὰ νοεῖ, καὶ ἄφραστα καλλύνει.

Δαμ. Ὁ λοφυὴς μερισμὸς, καὶ ἀμέριστος.
Νῷ μὲν κατέχει τὰ νοητὰ, αἴσθησιν δ' ἐπάγει κόσμοις.
Νῷ μὲν κατέχει τὰ νοητὰ, ψυχὴν δ' ἐπάγει κόσμοις.

ΝΟΥ͂Σ, ΝΟΗΤΆ, καὶ νοερά.

Δαμ. Καὶ τοῦ ἑνὸς νοῦ τοῦ νοητοῦ.

Πρόκ. Οὐ γὰρ ἄνευ νόος ἐστὶ νοητοῦ, οὐ χωρὶς ὑπάρχει.
Τὰ μὲν ἐστὶ νοερὰ καὶ νοητὰ ὅσα νοοῦντα νοεῖται.

Et fons fontium, & fontium cunctorum.
Matrix continens cuncta.

Proc. *Inde affatim exilit generatio multivariæ materiæ,*
*Inde tractus *præstet exilis ignis flos.*
Mundorum indens cavitatibus. Omnia namq; inde.
Incipit deorsum tendere radios admirandos.

PATER, ET MENS.

Psel. *Seipsum rapuit pater, neqve sua.*
Potentia mentali claudens proprium ignem.

Psel. *Non enim à paterno principio imperfectum quid rotatur.*
Cuncta namqve perfecit pater.
Et menti tradidit secundæ.
Qvam primam vocat omne genus hominum.

Proc. *Patrogenia lux, multum namqve sola.*
E patris robore decerpens mentis florem.
Opera enim intelligens paterna mens è se genita.
Cunctis inseminavit vinculum igni gravis (amoris.
Qvo omnia maneant, tempus in interminatum amantia.
Neqve omnibus, qvæ patri mentaliter contexta, monstret.
Ut in amore maneant, mundi elementa manentia.
Habet ipsa intelligentia paternam mentem indere.
Omnibus fontibus, & principatibus.
Est etenim finis paterni profundi, & fons mentalium.
Neqve progressus est, sed mansit in paterno profundo.
Et in adyto, per deonutriens silentium.
Non enim in materiam ignis trans, primus.
Suam potentiam claudit operibus, sed menti.
Symbola enim paterna mens seminavit per mundum.
Qvæ intelligibilia intelligit, & ineffabilia exornat.

Dam. *Tota partitio, & impartibilis.*
Mente qvidem continet intelligibilia, sensum vero inducit mundis.
Mente qvidem continet intelligibilia, animam vero inducit mundis.

MENS, INTELLIGIBILIA, & Mentalia.

Dam. *Et unius mentis intelligibilis.*

Proc. *Non enim sine intelligibili mens est, non seorsum existit.*
Qvædam sane sunt mentalia & intelligibilia, qvæcunq; dum intelligunt intelliguntur.

Τρο-

Τροφὴ δὲ τῷ νοοῦντι τὸ νοητόν.
Μάνθανε τὸ νοητὸν, ἔπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει.
Καὶ τοῦ νοῦ, ὅς τὸν ἐμπύριον κόσμον ἄγει.
Νοῦ γὰρ νοῦς ἐςὶν, ὁ κόσμου τεχνίτης πυρίου.
Οἱ τὸν ὑπερκόσμιον πατρικὸν βυθὸν ἴςε νοοῦντες.
Ἡ νοητὴ πάσης τμήσεως ἄρχει.
Ἐςι γὰρ τὶ νοητὸν, ὁ χρὴ σὲ νοεῖν νόου ἄνθει.
Δαμ. Ἤ γὰρ ἐπεγκλίνη, ὡς ἂν νοῦν κἀκεῖνο νοήσῃ.
Ὡς τὶ νοῶν, οὐ κεῖνον νοήσεις.
Ἐςὶ γὰρ ἀλκῆς ἀμφιφαοῦς δύναμις.
Νοεραῖς ςράπτουσα τομαῖσι. Οὐ δὴ χρὴ
Σφοδρότητι νοεῖν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο.
Ἀλλὰ νόου ταναοῦ ταναῇ φλογὶ,
Πάντα μετρούσῃ πλὴν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο.
Χρεὼ δὴ τοῦτο νοῆσαι. ἢ γὰρ ἐπεγκλίνης
Σὸν νοῦν, κἀκεῖνο νοήσεις οὐκ ἀκτενῶς.
Ἀλλ᾽ ἁγνὸν ἐπίςροφον ὄμμα.
Φέροντα σῆς ψυχῆς τεῖναι κενεὸν νόον.
Εἰς τὸ νοητὸν, ὄφρα μάθῃς τὸ νοητὸν.
Ἐπεὶ ἔξω νόου ὑπάρχει.
Τὸν δὲ νοεῖ πᾶς νοῦς θεὸν, οὐ γὰρ ἄνευ
Νόος ἐςὶ νοητοῦ, καὶ τὸ νοητὸν, οὐ νοῦ χωρὶς ὑπάρχει.
Τοῦ δὲ πυρὸς νοεροῦ νοεροῖς πρηςῆρσιν ἅπαντα
Εἴκαθε δουλεύοντα, πατρὸς πειθηνίδι βουλῇ,
Καὶ τὸ νοεῖν, ἀεί τε μένειν, ἀόκνῳ ςροφάλιγγι.
Πηγάς τε καὶ ἀρχὰς δινεῖν, ἀεί τε μένειν ἀόκνῳ ςροφάλιγγι.
Ἀλλὰ δ᾽ οὔνομα σεμνὸν ἀκοιμήτῳ ςροφάλιγγι.
Κόσμοις ἐνθρώσκων κρεπνὴν διὰ πατρὸς ἐνιπήν.
Ὑπὸ δύο νόων ἡ ζωογόνος πηγὴ περιέχεται ψυχῶν.
Καὶ ὁ ποιητὴς, ὅς αὐτουργῶν, τεκτέναιται τὸν κόσμον.
Ὃς ἐκ νόου ἔκθωρε πρῶτος.
Εσσάμενος πυρὶ πῦρ, συνδέσμων ὄφρα κεράσῃ,
Πηγαίους κρατῆρας ἑοῦ πυρὸς ἄνθος ἐπίσχων.
Νοεραῖς ἀςράπτει τομαῖς, ἔρωτος δ᾽ ἐνέπλησε τὰ πάντα.
Τὰ ἀτύπωτα τυποῦσα.
Σμήνεσσιν ἐοικυῖαι φέρονται ῥηγνύμεναι.
Κόσμου περὶ σώμασι.
Ἃ νοῦς λέγει τῷ νοεῖν δὴ που λέγει.
Ἡ, μὲν γὰρ δύναμις σὺν ἐκείνοις, νους δ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνου.

Cibus vero intelligenti est intelligibile.
Disce intelligibile, quandoqvidem extra mentem existit.
Et mentis, qvæ empyreum mundum ducit.
Mentis enim mens est, qvæ mundi est artifex ignei.
Qvi supermundanum paternum profundum estis intelligentes.
Intelligibilis omnis sectionis princeps est.
Est enim qvoddam intelligibile, qvod oportet te intelligere mentis flore.
Vel enim inclines ut mentem, & illud intellexeris. Dam.
Ut aliqvid intelligens, non illud intelliges.
Est n. roboris circumqvaqve lucidi potentia,
Mentalibus fulgens sectionibus: non sane oportet
Vehementia intelligere intelligibile illud:
Sed mentis amplæ, ampla flamma
Omnia metiente, præterqvam intelligibile illud.
Opus ergo est hoc intelligere, nam si inclinaveris. (rum.
Mentem tuam, etiam illud intelliges non pa-
Sed purum converte oculum. (tem.
Ferentem tuæ animæ, tendere vacuam men-
In intelligibile, ut discas intelligibile.
Qvandoqvidem extra mentem existit.
Deum hunc intelligit omnis mens, non n. sine
Mens est intelligibili, & intelligibile
Non sine mente existit. (Ela
Ignis mentalis, mentalibus presteribus cun-
Cedunt servientia, Patris persuasorio consilio.
Et intelligere, semperqve manere impigra vertigine.
Fontes, & principia vertere, semperqve manere impigra vertigine.
Sed nomen venerandum insomni vertigini.
Mundis indens, terribiles ob patris minas.
Sub duabus mentibus vitigenius fons continetur animarum. (dum
Et factor, qvi per se operans fabrefecit mun-
Qvi ex mente exiliit primus.
Indutus igni ignem. Vinculorum ut temperet
Fontanos crateras, seu ignis florem sustinens.
Mentalibus fulget sectionibus, amoreqve implevit omnia.
Infigurata figurans.
Examinibus similes, feruntur perumpentes
Per mundi corpora.
Qvæ Mens dicit, intelligendo sane dicit.
Potentia qvidem cum illis. Mens vero ab illa.

ITN-

ΙΥΓΓΕΣ. ΙΔΕΑΙ, ΑΡΧΑΙ.

Πολλαὶ μὲν αἵδε ἐπεμβαίνουσι φαεινοῖς κοσμοις.
Ἐνθρώσκουσαι. καὶ ἐν αἷς ἀκρότητες εἰσὶ τρεῖς.
Ὑπόκειται αὐταῖς ἀρχιὸς αὐλῶν.
Ἀρχὰς, αἱ πατρὸς ἔργα νοήσασαι νοητὰ
Αἰσθητοῖς ἔργοις, καὶ σώμασιν αφεκάλυψεν.
Διαπόρθμιοι ἑστῶτες φάναι τῷ πατρὶ, καὶ τῇ ὕλῃ.
Καὶ τὰ ἐμφανῆ, μιμήματα τῶν ἀφανῶν ἐργαζόμενοι.
Καὶ τ' ἀφανῆ, εἰς τὴν ἐμφανῆ κοσμοποιίαν ἐγγράφοντες.
Νοῦς πατρὸς ἐρροίζησε, νοήσας ἀκμάδι βουλῇ
Παμμόρφους ἰδέας. πηγῆς δ' ἀπὸ μιᾶς ἀποπτᾶσαι
Ἐξέθορον, πατρόθεν γὰρ ἔην, βουλή τε τέλος τε.
Αἷς ἂν συνάπτεται τῷ πατρὶ ἄλλην κατ' ἄλλην.
Ζωὴν ἀπὸ μεριζομένων ὀχετῶν
Ἀλλ' ἐμερίσθησαν, νοερῷ πυρὶ μοιρηθεῖσαι
Εἰς ἄλλας νοεράς. κόσμῳ γὰρ ἄναξ πολυμόρφῳ.
Προύθηκεν νοερὸν τύπον ἄφθιτον, οὐ κατὰ κόσμον.
Ἴχνος ἐπειγόμενος μορφῆς καθ' ἃ κόσμος ἐφάνθη.
Παντοίαις ἰδέαις κεχαρισμένος, ὧν μία πηγή.
Ἐξ ἧς ῥοιζοῦνται μεμερισμέναι ἄλλαι.
Ἄπλατοι ῥηγνύμεναι κόσμου περὶ σώμασι.
Αἳ περὶ κόλπους σμερδαλέους σμήνεσσιν ἐοικεῖαι
Φορέονται τραποῦσαι, περὶ δ' ἀμφὶ ἄλλυδις ἄλλη.
Ἔννοιαι νοεραὶ πηγῆς πατρικῆς ἀπὸ,
Πολὺ δραπτόμεναι πυρὸς ἄνθος.
Ἀκοιμήτου χρόνου ἀκμὴ ἀρχεγόνου ἰδέας.
Πρώτη πατρὸς ἔβλυσε, τὰς δ' αὐτοθαλὴς πηγή.
Νοούμεναι ἴυγγες πατρόθεν. νοέουσι καὶ αὐταί.
Βουλαῖς ἀφθέγκτοισι κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.

ΕΚΑΤΗ, ΣΥΝΟΧΕΙΣ, ΚΑΙ τελεταρχαι.

Ἐξ αὐτοῦ γὰρ πάντες ἐκθρώσκουσι.
Ἀμείλικτοί τε κεραυνοὶ καὶ πρηστηροδόχοι κόλποι.
Παμφεγγέος ἀλκῆς πατρογενοῦς Ἑκάτης.
Καὶ ὑπεζωκὼς πυρὸς ἄνθος, ἠδὲ κραταιόν.
Πνεῦμα πόλων πυρίων ἐπέκεινα.
Φρουρεῖν αὖ πρηστῆρσιν ἑοῖς ἀκρότητας ἔδωκεν.

IYNGES, IDEÆ, PRINCIPIA.

Multæ qvidem hæ scandunt lucidos mundos.
Insilientes, & in qvibus summitates sunt tres.
Subjectum ipsis est principale pratum.
Principia, qvæ patris opera intelligentes intelligibilia
Sensibilibus operibus, & corporibus revelarunt.
Transvectrices stantes, dicere patri, & materiæ.
Et manifesta imitamina latentium operantes.
Et latentia in manifestam Cosmopeiam inscribentes.
Mens patris striduit, intelligens vigente consilio
Omniformes Ideas. Fonte vero ab uno, evolantes
Exilierunt. A patre n. erat consilium & finis.
Per qvæ conjunguntur patri, per aliam atq; aliam
Vitam, à compartitis canalibus.
Sed partitæ sunt, mentali igne dispositæ
In alias mentales: mundo namqve rex multiformi
Proposuit mentalem typum, incorruptibilem, non per mundum,
Vestigium promovens formæ per qvæ mundus apparuit.
Omnifariam ideis gratiosus. Qvarum unus fons.
Ex qva strident dispertitæ aliæ.
Immensæ perrumpentes mundi circa corpora.
Qvæ per sinus immensos, examinibus similes
Feruntur conversæ. circumqve alibi aliæ
Conceptiones mentales, fonte à paterno,
Multum decerpentes ignis florem.
Insomnis temporis. Vigor principigeniæ ideæ,
Prima è patre missa est, cujus per se florens fons.
Intellectæ Iynges à patre, intelligunt & ipsæ.
Consiliis ineffabilibus moventur, ut intelligant.

HECATE, SYNOCHES, ET Teletarchæ.

Ex ipso enim omnes exiliunt.
Amilictiqve fulmines, & prestero capaces sinus.
Omnilucidæ vigoris patrogenii Hecates.
Et Hypezocus ignis flos, & fortis.
Spiritus polorum igneos trans.
Custodire presteribus suis summitates dedit.

Εγκε-

Ἐγκεράσας ἀλκῆς ἴδιον μένος ἐν συνοχεῦσιν.
Ὡπᾶς ἔχει κόσμος νοεροὺς ἀνοχῆας ἀκαμπεῖς.
Ὅτι ἐργάτις, ὅτι ἐκδότις ἐςὶ πυρὸς ζωηφόρου.
Ὅτι καὶ τὸ ζωογόνον πληροῖ τῆς Ἑκατης κόλπον.
Καὶ ἐπιῤῥεῖ τοῖς Συνοχεῦσιν ἀλκὴν ζῆδωρον πυρός.
Μέγα δυναμένοιο.
Ἀλλὰ καὶ φρουροὶ τῶν ἔργων εἰσὶ τοῦ πατρός
Ἀφομοιοῖ γὰρ ἑαυτὸν, ἐκεῖνος ἐπειγόμενος.
Τὸν τύπον περιβάλλεσθαι τῶν εἰδώλων
Οἱ τελετάρχαι συνειλήπται τοῖς συνοχεῦσι.
Τοῖς δὲ πυρὸς νοεροῦ, νοεροῖς πρηςῆρσιν
Ἅπαντα εἴκαθε δουλεύοντα.
Ἀλλὰ καὶ ὑλαίοις ὅσα δουλεύει συνοχεῦσι.
Ἑσσαμένου πάντευχον ἀλκὴν φωτὸς κελάδοντος.
Ἀλκῇ τριγλίχῳ, νοόν ψυχήν θ' ὁπλίσαντα,
Παντοίαδος σύνθημα βάλλειν φρενὶ.
Μηδ' ἐπιφοιτᾶν ἐμπυρίοις σποράδην ὀχετοῖς.
Ἀλλὰ ςιβαρηδόν.
Οἱ δὲ τὰ ἄτομα, καὶ αἰσθητὰ δημιουργοῦσι,
Καὶ σωματοειδῆ, καὶ κατατεταγμένα εἰς ὕλην.

Immiſcens vigoris proprium robur in Synochis.
Qvo mundus habeat mentales ſuſtentatores inflexiles.
Qvia operatrix, qvia largitrix eſt ignis vitiferi.
Qvia & vitigenium implet Hecatis ſinum.
Et influit Synochis vigorem vitidonum ignis.
Magni potentis.
Sed & cuſtodes operum ſunt patris.
Aſſimilat enim ſeipſum ille, urgens.
Typum induere idolorum.
Teletarchæ comprehenſi ſunt, cum Synochis.
His vero ignis mentalis mentalibus preſteribus
Omnia parent ſervientia.
Sed & qvæcunqve materialibus ſerviunt Synochis.
Induti armorum vigorem luminis reſonantis.
Vigore Trichlico, mentem, animamqve armantem.
Pervarium Synthema jacere ratiocino.
Neqve ſuper incedere empyreis ſparſim canalibus,
Sed collectim.
Hi vero individua, & ſenſibilia efficiunt.
Et corpori formia, & deſtinata in materiam.

ΨΥΧΗ', ΦΥΣΙΣ.

Ὅτι ψυχὴ πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινὸν,
Ἀθάνατός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐςὶ,
Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.
Νοῦ γὰρ μίμημα πέλει, τὸ δὲ τεχθὲν ἔχει τι σώματος,
Μιγνυμένων δ' ὀχετῶν πυρὸς ἀφθίτου ἔργα τελοῦσα.
Μετὰ δὲ πατρικὰς διανοίας ψυχὴ ἐγὼ ναίω.
Θερμὰ ψυχοῦσα τὰ πάντα. κατέθετο γὰρ
Νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐνὶ σώματι ἀργῷ
Ἡμέων, ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Ἀρδὴν ἐμψυχοῦσα, φάος, πῦρ, αἰτέρα, κόσμους.
Συνφίσαται γὰρ τὰ φυσικὰ ἔργα τῷ νοερῷ φέγγει

ANIMA, NATURA.

Qvoniam anima ignis potentia patris exiſtens lucida.
Immortalisqve manet, & vitæ domina eſt;
Et tenet mundi multas plenitudines, ſinuum.
Mentis enim imitamen eſt, partum vero habet qvid corporis.
Miſtis vero canalibus, ignis incorruptibilis opera efficiens.
Poſt vero paternas conceptiones animæ ego habito.
Calida animans omnia: repoſuit enim
Mentem ſane in anima, animam vero in corpore inerti
Noſtro impoſuit pater hominumqve Deumq;.
Affatim animans lucem, ignem, æthera, mundos.
Coexiſtunt namqve naturalia opera mentali ſplendori

τοῦ πατρός. Ψυχὴ γὰρ ἡ κοσμήσασα τὸν μέγαν	*Patris. Anima enim est quæ ornavit, magnum*
Οὐρανὸν, καὶ κοσμοῦσα μετὰ τοῦ πατρός.	*Cœlum, & quæ ornat simul cum patre.*
Κέρατα γὰρ καὶ αὐτῆς ἐστήρικται ἄνω.	*Cornua & ipsius firmata sunt sursum.*
Νώτοις δ' ἀμφὶ θεᾶς φύσις ἄπλετος ἠώρηται.	*Humeros vero circa Deæ natura immensa attollitur.*
Ἄρχει δ' αὖ φύσις ἀκαμάτη κόσμων τε καὶ ἔργων.	*Imperat rursus natura infatigabilis mundisque operibusque.*
Οὐρανὸς ὄφρα θέει δρόμον ἀΐδιον κατασύρων	*Cœlum ut currat cursum æternum trahens,*
Καὶ ταχὺς ἠέλιος περὶ κέντρον ὅπως ἐθὰς ἔλθῃ.	*Et celer sol circa centrum ut assuetus veniat.*
Μὴ φύσεως ἐμβλέψεις εἱμαρμένον οὔνομα τῆς δέ.	*Non naturæ inspicias fatale nomen ejus.*

ΚΟΣΜΟΣ.	MUNDUS.
Ὁ ποιητὴς, ὃς αὐτουργῶν τεκταίνεται τὸν κόσμον	*Factor, qui per se operans fabrefacit mundum.*
Καὶ τις πυρὸς ὄγκος ἦν ἕτερος, ταῦτα δὲ πάντα.	*Etenim quædam ignis moles erat altera, hæc omnia.*
Αὐτουργῶν ἵνα σῶμα τὸ κοσμικὸν ἐκτολυπεύσῃ.	*Per se efficiens, ut corpus mundanum.*
Κόσμος ἵν' ἔκδηλος, καὶ μὴ φαίνηται ὑμενώδης.	*Mundus ut manifestus, & non videatur membraneus.*
Τὸν ὅλον κόσμον, ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ γῆς	*Totum mundum ex igne, & aqua, & terra,*
Καὶ παντοτρόφου αἰθέρος.	*Et omnia lente aëre,*
Ἄρρητα καὶ ῥητὰ συνθήματα τοῦ κόσμου	*Ineffabilia, & fabilia synthemata mundi.*
Ἄλλην κατ' ἄλλην ζωὴν, ἀπὸ μεριζομένων ὀχετῶν.	*Aliam per aliam vitam, à partitis canalibus.*
Ἄνωθεν διήκοντος ἐπὶ τὸ κατ' ἀντικρύ.	*Desuper permeantis in oppositum.*
Διὰ τοῦ κέντρου τῆς γῆς. καὶ πέμπτον μέσον ἄλλον.	*Per centrum terræ, & quintum medium alium.*
Πυρίοχον, ἔνθα κάτεισι μέχρι ὑλαίων ὀχετῶν.	*Igneum, ubi descendit usque ad materiales canales.*
Ζωηφόρον πῦρ,	*Vitifer ignis.*
Κέντρῳ ἐπισπέρχων ἑαυτὸν φωτὸς κελαδόντος.	*Centro incitans seipsum lumine resonante.*
Πηγαῖον ἄλλον, ὃς τὸν ἐμπύριον κόσμον ἄγει.	*Fontanum alium, qui Empyreum mundum ducit.*
Κέντρον ἀφ' οὗ πᾶσαι, μέχρις ἂν τυχὸν ἴσαι ἔασι.	*Centrum à quo omnes, usque quo forte æquales fuerint.*
Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρε κατὰ κόσμον,	*Symbola enim paterna mens seminavit per mundum.*
Μέσον τῶν πατέρων, ἑκάτης κέντρον φορῆται.	*Medium inter partes, singulæ centrum fertur.*
Νοῦ γὰρ μίμημα πέλει, τὸ δὲ τεχθὲν ἔχει τὶ σώματος.	*Mentis enim imitamen est, quod vero partum est habet quid corporis.*

ΟΥΡΑΝΟΣ.	COELUM.
Ἑπτὰ γὰρ ἐξώγκωσε πατὴρ στερεώματα κόσμων.	*Septem enim in moles formavit pater firmamenta mundorum.*
Τὸν οὐρανὸν κυρτῷ σχήματι περικλείσας.	*Cœlum rotunda figura circumcludens.*
Πῆξε δὲ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν,	*Fixitque multum cœtum astrorum inerrantium.*
Ζώων δὲ πλανωμένων ὑφέστηκεν ἑπτάδα.	*Animaliumque errantium, constituit septenarium.*
Τὴν δ' ἐν μέσῳ τιθεὶς, ὕδωρ δ' ἐν γαίας κόλποις,	*Terram in medio posuit, aquamque in terræ finibus.*
Ἀέρα δ' ἄνωθεν τούτων.	*Aeremque supra hæc.*
Πῆξε δὲ, καὶ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν.	*Fixitque multum cœtum astrorum inerrantium.*

Μὴ

Μὴ τάσει ἐπιπόνῳ πονηρᾷ	*Tensione, non laboriosa mala.*
Πήξῃ δὲ πλάνην οὐκ ἐχούσῃ φερέσθαι.	*Sed fixione errorem non habente in motu.*
Ἔπηξε δὲ καὶ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν,	*Fixitqve multum cœtum astrorum inerrantium.*
Τὸ πῦρ πρὸς τὸ πῦρ ἀναγκάσας.	*Ignem ad ignem cogens.*
Πήξῃ πλάνην οὐκ ἐχούσῃ φερέσθαι.	*Fixione errorem non habente in motu.*
Ἓξ αὐτους ὑπέστησεν, ἕβδομον ἠελίου.	*Sex eos constituit, septimum solis.*
Μεσεμβολήσας πῦρ.	*In medium jaciens ignem.*
Τὸ ἄτακτον αυτῶν εὐτάκτοις ἀνακρέμασας ζώναις.	*Inordinationem eorum bene ordinatis suspendens zonis.*
Τίκτει γὰρ ἡ θεὸς ἥελιον τε μέγαν, καὶ λαμπρὰν σελήνην	*Parturit enim Dea, solemqve magnum, & splendidam lunam.*
Αἰθὴρ, ἥελιος, πνεῦμα σελήνης, ἤερος ἀγοὶ	*Æther, sol, spiritus lunæ, aëris ductores.*
Ἡλιακῶν τε κύκλων, καὶ μηναίων καναχισμῶν.	*Solariumqve circulorum, & lunarium & strepituum.*
Κολπῶν τε ἠερίων.	*Sinuumqve aëreorum.*
Αἰθρῆς μέλος, ἠελίου τὲ καὶ μηνὺς ὀχετῶν, ἤ τε ἤερος,	*Ætheris cantus, solisqve, & lunæ canalium, & aeris.*
Καὶ πλατὺς ἀὴρ, μηναῖος τε δρόμος, καὶ πόλος ἠελίοιο.	*Et latus aer, lunarisq; cursus, & polus solis.*
Συλλέγει αὐτὸ λαμβάνουσα αἴθρης μέλος	*Colligit ipsum accipiens ætheris harmoniam.*
Ἠελίου τε, σελήνης τε, καὶ ὅσα ἠέρι συνέχονται.	*Solisqve, lunæqve, & qvæcunqve aere continentur.*
Πῦρ, πυρὸς ἐξοχέτευμα, καὶ πυρὸς ταμίας	*Ignis, ignis derivatio, & ignis penu.*
Χαῖται γὰρ ἐς ὀξὺ πεφυκότι φωτὶ βλέπονται,	*Crines enim in acute nato lumini conspiciuntur.*
Ἔνθα Κρόνος.	*Ubi Saturnus.*
Ἥλιος πάρεδρος ἐπισκοπέων πόλον ἁγνὸν.	*Sol assessor, intuens polum purum.*
Αἰτέριος τε δρόμος, καὶ μήνης ἄπλετος ὁρμὴ.	*Ætheriusq; cursus, & lunæ ingens impetus.*
Ἀέριοι τε ῥοαί.	*Aereiq; fluxus.*
Ἠέλιον τε μέγαν, καὶ λαμπρὰν σελήνην.	*Solemq; magnum, & splendidam lunam.*
ΧΡΟΝΟΣ.	**TEMPUS.**
Θεὸν ἐγκόσμιον, αἰώνιον, ἀπέραντον	*Deum mundanum, æternum, infinitum.*
Νέον, καὶ πρεσβύτην, Ἑλικοειδῆ.	*Juvenem & senem.*
Καὶ πηγαῖον ἄλλον, ὃς τὸν ἐμπύριον κόσμον ἄγει.	*Et fontanum aliud, qvod empyreum mundum ducit.*
ΨΥΧΗ, ΣΩΜΑ, ΑΝΘΡΩΠΟΣ.	**ANIMA, CORPUS, HOMO.**
Χρὴ σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, καὶ πατρὸς αὐγὰς.	*Oportet te festinare ad lucem, & patris lumina.*
Ἔνθεν ἐπέμφθη σοὶ ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.	*Unde missa est tibi anima, multam induta mentem.*
Ταῦτα πατὴρ ἐννόησε, βροτὸς δ᾽ οἱ ἐψύχωτο.	*Hæc pater mente concepit, mortalisq; ei est animatus.*
Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρε ταῖς ψυχαῖς.	*Symbola enim paterna mens seminavit in animis.*
Ἔρωτι βαθεῖ ἀναπλήσας τὴν ψυχὴν	*Amore profundo replens animam.*
Κατέθετο γὰρ νοῦν ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι δὲ	*Reposuit enim mentem in anima: in corpore vero.*
Ὑμέας ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.	*Vos reposuit, pater hominumq; deumq;.*
Ἀσώματα μὲν ἐστὶ τὰ θεῖα πάντα	*Incorporea qvidem sunt divina omnia.*
Σώματα δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμῶν ἕνεκεν ἐνδέδεται	*Corpora vero in ipsis vestri causa sunt alligata.*
Μὴ δυναμένους κατασχεῖν, ἀσωμάτους τῶν σωμάτων.	*Non potentes continere incorporeos corpora.*

Διὰ

Διὰ τὴν σωματικὴν, εἰς ἣν ἐνεκεντρίσθητε, φύσιν.
Ἐν δὲ θεῷ κεῖνται πυρσοὺς ἕλκουσαι ἀκμαίους.
Ἐκ πατρόθεν κατιοῦσαι, ἀφ' ὧν ψυχὴ κατιόντων
Ἐμπυρίων δρέπεται καρπῶν, ψυχότροφον ἄνθος.
Διὸ καὶ νοήσασαι τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς
Μοίρης εἱμαρμένης τὸ πτερὸν φεύγουσιν ἀναιδές.
Κἂν γὰρ τὴν ψυχὴν ἴδῃς ἀποκαταστᾶσαν
Ἀλλ' ἄλλην εἰσπέμπει πατὴρ ἐναρίθμιον εἶναι.
Ἦ μάλα δὴ κεῖναι γε μακάρταται ἐξοχαπασέων
Ψυχάων, ποτὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προχέονται,
Κεῖναι ὀλβίαι τε, καὶ οὐ φατὰ νήματα ἔχουσαι
Ὅσσαι ἀπ' αἰγλήεντος, ὦ ἄναξ, σέθεν, ἠδὲ καὶ αὐτοῦ.
Ζηνὸς ἐξεγένοντο μίτου κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.
Ἀγέτω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον, ὄμματα δ' ἄρδην.
Πάντα ἐκπέτασον ἄνω.
Μήτε κάτω νεύσεις εἰς τὸν μελαναυγέα κόσμον.
Ὧ βυθὸς αἰὲν ἄπιστος ὑπέστρωται τε καὶ Ἅδης
Ἀμφικνεφὴς, ῥυπόων, εἰδωλοχαρὴς ἀνόητος.
Κρημνώδης, σκολιὸς, πηρὸν βάθος αἰὲν ἑλίσσων.
Αἰεὶ νυμφεύων ἀφανὲς δέμας, ἀργὸν, ἄπνευμον.
Καὶ ὁ μισοφανὴς κόσμος, καὶ τὰ σκολιὰ ῥεῖθρα.
Ὑφ' ὧν οἱ πολλοὶ κατασείρονται.
Ζήτησον παράδεισον.
Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν, ἢ τινὶ τάξει
Σώματι τιθεύσας ἐπὶ τάξιν, ἀφ' ἧς ἐρρύης
Αὖθις ἀναστήσεις, ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.
Μήτε κάτω νεύσεις, κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται.
Ἑπταπόρου σύρων κατὰ βαθμίδος, ἣν ὑπὸ
Δεινῆς ἀνάγκης θρόνος ἐστί.
Μὴ σὺ αὔξανε τὴν εἱμαρμένην.
Ψυχὴ ἡ μερόπων θεὸν ἄγξει πῶς εἰς ἑαυτήν.
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη θεόθεν μεμέθυσται.
Ἁρμονίαν αὐχεῖ γὰρ, ὑφ' ᾗ πέλε σῶμα βρότειον.

Ob corpoream, in qvam concentneti estis naturam.
Inqve deo jacent, faces trahentes, validas.
A patre descendentes, à qvibus anima descendentibus.
Empyreos carpit fructus, animam, alentem florem.
Ideoqve mente concipientes opera patris.
Parcæ fatalis alam fugiunt inverecundam.
Et si hanc animam videris redeuntem.
Ad aliam immittit pater, ut in numero sit.
Certe valde illæ sunt beatissimæ supra omnes
Animas, ad terram à cœlo profusæ.
Illæqve divites, & ineffabilia stamina habentes.
Qvæcunqve à lucente, o rex, à te, vel ipso Jone sunt progenitæ, Miti valida à necessitate.
Ducat animæ profunditas immortalis, oculosqve affatim
Omnes sursum extende.
Nec deorsum pronus sis in nigricantem mundum.
Cui profunditas semper infida substrata est, & Ades
Circumqvaqve caligans, sqvalidus, idolis gaudens, amens.
Præcipitosus, tortuosus, cæcum profundum semper involvens,
Semper desponsus obscuram faciem, inertem, spiritu carentem.
Et osor luminis mundus, & tortuosi fluxus.
A qvibus vulgus attrahitur.
Qvære paradisum.
Qvære tu animæ canalem, unde, aut qvo ordine.
Corpori inservieris, in ordinem, à qvo effluxisti.
Rursus restituas, sacro sermoni operam uniens.
Neqve deorsum sis pronus, præcipitium in terra subest.
Septemvios trahens per gradus: qvo sub
Horribilis necessitatis Thronus est.
Ne tu augeas fatum.
Anima hominum Deum coget qvodam modo in se ipsam.
Nihil mortale habens, tota à Deo est ebria facta.
Harmoniam resonat namqve sub qua est corpus mortale.

Εκτεί

Εκτείνας πύρινον νοῦν ἔργον ἐπ' εὐσεβίης.
Ρευςὸν καὶ σῶμα σαώσεις.
Ἐςι καὶ ειδώλῳ μερις εις τόπον ἀμφιφαόντα.
Πάντοθεν ἀπλάςῳ ψυχῇ πυρὸς ἡνία τεῖνον.
Ἡ πυριθαλπὴς ἔννοια πρωτίςην ἔχει τάξιν.
Τῷ πυρὶ γὰρ βροτὸς ἐμπελάσας Θεόθεν φάος ἕξει.
Δηθύνοντι γὰρ βροτῷ κραιπνοὶ μάκαρες τελέθουσι.
Αἱ ποιναὶ μερόπων ἄγχτειραι.
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαςήματα χρηςὰ καὶ ἐσθλά.
Ελπὶς τρεφέτω σε πυρίοχος, ἀγγελικῷ ἐνὶ χώρῳ,
Ἀλλ' ȣκ εἰς δέχεται κείνης τὸ θέλειν πατρικὸς νοῦς.
Μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης, καὶ ῥῆμα λαλήσῃ.
Μνήμην ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήματος ἁγνοῦ.
Τοῖς δὲ διδακτὸν φάους ἔδωκε γνώρισμα λαβέσθαι.
Τοὺς δὲ ὑπνώοντας ἑῆς ἐνεκάρπωσεν ἀλκῆς.
Μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μήτε βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.
Μήτε τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψεις.
Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξιοῦσα ἔχῃ τι,
Βίῃ ὅτι σῶμα λειπόντων ψυχαὶ καθαρώταται.
Ψυχῆς ἐξωςῆρες ἀνάπνοοι, ἔυλυτοι εἰσι.
Λαιῆς ἐν λάγοσιν Ἑκάτης ἀρετῆς πέλε πηγή.
Ἔνδον ὅλη μίμνουσα, τὸ πάρθενον οὐ προϊεῖσα,
Ω τολμηρωτάτης φύσεως ἄνθρωπε τέχνασμα.
Μὴ τὰ πελώρια μέτρα γαίης ὑπὸ σὺν φρένα βάλλȣ.
Οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐνὶ χθονί.
Μήτε μέτρει μέτρα ἠελίου κανόνας συναθροίσας.
Αἰδίῳ βουλῇ φέρεται, οὐχ ἥνεκα σοῖο.
Μηναῖον μὲν δρόμημα, καὶ ἀςέριον προπόρευμα.
Μήνης ῥοῖζον ἔασον, ἀεὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης.
Αςέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη.
Αἰθέριος ὀρνίθων θαρσὸς πλατὺς, οὐ ποτ' ἀληθής.

Extendens igneam mentem ad opus pietatt..
Et fluxile corpus servabis.
Est & idolo portio in loco circumlucente.
Undiqve infifta anima ignis habenas tende.
Igne calens cogitatio primisſimum habet ordinem.
Igni namqve mortalis propinqvans à Deo lumen habebit.
Immoranti n. mortali presto Dii aderunt.
Pœnæ hominum sunt angores.
Et malæ materiæ, germina, utilia sunt & bona.
Spes nutriat te ignea Angelica in regione.
Sed non recipit illius velle paterna mens.
Donec non exeat ex oblivione, , & verbum loqvatur.
Memoriam indens paterni Synthematis puri.
His qvidem discibile lucis dedit notitiam suscipere.
Hos vero, & somnolentos sui fructum dedit roboris.
Ne spiritum macules neqve profundum fac superficiem.
Neqve materiæ qvisqviliis præcipitio relinqvas.
Ne educas, ne exiens habeat qvidpiam.
Vi corpus relinqventium, animæ sunt purissimæ.
Animæ expulsores, respiratores, & faciles solutu sunt.
Sinistris in lumbis Hecates Virtutis est fons.
Intus tota manens, virgineum non abjiciens.
O audacissimæ naturæ homo artificium.
Neqve ingentes mensuras terræ, in tuam mentem pone.
Non enim veritatis planta est in terra.
Neqve mensuras mensures solis regulas congregans.
Æterno consilio fertur, non gratia tui.
Lunarem qvidem cursum, & astreum progressum.
Lunæ strepitum dimitte, semper currit opera necessitatis.
Astreus progressus, tui gratia, non est partus.
Athereus, avium pes latus, nunqvam verus est.

Οὐ θυσίων σπλάγχνων τ' ὄτομαι, τὰ δ' ἀθύρματα πάντα.
Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα, φεῦγε σὺ ταῦτα.
Μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν
Ἔνθ' ἀρετὴ, σοφία τε, καὶ εὐνομία συνάγονται.
Σὸν γὰρ ἄγγειον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσι.
Αὐτοὺς γὰρ χθὼν κατ[illegible]κται, εἰς τέκνει μέχρις

ΔΑΙΜΟΝΕΣ, ΤΕΛΕΤΑΙ.

Ἡ Φύσις πείθει, εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς,
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ καὶ ἐσθλά.
Ἀλλὰ ταῦτα ἐν ἀβάτοις σηκοῖς διανοίας ἀνελίττω.
Πῦρ ἴκελον σκιρτηδὸν ἐπ' ἠέρος οἴδμα τιταίνων.
Ἢ καὶ πῦρ ἀτύπωτον, ὅθεν φωνὴν προθέουσαν.
Ἢ φῶς πλούσιον, ἀμφιγεινὴν, ῥοιζαῖον ἑλιχθέν.
Ἀλλὰ καὶ ἵππον ἰδεῖν φωτὸς πλέον ἀστράπτοντα.
Ἢ καὶ παῖδα θοοῖς νώτοις ἐποχούμενον ἵππου.
Ἔμπυρον, ἢ χρυσῷ πεπυκασμένον, ἢ παλίγυμνον.
Ἢ καὶ τοξεύοντα, καὶ ἑστῶτα ἐπὶ νώτοις.
Πολλάκις ἢν λέξῃς μοι ἀθρήσῃς πάντα λέοντα.
Οὔτε γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται ὄγκος
Ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κεκάλυπται,
Χθὼν οὐχ ἕστηκε, πλέπεται τε πάντα κεραυνοῖς.
Μὴ Φύσεως καλέσῃς αὐτόπτον ἄγαλμα
Οὐ γὰρ χρὴ κείνους σε βλέπειν πρὶν σῶμα τελεσθῇ.
Ὅτε τὰς ψυχὰς θέλγοντες ἀεὶ τῶν τελετῶν ἀπάγουσι.
Ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσι χθόνιοι κύνες.
Οὔποτ' ἀληθὲς σῶμα βροτῷ ἀνδρὶ δεικνῦντες.
Ἐνέργει περὶ τὸν Ἑκατικὸν στρόφαλον.
Ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς.
Εἰσὶ γὰρ ὀνόματα παρ' ἑκάστοις θεόσδοτα
Δύναμιν ἐν τελεταῖς ἄρρητον ἔχοντα.
Ἡνίκα βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὐίερον πῦρ.
Λαμπόμενον σκιρτηδὸν, ὅλου κατὰ βένθεα κόσμου,
Κλῦθι πυρὸς φωνήν.

ΤΕΛΟΣ.

Non sacrificia visceraqve cupio. Hæc sunt omnia ludi.
Mercatoriæ deceptionis firmamenta; fuge tu hæc.
Si vis pietatis sacrum paradisum aperire.
Ubi virtus, sapientiaqve, & bona lex congregantur.
Tuum enim vas, bestiæ terræ habitabunt.
Ipsas autem terra sepeliit, ad filios usqve.

DÆMONES, SACRIFICIA.

Natura suadet esse dæmonas puros.
Et mala materiæ germina, utilia & bona.
Sed hæc in abditis septis mentis revolvo.
Ignis simulacrum saltatim in aere in tumorem extendens.
Vel etiam ignem infiguratum, unde vocem currentem.
Vel lumen abundans radians, streperum, convolutum,
Sed & eqvum videre, luce magis fulgurantem.
Vel etiam puerum suis humeris ineqvitantem eqvo.
Ignitum, vel auro distinctum, vel spoliatum.
Vel etiam sagittantem, & stantem super humeris.
Multoties si dixeris mihi, cernes omnia leonem.
Neqve enim cœlestis curvitas tunc apparet moles.
Astra non lucent, lunæ lux opertum est.
Terra non stat, cernuntur vero cuncta fulminibus.
Neqve naturæ voces per se visibile simulacrum.
Non enim oportet illos te spectare anteqvam corpus sacris purgetur.
Qvando animas mulcentes semper à sacris abducunt.
Ergo ex finibus terræ exiliunt terrestres canes.
Nunqvam verum corpus mortali homini monstrantes.
Operare circa Hecaticum turbinem.
Nomina barbara nunqvam mutaveris.
Sunt etiam nomina apud singulos à Deo data,
Potentiam in sacris ineffabilem habentia.
Qvando videris forma sine sacrum ignem.
Collucentem saltatim totius per profundum mundi.
Audi ignis vocem.

FINIS.

Et

Et sic qvidem Oraculorum *Juliani Chaldæi junioris* reliqvias, ex Platonicorum Philosophorum scriptis collectas *Franciscus Patricius* Ferrariæ anno Æ. C. 1591. edidit: in qvibus etsi multa obiter correxerim, longe tamen plura restant, qvæ tam in græco contextu, qvam in latina versione necessario emendanda sunt, ne oratio partim barbara & solœca, partim hiulca & absqve sensu sit. Qva de re, volente Deo, accuratius uberiusqve agam, cum in opere hoc ad Seculum post Æram Christianam secundum, qvo Julianus Chaldæus Julianus junior sub Imp. M. Antonio Philosopho vixit, perventum fuerit. Interim ecce tibi, qvisqvis es, qvi hæc legis,

ALIA EORUNDEM ORACULORUM TRANSLATIO
AUTORE OTTHONE HEURNIO,
qvi eam capiti primo libri secundi Antiqvitatum Philosophiæ Barbaricæ, Lugduni Batavorum typis Christophori Raphelengii anno Æ. C. 1600. in 12mo editarum, inseruit: sed sub titulo sine controversia alieno & intolerabili; qvippe qvo Oracula illa Zoroastri Bactriano, & qvidem tanqvam Principi Magiæ sinceræ, attribuuntur.

Zoroastri Bactrianorum Regis, ac Principis Magorum, Oracula Magica sincera.

De divina Unitate, Dualitate ac Trinitate.

Cap. I.

Ubi est Unitas paterna? Multiplicata est unitas & generavit duo. Psell.

Dualitas enim apud hunc sedet, & intelligibilibus partitionibus fulget, cunctaqve gubernat, ac ordinat qvodlibet inordinatum. Damasc. *Totoqve in mundo splendet Trinitas, cujus princeps est Unitas.* Proclus. *At hic ordo omnis distributionis est principium.* Damasc. *In tria namqve æterni patris mens, qvæ cuncta gubernat, omnia ut separarentur dixit.* Proclus. *Cui voluntas annuit, omniaqve divisa fuere: ac apparuerunt Virtus, Sapientia, & multiscia Veritas.* Damasc. *Hinc Trinitatis facies manavit ante essentiam, non qvidem primam, sed illam, qvæ tribus hisce principiis mensuratur, qvibus cuncta servare scius.*

Fons fontium, & fontium cunctorum, matrix continens cuncta, unde ubertim exilit multijugæ materiæ generatio. Inde protracta cœlestis flamma subobscuri ignis flosculus, cavitatibus insiliens mundorum, deorsum dimittit radios admirandos. Proclus.

De Deo Patre, & Mente divina.

Cap. II.

Se ipsum rapuit Pater, potentia sua mentali non claudens proprium ignem.

A paterno principio nihil imperfectum rotatur: nam cuncta perfecit pater, & tradidit Menti secundæ, qvam vocat primam universum hominum genus.

Prognata patre lux crebro solitarium otium colens, decerpis è Patris robore mentis florem. Proclus.

Opera paterna Mens ex se genita intelligens, insevit omnibus vinculum flagrantis amoris, qvo in infinitum perdurent mutuiter se amantia.

Mens non omnibus, qvæ à Patre intelligibiliter contexta sunt, monstrat.

Ut in amore perdurent inviolata permanentia Mundi elementa, ipsa Intelligentia vim habet, paternam mentem ut indere possit cunctis fontibus & principatibus.

Mens est finis paterni profundi, & fons intelligibilium, neqve prodiit, sed Deo nutriente silentio mansit in adytis profundoqve paterno.

Pater haud in materia ignis, qvæ in natura principem locum tenet, suam potentiam operando claudit, sed Mente. Damasc.

Symbola per Mundum seminavit paterna Mens, qvæ intelligibilia intelligit, & ineffabilia pulcherrime exornat.

Pater absolutissima partitio, & impertibilis, Mente intelligibilia continet ac sensum Mundis indit; atqve etiam Mente retinet intelligibilia, & animam Mundis inducit.

Deus

Euseb. lib. I. De Præparat. Evang. cap. 7.

Deus caput accipitris habet, estqve incorruptibilium primus, sempiternus, ingenitus, partium expers, sibi simillimus, omnium bonorum gubernator, non indigens muneribus, optimus, prudentissimus, juris pater, justitiam sine studio callens, natura perfectus, sapiens, unicus inventor sanctæ naturæ.

De divina Mente, Intelligibilibus, & intelligente natura.

Cap. III

Damasc. Proclus.

UNa est Mens intelligibilis. Non est Mens sine intelligibili, nec separatim existit.

Quædam sunt intelligentia, & intelligibilia, qvæ dum intelligunt intelliguntur.

Intelligenti alimentum est intelligibile.

Intelligibile disce qvoniam extra mentem existit.

Est Mens qvæ empyreum Mundum ducit: nam Mentis est Mens, qvæ mundi ignei est artifex.

Qvi supra mundanum paternum gurgitem estis intelligentes.

Intelligibilis omnis distributionis princeps est.

Est qvoddam intelligibile, qvod mentis flore intelligere tantum fas est. Et etiamsi coneris ut Mentem & illud intelligas, aliqvid intelligens, non illud tamen intelliges. Nam circumqvaqve lucidi roboris potentia est circumdatum. Et sane non decet intelligibile illud intelligere egregia illa, qvæ intelligunt partitionibus fulgentia. Sed Mentis amplæ amplam flammam, qvæ omnia metitur præterqvam illud intelligibile. Qvare operæ pretium est hoc intelligere: & qvod si mentem tuam inclinaveris, non exiguam ejus intelligentiam adseqveris. Qvare purum animæ tuæ oculum converte, vacuamqve mentem intende in intelligibile, ut discas intelligibile: etenim extra mentem existit.

Deum intelligit omnis mens: non enim sine intelligibili est mens, nec sine mente intelligibile.

Ignis est intelligens, cujus cælestibus flammis cuncta servientia Patris persuasorio consilio cedunt. Ille intelligit, semperqve impigra vertigine perdurat, ac fontes & principia vertit. Ejus nomen venerandum irreqvieta, volutatione insilit Mundis, ob terribiles Patris minas.

Fons vitam gignens sub duabus Mentibus continet animas.

Faber qvi per se operans fabricatus est Mundum, is ex Mente exiliit primus, igni ignem indutus, ignisqve sui florem retinens, qvo fontanos vinculorum crateras temperat. Intelligentibus partitionibus fulget, omniaq; amore implet, figurans infigurata, qvæ veluti apum examina, per mundi corpora feruntur, ea perrumpentia.

Qvæ Mens dicit, sane intelligendo dicit.

Illis qvidem adest Potentia: at ab illo est Mens.

De *Iyngibus, Ideis & Principiis.

Cap. IV.

PLurimæ qvidem hæ scandunt lucidos Mundos, iis insilientes, in qvibus sunt tres summitates.

Substernitur ipsis principale pratum.

Principia intelligibilia Patris opera intelligunt, & sensibilia opera corporibus revelarunt.

Cuncta excedentes stant, ut dicant testimonium de Patre, & materia: & ut latentium manifesta imitamina operentur, ac latentia in manifestam Mundi fabricam inscribant.

Mens Patris insonuit intelligens vigente consilio omniformes Ideas, qvæ fonte ab uno evolantes prosilierunt.

A Patre erat consilium, & finis.

Conjunguntur Patri per aliam atq; aliam vitam, è variis rivulis manantem.

* *Iynx latinis Motacilla, avicula est maculosis plumis collo oblongo, lingua admodum protensa, caudam motitans, cervicemqve volutans. Hanc veneficæ sibi accommodant ad amatorias incantationes; hanc rotæ alligant ac sua cantantes carmina circumvolvunt. Meminit hujus Theocritus in Pharmaceutria & Pindarus Pythior Ode 4. Ubi narrat qvomodo Venus adjuverit per Iynga Jasonem, cum Vellus aureum peteret. Hic videntur significari Angeli Dei amore flagrantes.*

Partitæ

Partitæ sunt, & intelligenti igne dispositæ in alias intelligentes. Nam multiformi Mundo res præposuit typum intelligentem, incorruptibilem, Mundum non promoventem vestigium formæ, per qvem Mundus omni ex parte idæis gratiosus apparuit. Formarum enim unus est fons, ex qvo agmine facto ruunt plurimæ diversæ, immensæ, penetrantes Mundi corpora. Qvæ per immensos sinus similes apum examinibus feruntur: & alibi aliæ notiones intelligentes, & è paterno fonte vigilis temporis plurimos igneos flores decerpentes.

Vigor principii productricis Ideæ primus à Patre emissus est, ejusqve est primus fons.

Intellectæ Iynges à Patre intelligunt & ipsæ: nam consiliis ineffabilibus moventur, ut intelligant.

De Hecate, Synochis, & Teletarchis.

Cap. V.

Ex ipso enim omnia exiliunt, & acerba fulmina, & cœlestium flammarum capaces sinus, & lucidissimi vigoris prognata patre Hecate. Hic ignis cuncta animantis florem, & fortes polorum igneos spiritus, custodire jussit cœlestibus suis flammis summitates.

Immiscet proprii vigoris robor in Synochis, ut mundus habeat intelligentes sustentatores inflexiles.

Ignis & largitor & opifex est ejus qvod vitam dat, qvia & Hecates vitam generantis sinum implet, & igneum vigorem vitam largientem, qvi magnæ est potentiæ, instillat Synochis, qvæ patris operum sunt custodes.

Seipsum ille exprimit, annitens simulachris sui similitudinem circumfundere.

Teletarchæ sub Synochis sunt comprehensæ, & etiam sub illis intelligens ignis, cujus cœlestibus flammis omnia obediunt & serviunt.

Qvæcumqve materialibus serviunt Synochis, (qvæ sunt cinctæ robore armaturæ resonantis luminis, perfecto vigore mentem armantis) illa multivaria indicia profundere percipio, & non sparsim, sed collectim per empyreos fontes incedere, atq; ea individua, & sensibilia efficere, qvæ participant formas corporum effectrices materiæq; dicatas.

De Anima, & Natura.

Cap. VI.

Animus ignis, Patris potentia est lucidus, immortalisqve cum sit, permanet, vitæqve est dominus ac omnia mundi gremia implet: nam est qvædam mentis similitudo: at qvod ex ipso nascitur corporeum qvid habet; nam è mistis rivulis incorruptibilis ignis opera efficit.

Post paternas notiones ego anima habito, calida, animans omnia: nam sane mentem in anima, animam autem in inerti nostro corpore reposuit hominum Pater atqve deorum, qvi ubertim animat lucem, ignem, æthera, mundos.

Naturalia opera existunt intelligenti Patris splendore: nam anima est qvæ exornat magnum cœlum, & qvæ simul cum Patre exornat, ipsiusqve cornua sursum versus sunt firmata.

Circa Deæ humeros Natura immensa attollitur, & indefessa imperat mundis, operibus, & cœlo ut currat æternum decurrens cursum, Soliqve ut circa centrum adsuetus veniat.

Naturæ fatale nomen ne inspexeris.

De Mundo.

Cap VII.

Faber qvi per se operans fabricatus est Mundum: nam & erat altera qvædam ignis moles, qvæ omnia effecit, qvæ in corpore sunt mundano.

Mundus ut sit conspicuus, & non ut membrana extensus totus constat ex igne, aqva, terra, & omnium altore aëre.

Ineffabilia, & qvæ proloqvi possunt Mundi symbola, alia ab alia vita è variis rivulis prosiliunt, fluentia ex summo loco in oppositum, per terræ centrum, & aliud qvin-

tum medium igneum vitam largiens, ubi id ad materiales scaturigines usqve descendit, Qvod medium suo centro lumine resonante se ipsum voluit, & alium ignem fontanum, qvi Empyreum mundum ducit centro, qvoad omnes æqvales fuerint. Per mundum enim seminavit centrum, qvod medium inter cujuslibet partes fertur, cuncta comprehendens paterna Mens; est enim mentis qvædam similitudo; at id qvod genitum est corporei qvid habet.

De Cœlo.
Cap. IIX.

Pater firmamenta mundorum in septem moles formavit, cœlum rotunda figura undiqve concludens, magnumqve cœtum astrorum inerrantium fixit, ac aliorum errantium constituit septenarium; Terram in medio posuit, aqvamqve in terræ concavitatibus, & supra hæc aërem. Fixit magnum cœlum astrorum inerrantium, extensione haud laboriosa, sed fixione nullum in motu errorem committente. Fixit magnum cœlum astrorum inerrantium, ignem igni congregans fixione nullum in motu errorum committente.

Sex eos constituit, septimum Solis.

Conjecit ignem in medium, inordinatum eorum ordinem bene ordinatis Zonis suspendens,

Parturit Dea magnum Solem. & splendidam Lunam.

Æther, Sol, Lunæ spiritus, aëris ductores.

Solares circulos, lunares strepitus, aërios sinus; cantus ætheris, Solis, Lunæ fontium, lati aëris, lunaresq; cursus, & polos Solis ipsa colligit recipiens ætheris harmoniam, Solisq; & Lunæ, & omnium qvæ aere continentur.

Ignis ignis derivatio, & ignis omnia administrans.

Radii in lumine conspiciuntur in fastigio, ubi Saturnus, Sol assessor purum polum intuens, cursusq; ætherius, & ingens Lunæ impetus, & flexus aerei.

Magnus Sol, & splendida Luna.

De Tempore.
Cap. IX.

Deus mundanus, æternus, infinitus, juvenis & senex, circumvolvens se ipsum, atq; aliud fontanum qvod empyreum mundum ducit.

De Anima, Corpore, & Homine.
Cap. X.

Oportet te festinare ad lucem, & patris lumina, unde tibi immissa est anima, magna mente induta.

Hæc Pater mente concepit, mortalemq; protinus animavit.

Cuncta comprehendens paterna mens seminavit in animis, amore profundo eas replens: imposuit enim mentem in anima, in corpore vero nos reposuit hominum pater atqve deorum.

Omnia incorporea sunt divina, in corporibus autem sunt ligata vestri causa, qvi tamen illa non potestis continere, ob corpoream, in qvam penitus immersi estis, naturam.

In Deum jaciunt validas, qvas trahunt faces, descendentes à Patre qvo anima descendit in faces.

Empyreos carpit fructus floris, animam nutrientis,

Mente concipientes opera Patris fatales Parcæ inverecundam fugiunt alam.

Etsi putes hanc animam te videre redeuntem, aliam tamen immittit Pater, ut numerum augeat.

Sane illæ sunt beatissimæ supra omnes animas, qvæ de cœlo in terram sunt effusæ.

Illæ animæ sunt divites, & ineffabilia stamina habent, ô rex, qvæcumq; vel à te fulgente, vel à Jove sunt prognatæ,

Ex valido necessitatis stamine ducit immortalis animæ profunditas originem, ad qvam crebro oculos sursum extende, nec deverge deorsum in nigricantem mundum, cui per-

petim subjacet infida vorago, ac infernum undiq; tenebris obsitum, sqvalidum, idolis gaudens, sapientia privatum, præruptum, tortuosum, cæcum, profundum semper involvens, cujus iners & obscura facies perpetuo obnubitur, estq; nihil aliud qvam mundus odio proseqvens lucem, ac variantes motuum vices.

Qvære Paradisum. Quæres tu animæ scaturiginem? ex qvibus, aut qvo ordine? Corpori es impositus ab ordine, à qvo effluxisti.

Dato sacro sermoni maximam qvam potes operam, neq; propende deorsum versus, latet enim sub terra præcipitium, qvod per septem diversas vias attrahit, sub qvo exhorrescendus necessitatis est thronus, ut fatum ne augeas.

Anima hominum in se qvodammodo Deum cogit.

Nihil mortale habens, tota à Deo est ebria.

Harmoniam resonat, sub cujus dominio est corpus mortale, qvod igneam mentem ad opus pietatis extendit,

Et fluxile corpus servabis.

Est & idolo in loco lumine undiq; circumfusio qvædam portio.

Ignis habenas tende animæ non factæ.

Igne calens cogitatio principem habet ordinem.

Mortalis igni propinqvans à Deo lumen accipiet.

Quiescenti in Deo Dii perfectionem dabunt.

Pœnæ hominum sunt angores.

Et malæ materiæ germina utilia sunt & bona.

Spes nutriat te ignea in regione Angelica.

Sed non recipit illius voluntatem paterna mens, donec non exierit ex oblivione, & proloqvuta fuerit puram tesseram paternam, eam in memoriam revocans.

His dedit potestatem ut eam lucem, qvæ discendo conseqvi potes, suscipere possint.

Ex his somnolentis sui fructus dedit robur.

Ne spiritum macules, neq; profundum superficiem facias.

Materiæ qvisqvilias ne præcipitio relinqvas.

Ne educas, ne exiens habeat qvippiam.

Vi corpus relinqventes animæ sunt purissimæ.

Animæ expulsores & respiratores facile solvi possunt.

Sinistris in lumbis Hecates virtutis est fons, totus manens, virginitatem non abjiciens.

O homo audacissimæ naturæ artificium.

Neqve mentem tuum subeant ingentes tuæ mensuræ: in terra enim ne veritatis qvidem planta est.

Neqve Solis mensuras mensures, regulas congeres, æterno consilio fertur, non tua gratia.

Lunarem cursum, sidereum progressum, Lunæ strepitum dimitte, nam perpetim currit necessitatis opera.

Sidereus progressus tua gratia non est in lucem editus.

Latus æthereus avium pes, nunqvam est verus.

Vas tuum inhabitabunt terræ bestiæ.

Vos terra sepeliet ad natos natorum usq;.

De Dæmoniis, ac Sacrificiis..

Cap. XI.

Non sacrificia, non viscera cupio: hujusmodi omnia sunt nugamenta, emptitiæ imposturæ firmamenta. Tu longe hæc fuge si velis reserare sacrum Pietatis paradisum, in qvo virtus, sapientia, & omnia congregantur.

Natura suadet esse Dæmones puros, & mala materiæ germina, & utilia, ac bona: verum hæc in abditis septis mentis revolvo.

Ignis simulachrum saltim in aere in tumorem extensum, vel etiam igne infiguratum, à qvo manat præcursoria vox, & lumen ubertim radians, strepitum edens, convolutum: vel eqvum te videre lumine valde splendentem, ejusqve humeris, puerum ineqvi-

qvitantem, ignitum, auro distinctum, sagittas emittentem, ac humeris crebro instantem; mihi si dixeris, ilico omnia faciem leonis induere conspicies, Tunc nulla cælestis motus curvitas apparet, astra non lucent, Lunæ lux offuscatur, terra consistit, cuncta fulminibus impleta cernuntur.

Ne dixeris, per se Naturæ visibile simulachrum esse: non enim illud te spectare oportet anteqvam corpus purgetur; illud enim semper animum à sacris rebus abducit.

Ex terræ voraginibus exiliunt terrestres canes, nunqvam verum corpus mortali homini ostendentes.

Operare circa Hecaticum turbinem.

Nomina barbara nunqvam mutaveris: sunt enim nomina singulis à Deo data, potentiam in sacris ineffabilem habentia.

Qvando videris sine forma sacrum ignem collucentem saltim per totius mundi profundum, tunc audi ignis vocem.

Hucusqve pertingunt fragmenta Oraculorum, qvæ vulgo qvidem perperam *Zoroastri* attribuuntur, revera autem à Philosopho *Juliano Chaldæo Juniore* conscripta sunt. Hoc enim luculento Suidæ testimonio & qvatuor maxime probabilibus argumentis satis valide (1) supra à me confirmatum est. Qvibus nunc addo qvintum argumentum, qvod desumptum est ex libro qvarto Commentariorum Procli in Timæum Platonis, ubi Juliani Chaldæi Junioris sive Theurgi sic fit mentio: ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ τῶν θεουργῶν ἀκρότατοι θεὸν καὶ τοῦτον (τὸν νοῦν) ὕμνησαν, ὡς Ἰουλιανὸς ἐν ἑβδόμῳ τῶν ζωνῶν. Ex qvibus verbis Oraculorum Juliani Chaldæi, qvorum fragmenta supra inserui, cum cæteris ejusdem scriptis convenientia manifestissime apparet. Qvod restat, agendum jam nobis est de iis auctoribus qvi ἀποσπασμάτια illa Oraculorum Juliani partim obiter, partim ex professo vel Notis illustrarunt, vel justis Commentariis explicaverunt. Inter hos primus debetur locus (2) *Plotino*, recentiorum Philosophorum Platonicorum Coryphæo, in cujus Enneadibus passim multa leguntur, qvæ ad supposititia Zoroastris Oracula facilius intelligenda plurimum faciunt. Secundus est (3) *Porphyrius*, qvi in opere περὶ ὕλης, sive *de materia prima*, cujus Suidas v. Πορφύριος facit mentionem, auctoritate Oraculorum *Chaldaicorum*, hoc est, ut ego interpretor, *Juliani Chaldæi Junioris*, materiam primam principio non carere asseruit. Testatur hoc Æneas Sophista Christianus in Dialogo de immortalitate animæ & resurrectione corporis, qvi Theophrastus inscribitur his verbis: οὐ γὰρ ἀγένητος, οὐδὲ ἄναρχος ἡ ὕλη· τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι, καὶ ὁ Πορφύριος. ἐπιγράφει δὲ καθ' ὕλης (ita hic pro (4) καθ' ὅλου legendum est) τὸ βιβλίον, ὃ εἰς μέσον προάγει τῶν Χαλδαίων τὰ (5) λόγια, ἐν οἷς γεγονέναι τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται· h.e. *Neqve materia generationis & principii expers est; qvod & Chaldæi, & Porphyrius te docent. Hic enim opus aliqvod de materia prima inscripsit, qvo Chaldæorum Oracula producit, qvibus naturam genitam esse confirmatur.* Tertius, qvi Oraculis Juliani Chaldæi illustrandis operam impendit, est (6) *Jamblichus* Porphyrii discipulus; utpote cujus de Chaldaica Theologia opus à Damascio aliqvoties citatur. Qvartus, cui spuria Zoroastris Oracula plurimum lucis debent, est *Synesius*, ex Philosopho Episcopus Ptolemaidis, qvi ea in libro περὶ ἐνυπνίων sive de insomniis freqvens citat & explicat. Hunc seqvitur *Syrianus*, Procli Diadochi magister, qvi Suida teste integros viginti libros scripsit περὶ τὰ λόγια, h.e. *in Oracula*; nempe eadem illa Chaldaica, sive Juliani Chaldæi, qvæ à coætaneo Philosopho *Olympiodoro* in Commentariis græcis in Philebum & Phædonem Platonis, & ab utriusqve discipulo *Proclo Diadocho* partim in libris sex de Platonica Theologia, partim in Commentariis in Rempublicam, Timæum, (7) Parmenidem & Cratylum Platonis ad confirmanda Platonica dogmata sæpissime allegantur. Iisdem illustrandis operam qvoqve impendit *Hermias* Procli condiscipulus in Commentario in Phædrum; ut & (8) *Damascius* & *Simplicius*, Philosophi, qvi temporibus Imperatoris Justiniani floruerunt. His addendus est *Michael Psellus*, cujus Oracula Chaldaica, qvæ vulgo perperam Zoroastri attribuuntur, Commentarius græcus etiamnunc integer extat, & à

Joan-

(1) *pag. 53.*
(2) *Vita ipsius à Porphyrio accuratè conscripta & operibus ejus præfixa est.*
(3) *Vita ejus extat apud Eunapium.*
(4) *Vide Avunculi mei Lucæ Holstenii dissertat. de Vitâ & Scriptis Porphyrii cap. 9.*
(5) *Ambrosius Camaldulensis in Dialogi hujus latina editione Basiliensi an. 1516, in 4to* λόγια *perperam hic vertit* rationes.
(6) *Vita ejus extat apud Eunapium.*
(7) *Vide Photii Patriarchæ CP. Biblioth. Cod CLXXXI.*
(8) *Fragmenta horum duorum Procli Commentariorum ineditorum in Cratylum & Parmenidem Platonis vide in Animadversionibus meis in Georgii Codini Excerpta de Antiqvitatibus Constantinopolitanis, Lutetiæ Parisiis typis Regiis an. 1655. in fol. editis, num. 27. & 65.*

à Joanne Opſopœo editioni Oraculorum Magicorum Zoroaſtris Pariſienſi an. 1599. in 8vo græce & latine ſubjunctus eſt. Principium ejus ac finem, ut Lector tanqvam ex ungue leonem agnoſcere poſſit, hic exhibeo:

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ ΕΞΗΓΗσὶς εἰς τὰ αὐτὰ [Μαγικὰ τῶν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου Μάγων] Λόγια.

ΧΑΛΔΑΙΚΟΝ ΛΟΓΙΟΝ.

Ἔστι καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.

Εἴδωλα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὰ συμφυῆ μὲν κρείττοσιν, ἐλάττονα δὲ ἐκείνων τυγχάνοντα· οἷον συμφυὴς ὁ νοῦς τῷ θεῷ, καὶ τῷ νῷ ἡ λογικὴ ψυχὴ, καὶ τῇ λογικῇ ψυχῇ ἡ ἄλογος, καὶ τῇ ἀλόγῳ ἡ φύσις, καὶ τῇ φύσει τὸ σῶμα, καὶ τῷ σώματι ἡ ὕλη. Εἴδωλον μὲν τοῦ μὲν θεοῦ, ὁ νοῦς· τοῦ δὲ νοῦ, ἡ λογικὴ ψυχή· τῆς δὲ λογικῆς ψυχῆς, ἡ ἄλογος· τῆς δὲ ἀλόγου ἡ φύσις· τῆς δὲ φύσεως, τὸ σῶμα· τοῦ δὲ σώματος, ἡ ὕλη. Ἐνταῦθα δὲ τὸ Χαλδαϊκὸν λόγιον, εἴδωλον φησὶ, τὴν ἄλογον ψυχὴν τῆς λογικῆς· συμφυὴς γὰρ αὐτὴ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ χείρων ἐκείνης· καὶ φησὶν ὅτι καὶ εἰδώλῳ μερίς ἐστιν εἰς τόπον ἀμφιφάοντα, τουτέστιν, ἡ ἄλογος ψυχὴ ἥτις ἐστὶν εἴδωλον τῆς λογικῆς ψυχῆς, καθαρθεῖσα δι᾽ ἀρετῆς ἐν τῷ βίῳ, ἄνεισιν εἰς τὸν ὑπὲρ σελήνην τόπον μετὰ τὴν διάλυσιν τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς. καὶ ἀποκληροῦται εἰς τὸν ἀμφιφαῆ. τουτέστιν ἀμφοτέρωθεν λάμποντα, καὶ ὁλολαμπῆ. ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ σελήνην τόπος, ἀμφικνεφής ἐστι. τουτέστιν ἀμφοτέρωθεν σκοτεινός. ὁ δὲ σεληνιακὸς, ἑτεροφαὴς, ἢ ἑτεροκνεφής. τουτέστι, τῷ ἡμίσει περιλάμπων, τῷ δὲ ἡμίσει σκότους μεστός. καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ σελήνη, τοιαύτη ἐστὶ, τῷ μὲν ἡμίσει μέρει πεφωτισμένη, καὶ τῷ ἡμίσει ἀφώτιστος. ὁ δὲ ὑπὲρ σελήνην τόπος ἀμφιφαής ἐστιν, ἤτοι διόλου πεφωτισμένος. λέγει οὖν τὸ λόγιον, ὅτι οὐ μόνον ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀποκληροῦται εἰς τὸν ὑπὲρ σελήνην τόπον τὸν ἀμφιφαῆ, ἀλλὰ μερίς ἐστι καὶ τῷ εἰδώλῳ αὐτῆς, ἤτοι τῇ ἀλόγῳ ψυχῇ, ἀποκληρωθῆναι εἰς τὸν ἀμφιφαῆ τόπον, ὅταν διαυγὴς καὶ καθαρὰ ἐξέλθῃ τοῦ σώματος. ὁ μὲν γὰρ Ἑλληνικὸς λόγος ἀθάνατον τιθεὶς καὶ τὴν ἄλογον τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν, μέχρι τῶν ὑπὸ σελήνην στοιχείων αὐτὴν ἀνάγει. τὸ δὲ Χαλδαϊκὸν λόγιον καθαῖρον αὐτὴν καὶ ὁμόφρονα τῇ λογικῇ ψυχῇ ποιοῦν, εἰς τὸν ἐπέκεινα τῆς σελήνης τὸν ἀμφιφαῆ ταύτην ἀποκαθιστᾷ. καὶ τὰ μὲν τῶν Χαλδαίων δόγματα, τοιαῦτα. οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας ὑφηγηταὶ καὶ τῶν Χριστιανικῶν δογμάτων ὑποφῆται καὶ κήρυκες, οὐδαμοῦ τὴν ἄλογον ψυχὴν ἀνάγουσιν,

SAPIENTISSIMI PSELLI COMmentarius in eadem (Magorum qvi à Zoroaſtre prodierunt) oracula.

ORACULUM CHALDAICUM.

Eſt etiam ſimulacro locus ſuus in regione undiqve & omnino lucida.

Idola ſive ſimulacra dicuntur à philoſophis, qvæ congenita qvidem ſunt præſtantioribus, attamen illis inferiora & deteriora. Exempli gratia, Deo mens congenita eſt, menti anima rationis particeps, animæ ratione præditæ irrationalis, irrationali natura, naturæ corpus, & corpori materia. Idolum itaqve & imago dei mens eſt, mentis anima rationalis, animæ rationalis irrationalis, irrationalis natura, naturæ corpus, corporis materia. Hic autem irrationalem animam vocat Chaldaicum oraculum animæ rationalis ſimulacrum, eo qvod huic illa connata eſt, ſed conditione inferiori: aitq́ue ſimulacro partem attributam eſſe in regione undiqvaq́ue colluſtrata, qvo ſignificat animam rationis expertem, qvæ imaginem animæ ratione præditæ refert, virtutum auxilio, dum in hac vita moratur, luſtratam, curriculo vitæ humanæ finito ad regionem, qvæ ſupra lunam eſt, redire, eiq́ue ſorte aſſignari locum undiq́ue luminoſum, id eſt circumcirca & omni ex parte ſplendore fulgentem. Nam qvi ſubter lunam locus eſt, undiq́ue tenebricoſus eſt, & circumcirca caligine ſeptus, lunaris vero alternatim lucidus & obſcurus eſt, hoc eſt una ex parte lumine clarus, ex altera tenebris oppletus: qvemadmodum etiam ipſa luna media ex parte illuminata eſt, & ex media obtenebrata. Locus vero ille ſupra lunam, utrinqve lucidus eſt, ſive omni ex parte colluſtratus. Dicit itaq́ue oraculum, non ſolum animæ ratione præditæ ſuperlunarem illam regionem undiq́ue luminoſam eſſe deſtinatam, ſed etiam illius imaginem animam brutam hac ſorte dotatam, ut in regionem omni ex parte lucidam aſciſcatur, modo ſplendida & pura è corpore exierit. Græcorum ſiqvidem doctrina irrationalem hominis animam facit interitus neſciam, eamq́ue usq́ue ad elementa ſub luna ſita extollit: at Chaldaicum oraculum expiatam illam & cum rationis participe anima amice conſpirantem in regionem hanc, qvæ ultra lunam eſt, undiq́ue lucidam transvehit. Atq́ue hæc qvidem ſunt ſtatuta Chaldæorum. Pietatis vero Doctores & Chriſtianorum dogmatum interpretes ac præcones nusqvam locorum brutam animam ad ſuperiora

ἀλλὰ θνητὴν διαῤῥήδην ὁρίζονται. ἄλογον δὲ ψυχὴν τίθενται, τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, τὴν ὀρεγομένην γενέσεως. οὕτω γοῦν ὁ Νισσηνὸς Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ διεξεισιν.

educunt, sed aperte interitui obnoxiam esse profitentur, habent autem pro anima bruta iram & cupiditatem generationis appetitricem. Atq; ita enarrando tradit Gregorius Nissenus in oratione de anima.

Et sic qvidem se habet Commentarii principium: seqvitur nunc finis.

> Αἱ ἴυγγες νοούμεναι, πατρόθεν νοέουσι· καὶ αὐταί.
> Βουλῶν ἀφθέγκτων κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.

> *Junges intellectæ, à patre intelligunt: & hæ Consiliorum nihil sonantium moventur ut intelligant.*

Αἱ ἴυγγες δυνάμεις εἰσὶ τινὲς μετὰ τὸν πατρικὸν βυθὸν ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμεναι· ἃς νοεῖται κατὰ τὸν πατρικὸν νοῦν τὸν τὴν αἰτίαν αὐτῶν ἑνοειδῶς ἐν ἑαυτῷ προστησάμενον· αἱ δὲ βουλαὶ τοῦ πατρὸς διὰ τὴν νοητὴν ὑπερβολὴν ἄφθεγκτοι. τὰ δὲ τῶν ἐξῃρημένων συνθήματα νοερὰ καὶ νοηταὶ ὑπὸ τῶν δευτέρων, ὡς ἄφθεγκτα νοεῖται, καὶ ὡς ἐξῃρημένα τοῦ νοητῶν προόδων. ὡς γὰρ αἱ τῶν ψυχῶν νοήσεις κἂν νοῶσι τὰς νοερὰς τάξεις, ὡς ἀμεταβάτους νοοῦσιν, οὕτω καὶ αἱ τῶν νοερῶν ἐνέργειαι τὰ νοερὰ συνθήματα νοοῦσαι, ὡς ἄφθεγκτα νοοῦσιν ἐν ὑπάρξεσιν ὑφεστηκότα ἀγνώστοις.

Junges sunt potentiæ qvædam proximæ post fundum paternum è tribus trinitatibus compositæ, qvas intelligere ait per paternam mentem, qvæ causam illarum in unitatis forma sibi ipsi repræsentatam exhibet. Consilia autem patris ob intelligibilem excellentiam nullum sonum edunt. Atqvi abstractarum rerum notæ & signa intellectu prædita etiamsi à secundis sive inferioribus intelliguntur, ea tamen tanqvam nihil sonantia & ab omni intelligibili excursu separata intelliguntur. Ut enim animarum intelligentiæ licet ordines intellectu præditos intelligunt, eos tamen ut immobiles intelligunt: sic etiam intellectualium operationes symbola intellectus capacia intelligentes, ea absqve soni emissione intelligunt, in substantiis incognitis subsistentia.

Huic Exegesi sive expositioni subjungitur porro succincta dogmatum Chaldæorum Epitome, ab eodem Psello conscripta, qvæ cum ad fragmenta Oraculorum Juliani Chaldæi junioris & scripta cæterorum recentiorum Philosophorum Platonicorum plenius faciliusqve intelligenda plurimum conferat, integre eam, ut ab (1) Opsopœo edita est, hic inserendam censui:

(1) *Alia hujus* Ἐκθέσεως *Pselli editio ab hac paulum diversa extat apud Franciscum Patricium in dissertatione Oraculis Zoroastris præfix à pag. 1. fol. 6 edit. Ferrar.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ
ΕΚΘΕΣΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙΩΔΗΣ ΚΑΙ σύντομος τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων.

Ἑπτά φασὶ σωματικοὺς κόσμους, ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον, καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους· ὧν ὁ ἔσχατος, χθόνιος εἴρηται καὶ μισοφαὴς, ὅς ἐστιν ὁ ὑπὸ σελήνην τόπος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν ὕλην ὃν καλοῦσι βυθόν. μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι, καὶ ἓν αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν ἀπογυμνοῦσιν. εἶτα πατρικόν τινα βυθὸν σέβονται, ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον. ἑκάστη δὲ τριὰς ἔχει πατέρα, δύναμιν, καὶ νοῦν. εἶτα ἐστὶν ἡ νοητὴ ἴυγξ. μετὰ δὲ ταύτην, οἱ συνοχεῖς, ὁ ἐμπύριος, ὁ αἰθέριος. καὶ ὁ ὑλαῖος. μετὰ δὲ τοὺς συνοχεῖς, οἱ τελετάρχαι. μετὰ δὲ τούτους, οἱ πηγαῖοι πατέρες, οἱ καλούμενοι καὶ κοσμαγωγοί. ὧν ὁ πρῶτος ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα λεγόμενος· μεθ' ὃν ἡ ἑκάτη, εἶτα ὁ δὶς

EJUSDEM PSELLI SUMMARIA ET BREVIS DOGmatum Chaldaicorum expositio.

Chaldæi statuunt septem mundos corporeos, igneum unum eumqve primum, post hunc tres ætherios, deinde tres materiales: è qvibus ultimus, terrestris dicitur & lucis osor, qvi locus est subter lunam, in sese etiam materiam complectens, qvem fundum nominant. Unicum arbitantur esse rerum omnium principium idq; profitentur unum esse & bonum. Deinde colunt paternum qvendam fundum ex tribus trinitatibus compositum. Qvælibet autem trinitas habet patrem, potentiam, & mentem. Postea seqvitur junx mente comprehensibilis. Huic proximi sunt mundorum rectores, igneus, ætherius & materialis. Post rectores, ceremoniarum principes. His succedunt perennium fontium patres, qvi & mundi ductores nominantur, qvorum primus semel supra dictus est: post qvem Hecate, deinde is qvem bis

ἐπέ-

ἐπέκεινα· μεθ' ὃν τρεῖς ἀμείλικτοι· καὶ τελευταῖος ὁ ὑπεζωκός· σέβονται δὲ καὶ πηγαίαν τριάδα πίστεως καὶ ἀληθείας καὶ ἔρωτος. Φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς πηγῆς καὶ ἀρχαγγελικὸν, καὶ πηγὴν αἰσθήσεως, καὶ πηγαίαν κρίσιν, καὶ κεραύνιον πηγὴν, καὶ πηγὴν διόπτρων· καὶ χαρακτήρων πηγὴν ἐπιβατεύουσαν τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι· καὶ πηγαίας ἀκρότητας. Ἀπόλλωνος, Ὀσίριδος, Ἑρμοῦ. ὑλικὰς δὲ πηγὰς φασὶν, κέντρων καὶ στοιχείων, καὶ ὀνείρων ζώνην· καὶ πηγαίαν ψυχήν. μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν εἶναι ἀρχάς. αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν. τῶν δὲ ζωογόνων ἀρχῶν, ἡ μὲν ἀκρότης, ἑκάτη καλεῖται· ἡ δὲ μεσότης, ψυχὴ ἀρχική. ἡ δὲ περάτωσις, ἀρετὴ ἀρχική. εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄζωνοι ἑκάται, ὡς ἡ τριεκδότις ἡ Χαλδαϊκὴ, καὶ ἡ κωμὰς, καὶ ἡ ἐκκλυστική· ἀζωνικοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς θεοὶ, ὁ Σάραπις, καὶ ὁ Διόνυσος· καὶ ἡ τοῦ Ὀσίριδος σειρὰ, καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος. ἄζωνοι δὲ καλοῦνται, οἱ εὐλύτως ἐνεξουσιάζοντες ταῖς ζώναις καὶ ὑπεριδρυμένοι τῶν ἐμφανῶν θεῶν. ζωναῖοι δὲ, οἱ τὰς ἐν οὐρανῷ ζώνας ἀπολύτως περιελίττοντες, καὶ τὰ τῇδε διοικοῦντες: θεῖον γὰρ γένος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ζωναῖον, τὸ κατανειμάμενον τὰς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου μερίδας, καὶ ζωσάμενον τὰς περὶ τὸν ὑλαῖον τόπον διακληρώσεις. μετὰ δὲ τὰς ζώνας ἐστὶν, ὁ ἀπλανὴς κύκλος, περιέχων τὰς ἑπτὰ σφαίρας, ἐν αἷς τὰ ἄστρα. Καὶ ἄλλος μὲν παρ' αὐτοῖς ὁ ἡλιακὸς κόσμος τῷ αἰθερίῳ βάθει δουλεύων. ἄλλος δὲ ὁ ζωναῖος, εἷς ὢν τῶν ἑπτά. τῶν δὲ ἀνθρωπίνων ψυχῶν αἴτια διττὰ πηγαῖα τιθέντα· τόν τε πατρικὸν νοῦν, καὶ τὴν πηγαίαν ψυχήν. καὶ προέρχεται μὲν αὐτοῖς ἡ μερικὴ ψυχὴ ἀπὸ τῆς πηγαίας κατὰ βούλησιν τοῦ πατρός· ἔχει δὲ καὶ αὐτόγονον οὐσίαν καὶ αὐτόζωον· οὐ γὰρ ἐστὶν ὡς ἑτεροκίνητος. εἰ γὰρ κατὰ τὸ λόγιον μοῖρα τοῦ πυρὸς ἐστὶ τοῦ θείου καὶ πῦρ φαεινὸν καὶ νόημα πατρικὸν, εἶδος ἐστὶν ἄυλον καὶ αὐθυπόστατον. τοιοῦτον γὰρ πᾶν τὸ θεῖον, οὗ μέρος ἡ ψυχή. καὶ ταῦτα φασὶν εἶναι ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ· καθ' ἑκάστην δὲ ἰδιότητα ἄγνωστον ῥητοῦ καὶ ἀῤῥήτου συνθήματος. καὶ καταβιβάζουσι δὲ τὴν ψυχὴν πολλάκις ἐν τῷ κόσμῳ δι' αἰτίας πολλάς· ἢ διὰ πτερορρύησιν, ἢ διὰ βούλησιν πατρικήν. δοξάζουσι δὲ τὸν κόσμον ἀΐδιον· καὶ τὰς τῶν ἀστέρων

ſupra nominavimus: ab hoc ſunt tres implacabiles, & omnium ultimus ſuccinctor. Venerantur etiam fontanam trinitatem fidei, veritatis, & amoris. Ponunt item ſolem imperatorem, & à fonte materiali archangelicum, ſenſionis fontem, fontanum judicium, fulmineum fontem, ſpeculorum fontem, characterum fontem incognitis ſignis & ſymbolis incumbentem, & ſummitates fontanas, Apollinis, Oſiridis, Mercurii. Materiales vero fontes dicunt eſſe centrorum, elementorum, & ſomniorum Zonam. Item animam fontanam. Fontibus ſubjungunt principia: qvod principiis ſuperiores & excellentiores ſint fontes. Principiorum autem animalia procreantium ſummitas vocatur Hecate; medietas, anima inchoativa: extremitas, virtus inchoativa. Sunt apud illos qvoqve Hecatæ ἄζωνοι, qvæ zonas non habent, ut Chaldaica τριεκδότις, κωμὰς, & ἐκκλυστική. Dii autem ἄζωνοι illis dicuntur Sarapis & Dionyſius ſive Bacchus: Oſiridis item σειρὰ (q. d. geniorum ſeries catenæ more connexa) *& Appollinis. Appellantur ἄζωνοι Dii qvi expedite poteſtate ſua in zonis utuntur, & ſupra Deos conſpicuos collocati ſunt. Ζωναῖοι contra qvi zonas habent, libere circa cœli zonas volvuntur & gubernandi munus obeunt. Habent n. Chaldæi deorum genus Zonæum, qvod ſenſibilis mundi partes inhabitat, & regiones circa materialem locum ſorte diſtributas cingit. Poſt zonas eſt circulus non errans ſeu fixus ſeptem orbes complectens, in qvibus ſtellæ ſunt. Porro alius illis eſt mundus ſolaris, ætherio fundo ſubſerviens: alius Zonæus, unus è ſeptem. Animarum humanarum duplicem ponunt cauſam è fonte perenni promanentem, paternam nempe mentem, & animam fontanam. Prodit autem, ut illi volunt, particularis anima à fontana, juxta patris voluntatem: & habet eſſentiam per ſe generatam & animatam. Aliunde enim non movetur, nam ſi, ut in oraculo fertur, ignis divini pars eſt & ignis lucidus, atqve paternæ mentis conceptus, profecta forma eſt materiæ expers & per ſe ſubſiſtens. Illa enim omnia cum divina natura communicant, cujus particula eſt anima. Ajunt omnia in qvalibet anima eſſe, ſed & cuilibet inexplicabilem & incognitam fandorum & infandorum ſignorum ſymbolorumve proprietatem. Volunt animam in mundum demitti ob multas cauſas, aut propter pennarum defluvium, aut propter paternam voluntatem. Arbitrantur mundum æternum eſſe, ut & ſtellarum*

περιο-

περιόδους. τὸν δὲ ᾅδην πολλαχῶς, καταμερίζουσι. καὶ νῦν μὲν αὐτὸν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀρχηγὸν τῆς περιγείου λήξεως· νῦν δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην τόπον φασί· νῦν δὲ τὴν μεσαιτάτην τοῦ αἰθερίου κόσμου καὶ τοῦ ὑλαίου· νῦν δὲ τὴν ἄλογον ψυχὴν, καὶ τιθέασιν ἐν αὐτῇ τὴν λογικὴν οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ σχετικῶς, ὅταν συμπαθῶς ἔχῃ πρὸς αὐτὴν, καὶ προβάλῃ τὸν μερικὸν λόγον. ἰδέας δὲ νομίζουσι, νῦν μὲν τὰς τοῦ πατρὸς ἐννοίας. νῦν δὲ τοὺς καθόλου λόγους, καὶ φυσικοὺς καὶ ψυχικοὺς καὶ νοητούς· νῦν δὲ τὰς ἐξῃρημένας τῶν ὅλων ὑπάρξεις. τοὺς δὲ περὶ μαγείων λόγους συνιστῶσιν ἀπό τε τῶν ἀκροτάτων δυνάμεων, ἀπό τε τῶν περιγείων ὑλῶν. συμπαθῆ δὲ τὰ ἄνω τοῖς κάτω φασὶ καὶ μάλιστα τὰ ὑπὸ σελήνην. ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν λεγόμενον θάνατον κατὰ τὰ μέτρα τῶν οἰκείων καθάρσεων, ἐν ὅλοις τοῖς τοῦ κόσμου μέρεσι. τινὰς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι· καὶ μέσας αὐτὰς διορίζονται τῶν τε ἀμερίστων καὶ μεριστῶν φύσεων. τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλεῖα καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο. οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον καὶ Ἰαμβλιχὸν, Πορφύριον τε καὶ Πρόκλον, πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο.

conversiones. Plutonem sive infernum in varias partes dividunt, eumq; modo Deum appellant, ordinis illius, qvi circa terram sortem suam obtinuit, ducem; modo regionem sublunarem: modo medias inter ætherium & materialem mundum partes obeuntem; modo animam rationis expertem; in eaqve rationalem animam constituunt, non essentialiter, sed proportione qvadam, qvando convenienter ad illam affecta est, particulari ratione projecta. Ideas definiunt modo esse patris intelligentias; modo universales rationes, naturales scilicet, animales, & intellectiles: modo substantias à rebus ipsis abstractas. Astruunt omnem magicæ scientiæ rationem perfici à summis potentiis & terrenis materiis: familiaritatem item & convenientiam superiora cum inferioribus habere, præsertim qvæ sub luna sunt. Collocant animas post mortem, juxta modulum & mensuram lustrationum singulis familiarium & convenientium, in omnibus mundi partibus; qvasdam etiam ultra mundum evehunt: easqve discrimine facto in naturas dividuas & individuas separant. Atqve Plato qvidem & Aristoteles plures ex enumeratis opiniones receperunt; Plotinus vero, Jamblichus, Porphyrius, Proclus, eorumqve discipuli omnes in universum approbarunt, & non secus ac divinas voces absqve ullo discrimine & examine admiserunt.

Hucusqve Psellus: cujus qvidem ἐξήγησιν *Nicephorus Gregoras* scholiis suis græcis in Synesii librum περὶ ἐνυπνίων inseruit. Post hunc vero in explicandis suppositiis Zoroastris Oraculis egregiam navavit operam *Georgius Gemistus Pletho*, cujus Commentarius græcus à Lodoico Tiletano & Joanne Opsopœo cum ipsis Oraculis editus est. Principium ejus ac finis sic se habent:

ΠΛΗΘΩΝΟΣ ΔΙΑΣΑΦΗΣΙΣ ΤΩΝ ΕΝ τοῖς λογίοις τούτοις ἀσαφέστερον εἰρημένων.

Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετὸν) Οἱ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγοι νομίζουσιν, ὥσπερ καὶ ἄλλοι συχνοὶ, τὴν ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην, ἀθάνατον οὖσαν, ἄνωθέν τε κατιέναι, τῷ θνητῷ τῷδε σώματι θητεύσουσαν, ἤτοι ἐπί τινα χρόνον ἐργασομένην αὐτῷ, καὶ ζῶσάν τε καὶ κοσμήσουσαν ἐκ τῶν δυνατῶν, καὶ αὖθις ἐνθένδε ἐκεῖσε ἀποχωρεῖν. πλειόνων δ' ἐκεῖ ὄντων τῇ ψυχῇ χώρων, καὶ τοῦ μὲν ἀμφιφαοῦς, τοῦ δ' ἀμφικνεφοῦς, τῶν δὲ τινῶν μεταξὺ τούτων ἑτεροφαῶν τε δὴ καὶ ἑτεροκνεφῶν· ἀπό γε τοῦ ἀμφιφαοῦς ποτὲ ἐς τόδε τὸ σῶμα κατερρυηκυῖαν τὴν ψυχὴν, καλῶς μὲν θητεύσασαν, εἰς τὸν αὐτὸν χῶρον αὖθις

PLETHONIS EXPOSITIO EOrum, qvæ videntur obscuriora in his Oraculis.

Exqvire animæ viam.) Magi, qvi Zoroastrem sectantur, censent, ut & alii multi, animam humanam immortalem de alto descendere, mortali huic corpori inservituram, hoc est ad aliqvod tempus operam suam ipsi accommodaturam, & ipsum vivum effecturam ornaturamqve pro virili parte; mox eandem hinc retro, unde profecta est, sese recipere. Cum autem plures sint ibi sedes animæ & alia qvidem circumlucens, undiqve tenebrosa alia, nonnullæ qvæ sunt inter illas mediæ, partim lucis, partim tenebrarum participes; ab ea certe qvæ omnino lucida est, animam in hoc corpus delapsam, si bene operam suam corpori accommodaverit, in eundem rursus locum

ἀνα-

ἀνατρέχειν· μὴ καλῶς δὲ, ἐς τοὺς τούτου χείρους ἐνθένδεν ἀποχωρεῖν, κατὰ λόγον τῶν αὐτῇ βεβιωμένων. πρὸς οὖν ταῦτα λέγει τὸ λόγιον, ζήτει σὺ τὸν τῆς ψυχῆς ὀχετὸν, ἤτοι τὸν ὁδὸν, ἥν σοι ἡ ψυχὴ ἐρρύη· ὅθεν, ἢ τίνι τάξει, τοῦ βίου δηλαδὴ τῷ δὲ τῷ σώματι θητεύσας, αὖθις ἐπὶ τὴν αὐτὴν τάξιν, ἀφ᾽ ἧς ἐρρύης, ἀναστήσεις, τὸν αὐτὸν δηλαδὴ ὀχετὸν τῆς ψυχῆς, ἑνώσας τῷ ἱερῷ λόγῳ καὶ ἔργον. ἱερὸν μὲν οὖν λόγον τὸν περὶ τῆς θεοσεβείας φησίν. ἔργον δὲ τὴν τελετήν. λέγει οὖν τὸ λόγιον, ὅτι πρὸς τῷ περὶ τῆς θεοσεβείας λόγῳ, καὶ τῇ τελετῇ χρῶ, πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ταύτην ἀναγωγήν.

recurrere: sin male, in sedes has deteriores hinc se recipere, pro ratione eorum, quæ in vita fecerit. Ad hæc igitur dicit oraculum, Exqvire tu animæ meatum, *id est, viam qva tibi anima fluxit*: unde aut qva ratione, *vitæ nimirum*: huic corpori opera navata, in eundem locum, à qvo defluxisti, excitabis, *eundem videlicet animæ ductum conjungens & opus sacris verbis. Sacrosanctum igitur verbum hoc loco intelligit, qvod fit de pietate: opus vero, sacrificium. Dicit itaq; oraculum, ad hanc animi erectionem utendum esse una cum sermone, qui fit de cultu divino, etiam sacris mysteriis.*

Et sic qvidem orditur Pletho Commentarium hunc; seqvitur nunc finis.

Πατὴρ οὐ φόβον ἐπιθρώσκει] Οὐ φόβον ἐμβάλλει ὁ πατὴρ πειθὼ δὲ ἐπιχεῖ, ἤτοι ἔρωτα· ἅτε γὰρ ἄκρως αὐτὸς ἀγαθὸς ὢν, οὐδὲ ἂν κακοῦ αἴτιος εἴη οὐδενὶ, ὡς ἂν καὶ φοβερὸν εἶναι, ἀγαθῶν δ᾽ αἰεὶ πᾶσιν αἴτιος ὢν, κἂν ἀγαπῷτο ὑπὸ πάντων.

Δῆλοι οὖν εἰσὶν ἄλλοι τε συχνοὶ ἀνθρώπων, τοὺς ἀπὸ Ζωροάστρου τούτοις συνῳδούς πῃ κατεστησάμενοι τὰς δόξας· μάλιστά γε μὴν καὶ οἱ περί τε Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα σοφοὶ, ἐπεὶ καὶ ἐκείνοις ἔτι τῶν Ζωροάστρου, οἷς φησὶ περὶ αὐτοῦ ὁ Πλούταρχος, πάνυ σύνῳδα καὶ τὰ Πλάτωνος φαίνεται. Φησὶ δὲ περὶ Ζωροάστρου Πλούταρχος, ὡς τριχῇ τὰ ὄντα διέλοι· καὶ τῇ μὲν πρώτῃ αὐτῶν μοίρᾳ, Ὡρομάζην ἐφιστῶν. τοῦτον δὲ εἶναι τὸν ὑπὸ τῶν λογίων πατέρα καλούμενον· τῇ δὲ ἐσχάτῃ Ἀριμάνην, Μίθρην δὲ τῇ μέσῃ· καὶ τοῦτον δ᾽ ἂν εἶναι τὸν δεύτερον νοῦν καλούμενον ὑπὸ τῶν λογίων· ἀλλ᾽ Ὡρομάζην μὲν ἡλίου, ὅν γε δὴ καὶ κῦρον περσιστὶ καλεῖσθαι, τριπλάσιον ἑαυτὸν ἐφεστακέναι· Μίθρην δὲ δηλονότι, τὸν μετά γε Ὡρομάζην, διπλάσιον. οἷάπερ πάντως σύνῳδα καὶ τὰ Πλάτωνος ἐκεῖνα ἐστί. περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ᾽ ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα· καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ, περὶ τὰ δεύτερα. καὶ τρίτον, περὶ τὰ τρίτα. μοίρας δὲ τρεῖς ἐς ἃς Ζωροάστρης τε καὶ Πλάτων τὰ ὄντα διῃρήκεσαν, εἶναι πρώτην μὲν, τὸν αἰώνιον, δευτέραν δὲ, τὸν ἔγχρονον μὲν, ἀΐδιον δέ· τρίτην δὲ τὴν θνητήν. Ζωροάστρην δὲ φησὶ Πλούταρχος οὕτω παλαιόν τινα γεγονέναι, ὡς καὶ πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν πρεσβύτερον ἱστορεῖσθαι.

Pater non metum immittit, sed obseqvium infundit.] Hoc est amorem. Cum n. ipse summe bonus sit, nulli ullius auctor fuerit mali, unde jure timeri possit, sed omnibus contra semper bonorum causa, ut ideo à cunctis ametur.

Hæc Zoroastris oracula freqventes & clari viri consimiles opiniones secuti confirmarunt, sed præcipue Pythagorici & Platonici; qvandoqvidem illis etiam Zoroastri dictis, quæ de eo Plutarchus refert, plane consona Platonis sententia videtur. Refert autem de Zoroastre Plutarchus, qvod res omnes in tria genera distribuerit: & prima qvidem illarum parti sive generi Horomazen præfecerit, eundem cum eo, qvem oracula patrem vocitant: ultimæ vero Arimanen, at mediæ Mithran, qvem alteram mentem oracula nominant. Et qvod Horomazes Solis, qvi Persice Cyrus dicitur, se triplicem constituerit, duplicem autem Mithra, qvi proximum ab Horomaze locum obtinet. Qvibus omnino Platonica illa respondent; omnia sunt circa regem universorum, & ejus gratia sunt omnia; idemqve omnium bonorum causa est: secundus vero circa secunda, tertius circa tertia occupatus est. Tres autem partes, in qvas Zoroastres & Plato res universas diviserunt, sunt istæ; prima qvidem æterna; secunda vero tempore cœpit, sed æterna est; tertia demum corruptioni obnoxia est. Cæterum Plutarchus testatur Zoroastrem adeo vetustum esse, ut qvinq; millibus annorum bellum Trojanum antecesserit.

Huic Plethonis Commentario addendæ sunt Joannis Opsopœi in eadem Oracula & Pselli Expositionem breves qvidem, sed eruditissimæ Notæ, qvibus vel ipse multa corrupta loca corrigit & obscura illustrat, vel unde eorum correctio & illustratio petenda sit, indicat. Consulendi insuper sunt Marsilius Ficinus

cinus in, doctissimo opere Philosophiæ Platonicæ de immortalitate animorum. Franciscus (1) Patricius in Nova de universis Philosophia, Franciscus Cataneus Epistola ad Christophorum Marcellum, Gilbertus Gaulminus in Notis ad Pselli Dialogum de operatione dæmonum & Casp. Barthius Adversar. lib. 51. cap. 5. Illud qvoqve adjiciendum videtur, eadem illa suppositititia Zoroastris Persomedi Oracula, de qvibus hic agitur, sine dubio etiam significari ab Henrico Cornelio Agrippa, dum is libri de vanitate scientiarum & artium capite qvadragesimo secundo, qvod de Magia naturali inscribitur, scriptorum Zoroastris, qvem perperam *Zoroasten* vocat, ita meminit: *Scripserunt de Magiæ naturalis operibus Zoroastes, Hermes, Evantes Rex Arabum, Zacharias Babylonius, Joseph Hebræus, Bocus, Aaron, Zenotenus, Kirarmides, Almadal, Thetel, Alchindrus, Abel, Ptolemaus, Geber, Zahel, Nazabarub, Tebith, Acrith, Salomon, Astrophon, Hipparchus, Alcmæon, Apollonius, Tryphon & pleriqve alii qvorum aliqva opera adhuc integra & pleraqve fragmenta adhuc extant, & ad manus meas aliqvando pervenerunt.* Hæc Agrippa: qvem profecto miror, cum vir alioqvi satis eruditus & ingeniosus fuerit, vanissimis titulis adhibuisse fidem, & persuadere sibi potuisse, qvæ sub Zoroastris, Hermetis Trismegisti & cæterorum fere omnium ab ipso enumeratorum Auctorum nominibus de Magia naturali etiamnunc circumferuntur scripta, pro genuinis habenda esse. Sane qvod ad *Zoroastrem* attinet, satis, ut opinor, valide à me demonstratum est, qvæ vulgo ipsi attribuuntur *Oracula*, γνήσια sive genuina non esse, sed verum eorum auctorem videri Philosophum, *Julianum Chaldæum juniorem* cognomine *Theurgum*, de qvo accuratius uberiusqve agam, si qvando, volente divino numine, in elaboratione hujus Operis ætatem ipsius, nempe Seculi post Æram Christianam secundi posteriorem partem dimidiam, feliciter attigero.

FINIS LIBRI PRIMI.

(1) *Videsis etiam ejusdem Patricii Dissertationem de Hermete Trismegisto, & Opuscula illa, quæ idem Patricius de Ægyptiorum, Chaldæorum, ut & Platonis & Aristotelis Mystica Philosophia conscripsit, & suppositititiis Hermetis Trismegisti scriptis, Ferrariæ an. 1591 gr. & lat. in fol. à se editis, subjunxit.*

PETRI LAMBECII HAMBURGENSIS, LIBER SECUNDUS PRODROMI HISTORIÆ LITERARIÆ,

prævium exhibens Apparatum

ſubſeqventium triginta trium librorum, qvibus totidem Secula à nativitate Moyſis, omnium tam ſacrorum, qvam profanorum Scriptorum antiqviſſimi, usqve ad noſtram ætatem recenſebuntur.

Cap. I.

De Seculo ante Æ. C. XVI^to^. in cujus poſteriorem partem dimidiam nativitas Moyſis incidit.

I. Cum ſuperiori libro usqve ad Seculum ante Æram Chriſtianam vulgarem XVI. in qvod nativitas *Moyſis* incidit, pervenerim, tua æqve CANDIDE LECTOR, atqve mea intereſt, ut priusqvam ulterius progrediar qvalemcunqve reliqvi totius Operis delineationem ſummatim exhibeam. Sic enim fiet, ut tu qvidem, qvid deinceps & qvo ordine expectandum ſit, mature cognoſcas, ego vero in tam vaſto atqve perplexo Labyrintho tanqvam Ariadnæi cujusdam filii ductu exitum facilius inveniam. Accipe igitur hunc librum ſecundum velut *Epitomen* totidem ſubſeqventium librorum, in qvot capita ſecundum triginta trium ſeculorum ſeriem hic à me diviſus eſt. Qvæcunqve enim in præſens leviſſime & vix ſummis digitis à me attinguntur, ea omnia, ſi DEUS mihi vitam, vires, otium & ſumptus ſuppeditaverit, accuratiſſime poſthac elaborabo, addito inſuper uberrimo earum rerum auctario, qvæ partim dedita opera, partim per anguſtias temporis & publicarum privatarumqve occupationum molem ſilentio hic prætermittuntur. Nunc ad rem.

II. Seculi ante initium vulgaris Æræ Chriſtianæ XVI. poſteriori parte dimidia, qvæ creationem Mundi reſpicit, natus eſt ὁ (1) θεόπτης *Moyſes* anno Mundi ſecundum Sethi Calviſii ſupputationem bis millesimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, qvi fuit annus ante Æ. C. V. 1577. Secundum Emmium autem incidit nativitas Moyſis in ſeqventem annum M. 2373. ante V. Æ. C. 1576. Qvam qvidem poſteriorem ſupputationem priori ſine controverſia præferendam cenſeo, cum nitatur clariſſimo ipſius Moyſis teſtimonio; qvippe qvi Exordi cap. 7, verſ. 7. *octoginta annorum* ſe fuiſſe ſcribit, qvo tempore Iſraelitas miraculoſo veri Dei auxilio ex Ægypto educens, intolerando Pharaonis jugo liberavit. Hoc autem, ut invicta ſacræ Scripturæ Chronologia nos docet, contigit A. M. 2453. à qvo ſi octoginta anni vitæ Moſis detrahantur, remanet annus Mundi 2373. in qvem nativitas ipſius incidit. Qvod porro ad Genealogiam ejus attinet, patrem is habuit *Amramum*, avum *Cahatum*, proavum *Levi*, unum ex duodecim Patriarchæ *Jacobi* filiis, ut clarius apparet ex tabula illa Geneologica, qvam (2) lib. I. cap. 5. §. 3. inſerui. Cæterum de periculoſiſſima ejusdem Moy-

(1) *Hoc epitheton Moyſi tribuitur ab Auctore Magni Etymologici Græci s.* ποινή. *Idem ab eodem cognominatur* ὁ θεοχώρητος v. Μωσῆς.

(2) *Vid. ſupra p. 31.*

Sec. ante Æ.C. XVI.

Moysis expositione, mirabili conservatione, regia educatione, necessaria ex Ægypto ob justissimam Ægyptii cujusdam cædem fuga; ut & de reditu ejusdem, & divinitus mandata dimissionis Israelitarum sollicitatione vide, præter ipsum Moysen Exodi cap. 2 & 3. Philonem Hebræum libro primo de Vita Moysis & Flavium Josephum Antiqvit. Judaicarum lib. 2. cap. 5. De origine nominis מֹשֶׁה sive *Mosche* variæ sunt opiniones. Etenim Philo Hebræus derivat illud ab Ægyptiaco qvodam vocabulo μῶς, qvod *aqvam* ait significare. Flavius Josephus compositum existimat nomen ex μῶ *aqva* & ὕσης *extractus*. Verba ipsius lib. 1. cap. 5. hæc sunt: Καὶ αὐτῷ (τῷ παιδίῳ) τὴν ἐπίκλησιν ταύτην κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο (ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως Θερμοῦθις) εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι. τὸ γὰρ ὕδωρ, μῶ οἱ αἰγύπτιοι καλοῦσι, ὕσης δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. συνθέντες οὖν ἐξ ἀμφοτέρων τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ταύτην τιθενται. h. e. *Et qvia projectus fuerat in aqvam, nomen hoc (filia Regis Thermuthis) ei* (infanti) *imposuit. Aqvam enim Ægyptii Moy, ses vero servatos ex aqvis nuncupant. Compositum igitur ex utraqve voce nomen infanti fuit inditum.* Hæc Josephus. Alii nomen Moysis originem ducere existimant à Syriaco Μῶϋ, qvod *aqvam* significare asserunt. Qvam Etymologiam, ut & illam Flavii Josephi proxime præcedentem probare videtur Magni Etymologici Græci Auctor (1) his verbis: Μωσῆς κλῆσιν ἐπιδέχεται, Μωσῆς μωσοῦ· Μωϋσῆς μωϋσέος, ὡς σιευσεβῆς, εὐσεβέος, καὶ Μωσεὺς μωσέως, ὡς Πηλεὺς πηλέως. Μωϋσῆς μᾶλλον ὁ θεοχώρητος. At enimvero frustra hic nobis Græci & Judæi ἑλληνισταὶ suas nobis obtrudunt ineptias Etymologicas, cum ipse Moyses originem sui nominis Exodi c. 2. v. 10. satis clare his verbis indicet. ותקרא שמו משה ותאמר כי מן המים משיתהו h. e. *Et vocavit nomen ejus Mosche, & dixit, qvia ex aqvis traxi eum.* Hinc enim manifeste apparet, nomen *Mosche* ab Hebraico מָשָׁה, qvod latine qvidem *trahere, extrahere, protrahere*, græce autem ἀνασπᾶσαι, significat, descendere. *Mosche* igitur græce idem est atqve ἀνάσπαστος, h. e. *attractus, extractus, subtractus.* Qva de re vide (2) plura apud magnum Scaligerum in Notis ad Fragmenta veterum Græcorum, admirando ipsius Operi de Emendatione temporum subjuncta. Qvod superest stolida prorsus ac plane anilis inveteravit persuasio, *Moschen*, seu, ut vulgo corrupte pronunciatur, *Moysen* sive *Mosen* fuisse *cornutum.* Sic enim divinus ille Legislator & θεόπνευστος Proto-Historicus passim fingitur ac pingitur. Occasionem hujus fabulæ præbuit male intellectus Historiæ Mosaicæ locus, qvi extat Exodi cap. 34. vers. 29. & 30. his verbis: ויהי ברדת משה מהר סיני ושני לחת העדת ביד משה ברדתו מן ההר ומשה לא ידע כי קרן עור פניו בדברו אתו: וירא אהרן וכל בני ישראל את משה והנה קרן עור פניו וייראו מגשת אליו: Qvæ verba Auctor vulgatæ versionis ita transtulit: *Cumqve Moyses descenderet de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonii, & ignorabat, qvod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. Videntes autem Aaron & filii Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere.* Hanc interpretationem qvidam omnino simplices & plus qvam cucurbitini capitis homines κατὰ πόδα secuti, Moysen in Jovem Hammonem transformarunt, & cornua illi arietina reflexa, ac si revera cornutus fuisset, affinxerunt, ut videre est in subjuncto antiqvo numismate, qvod Vir clarissimus & de re literaria optime meritus *Thomas Bartholinus* capiti tertio eruditissimarum suarum observationum de Unicornu inseruit.

(1) *pag. 597. edit. Frid Sylburgii typ. Commelin. an 1594. in fol.*

(2) *pag. 48 & 49. edit. Genev. typ. Rover. an. 1629. in fol.*



Alii

Sec. ante Æ. C. XVI.

Alii paulo ſubtilioris ingenii cornutam Moyſis faciem appellari crediderunt, ob *crinium pulchritudinem*, qvos ipſi, tanqvam clamiſtrato alicui cinædo, inſtar cornuum artificioſe flexos & intortos attribuerunt. Qvam opinionem jam memoratus Thomas Bartholinus Gallos teſtatur ſecutos eſſe in ærea Moyſis ſtatua, qvam Melitæ in templo cathedrali S. Joannis anno 1550. erexerunt. Revera autem קרן non *cornutum eſſe* ſignificat, ſed *ſplendere*, *reſplendere*, *radiare*, *radios ſplendoris inſtar cornuum emittere, promicare* & *ſplendidum fieri*. Sic enim hoc verbum citato Exodi loco Viri orientalium linguarum peritiſſimi Xantes Pagninus, Ben. Arias Montanus, Immanuel Tremellius, Franciſcus Junius & Joannes Buxtorfius recte interpretantur. Cæterum qvod ad eruditionem Moyſis, & ſtudia, qvorum reſpectu in Hiſtoria literaria primus facile locus illi debetur, ut & ad ſcripta ejus attinet, de hiſce rebus ſeqventi capite agendum eſt; utpote cum ſeculo ante Æ. C. XVII. is ex Ægypto eduxerit Iſraelitas, ideoqve tunc potisſimum floruerit.

III. Eodem ſeculo ante initium V. Æ. C. XVI. in cujus poſteriorem partem dimidiam nativitas Moſis incidit, floruit præcipue & uberrimum admirandæ patientiæ ſuæ fructum percepit איוב ſive *Jiob*, de cujus Genealogia, ætate & libro magna antiqvitus fuit & etiamnunc eſt controverſia. Etenim qvod I. *ad Genealogiam* ipſius attinet, qvatuor de ea extant diverſæ opiniones: qvarum prima eſt *Thomæ Cajetani*, qvi de ea Pyrrhoniano more prorſus ἐπέχει, nec certi qvidqvam affirmari poſſe exiſtimat. Secunda opinio eſt cujusdam *Rabbini*, qvem Toſtatus Comment. in cap. 22. Geneſ. refert affirmare, Jobum fuiſſe Chananæum. Tertia opinio eſt *S. Hieronymi*, qvi in Qvæſtionibus Hebraicis in Geneſin ſtatuit *Jobum* fuiſſe nepotem *Nachoris* fratris Abrahami ex filio (1) *Hus*. Qvod ſi verum eſt, fuit Jobus æqvalis Jacobi Patriarchæ & multo antiqvior Moyſe. Et ita qvidem ſentit Cardinalis Bellarminus lib. de Script. Eccleſiaſticis, ubi opinionem hanc variis argumentis probare annititur. Inter qvæ principem ſine dubio obtinet locum illud, qvod deſumptum eſt à differentia, qvæ eſt inter nomina *Iiob* & *Jobab*; qvippe qvorum alterum Hebraice איוב, alterum יובב ſcribitur. Qvarta deniqve de Genealogia Jobi opinio eſt auctoris fragmenti apocryphi, qvod in græcis librorum Veteris Teſtamenti exemplaribus genuinæ Hiſtoriæ Iiobi in fine annexum eſt, & ſeptuaginta Interpretibus vulgo attribuitur: ut & *S. Athanaſii*, *Epiphanii, Chryſoſtomi, Auguſtini, Bedæ* (2) & complurium aliorum, qvi unanimi conſenſu *Jobum* eundem eſſe cenſent, qvi Geneſ. cap. 36. verſ. 33. יובב ſive *Jobab* appellatur & *Eſavi* ex filio *Raguele* & nepote *Zara* fuit pronepos. Sic igitur Jobus ab Abrahamo & Iſaaco per Eſavum deſcendit, ita ut ipſe qvidem ab Abrahamo *qvintus*, Moyſes autem, per Jacobum deſcendens, *ſextus* fuerit. Hanc opinionem Bened. Pererius Comment. in cap. 36. Geneſeos *communem* vocat, & adverſus S. Hieronymum multis argumentis validiſſime tuetur. Idem etiam de hac opinione judicium eſt *Sixti Senenſis*: qvippe qvi Bibliothecæ Sanctæ libro primo, poſteaqvam apocrypham libri Iiobi appendicem, cujus auctoritate ea potiſſimum nititur, in omnibus tam vetuſtis, qvam recentioribus Græcorum exemplaribus reperiri affirmavit, ipſa deinde Appendicis illius verba græce ſubjungit, addito inſuper hoc ejus elogio: (3) *Qvæ ſane verba qvanqvam nec apud Hebræos, nec apud Latinos extent: omnes tamen Græci Patres ſumma veneratione recipiunt, & pleriqve etiam diligenter exponunt. Leguntur adhuc in Catena Græca explanationum in Job, qvam in Bibliotheca mea manu conſcriptam ſervo variæ in hanc Genealogiam annotationes Origenis, Chryſoſtomi, Juliani, Severi, Evagrii & Olympiodori.* Hæc Sixtus Senenſis. Verumenimvero qvo facilius rectiusqve percipiantur, qvæ de duabus poſterioribus de Genealogia Iiobi opinionibus dicta ſunt, operæ pretium me facturum arbitror, ſi utramqve opinionem una comprehenſam tabula conjunctim exhibuero, ut, qvæ inter illas ſit differentia, uno intuitu perſpiciatur.

(1) *Hæc S. Hieronymi opinio nititur potiſſimum principio libri Iiobi, qvod his verbis conceptum eſt:* איש היה בארץ עוץ איוב שמו Vir fuit in terra Hus; Iiob nomen ejus.

(2) *In Commentariis in Iiobum, qvi vulgo perperam S. Hieronymo attribuuntur.*

(3) *pag.* 57. *edit. Colon. an.* 1636. 4to.

Sec. ante Æ. C. XVI.

Therach *ſive* Thare

- Abraham
  - Iiſchmael *ſive* Iſmahel.
    - Machalath, *filia Iſmahelis, uxor Eſavi: Geneſ. c. 28. v. 9.*
  - Iitſchack *ſive* Iſaac
    - Baſemath—Heſau *ſive* Eſau. Baſemath *filia Elonis Chittæi, uxor Eſavi: Gen. c. 26. v. 34.*
      - Rehuel *ſive* Raguel: *Geneſ. cap. 36. v. 10.*
        - Zerach *ſive* Zara: *Geneſ. c. 36. v. 13.*
          - JACOB *qui Gen. cap. 36. v. 33. filius* Zerachi de Boſrah *appellatur & ſecundum apocrypham Libri Iiobi appendicem, LXX. Interpretibus vulgo attributam, idem cenſetur eſſe atqve* Iiob. *Qvam opinionem Bened. Pererius Comment. in Gen. cap. 36.* communem *vocat, & adverſus S. Hieronymum multis argumentis defendit.*
    - Jahakob *ſive* Jacob
      - Levi
        - Kehath *ſive* Caath: *Exod. c. 6. v. 16.*
          - Hamram *ſive* Amram: *Exod. c. 6. v. 18.*
            - MOSCHE *ſive* Moyſes: *Exod. c. 6. v. 20. & Num. c. 26. v. 59.*
- Nachor—Milcah *ſive* Melcha
  - Bethuel: *Geneſ. c. 22. v. 22. 23.*
    - Ribkah *ſive* Rebecca
  - Huts; *Primogenitus Nachoris: Geneſ. cap. 22. v. 21.*
    - IIOB *filius* Hutſi, *ſecundum S. Hieronymum in Qvæſtionibus Hebraicis in Geneſin. Qvam opinionem Cardinalis Bellarminus lib. de Script. Eccleſ. tuetur. Vide etiam Voſſ. de orig. & progreſſu Idololatriæ lib. 2. c. 3.*

Qvod II. ad *ætatem* Jobi attinet de ea non minor, qvam de Genealogia ipſius eſt contentio. Qvidam enim omnino negant, *Jobum* unqvam in rerum natura extitiſſe; ut teſtantur Majmonides in מורה נבוכים ſive *More Nebochim* part. 3. ſect. 22. & R. Schem Tof in expoſitione libri Jobi. In qva ſententia etiam Flavium Joſephum nonnulli fuiſſe exiſtimant, cum is in Antiqvitatibus Judaicis nullam ejus mentionem fecerit. Sed hic recte reſpondetur, argumentum à teſtimonio humano negative ductum non valere, nec ſeqvi, Jobum in rerum natura nunqvam

qvam fuisse, qvoniam Josephus ipsius non meminit. Sane cum in Historia Jobi nomen ejus & patria, aliæqve multæ historicæ circumstantiæ clare exprimantur, cum Propheta *Ezechiel* cap. 14. v. 14. ipsum cum *Noa* ac *Daniele*, qvi sine dubio in rerum natura fuerunt, conjungat, cum deniqve idem ab Apostolo *Jacobo* Epist. cap. 5. vers. 11. tanqvam rarissimum patientiæ exemplum commendetur, manifestissima profecto fuerit impietas, veritatem historiæ Jobi in dubium revocare. Valeat itaqve hic adversus Flavii Josephi de Jobo silentium exceptio doctissimi Gilberti Genebrardi, qvi Chronograph. lib. 2. (1) objectionis hujus impetum his verbis discutit: *Nec satis, ut eorum librorum fidei & auctoritati derogetur, Tobiæ, Judith, & similium historias nominatim non fuisse à Josepho commemoratas. Nam is etiam alia, & qvidem momenti majoris silentio præteriit. Ut memorabilem Jobi historiam, qvam tamen esse authenticam, canonicam & sacram nemo* [immo non pauci; ut ex supra dictis patet] *unqvam dubitavit. Ut cædem infantium à bimatu & infra ab Herode factam, cognitam alioqvi Paganis, sicuti Macrobio lib. 2. Saturn. cap. 4. Ut Probaticæ piscinæ ingens miraculum, Joan. qvinto expressum & in Itinerario R. Benjamin.* Hæc Genebrardus. Cæterum ut graviter errant, qvi historiam Jobi pro mera habent fabula, sic neqve audiendi sunt, qvi teste Majmonide, *ad Davidis tempora* ipsum referunt, vel, qvod multo etiam magis absurdum est, iis qvi *ex captivitate Babylonica* in Palæstinam remigrarunt, annumerant. Mihi verissima semper visa est, & adhuc videtur recepta Judæorum traditio, qvam Auctor *Seder Olam Rabba* sive Chronologiæ Hebræorum Majoris, interprete Genebrardo, his verbis (2) commemorat: *Vixit Job* (*ait scriptura*) *post flagella hæc* 140. *annis. Cumqve præmissum sit; Et addidit Dominus omnia, qvæcunqve fuerant Job, duplicia; ante flagella attigisse eum oportet annum* 70. *sicqve constat, qvando descenderunt Israelitæ in Ægyptum, natum fuisse Job, qvando autem ex Ægypto ascenderunt, jam mortuum.* Hæc Chronologus ille Hebræus. Sic igitur statuo, seculi ante Æ. C. XVIII. priori parte dimidia, circa annum Mundi 2238. qvo Jacobus Patriarcha fame compulsus cum tota familia sua ad filium Josephum in Ægyptum commigravit, natum fuisse *Jobum*, obiisse autem qvinqvennio ante exitum Israelitarum ex Ægypto, videlicet circa annum Mundi 2448. cum septuaginta annos ante tentationem patientiæ, & post eam (3) centum qvadraginta annos vixisset. Hinc igitur apparet, Jobum & Patriarchæ Jacobo, & Moysi σύγχρονον fuisse: nempe juvenem alteri, alteri vero decrepitum. Utrum autem Jobus *Dinam* Jacobi filiam, ut (4) Genebrardus refert, in matrimonio habuerit, nec ne, in medium relinqvo, cum ejus rei in Scriptura sacra nec vola extet, nec vestigium. Qvod III. jam ad *librum Historiæ Jobi* attinet, hunc alii ab ipso *Jobo*, alii ab ejus *amicis*, alii à *Moyse*, alii à *Salomone*, alii ab aliqvo ex *Prophetis*, alii deniqve ab uno ex *sapientum Babyloniorum* numero conscriptum existimant. Et primam qvidem opinionem seqvuntur Gregorius M. præfat. in Jobum, Svidas v. Ἰώβ, Raphael Volaterranus Anthropologiæ lib. 16. Sixtus Senens. Biblioth. Sanctæ lib. 1. pag. 11. & Genebrardus Chronographiæ lib. 1. pag. 65. Ipsa Raphaelis Volaterrani & Sixti Senensis verba, vel in primis hac de re notatu digna, haud abs re fore arbitror, si integre apposuero. Prior itaqve in Anthropologia sua (5) de Jobo agens, sic scribit: *Scripsit ipsemet librum de suis vita & sermonibus Arabica lingua, ut ait Hieronymus.* Posterior Sectione prima libri primi Bibliothecæ Sanctæ dissertationem de libro Jobi his verbis orditur: *Libri* איוב *Iiob existimant nonnulli auctorem esse ipsum Job, filium Zareth de filiis Esau, qvintum ab Abraham, qvartum ab Esau, qvi post felicem exitum ærumnarum suarum, per seipsum victorias suas scribendo implevit, qvod maxime in calamitate sua optaverat, dicens: Qvis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei: qvis mihi det, ut exarentur in libro, stylo ferreo & plumbi lamina, vel certe sculpantur in silice? & alio in loco: Qvis mihi tribuat adjutorem, ut desiderium meum audiat omnipotens: & librum scribat ipse, qvi judicat; ut in humero portem illum & circumdem illum, qvasi coram mihi, & per singulos gradus meos pronunciabo illum, & qvasi principi offeram*

Sec. ante Æ. C. XVI.

(1) *pag.* 184. *edit. Lugdun.* 1609. *in fol.*

(2) *pag.* 7. *edit Lugdun. an.* 1608. *in f.*

(3) *Hist. Jobi cap. ult. v. penult.*

(4) *p.* 65. *his verbis:* Job Arabs Husitarum Princeps, gener Jacob ex Dina uxore. Philo & Chald. Paraphras.

(5) *pag.* 370. *edit. Basil an.* 1559. *in fol.*

feram eum? Secundæ opinionis de auctore libri Jobi, secundum qvam is *amicis* Jobi attribuitur, idem Sixtus jam citato loco meminit. Tertia de auctore libri Jobi opinio, cui ipse accedo, nititur, præter communem Hebræorum traditionem, rationibus satis validis, qvarum duæ à Cardin. Bellarmino, qvi libro de Script. Eccles. eandem opinionem constantissime tuetur, his verbis proponuntur: *Qvod autem liber Jobi, qvi nunc extat, sit Mosis potius, qvam Jobi, ideo mihi persuadeo; qvia & Hebræi Doctores ita sentiunt, & rationes non contemnendæ pro hac sententia possunt afferri. Primum enim si Job esset auctor libri, qvi nunc extat, primus scriptor sacer esset Job, non Moses. Jam enim ex ætate ostendimus, & ex ipsa scriptura, Jobum fuisse antiqviorem Mose. At communi consensu, Moses est primus scriptor Ecclesiasticus. Deinde si Job esset auctor libri hujus, non esset hic liber in canonem scripturarum ab Hebræis admissus. Job enim non fuit de filiis Israel, sed Idumæus & Arabs. Idumæi autem & Arabes pro hostibus habebantur ab Hebræis.* Hæc Bellarminus: cum qvo haud vereor Moysen verum libri Jobi auctorem pronunciare. Sed hic nova oritur qvæstio, scripseritne Moyses Historiam Jobi *Hebraicè*, cum antea à nemine literis ea consignata esset, an ex Adversariis ipsius Jobi, *Arabica* vel *Syriaca* lingua conceptis, in Hebraicum sermonem eam transtulerit. Ego sane priorem sententiam maxime semper probavi, & etiamnunc constanter probo: qvippe qvi persuasissimum habeam, Moysen omnium tam sacrorum, qvam profanorum scriptorum esse antiqvissimum. Eqvidem negari non potest, in Historia Jobi cum Hebraismo Arabicas qvasdam & Syriacas loqvendi formulas permixtas esse: hoc enim S. Hieronymus in præfat. in Job. testatur, cum ait, *translationem suam nullum de veteribus seqvi interpretem, sed ex ipso Hebraico,* (1) *Arabicoqve sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumqve resonare*: verum hinc non magis colligi posse arbitror, Historiam Jobi ante Moysen *Arabice* conscriptam fuisse, qvam prophetiam Danielis non fuisse initio scriptam Hebraice, sed ex *Chaldaica* lingua translatam esse, qvod ea multis locis Chaldaismum sapiat. Verba Cardin. Bellarmini, qvibus hanc qvæstionem pro Moyse decidit, hæc sunt: *Liber Job Hebraice scriptus est, non Syriace, vel Arabice, qvamvis aliqva vocabula Arabica in eo legantur, præsertim qvando introducuntur loqventes amici Job.* Videtur autem Moysen in conscribenda Historia Jobi Arabismum & Syriasmum Hebraismo dedita opera intermiscuisse, qvo convenientius atqve significantius Jobi cum amicis exprimeretur colloqvium, & tanqvam in theatro viva voce repræsentaretur. Posteriorem de libro Jobi à Moyse conscripto sententiam, dubie qvidem, sed haud exigui ponderis argumentis defendit V. Cl. Joann. Henricus Hottingerus Thesauri Philologici sacræ Scripturæ lib. 2. cap. 1. sect. 3. ubi non levis momenti conjecturas affert, qvibus probari posse videtur, Historiam Jobi *Arabice* initio conscriptam fuisse. Cæterum sive qvis à Moyse Hebraice conscriptam, sive ex Arabico sermone Historiam Jobi translatam censeat, nemo tamen, ut opinor, inficias iverit, præcipuam ejus vel conscribendæ vel transferendæ causam fuisse, ut Israelitæ exemplum haberent extremæ patientiæ, cujus solatio se consolarentur. Hinc igitur Origenes Historiam Jobi scriptam censuit tempore servitutis Ægyptiacæ, anteqvam Israelitæ jugo Pharaonis, duce Moyse, liberarentur. Testatur hoc Sixtus Senensis his verbis: *Origenes, cui etiam Rabbini Judæorum assentiunt,* inqvit, *qvod Moses hanc sanctam historiam prius vel à Job, vel ab amicis ejus conscriptam, ex Syro eloqvio in Hebraicum sermonem transtulerit, ad consolationem Hebræorum, qvi in Ægypto captivi à Pharaone indigna servitute opprimebantur: ut legentes beati viri vehementes ac terribiles illos dolores, invicem se consolarentur, & cum patientia ac gratiarum actione mala, qvæ eos circumdederant, sufferrent; & ut optimam remunerationem, qvam DEus beato Job post tolerantiam largitus est, audientes, etiam ipsi liberationem sperarent, & beneficia beatæ mercedis laborum suorum expectarent.* Hanc Originis opinionem haud omnino qvidem improbaverim, si ita coarctetur, ut Historia Jobi sub finem servitutis Ægyptiacæ inter vocationem Moysis, qvæ in annum M. 2452. incidit, & exitum Israelitarum ex Ægypto, qvi

(1) *Idem ab eodem S. Hieronymo confirmatur in præfatione in Danielem his verbis:* Sciendum qvippe est Danielem maxime & Esdram Hebraicis qvidem literis, sed Chaldæo sermone conscriptos & unam Jeremiæ περικοπήν: Job qvoqve cum Arabica lingua plurimam habere societatem.

qvi feqventi anno contigit, fcripta fuiffe ftatuatur : crediderim tamen potius, eam compofitam fuiffe poft exitum ex Ægypto & legislationem, cum Ifraelitæ in Arabiæ Petrææ defertis impatienter oberrarent, eodemqve tempore primus Pentateuchi liber à Moyfe jam confcriptus effet : qva de re proximo capite prolixius differam. Qvarta de auctore libri Jobi opinio, fecundum qvam *Salomoni* is attribuitur, eorum eft, qvi Jobum temporibus *Davidis* vixiffe exiftimant meminit ejus Vir fummus Gerardus Joannes Vosfius de Idololatria lib. 2. cap. 3. his verbis : *Sane Salomoni etiam tribuit* (librum Jobi) *Nazianzenus Orat. ad Julianum tributorum exæqvatorem ; ut cenfet ejus interpres Nicetas, ac Olympiodorus præfat. catenæ fuæ : imo & Polychronius in Jobi cap. XIII, five fecundum vulgarem diftinct. XIX, 23, exaratum ait,* (1) *Mofis Salomonisve opera. Ac pro hac fententia facere videtur, qvod ab Hebræis in Bavabathra Pereck primo, ubi Hagiographa recenfentur, primus qvidem locus detur libro Ruth, quia fub judicibus vixerit ; alter Pfalmis Davidis, qui ex Ruth natus ; tertius Jobo, tanqvam æqvali reginæ Sabæ ; qvartus Salomonis Proverbiis, Ecclefiaftæ ac Cantico Canticorum, atqve ita porro. Eodem redit, qvod ab Athanafio in Synopfi Job Cantico Canticorum fubjungitur ; imo & in Concilio Laodiceno can. ult. & qvibusdam Græcis Bibliis vetufta manu exaratis, qvæ in Vaticana Romæ adfervantur.* Hæc Vosfius : qvi tamen eodem loco opinionem hanc manifefte improbat & contra recte afferit, librum Jobi à Moyfe fcriptum fuiffe, qvo populus Ifraeliticus longam illam peregrinationem in deferto facilius ferret. Idem eft Card. Bellarmini de hac opinione judicium, qvod libro de Script. Eccl. his verbis conceptum legitur. *Quod fi non eft Job autor libri hujus, nulli melius tribui poteft hoc opus, qvam Mofi, qui fuit temporibus Jobi. Qvod enim qvidam dicunt, Auctorem hujus libri effe Salomonem, ex auctoritate S. Gregorii Nazianzeni Oratione ad Julianum exactorem tributorum, non magnifaciendum eft. Nam S. Gregorius non dicit, Salomonem effe auctorem libri Job, fed folum citat fub nomine Salomonis qvædam verba, qvæ habentur apud Job. cap. 3. Sed facile fuit, ut S. Gregorius ex lapfu memoriæ verba unius auctoris tribuerit alteri : præfertim cum eo loco, verbis, qvæ funt apud Job, adjunxerit etiam alia, qvæ non funt apud Iob.* Hucusqve Bellarminus. Qvintæ opinionis de auctore libri Jobi, fecundum qvam is *alicui ex Prophetis* adfcribitur, mentionem facit (2) S. Gregorius Magnus Præfat. in Jobum his verbis : *Inter multos fæpe qværitur, quis libri Iob fcriptor habeatur. Et alii qvidem Mofen, alii unumqvemlibet ex Prophetis fcriptorem hujus operis fuiffe fufpicantur.* Qvinta de auctore libri Jobi opinio, fecundum qvam is *alicui ex fapientibus Babylonicis* tribuitur, eorum eft, qvi Iobum prorfus abfurde crediderunt temporibus captivitatis Babylonicæ vixiffe, & ex ea cum aliis in palæftinam reverfum effe, ut pluribus fupra citato loco teftatur Majmonides. Et hactenus qvidem varias de auctore libri Iobi opiniones expofui : fupereft, ut jam de auctoritate ejus paucis agatur. Ea autem ab Ecclefia Catholica femper habita fuit & etiam nunc habetur *authentica* ; qvamvis interim, tefte Olympiodoro præfat. catenæ aureæ in Iob, non defuerint hæretici, qvi θεόπνευστον eum negare aufi fint. Qvam infaniam noftra adhuc ætate feqvuntur Anabaptiftæ, qvi Hiftoriam Iobi per contemptum ac ludibrium *Tragicomœdiam Hebræorum* nuncupant. Fuerunt (3) etiam olim, qvi, tefte (4) Rabbi Levi Ben-Gerfon in Commentariis in Iobum, non qvidem integrum Iobi librum improbarunt, fed undecim tantum ejus pofteriora capita, tanqvam fuppofititia, rejecerunt ; qvoniam caput trigefimum primum his verbis finitur : תמו דברי איוב h. e. Finita five abfoluta funt verba Iob. Atenim vero recte hic à jam memorato R. Levi, ut & ab Immanuele Tremellio & Francifco Iunio in annotationibus ad cap. 31. Iobi refpondetur, ultima illa hujus capitis verba non fignificare finem totius libri Iobi, fed earum duntaxat difputationum, qvas Iiob cum tribus amicis Eliphaze Themanite, Bildado Schuchite & Tzophoro Nahamatite habuit. Finiri itaqve dicuntur verba Iobi ultimo verfu capitis trigefimi primi ad differentiam novi colloqvii cum qvarto amico Elihu Buzite, qvod capite trigefimo fecundo inchoatur. De reliqvo minime dubium eft, qvin ea omnia, qvæ non in He-

Sec. ante Æ. C. XVI.

(1) *pag.* 141. *edit. Lugd. an.* 1586.

(2) *Vid. Perer. Comment. in Gen. c.* 36. *pag.* 559.

(3) *Vid. Sixt. Senenf. Biblioth. Sanct. lib.* 1. *fect.* 1. *p.* 11.

(4) *Vulgo is per abbreviationem appellatur* רלבג *five* Ralbag. *Vid. Buxtorf. de Abbreviaturis Hebraicis p.* 181. & *Biblioth Rabbin. pag.* 370. & 409.

[V]ic. ante [L]E.C.XVI. Hebraico Historiæ Jobi contextu, sed codicibus tantum Græcis leguntur, pro apocryphis & illegitimis additamentis habenda sint. Cujusmodi est (1) *oratio uxoris Iiob*, qvæ cap. 2. v. 9. in Hebraicis qvidem voluminibus sic concepta legitur: ותאמר לו אשתו עדך מחזיק בתמתך ברך אלהים ומת h.e. secundum vulg. vers. *Dixit autem illi uxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo, & morere.* In Græcis autem Bibliorum exemplaribus oratio hæc uxoris Jobi multo auctior extat his verbis: χρόνου δὲ πολλοῦ προβεβηκότος, εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· μέχρι τίνος καρτερήσεις λέγων, ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου; ἰδοὺ γὰρ ἠφάνισταί σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς, υἱοὶ καὶ θυγατέρες, ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων· σύ τε αὐτὸς ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων κάθησαι, διανυκτερεύων αἴθριος· κἀγὼ πλανῆτις καὶ λάτρις τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας, προσδεχομένη τὸν ἥλιον, πότε δύσεται, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου καὶ τῶν ὠδινῶν, αἵ με νῦν συνέχουσιν. ἀλλὰ εἰπέ τι ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα. h.e. *Multo autem tempore elapso, dixit ipsi uxor ejus: Qvousqve perseverabis dicens: Ecce expecto parvum adhuc tempus, ut accipiam spem salutis meæ. Ecce enim evanuit monumentum tuum in terra: filii & filiæ, uteri mei dolores & labores, qvos frustra cum molestiis eduxi: tuqve in fœtore vermium considens, pernoctas sub dio, & ego erratica ac serva, locum ex loco circumiens, & domum ex domo, expecto Solis occasum, ut reqviescam à laboribus meis & doloribus, qvi me nunc circumdant. Dic igitur aliqvod verbum Domino & morere.* Hoc igitur fragmentum Græcum Historiæ Jobi merito ab Origene in Epistola ad Julium Africanum Canone sacræ Scripturæ excluditur. Itidem judicandum est de Græca illa libri Jobi *Appendice*, qvæ LXXII. Interpretibus vulgo attribuitur & Genealogiam Jobi continet. Ipsa Appendicis verba, qvæ ultimo contextus Hebraici versiculo (וימת איוב זקן ושבע ימים h.e. *Et mortuus est Iiob senex & satur dierum*) in Græcis Codicibus subjunguntur, hæc sunt: Γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι, μεθ᾽ ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν. οὗτος ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς συριακῆς βίβλου, ἐν μὲν γῇ κατοικῶν τῇ αὐσίτιδι, ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς ἰδουμαίας καὶ ἀραβίας. προϋπῆρχεν δὲ αὐτῷ ὄνομα (*) ἰωβάλ. λαβὼν δὲ γυναῖκα ἀραβίσσαν, γεννᾷ υἱὸν, τὸ ὄνομα ἐννών. ἦν δὲ αὐτὸς πατρὸς μὲν ζαρὲ, τῶν ἠσαῦ υἱῶν υἱὸς, μητρὸς δὲ βοσόῤῥας, ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ ἀβραάμ. καὶ οὗτοι οἱ βασιλεῖς οἱ βασιλεύσαντες ἐν ἐδὼμ, ἧς καὶ αὐτὸς ἦρξε χώρας. πρῶτος βαλὰκ ὁ τοῦ βεὼρ, καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ δενναβά· μετὰ δὲ τὸν βαλὰκ, (2) ἰωβὰλ ὁ καλούμενος ἰώβ. μετὰ δὲ τοῦτον ἀσὼν, ὁ ὑπάρχων ἡγεμὼν τῆς θαιμανίτιδος χώρας. μετὰ δὲ τοῦτον ἀδὰδ, υἱὸς βαδὰδ, ὁ ἐκκόψας μαδιὰν ἐν τῷ πεδίῳ μωάβ. καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ γεθθαίμ. οἱ δὲ ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν φίλοι, ἐλιφὰζ τῶν ἠσαῦ υἱῶν, θαιμανῶν βασιλεὺς, βαλδὰδ ὁ σαυχαίων τύραννος, σωφὰρ ὁ μιναίων βασιλεύς. h.e. Sixto Senensi (3) interprete: *Scriptum est autem eum rursus resurrecturum esse cum his, qvos Dominus suscitavit. Hic interpretatus est ex Syriaco libro, habitans qvidem in regione Ausitide in finibus Idumææ & Arabiæ. Erat autem ei prius nomen (*) Jobal. Accepta igitur uxore Arabissa, genuit filium nomine Ennon. Erat autem ipse patris qvidem Zarè, Esau filiorum filius; matris autem Bosoræ. Ita est ipse qvintus ab Abraham, atqve hi reges sunt, qvi regnaverunt in Edom: cui etiam regioni ipse præfuit. Primus Balach, Beor filius, & nomen civitatis ejus Dennaba. Post Balach autem (*) Jobal, qvi vocatur Job. Post hos autem Ason, qvi erat dux Themanitidis regionis. Post hunc Adad, filius Badad, qvi percussit Madian in regione Moab, & nomen civitatis ejus Getthaim. Qvi autem ad eam venerunt amici, Eliphaz de filiis Esau, Themanitarum Rex, Baldad Sauchæorum tyrannus, Sophar Mynæorum Rex.* Hucusqve græcum illud Historiæ Jobi additamentum: qvod qvidem à S. Hieronymo in Qvæstionibus Hebraicis in Genesin, tanqvam nullius (4) momenti & auctoritatis omnino rejicitur. *Male*, inqvit, *qvidam existimant, Job de genere esse Esau: siqvidem illud, qvod in fine libri ipsius habetur, id est, qvod de Syro sermone translatum sit, & qvartus sit ab Esau; & reliqva, qvæ ibi continentur, in Hebræis voluminibus non habentur.* Contra vero Bened. Pererius Comment. in Genes. cap. 36. vers. 32. aucto-

(1) *Vid. Sixt. Senens. Bibliot. Sanct. lib. 1. sect. 3. pag. 37.*

(*) ἰωβάβ.

(2) *Legendum hic censeo* ἰωβάβ.

(3) *Biblioth. Sanctæ lib. 1. sect. 3. pag. 36. & 37.*

(*) *Jobab.*

(*) *Jobab.*

(4) *Huic opinioni accedit Card. Bellarminus lib. de Script. Ecclesiasticis, ubi hæc leguntur:* In editione 70. Interpretum habetur appendix ad finem libri Job, in qva dicitur, Jobum fuisse de filiis Esau, & qvintum ab Abraham. Sed ea appendix non videtur de textu 70. sed ab aliqvo addita: alioqvi non ita libere à S. Hieronymo rejiceretur.

auctoritatem istius Appendicis, tanqvam à LXXII. Interpretibus contextui Hebraico adjectæ, tuetur his verbis: *Altera ratio, qva communis* (de genealogia Jobi) *firmatur opinio, ducta est ex auctoritate translationis LXX. Interpretum: qvæ in extremo libro Job addit nonnulla verba, qvæ nec in scriptura Hebraica, nec in Latina editione leguntur. Illis autem verbis aperte testatum est, eundem fuisse Job & Jobab, qvi fuisse dicitur hoc loco de progenie Esau. S. Hieronymus non aliter scripturam hanc cludit, nisi dicendo, eam non reperiri in libris Hebraicis. Fuisse tamen eam magnæ auctoritatis apud antiqvos Ecclesiæ Doctores, eo manifestum est, qvod eam cum honore citavit Origenes in epistola ad Africanum: & Athanasius in Synopsi, & Augustinus libro 18. de Civit. DEI cap. 27. & Chrysostomus, Homilia secunda de patientia Job, & Theodoretus qvæstione 92. in Genesin. Hi omnes, inqvam, ut partem sacræ Scripturæ & libri Job agnoscunt & citant.* Item paulo post: *Huic eqvidem,* inqvit, *communi sententiæ lubenti animo subscripserim. Multa me in eandem sententiam trahunt: in illam Hebræorum præter S. Hieronymum, prorsus nihil movet. Trahit me inprimis auctoritas LXX. Interpretum. Cum enim essent viri gravissimi & sapientissimi, qvod scripserunt de B. Job, & libro ejus adjungendum censuerunt, id puto eos exploratum & compertum, vel ex majorum traditionibus, vel ex probatis, qvæ tunc extabant scriptis, habuisse.* Hactenus Pererius. Cujus opinioni de auctoritate græcæ appendicis libri Jobi haud exiguum affert pondus Svidas v. Ἰώβ his verbis: *μόνος γὰρ οὗτος εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, ὁ κλεινὸς καὶ τριπόθητος, ὁ τοῦτο κερδάνας τῶν ἑαυτοῦ ἄθλων τὸ τελευταῖον καὶ ἔσχατον, τὸ μετὰ Χριστοῦ συναναστῆναι, καὶ τὸν τῆδε κόσμον θεάσασθαι πάλιν μετὰ τοῦ σώματος.* h. e. interprete Porto: *Solus hic est nobilis ille ab ortu Solis ad occasum usqve, hic inclytus ille & exoptatus vir, qvi suorum certaminum hoc postremum & ultimum lucrum tulit, qvod una cum Christo resurrexerit, & hunc mundum denuo cum corpore, qvod prius habebat, viderit.* Persuasissimum enim habeo, Svidam his verbis alludere ad principium supra (1) insertæ Appendicis: *γέγραπται δὲ, αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι, μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνέστησεν.* Ubi per *γέγραπται δὲ* sine dubio significantur versus vigesimus qvintus, sextus & septimus capitis decimi noni Historiæ Jobi, qvos auctor vulgatæ versionis ita transtulit: (2) *Scio enim, qvod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum. Et rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo DEum. Qvem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alienus.* Qvantum igitur ex Svidæ verbis colligi potest, videntur LXXII. Interpretes supra citati Appendicis libri Jobi verbis prophetico spiritu prædixisse, Jobum inter eos fore, qvi post Christi resurrectionem resurrecturi & Hierosolymis apparituri essent. Qvod miraculum S. Matthæus cap. 27. vers. 52. & 53. hisce verbis commemorat: *καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν. καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη. καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς.* h. e. *Et monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qvi dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.* Illud adjiciendum videtur, observatu dignum hic esse, qvod S. Evangelista dicat, resurrexisse sanctos illos *μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ.* Auctor enim sæpius memoratæ appendicis libri Jobi & Suidas aliqvantulum à relatione hac discedere videntur, dum Jobum *μετὰ Χριστοῦ συναναστῆναι* afferunt. Sed his missis, revertamur ad genuinam Jobi historiam. In ea autem describenda, tractatur præcipue nobilissima hæc qvæstio, *an & qvare Deus viris bonis patiatur fieri aliqvid mali?* Qvod argumentum L. Annæus Seneca itidem peculiari ac vere aureo pertractavit libro, qvi *de providentia*, sive, *qvare bonis viris mala accidant, cum sit Providentia*, inscribitur, nec laudari satis, nec satis potest perlegi. Cæterum qvod ad distinctionem & ordinem libri Iobi attinet, dividitur is in capita 42. qvæ rursus dividuntur in versus 1070. & secundum Jacob. Brandmyllerum in Analysi Typica lib. Iobi & Ioan Henr. Hottingerum Thesaur. Phil. l. 2. c. 1. sect. 3. continent qvatuor partes principales: qvarum *prima* describitur Iobi fortuna tam prospera ante afflictionem, qvam adversa post divinam afflictionis permissionem, & in utraqve admiranda ipsius pietas & patientia, cap. 1. & 2.: *secunda* comprehenduntur colloqvia Iobi

Sec. ante Æ. C. XVI.

(1) *pag. 116.*

(2) *Necessario hic consulendus est ipse contextus Hebraicus; cujus proprietatem si qvis per se intelligere non possit, is præter Xantis Pagnini translationem adeat Tremellio-Junianam versionem cum subjuncta annotatione.*

Sec. ante I. C. XII.

bi & qvatuor amicorum ejus, à cap. 2. usqve ad caput 38.: *tertia* interponit DEus judicium suum & controversiam decidit, cap. 38. 39. 40. 41: *qvarta* commemoratur finis calamitatum Iobi & duplicata ejus in integrum restitutio, cap. 42. Huc etiam pertinet insignis locus Raphaelis Volaterrani de qvatuor disputationum Historiæ Iobi generibus, qvi Anthropologiæ libro 10. (1) his verbis legitur: *Quatuor disputationum genera Job in ipso libro complectitur. Prima disputatio dialectica est, qvæ ex probabilibus procedit qvæ consistit inter Iob & tres ejus amicos: ubi ipse thesin hanc probat, qvod DEUS hominem justum & insontem qvandoqve affligat. Amici vero ejus contra, qvod DEUS neminem citra culpam plectat. Secunda est sophistica ex apparentibus: & hæc est inter Iob & Helim* (sive Elihu, qvartum amicum): *qvamvis Iob minime respondeat; qvi qvidem juvenis arrogans & vaniloqvuus conclusionem amicorum Iob approbans, sophistice syllogizat. Tertia tentativa inter Dominum & Iob, qui eundem multis quæstionibus tentat & interrogat, ut ei declaret, qvod nulla sit apud DEum sapientia comparata. Qvarta demonstrativa, in qva pro ipso Iob Dominus contra tres amicos ejus qvæstionem definiendo demonstrat.* Hæc Volaterranus. Præterea dividitur etiam Historia Iobi à (2) nonnullis in viginti colloqvia; nempe

DEi cum Diabolo unum,
Eliphæ cum Iobo tria,
Bildadi cum Iobo tria,
DEi cum Iobo unum,
Iobi cum amicis novem,
Sophar cum Iobo duo,
Elihu cum Iobo unum.

Qvæ divisio etsi minus mihi placeat, inserendam tamen hic eam censui, ut qvisqve de ea arbitratu suo judicet. Si qvis vero accuratiorem non tantum singulorum capitum, verum etiam singulorum versuum Analysin desideret, is consulat supra citatam *Jacobi Brandmylleri* (3) Typicam libri Iobi Analysin. De *stylo* deniqve & *dignitate* libri Historiæ Iobi, sive res, sive verba qvis spectare velit, præclara multa tam apud antiqvos, qvam novos scriptores testimonia inveniuntur. De stylo sane inprimis audiendus est S. Hieronymus, qvi in præfat. in librum Iobi sic scribit: *Obliqvus etiam apud Hæbreos totus liber fertur & lubricus, & (qvod Græci Rhetores vocant)* ἐσχηματισμένος, *dum qvi aliud loqvitur, aliud agit: ut si velis anguillam vel murenulam strictis tenere manibus, qvanto fortius presseris, tanto citius elabitur. A principio itaqve voluminis usqve ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porro à verbis Iob, in qvibus ait: Pereat dies, in qva natus sum, & nox, in qva dictum est, conceptus est homo: usqve ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est: idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere: hexametri versus sunt, dactylo spondæoqve currentes: & propter linguæ idioma, crebro recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum qvoqve rythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis: qvod metrici magis, qvam simplex lector, intelligunt. A supradicto autem versu usqve ad finem libri, parvum comma, qvod remanet, prosa oratione contexitur. Qvod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia ferme Scripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Josephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit.* Hucusqve S. Hieronymus: cujus de stylo libri Iobi judicium approbat Raphael Volaterranus Anthropolog. lib. 16. (4) his verbis: *Liber* (Iobi) *prosa incipit, metro labitur, pedestri sermone finitur. Nam à principio usqve ad locum illum, ubi Iob dicit: Pereat dies, in qva natus sum: stylo prosaico inchoat. Inde usqve circa finem, ubi Dominus tres Iobi amicos redarguit, heroico metro proseqvitur. Finem vero rithmo colore concludit, omnibusqve dialecticæ artis legibus singula verba metitur.* Accedit huc Suidæ lectu dignissimum testimonium v. Ἰώβ, ubi non tantum stylum Historiæ Iobi, sed & πολυμαθείαν, qva ea referta est, his verbis commendat: ἔχεις καὶ τούτου [sc. τοῦ Ἰώβ] τὴν βίβλον, πολὺ τῆς Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος ἀηδόνος λιγυρώτερον ᾄδουσαν. οὐ μύθων καὶ

(1) pag. 370. [illegible]

(2) *Vid. Sixt. Senens. Bibl. Sanct. lib. 1. cap. 1. sect. 1. pag. 12.*

(3) *Extat in principio Analyseos Typicæ librorum Veteris Testamenti Poeticorum & Propheticorum, qvæ cum reliqvorum omnium cum veteris, tum novi Testamenti librorum Typicâ Analysi, à Mose Pflachero conscripta, prodiit Basileæ an. 1621. in 4to.*

(4) *pag. 370.*

καὶ παθῶν ἀλλοτρίων ὑφηγήσεις διαγορεύουσαν. ἢ τὸν θρασύτατον Ἀχιλλέα, ἢ τὸν Ὀδυσσέα τὸν πολυμήχανον, ὧν αἱ σφαγαὶ τυγχάνουσιν τρόπαιον, καὶ γυναικῶν φθοραὶ κατορθώματα. ἀλλὰ τὸν σατανᾶν ὑπὸ γυμνοῦ τινος, καὶ ἀνόπλου, καὶ μόνου καταρασσόμενον. καὶ φίλων συμπαθῶν δημηγορίας, καὶ δάκρυα, καὶ φυσιολογίαν ὅλης τῆς κτίσεως. καὶ ζώων, καὶ ὀρνέων φύσεις, καὶ λαμπρότατα διηγήματα. καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ δράκοντος τὴν εἰκόνα τοῦ σκολιοῦ. καὶ πολλὰς ἔχοντος τὰς ἑλίξεις, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς πῦρ ἀποστίλβοντος· καὶ τὴν εἰς ᾅδην, καὶ τῶν καταχθονίων τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ συγκατάβασιν. καὶ τὴν ἐξ ᾅδου, καὶ τῶν νεκρῶν ἀναβίωσιν. καὶ πάλιν τὸν δίκαιον στεφανίτην ἀναγορεύουσαν· καὶ παῖδας, καὶ κτῆσιν ὅλην πολλαπλασίως λαμβάνοντα, καὶ χρόνον ζωῆς διπλασιαζόμενον. h. e. Æmilio Porto interprete: *Habes & ejus* (sc. Jobi) *librum, Homeri & Platonis lusciniam multo argutius canentem, quæ nec fabularum, nec alienarum calamitatum narrationes prædicat, vel audacissimum Achillem, aut callidissimum Ulyssem; quorum cædes sunt triumphus, & mulierum stupra præclara facinora. Sed Satanam describit, & commemorat à nudo qvodam & inermi, & solo contusum & superatum, & amicorum vicem ejus dolentium conciones, & lacrymas, & totius rerum conditarum naturæ explicationem, & animalium, & avium naturas, & splendidas qvasdam narrationes: qvin etiam ipsius intorti serpentis imaginem, & varios tractus, ac varias spiras habentis draconis, & oculos instar ignis micantes, & unigeniti filii DEi ad inferos, & subterranea loca descensum, & ex inferis, & mortuorum sedibus ad superos reditum, resurrectionem, & reditionem ad vitam. Habes etiam eundem librum, qui justum illum pronuntiat victorem, & corona, victoriæ præmio, donatum, & liberos, & omnem rem familiarem recipientem multis modis auctam, magnoqve cum fœnore restitutam, & vitæ tempus conduplicatum.* Hæc de argumento, stylo & dignitate libri Jobi Suidas. Libet jam huic tam egregio antiqvi auctoris testimonio corollarii loco subjungere Encomium libri Jobi, qvod extat apud Andream Rivetum Isagoges ad scripturam sacram capite 28. de Sacrarum Scripturarum eloqventia inscripto, his verbis: *Quid de Historia Jobi censebimus? quæ etsi, ubi res gestas narrat, facili, perspicua & communi dictione utatur, tamen ubi de gravioribus rebus disputationem instituit; vix alibi reperientur tot verborum & sententiarum lumina: nec potest aliquis desiderare vehementem quandam affectus movendi rationem, in grandiore dicendi genere, ubi vir sanctus apud amicos calamitates suas amplificat. Nec scriptore libri hujus extat alius verbis ornatior, figuris illustrior, disputandi subtilitate pressior & acutior, qvi grandi & sublimi sua oratione longissime omnia Græcorum & Latinorum poemata ornatu, gravitate & majestate superat: Liber omni genere doctrinæ adeo refertus, ut frustra in ejus dictis omnibus explicandis sit operam positurus, qvi Poëtices, Dialectices, Rhetorices, Astronomiæ, Physices denique non sit bene peritus.* Hæc Rivetus. Qvæ præterea autem de Jobo, ejusqve libro, Interpretibus, Commentatoribus & editionibus dicenda supersunt, suo deinceps loco, si Deus permiserit, accurate recensebo. Interim videsis S. Gregorii Magni Moralis Expositionis in librum Job libros 35. Augustini Steuchi Eugubini eruditissimas (1) Enarrationes in eundem librum: Sixti Senens. Biblioth. Sanct. librum qvartum de divinorum voluminum utriusqve Testamenti expositoribus; Card. Bellarmini Indicem Explanatorum sacræ Scripturæ, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis subjunctum; Catalogum Autorum, qvi in sacros Veteris & Novi Testamenti libros scripserunt, Wittebergæ an. 1581. in 8vo impressum; Catalogum Expositorum S. Scripturæ, juxta ordinem Voluminum utriusqve Testamenti dispositum, & à Thoma Jamesio Catalogo Bibliothecæ Oxoniensis insertum; Georgi Draudii Bibliothecam Classicam pag. 337. 338. 339. & sexcentos alios, qvos nunc mihi per temporis angustias haud licet recensere.

Sec. ante Æ. C. XVI.

(1) *Extant Tom. I operum ipsius Venetiis excusorum an. 1591. fol.*

Eodem ante initium vulgaris Æræ Christianæ seculo XVI. qvo Moyses natus est, & Jobus potissimum floruisse videtur, commigrare cœpit humanitas vitæ ex Ægypto in *Atticam* Græciæ Europææ regione, primaqve fundamenta sapientiæ illius jacta sunt, cujus gloria deinceps cum Græci omnes, tum præcipue *Athenienses* paulatim reliqvos mortales superarunt. Tunc enim *Cecrops*, natione Ægyptius, iisqve scientiis & artibus, qvas Abrahamus Patriarcha cum Ægy-

Sec. ante Æ. C. XVI. ptiis benigne communicaverat, probe imbutus, in Atticam sive Ἀττικὴν, Hellados proprie dictæ maritimam regionem, appulit, & sublata promiscua maris & fœminæ instar ferarum conjunctione, legitimum introduxit matrimonium, feroces religione mitigavit animos, & necessariis rudi populo legibus omnia in meliorem statum redegit. Qvibus tam insignibus beneficiis dignum suo virtute consecutus est præmium, ut nempe ab Atticæ Rege *Actæo* gener electus, hæreditariæ successionis jus per uxorem impetraverit. Mortuo igitur socero Actæo Cecrops regnare cœpit anno Mundi secundum accuratissimam Scaligeri, Calvisii, Emmii & Helvici supputationem bis millesimo trecentesimo nonagesimo qvarto, qvi fuit ante initium vulgaris Æræ Christianæ 1556. Primus autem hic Atheniensium Rex appellari meruit, qvod ab ipso *Cecropia* Athenarum ἀκρόπολις condita fuerit. Cæterum cur Διφυὴς cognominatus sit, non satis certo constat. Variæ enim hujus cognominis rationes apud veteres Auctores reperiuntur. Nonnulli enim Cecropem ita dictum existimant, qvod superne mas, inferne fœmina fuerit. Qvæ interpretatio ut sine dubio est fabulosa sic verisimile est, si per duplicem Cecropis naturam uterqve sexus significatur, Hermaphroditum ipsum fuisse. Alii Cecropem διφυὴν cognominatum censent, qvod superne homo, inferne vel leo, vel draco fuerit. Alii hoc cognomen illi impositum fuisse existimant, vel qvod corporis sui magnitudine duorum virorum staturam æqvarit; vel propter sublationem promiscui concubitus & legitimæ conjunctionis unius maris uniusqve fœminæ institutionem. Alii deniqve hujus cognominis rationem derivant à duabus linguis *Ægyptiaca* & *Græca*, qvas Cecrops æqve calluit. Qvæ qvidem opinio cœteris probabilior videtur, cum Gellius Noct. Attic. lib. 17. cap. 17. testetur, eodem fere sensu apud priscos illos & adhuc rudes Romanos Q. Ennium, qvod loqvi Græce & Osce & Latine sciret, tria corda sese habere gloriari solitum fuisse. Et qvæ hactenus qvidem de Cecrope commemoravi, ea partim ab *Eusebio Pamphili* in Chronico, partim à *Suida v.* κέκροψ memoriæ prodita sunt. Prioris verba in præfatione Chronici, à S. Hieronymo è græco in latinum sermonem translati, hæc sunt: *Moses licet junior supra dictis sit omnibus, tamen qvos Græci antiqvissimos putant, senior deprehenditur, Homero scilicet & Hesiodo Trojanoqve bello, ac multo superior Hercule, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Æsculapio, Libero, Mercurio, Apolline & cæteris diis gentium, sacrisqve vel vatibus: ipsius qvoqve Jovis gestis, qvem Græcia in arce divinitatis collocavit. Hos omnes, qvos enumeravimus, etiam post Cecropem Diphyen, primum Atticæ regem, fuisse convincimus. Cecropem autem præsens historia Mosi coætaneum ostendit.* Nec multo post: *Itaqve sine nulla ambiguitate Moses & Cecrops, qvi primus Atheniensium Rex fuit, iisdem fuere temporibus. Porro iste Cecrops Diphyes, sub qvo primum in arce oliva orta est, & Atheniensium urbs ex Minervæ appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Jovem appellavit, simulacra reperit, aram statuit, victimas immolavit, neqvaqvam istiusmodi rebus in Græcia usqvam visis. Cætera qvoqve, qvæ apud Græcos mira jactantur, posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem Cecropis, conseqventer & Mosis; qui cum Cecrope fuit.* Et in ipso Chronico: *Dicebatur autem Cecrops Diphyes, idest, duabus naturis, sive ob longitudinem corporis, sive idcirco, qvod, cum esset Ægytius, utramqve linguam sciebat, Græcam & Ægyptiacam.* Hæc Eusebius interprete S. Hieronymo. Svidas vero de Cecrope hæc refert: κέκροψ, αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος, ᾤκησε τὰς Ἀθήνας. ὅθεν καὶ Κεκροπίδαι οἱ Ἀθηναῖοι ἢ οἱ τῆς κεκροπίδος φυλῆς. τινὲς δὲ φασὶ τοῦτον καὶ διφυῆ γεγενῆσθαι. τὰ μὲν ἄνω, ἀνδρός. τὰ δὲ κάτω μέρη, γυναικός. οἱ δὲ, θηρίου. ἕτεροι δὲ, ὅτι νόμους ἐξεῦρε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀπὸ ἀγριότητος εἰς ἡμερότητα ἤγαγεν. ἄλλοι δὲ, ὅτι τῶν ἀνδρῶν ὡς ἔτυχε μισγομένων ταῖς γυναιξὶ, καὶ ἐκ τούτων μὴ γινωσκομένου, ἢ τοῦ πατρὸς παρὰ τοῦ παιδὸς, ἢ τοῦ παιδὸς παρὰ τοῦ πατρὸς, αὐτὸς νόμους θέμενος, ὥς τε φανερῶς συγγίνεσθαι αὐταῖς, καὶ μιᾷ στοιχεῖν. καὶ σχεδὸν εὑρὼν τὰς δύο φύσεις, τοῦ τε πατρὸς, καὶ τῆς μητρὸς, εἰκότως διφυὴς ἐκλήθη. h. e. *Cecrops, natione Ægyptius, Athenis habitavit. Unde & Athenienses Cecropidæ dicti sunt: vel illi, qvi ex Cecropia tribu sunt. Qvidam autem ajunt hunc revera fuisse biformem, superne qvidem marem, inferne vero fœminam; vel, se-*

cun-

Sec. ante Æ. C. XVI.

cundum alios, ſerpentem. Alii vero hoc ideo fictum exiſtimant, qvia leges hominibus invenit, & à feritate ad manſuetudinem eos traduxit. Alii vero, qvod cum promiſcue viri fœminis miſcerentur, & propterea nec pater à filio, nec filius à patre cognoſceretur, ipſe legibus latis effecerit, ut legitima fieret conjunctio, & ſinguli viri ſingulis fœminis matrimonio jungerentur. Cum igitur hac ratione duas qvodammodo naturas invenerit, & patris, & matris jure Biformis cognominatus eſt. Item v. Προμηθεύς· βασιλεύοντος παρ' αἰγυπτίοις Φαραὼ τοῦ καὶ Ταραχὼ, παρ' ἕλλησιν ἐν ἀθήναις (ἐβασίλουσε Κέκροψ,) ὅς ἐκλήθη διφυὴς, διὰ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος· ἢ ὅτι νόμον ἐξέθετο, ὥς τε τὰς γυναῖκας, παρθένους ἔτι οὔσας ἑνὶ ἐκδίδοσθαι ἀνδρὶ, καλέσας αὐτὰς νύμφας. Πρότερον γὰρ αἱ τῆς χώρας ἐκείνης γυναῖκες, θηριώδη μίξιν ἐμίγνυτο. οὐδενὸς γὰρ ἦν γυνὴ, ἀλλα ἐδίδου ἑαυτὴν εἰς πορνείαν ἑκάστω. οὐδεὶς δὲ ᾔδει, τινὸς ἦν υἱὸς, ἢ θυγατηρ τὸ γενηθὲν ἀλλ' ὡς ἂν ἔδοξε τῇ μητρὶ ἔλεγε, καὶ ἐκδίδου τὸ τεχθὲν ᾧ ἐβούλετο ἀνδρί. τοῦτο δὲ ἐπόνησεν ὁ κέκροψ, ὡς ἐξ αἰγύπτου καταγόμενος, καὶ τὴν νομοθεσίαν ἡφαίστου τοῦ βασιλεύσαντος ἐκεῖ οὐκ ἀγνοήσας. ἔλεγε δὲ ὅτι διὰ τὴν τοιαύτην τῆς ἀσιλγείας συνήθειαν ἡ ἀττικὴ κατεκλύσθη. ἀπὸ τότε οὖν ἐσωφρόνησαν οἱ κατοικοῦντες τὴν τῶν ἑλλήνων χώραν. ἐβασίλευσε δὲ κέκροψ ἔτη ν. ἐλέγετο δὲ διφυὴς, καὶ διὰ τὸ ἀπὸ αἰγύπτου γενέσθαι, καὶ εἰς ἑλλάδα ἐλθεῖν, καὶ βασιλεῦσαι. h. e. *Regnante apud Ægyptios Pharaone, qvi & Taracho dicebatur, regnavit apud Græcos Athenis Cecrops, qvi biformis, ſive duplicis naturæ, ſive bicorpor dictus eſt vel ob corporis magnitudinem, vel qvod legem tulerit, ut fœminæ, qvæ virgines adhuc eſſent, uni viro elocarentur, uniqve marito nuberent; qvas jam deſponſatas ac recens nuptas vocavit Nymphas. Antea enim illius regionis mulieres ferina mixtione miſcebantur, ſive, ferino coitu & more pecudum coibant. Nullius enim certi viri ulla certa uxor erat; ſed unaqvæqve mulier cuivis ad ſcortationem ſe proſtituebat, & pro ſcorto cuivis ſui corporis copiam faciebat. Nullus enim ſciebat, cujusnam eſſet filius, aut filia generatus, ac in lucem editus infans. Sed prout matri placuiſſet, ita infantem natum dicebat, & partum ſuum, cui vellet viro, tradebat. Cecrops autem hoc abrogavit, ut ex Ægypto oriundus, nec ignarus legum, qvas Vulcanus tulerat, qvi in eo loco regnavit. Dicebat enim Atticam ob hanc impuri congreſſus conſuetudinem undis obrutam fuiſſe. Ab illo igitur tempore, qvi Græciam incoluerunt, caſte ac temperanter ſe geſſerunt. Cecrops autem annos 50. regnavit: cognominabatur etiam Biformis ſive dupplici natura præditus, qvod ex Ægypto ortuundus eſſet, & inde in Græciam veniſſet, atqve ibi regnaſſet.* Hucusqve Suidas. Plura autem de Cecrope, primo Athenienſium Rege, vide apud Strabonem Geograph. lib. 7. (1) & 9. (2) Pauſaniam Deſcript. Græciæ lib. 1. ſive in Atticis; Euſtathium Comment. in Iliad. A. pag. 23. edit. Rom. an. 1542. fol. in Iliad. Σ pag. 1156. & in Iliad. Ω pag. 1361. Joan. Tzetzen Chiliad. Hiſt. 1. hiſt. 1. & Chiliad. 5. hiſt. 18. Carol. Sigonium de Rep. Athen. lib. 1. cap. 1. & libro de Athenienſium Lacedæmoniorumqve temporibus in princip. Wolfgang. Lazium Rer. Græcar. lib. 2. Ubbon. Emmium veteris Græciæ illuſtratæ Tom. 1. lib. 1. Tom. 2. lib. 1. & Tom. 3. part. 1. qva de Rep. Athen. agitur, Gerard. Joan. Voſſium de Idololat. lib. 1. cap. 13. & Joan. Meurſium in (3) opuſculis ad deſcriptionem Urbis & Reipublicæ Athenienſis pertinentibus.

(1) pag. 321. edit. Pariſ. Caſaubon. an. 1620. fol.
(2) pag. 397.

V.

Eodem ſeculo ante Æ. C. XVI. qvod nativitas Moyſis, obitus Jobi & regnum Cecropis illuſtre reddiderunt, floruere tres Poetarum fabulis maxime celebrati fratres *Atlas, Prometheus & Epimetheus.* Seqvor enim hic opinionem Clementis Alexandrini, qvi ea de re Stromatum lib. 1. (4) ſic ſcribit: κατὰ δὲ Τριόπαν, Προμηθεὺς καὶ Ἄτλας, καὶ Ἐπιμηθεὺς, καὶ ὁ διφυὴς Κέκροψ. h. e. *Tempore autem Triopæ* (Regis Argivorum, qvi an. M. 2397. cœpit regnare) *fuerunt Prometheus & Atlas, & Epimetheus, &, qvi duplicem naturam habebat Cecrops.* Ex tribus autem iſtis fratribus Atlas, qvi Mauritaniæ Rex fuit, operam præcipue dedit Aſtrologiæ, eamqve in altisſimo Africæ monte Atlanta tanta diligentia, tantoqve ſtudio exercuit, ut Poetæ ipſum (5) humeris ſuis cœlum ſuſtinere finxerint. Qvo alludit

(3) Eorum catalogum vide apud ipſum Meurſium Athenarum Batavarum lib. 2. & Draudium Biblioth. Claſſ. part. 4. de libr. Hiſt. v. Athenæ.

(4) pag. 321. edit. Pariſ. Heinſ. an. 1641. fol. Eandem opinionem approbant Suidas v. Προμηθεὺς: Petavius Rationarii temporum part. 1. l. 1. c. 4. & Voſſius de Scient. Math. c. 30. §. 19.

(5) *Vide Heſiodum in Theogonia: Virgilium Æneid. l. 4. Euſtathium Com. in Homeri Odyſſ. A. pag. 1389. 1390. & in K p. 1645. Etymologicon magnum v.* Ἄτλας: *Suidam v.* Ἄτλας & Προμηθεὺς: *Diogenionum & Eraſmum in explicatione proverbii* Ἄτλας οὐρανὸν ſc. ὑπεδέξατο, h. e. Atlas cœlum ſuſcepit: *Gebharti Elmenhorſtii Obſervationes in Arnobii librum ſecundum: & Voſſium de ſcient. Mathem. cap. 30. §. 18.*

Sec. ante Æ.C. XVI.

ludit Arnobius lib. 2. adverſ. gentes his verbis: *Qvando ſiderum motus, aut ratio cœpta eſt genethliaca ſciri? nonne poſt Theutin Ægyptium, aut poſt Atlantem, ut qvidem ferunt, geſtatorem, bajulum, tibicinem illum ac deſtinam cœli?* Hæc Arnobius; qvi ſine dubio hic non ex animi ſui ſententia, ſed ex Græcorum traditione loqvitur: Eqvidem non me latet, etiam Plinium Hiſt. natur. lib. 7. cap. 56. qvod *de rerum Inventoribus* inſcribitur, Atlantem inter eos numerare, qvibus apud diverſos populos prima Aſtrologiæ inventio antiqvitus fuit attributa: ſed falſam eſſe hanc gloriationem, nec ad alium autorem, qvam ad primum mortalium *Adamum* Aſtrologicæ ſcientiæ originem referendam eſſe, precedenti libro paucis à me indicatum eſt, & alias accuratius uberiusqve demonſtrabitur. Aſtrologiam igitur non ab *Atlante* primum fuiſſe inventam, verum ad *Mauros* ſive Mauritanos tantum beneficio ejus tranſiiſſe exiſtimo. Unde apparet, qvo modo corrigenda ſint qvæ Princeps Architectorum M. Vitruvius lib. 6. cap. 10. de Atlante his verbis commemorat: *Si qva virili figura ſigna mutulos aut coronas ſuſtinent, noſtri Telamones appellant, cujus rationes, qvid ita, aut qvare, ex hiſtoriis non inveniuntur. Græci vero eos ἄτλαντας vocitant. Atlas enim hiſtorice, ſuſtinens mundum, ideo qvod is primum* (nempe in Mauritania) *curſum Solis & Lunæ, ſiderumqve omnium ortus & occaſus, mundiqve verſationum rationes, vigore animi ſolertiaqve curavit hominibus* (Mauris videlicet) *tradendas, eaqve re à pictoribus & ſtatuariis deformatur, pro eo beneficio, ſuſtinens mundum: filiaqve ejus Atlantides, qvas nos Vergilias, Græci autem πλειάδας nominant, cum ſideribus in mundo ſunt dedicatæ.* Hæc de Atlante Vitruvius. Eidem attribuit Diodorus Siculus Bibliothecæ Hiſtoricæ lib. 3. (1) primam Sphæræ inventionem ac delineationem his verbis: Μετὰ δὲ τὴν Ὑπερίονος τελευτὴν μυθολογοῦσι τοὺς υἱοὺς τοῦ Οὐρανοῦ διελέσθαι τὴν βασιλείαν, ὧν ὑπάρχειν ἐπιφανεστάτους Ἄτλαντα καὶ Κρόνον. τούτων δὲ τὸν μὲν Ἄτλαντα λαχεῖν τοὺς παρὰ τὸν ὠκεανὸν τόπους, καὶ τούς τε λαοὺς ἀτλαντίους ὀνομάσαι, καὶ τὸ μέγιστον τῶν κατὰ τὴν χώραν ὀρῶν ὁμοίως ἄτλαντα προσαγορεῦσαι. Φασὶ δὲ αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἀστρολογίαν ἐξακριβῶσαι, καὶ τὸν σφαιρικὸν λόγον εἰς ἀνθρώπους πρῶτον ἐξενεγκεῖν. ἀφ᾽ ἧς αἰτίας δόξαι τὸν σύμπαντα κόσμον ἐπὶ τῶν Ἄτλαντος ὤμων ὀχεῖσθαι, τοῦ μύθου τὴν τῆς σφαίρας εὕρεσιν καὶ καταγραφὴν αἰνιττομένου. h. e. Laurentio Rhodomanno interprete: *Poſt Hyperionem è medio ſublatum, Cœlo geniti regnum inter ſe diviſerunt. Inter qvos clariſſimi Atlas & Saturnus. Atlanti regiones Oceano conterminæ ſorte obvenerunt: qvi populos illic Atlantios, & maximum terræ montem Atlantem de nomine ſuo appellavit. Exactam Aſtrologiæ cognitionem habuiſſe perhibent: qvi & Sphæræ rationem primus manifeſtarit. Ex qvo mundum univerſum humeris ejus incumbere, nata eſt opinio; cum inventam ab eo Sphæram & deſcriptam, hac fabula adumbretur.* Hucusqve Diodorus. Cujus ſententiæ adverſari videntur Diogenes Laertius & Plinius: qvippe qvorum primus in Procemio operis de vitis illuſtrium Philoſophorum inventionem Sphæræ refert ad *Muſæum Athenienſem*, Eumolpi filium, qvi ſeculi ante Æ.C. XIII. priori parte dimidia floruit, his verbis: ἰδοὺ γοῦν παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λίνος· καὶ τὸν μὲν, Εὐμόλπου παῖδα φασὶ, ποιῆσαι δὲ θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον. h. e. *Nam Muſæo Athenæ, Thebæ Lino inclytæ ſunt. Horum priorem Eumulpi filium, aſſerunt primum deorum generationem & Sphæram compoſuiſſe.* Idem Laertius libri ſecundi capite primo primam Sphæræ conſtructionem attribuit *Anaximandro Mileſio*, Thaletis Mileſii diſcipulo his verbis: τροπάς τε καὶ ἰσημερίας σημαίνοντα καὶ ὡροσκοπεῖα κατεσκεύασε, καὶ γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον πρῶτος ἔγραψεν· ἀλλὰ καὶ σφαῖραν κατεσκεύασε. Cui opinioni accedit Plinius Hiſt. natural. lib. 7. cap. 56. ubi ait: *Aſtrologiam Atlas Libyæ filius, ut alii, Ægyptii: ut alii, Aſſyrii* (invenerunt.) *Sphæram in ea Mileſius Anaximander.* Adverſari ſane Diodoro Siculo jam citatis locis videntur Plinius & Laertius, ſed revera non adverſantur; qvippe cum Atlas Muſæo Athenienſi tribus, Anaximandro autem Mileſio decem integris ſeculis antiqvior fuiſſe deprehendatur. Ut igitur traditiones iſtæ ἐναντιοφανεῖς concilientur, *Atlantem* qvidem apud Mauros primum, *Muſæum* vero Athenienſem in Græcia Europæa, & *Anaximandrum* Mileſium in Jonia Aſiæ minoris regione, Sphæram inveniſſe arbitror.

(1) *pag. 193. edit. VVechel. gr. lat. Laur. Rhodomanni an. 1604. fol.*

Cæte-

Cæterum prorſus abſurdum eſt, qvod Alexander Cornelius Polyhiſtor, teſte Euſebio Præparat. Evangel. lib. 9. cap. (1) 17. Eupolemi auctoritate nixus, memoriæ prodidit, *Atlantem* (2) eundem eſſe atqve *Chanochum* ſive *Henochum* Patriarcham antediluvianum, de cujus ſtudio Aſtrologico & ſcriptis ſuppoſititiis ſupra lib. 1. cap. 3. §. 5. diſſerui. Cum hic enim ſine controverſia ante diluvium univerſale vixerit, qvomodo idem eſſe poteſt, atqve Atlas, qvem ex Cecropis primi Athenienſium Regis Synchroniſmo æqvalem conſtat fuiſſe temporum Moyſis? Et hæc qvidem de Atlante in præſens ſufficiant. *Prometheus* autem, ipſius frater, præterqvam qvod Aſtrologiæ in altiſſimo Aſiæ monte Caucaſo operam dedit, inſignis fuit *Phyſicus*; qvippe qvi primus rationem fulminum à ſe inveſtigatam, hominibus detexerit. Hinc igitur Poetæ finxerunt, Prometheum ignem cœleſtem Diis ſurripuiſſe, & pœnæ loco alligatum fuiſſe Caucaſo. Alii aliter hanc fabulam interpretantur: inter qvos etiam Diodorus Siculus eſt, qvi Biblioth. Hiſtor. lib. 5. (3) ea ſignificari aſſerit, Prometheum fuiſſe εὑρετὴν τῶν πυρείων, ἐξ ὧν ἐκκαίεται τὸ πῦρ, h. e. *inventorem igniarii, ſive inſtrumenti, qvod ad eliciendum ignem utimur.* Aliam ejusdem fabulæ explicationem vide apud doctisſimum Bochartum Geograph. ſacr. part. 1. lib. 1. cap. 2. ubi multis argumentis nobis perſuadere annititur, *Prometheum Jepeti filium* eundem eſſe atqve *Magogum Japheti filium*, & ſede in Caucaſo fixa, metallisqve omnigenis in Soanis & Colchide & Iberia effosſis, artem metalla igne excoqvendi aut inveniſſe, aut à Tubalcaino inventam inſtauraſſe. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 1. (4) ignem cœleſtem à Prometheo ſurreptum interpretatur *Philoſophiam* his verbis: ἔστιν οὖν κἀν φιλοσοφίᾳ τῇ κλαπείσῃ, καθάπερ ὑπὸ Προμηθέως, πῦρ ὀλίγον εἰς φῶς ἐπιτήδειον χρησίμως ζωπυρούμενον, ἴχνος τι σοφίας, καὶ κίνησις παρὰ θεοῦ. Ταῦτα δ' ἂν εἶεν κλέπται καὶ λησταὶ οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι, καὶ πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας παρὰ τῶν Ἑβραικῶν προφητῶν μέρη τῆς ἀληθείας οὐ κατ' ἐπίγνωσιν λαβόντες· ἀλλ' ὡς ἴδια σφετερισάμενοι δόγματα, καὶ τὰ μὲν, παραχαράξαντες· τὰ δὲ, ὑπὸ περιεργίας ἀμαθῶς σοφισάμενοι· τὰ δὲ καὶ ἐξευρόντες. h. e. *Eſt ergo etiam in Philoſophia, qva furto ſurrepta veluti à Prometheo, tanqvam aliqvantulum ignis, aptum ad lumen, ſi utiliter excitetur, & veſtigium aliqvod ſapientiæ, & motus à DEO. In his autem latrones & fures fuerint, qvi ſunt apud Græcos Philoſophi, qvi ante Domini adventum, à Prophetis Hebræis partes veritatis id minime agnoſcentes ſumpſerunt, ſed ſibi tanqvam propria dogmata attribuerunt, & alia qvidem udulterarunt, alia autem ſupervacanea qvadam diligentia ſophiſtice interpolarunt, alia autem etiam invenerunt.* Hæc de Promethei furto Clemens Alexandrinus. Eidem à Georgio Cedreno & Svida attribuitur inventio τῆς γραμματικῆς: cujus nomine hic intelligenda videtur ἡ γραμματικὴ (5) qvæ Grammatices primordium eſt, & circa literas tantum elementarias, legendiqve ac ſcribendi ſcientiam verſatur. Cedreni verba ea de re hæc ſunt: Προμηθεὺς γραμματικὴν, ὥς φασιν, ἐξεῦρεν. h. e. *Prometheus, ut ajunt, Grammaticen reperit.* Svidas autem v. Προμηθεὺς idem aliqvanto prolixius refert his verbis: ἐπὶ τῶν κριτῶν τῶν Ἰουδαίων παρ' Ἕλλησιν ἐγνωρίζετο Προμηθεὺς, ὃς εὗρεν πρῶτος τὴν γραμματικὴν (inſerenda hic neceſſario eſt particula καὶ) φιλοσοφίαν. περὶ οὗ λέγουσιν, ὅτι ἀνθρώπους ἔπλασε· καθότι τινὰς ἰδιώτας ὄντας ἐποίησεν ἐπιγινώσκειν σοφίαν. h. e. (6) *Judicium Hebræorum temporibus apud Græcos clarebat Prometheus, qvi primus invenit Grammaticam* (&) *Philoſophiam. Hic homines* (7) *finxiſſe dicitur, qvoniam efficit, ut, qvi rudes eſſent, ſapientiam cognoſcerent.* Idem confirmat Euſebius in Chronico à S. Hieronymo in latinum ſermonem tranſlato his verbis: *à Prometheo homines factos eſſe commemorant, & revera. Cum enim ſapiens eſſet, feritatem eorum & nimiam imperitiam ad humanitatem & ſcientiam transfigurabat.* Hæc Euſebius. Ego vero qvamvis haud negaverim, *Prometheum*, ſi in rerum natura unqvam fuit, inter eos referendum eſſe, qvi Philoſophiam naturalem & mathematicas ſcientias excolendo, aliasqve ad felicitatem vitæ humanæ utilisſimas artes ac diſciplinas partim inveniendo, partim propagando, priſcos illos ac rudes mortales ex belluis in homines transformarunt: ea tamen lege hoc concedo, ut nihil detrahatur gloriæ *Adami*, qvem ut primum hominem, ſic primum

Sec. ante Æ. C. XVI.

(1) *At cap. 4. editionis latinæ Georgii Trapezuntii, qvæ prodiit Venetiis an. 1500. in fol.*

(2) *Vide Genebrardi Chronograph. lib. 1. pag. 14. Voſſ. de Scient. Mathem. cap. 30. §. 19. & Sam. Bochart. Geograph. Sacra part. 1. lib. 2. c. 13.*

(3) *p. 335. Vide etiam de Promethei aqvila eundem Diodorum lib. 1. pag. 17.*

(4) *pag. 312.*

(5) *Vide Joſephi Scaligeri Diatriben de arte Critica; Joan. Wowerr. Polymath c. 3. 4. 5. 6. Voſſ de qvatuor Artibus popularibus c. 2. & de arte Grammatica lib. 1. cap. 3.*

(6) *Judicum Hebræorum numero comprehenditur hic etiam Moyſes; ut ſatis clare ipſe ſignificat Svidas, dum paulo poſt ſubjungit, eodem tempore Cecropem apud Græcos regnaſſe.*

(7) *Vide Clement. Alexand. Strom. lib. 5. p. 597.*

Sec. ante Æ. C. XVI.

qvoqve *Grammaticum*, primumqve *Philosophum*, tam Theoreticum, qvam Practicum fuisse supra lib. 1. c. 1. §. 5. 6. cap. 2. §. 3. & cap. 7. §. 2. asserui, & etiamnunc constanter assero. Illud adjiciendum videtur, secundum doctissimum Augustinum Steuchum Eugubinum per Prometheum intelligendum esse ipsum verum æternumqꝫ Deum, in unitate trinum, & in trinitate unum, qvem Moyses primum hominem Adamum עפר מן האדמה h. e. ad verbum, *pulverem de terra*; vel, ut auctor vulgatæ versionis transtulit, *de limo terræ* formasse memorat. Ipsa Augustini Steuchi Eugubini verba, qvæ in eruditissimo Opere de Perenni Philosophia lib. 9. cap. 4. ea de re extant, hæc sunt: *Hanc famam (de homine divinitus creato) item à Mose primo manantem, apud omnes autem tum ex eo libro nobilem, tum ex illo primogenito, tot qvibus vixit seculis vociferante, se manibus divinis compositum, corpus ex illo primævo limo sumptum, animum autem divinitus inspiratum, declarat, qvæ tanqvam fabula habita est apud Græcos: sed si qvis & nomen artificis, & rationem totius rei, tum sapientum testimonia noscat, non fabula, sed à primordio rerum fama vera, à primis genitoribus in omnes ab eis satas nationes sparsam de Prometheo, qvi corpus humanum ex limo, juxta Theologiam Mosis informarit. Hunc igitur fuisse verum DEum, DEum inqvam illum Mosaicum & Platonicum, universitatis artificem, cujus suprema in tota creatione manus fuerit humana creatio, declarat & ipsum pulcherrimum mirabileqve nomen. Siqvidem Græce Prometheus est sapiens, providus: unde προμήθεια.* Et aliqvanto post: *Et Græci priscorum Theologiam, in qva sub scirpis & ænigmatis sublimia grandiaqve latitant, enodantes, testantur Prometheum esse divinam providentiam.* E qvibus (1) *Cornutus* παραδέδοται τοίνυν ἔνθεν ὅτι ὁ Προμηθεὺς ἔπλασεν ἐκ τῆς γῆς τὸ πᾶν ἀνθρώπων γένος, ὑπονοητέα προμήθεια εἰρῆσθαι προμήθειαν τῆς ἐν τοῖς ὅλοις ψυχῆς· ἣν ἐκάλεσαν οἱ νεώτεροι πρόνοιαν· κατὰ γὰρ ταύτην τά τε ἄλλα ἐγένοντο, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἔφυσαν οἱ ἄνθρωποι ἐπιτηδείως πρὸς τοῦτο ἐχούσης κατ᾽ ἀρχὰς τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως. (2) *Qvod autem traditur, Prometheum finxisse è terra omne hominum genus, intelligendum, Prometheum appellatam providentiam animæ universalis, qvam juniores vocarunt Providentiam. Secundum enim hanc homines è terra sunt nati, apte sese in mundi exordio habente. Hæc ille. Sed non prorsus omnia vere. Nam nec Ovidius, neqve Græci, neqve Phœnices, aut Ægyptii tradiderunt homines è terra natos, sed Prometheum acceptum lutum finxisse ad imaginem Elohim, id est, dominatoris, DEI omnipotentis, illius scilicet, qvi potenter omnia crearat.* Hæc de Prometheo Steuchus Eugubinus: qvæ utcunqve animadversa, aut æstimata erunt, haud in magno ponam discrimine. Qvod superest secundo Atlantis fratri *Epimetheo* attribuit Svidas v. Προμηθεὺς *inventionem Musices* his verbis: Ἐπιμηθεὺς ἐξεῦρε τὴν μουσικήν. Ea vero Epimetheo hoc, qvi Cecropi σύγχρονος fuit, absqve ulla controversia multo est antiqvior: qvippe qvæ in Scriptura Sacra Genes. cap. 4. vers. 21. adscribatur *Jubali*, (3) Caini ex atnepote Lamecho trinepoti, qvi dicitur fuisse אבי כל תפש כנור ועוגב h. e. *pater omnis apprehendentis, sive tractantis citharam & organum.* Verumenimvero de origine Musices, ejusqve progressu, incremento, mutatione & usu apud varios populos, alias volente Deo, prolixius fusiusqve disseram. Interim videsis Aristotel. Politic. lib. 8. cap. 5. 6. 7. Plutarchi librum de Musica: Polydor. Vergil. de Inventor. rer. lib. 1. cap. 14. 15. Henr. Salmuth. Notas ad Pancirolli librum de rebus deperditis tit. de Musica: Antonii Zaræ Anatomiam Ingenior. Sect. 2. membr. 8. de Musica Theoretica & Sect. 4. membr. 3. de Musica Practica: Athanasii Kircheri Artem magnam Consoni & Dissoni; Vossium de qvartuor artib. popular. cap. 4. & complures alios, qvos hic longum foret enumerare.

VI. Ad idem seculum ante Æ. C. XVI. qvo Moyses natus est, & apud Athenienses Cecrops ὁ Διφυὴς regnavit, referendus est *Hermes* sive *Mercurius*, cognomine Τρισμέγιστος sive *Ter-maximus*, qvem Svidas v. Ἑρμῆς vocat αἰγύπτιον σοφὸν, hoc est, *Ægyptium Sapientem*, & floruisse testatur πρὸ τοῦ Φαραὼ, h. e. *ante Pharaonem.* Ipsa Svidæ verba hæc sunt: Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος ἦν αἰγύπτιος σοφὸς· ἤκμαζε δὲ πρὸ τοῦ Φαραώ. Qvod autem alius hic non intelligatur *Pharao*, qvam is, qvi Israelitas gravi pressit servitute, nec DEI jussu dimittere voluit, inde satis appare-re

(1) *sive Phurnutus in Opere* περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως *h. e. de Deorum natura, qvod alias etiam inscribitur* περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας.

(2) *Aliam hujus loci interpretationem vide in latina Phornuti editione, qvæ cum Hygino Basileæ typis Hervagianis prodiit an. 1549. fol.*

(3) *Kajin*
|
Chanoch
|
Hirad
|
Mechuiael
|
Methusael
|
Hadah -- Lemech -- Sillah
| |
Jabal & Jubal — *Thubal Kajin & Nahâma filia.*

Gen. c. 4. v. 17. & deinceps.

re videtur, qvia Eusebius Pamphili in Canone Chronico *Tat*, seu *Cath*, Hermetis Trismegisti filium, vigesimo circiter anno ante Moysis obitum claruisse memorat. Qvam de ætate Hermetis Trismegisti opinionem alias (1) accuratius expendam, addita insuper uberrima dissertatione de inventis ipsius ac studiis, qvorum respectu ut *Theologus, Legislator, Medicus, Philosophus, Grammaticus, Musicus*, aliisqve variis modis potest considerari. Interim nunc de scriptis, qvæ ipsi vel antiqvitus attributa fuerunt, vel etiamnunc attribuuntur, pauca veluti in antecessum præmittam. Jamblichus igitur Hermetem librorum (2) *plus triginta sex millia* scripsisse refert. Sed doctisſimus Bochartus Geograph. Sacræ part. I. lib. I. cap. 15. libros hic *versus* interpretatur. Julius Firmicus *viginti voluminum millia* Hermeti attribuit his verbis: *Mercurius Ægyptius conscripserat viginti millia voluminum de variis substantiis, & principiis, & potestatum ordinibus cœlestium: qvæ aliæ atqve aliæ traditæ fuerant. In qvibus Astrologia & Theologia Ægyptiorum explicabantur. Qvas artes docuerat Æsculapium & Anubium.* Hæc Julius Firmicus. Clemens vero Alexandrinus Stromatum lib. 6. pag. 633. numerum librorum Hermetis, à Jamblicho & Firmico traditum, valde circumcidit: qvippe qvi *qvadraginta duos* tantum ab ipso conscriptos asserat, nec asserat simpliciter, sed argumenta etiam eorum, & qvibus eos legere licitum fuerit, recenseat. Ipsa Clementis verba, cum ad rem præsentem plurimum faciant, & dignisſima sint, qvæ doctorum Virorum oculis subjiciantur, integre hic apposui:

Sec. ante Æ. C. XVI.

(1) *nempe libro tertio hujus Prodromi Historiæ Literariæ, qvi huic capiti primo libri secundi respondebit.*

(2) *Vide Francisci Patricii dissertationem de Hermete Trismegisto pag. 3. & damnatum Systema Theologicum de Præadamitis lib. 3. cap. 11.*

Μετίασι γὰρ οἰκείαν τινὰ φιλοσοφίαν Αἰγύπτιοι· αὐτίκα τοῦτο ἐμφαίνει μάλιστα ἡ ἱεροπρεπὴς αὐτῶν θρησκεία· πρῶτος μὲν γὰρ προέρχεται ὁ ᾠδὸς, ἕν τι τῶν τῆς μουσικῆς ἐπιφερόμενος συμβόλων. τοῦτον φασὶ δύο βίβλους ἀνειληφέναι δεῖν ἐκ τῶν Ἑρμοῦ· ὧν θάτερον μὲν, ὕμνους περιέχει θεῶν· ἐκλογισμὸν δὲ βασιλικοῦ βίου ὅτι δεύτερον· μετὰ δὲ τὸν ᾠδὸν, ὁ ὡρασκόπος, ὡρολόγιόν σε μετὰ χεῖρα καὶ φοίνικα ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα, πρόσεισιν. τοῦτον τὰ ἀστρολογούμενα τῶν Ἑρμοῦ βιβλίων, τέσσαρα ὄντα τὸν ἀριθμὸν, ἀεὶ διὰ στόματος ἔχειν χρή· ὧν τὸ μέν ἐστι περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων· τὸ δὲ περὶ τῶν συνόδων καὶ φωτισμῶν ἡλίου καὶ σελήνης· τὸ δὲ λοιπὸν, περὶ τῶν ἀνατολῶν ἑξῆς δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς προέρχεται, ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον τε ἐν χερσὶ καὶ κανόνα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν, καὶ σχοῖνος ἡ γράφουσι. τοῦτον τά τε ἱερογλυφικὰ καλούμενα, περί τε τῆς κοσμογραφίας, καὶ γεωγραφίας, τῆς τάξεως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, καὶ περὶ τῶν ἐπλανωμένων· χωρογραφίαν τε τῆς Αἰγύπτου, καὶ τῆς τοῦ Νείλου διαγραφῆς· περί τε τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων· περί τε μέτρων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων, εἰδέναι χρή. ἔπειτα ὁ στολιστὴς τοῖς προειρημένοις ἕπεται, ἔχων τόν τε τῆς δικαιοσύνης πῆχυν, καὶ τὸ σπονδεῖον οὗτος τὰ παιδευτικὰ πάν-

Suam enim qvandam ac peculiarem exercent Ægyptii Philosophiam. Hoc autem maxime ostendunt sacræ eorum ceremoniæ. Primus enim procedit cantor, unum aliqvod afferens ex symbolis musicæ. Eum dicunt oportere accipere duos libros ex libris Mercurii: ex qvibus unus qvidem continet hymnos deorum, alter vero rationes vitæ regiæ. Post cantorem vero procedit Horoscopus, qvi in manu habet horologium & palmam, symbola Astrologiæ & signa. Eum libros Mercurii qvi tractant de Astrologia, qvi qvidem sunt qvatuor numero, oportet semper habere in ore. Ex qvibus unus qvidem est de ordine inerrantium, qvæ videntur, astrorum, alius vero de coitu & illuminatione Solis & Lunæ, reliqvi de eorum ortu. Deinceps autem ἱερογραμματεὺς, id est, scriba sacrorum, pennas habens in capite, & librum in manibus ac regulam, in qva est atramentum ad scribendum, & juncus, qvo scribunt, progreditur. Hunc oportet scire & ea, qvæ vocantur hieroglyphica, & mundi descriptionem, & geographiam, & ordinem Solis & Lunæ, & qvinqve errantium, Ægyptiqve chorographiam & Nili descriptionem, & descriptionem instrumentorum ornamentorumqve sacrorum, & locorum eis consecratorum, mensurasqve, & ea qvæ sunt in sacris utilia. Deinde post eos, qvi prius dicti sunt, seqvitur qvi dicitur στολιστὴς, id est ornator, qvi justitiæ cubitum, & ad libandum habet calicem. Is scit omnia, qvæ vocantur παιδευ-

Sec. ante Æ. C. XVI.

πάντα καὶ μοσχοσφαγιστικὰ καλούμενα· δέκα δ' ἐστὶ τὰ εἰς τὴν τιμὴν ἀνήκοντα τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν, καὶ τὴν Αἰγυπτίαν εὐσέβειαν περιέχοντα· οἷον περὶ θυμάτων, ἀπαρχῶν, ὕμνων, εὐχῶν, πομπῶν, ἑορτῶν, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων. ἐπὶ πᾶσι δ' ὁ προφήτης ἔξεισι, προφανὲς τὸ ὑδρεῖον ἐγκεκολπισμένος· ᾧ ἕπονται οἱ τὴν ἔκπεμψιν τῶν ἄρτων βαστάζοντες, οὗτος, ὡς ἂν προστάτης τοῦ ἱεροῦ, τὰ ἱερατικὰ καλούμενα ι' βιβλία ἐκμανθάνει. περιέχει δὲ περί τε νόμων καὶ θεῶν, καὶ τῆς ὅλης παιδείας τῶν ἱερέων· ὁ γὰρ προφήτης παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ τῆς διανομῆς τῶν προσόδων ἐπιστάτης ἐστίν. δύο μὲν οὖν καὶ τεσσαράκοντα αἱ πάνυ ἀναγκαῖαι τῷ Ἑρμῇ γεγόνασι βίβλοι· ὧν τὰς μὲν λϛ', τὴν πᾶσαν Αἰγυπτίων περιεχούσας φιλοσοφίαν, οἱ προειρημένοι ἐκμανθάνουσι· τὰς δὲ λοιπὰς ἕξ, οἱ παστοφόροι ἰατρικὰς οὔσας, περί τε τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, καὶ περὶ νόσων, καὶ περὶ ὀργάνων, καὶ φαρμάκων, καὶ περὶ ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῶν (1) γυναικίων. καὶ τὰ μὲν Αἰγυπτίων, ὡς ἐν βραχεῖ φάναι, τοσαῦτα·

(1) Legendum hic videtur vel γυναικῶν, *vel* γυναικείων.

δευτικά, id est ad disciplinam & institutionem pertinentia, & μοσχοσφαγιστικά, *hoc est, qvæ ad ritum mactandorum spectant vitulorum. Sunt autem decem, qvæ pertinent ad honorem eorum, qvi sunt apud eos, Deorum, & Ægyptiam continent religionem: nempe sacrificia, primitias, hymnos, preces, pompæ, dies, festos, & qvæ sunt his similia. Post omnes exit Propheta, qvi aperte in sinu gestat hydriam: qvem seqvuntur, qvi emissos panes portant. Is, ut qvi sit sacrorum præfectus, ediscit libros decem, qvi vocantur Sacerdotales: continent autem de legibus, & Diis, & universa Sacerdotum disciplina: Propheta enim apud Ægyptios præest etiam distributioni vectigalium. Sunt ergo qvadraginta duo libri Mercurii valde necessarii, ex qvibus triginta qvidem & sex, qvi continent omnem Ægyptiorum philosophiam, ediscunt ii, qvi ante dicti sunt; reliqvos autem sex* παστοφόροι, *id est, qvi gestant pallium, ut qvi pertineant ad medicinam, nempe de constructione corporis & de morbis, & de instrumentis, & medicamentis, & de oculis, & postremo de mulieribus. Et res qvidem Ægyptiorum, ut paucis dicam, sunt ejusmodi.*

Hæc Clemens Alexandrinus: qvæ qvo clariora sint, operæ pretium me facturum arbitror, si librorum, qvi *Hermeti Trismegisto* antiqvitus attributi fuerunt, Catalogum, ex ipsius verbis desumptum, unica qvasi tabella Lectoris oculis hic subjecero.

LIBRORUM HERMETIS TRISMEGISTI
secundum Clementem Alexandrinum
CATALOGUS.

Ὕμνοι θεῶν· Hymni in DEos.

Ἐκλογισμὸς βασιλικοῦ βίου· Rationarium vitæ Regiæ.

Τῶν ἀστρολογουμένων βιβλία δ'· Astrologicorum libri qvatuor: qvorum

- I. περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων· h. e. de ordine inerrantium, qvæ videntur, astrorum.
- II. περὶ τῶν συνόδων καὶ φωτισμοῦ ἡλίου καὶ σελήνης· h. e. de coitu & illuminatione Solis & Lunæ.
- III. & IV. περὶ τῶν ἀνατολῶν ἡλίου καὶ σελήνης· h. e. de ortu Solis & Lunæ.

Τὰ ἱερογλυφικά· Hieroglyphica.

Περὶ τῆς κοσμογραφίας καὶ γεωγραφίας· h. e. de Cosmographia & Geographia.

Περὶ τῆς τάξεως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης· de ordine Solis & Lunæ.

Περὶ τῶν πλανωμένων· de qvinqve Planetis præter Solem & Lunam.

Χωρογραφία τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς τοῦ Νείλου διαγραφῆς· Chronographia Ægypti & descriptio Nili.

Περὶ τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων· h. e. Descriptio instrumentorum ornamentorumqve sacrorum, & locorum eis consecratorum.

Περὶ μέτρων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων· h. e. de mensuris aliisqve rebus ad sacra pertinentibus.

Τὰ παιδευτικά· h. e. Ad disciplinam & institutionem pertinentia.

Τῶν

τῶν μοσχοσφαγιστικῶν βιβλία δέκα, τὰ εἰς τὴν τιμὴν τῶν θεῶν ἀνήκοντα τῶν παρ' Αἰγυπτίοις θεῶν, καὶ τὴν Αἰγυπτίαν εὐσέβειαν περιέχοντα. οἷον περὶ θυμάτων, ἀπαρχῶν, ὕμνων, εὐχῶν πομπῶν, ἑορτῶν, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων· h. e. Moſchoſphagiſticorum libri decem, qvi pertinent ad honorem eorum, qvi ab Ægyptiis coluntur, Deorum, & Ægyptiacam religionem continent: nempe ſacrificia, primitias, hymnos, preces, pompas, dies feſtos, & qvæ ſunt his ſimilia.

Sec. ante Æ. C. XVI.

τὰ ἱερατικὰ βιβλία δέκα, περὶ νόμων καὶ θεῶν καὶ τῆς ὅλης παιδείας τῶν ἱερέων· h. e: Sacerdotales libri decem, de legibus & Diis, & univerſa ſacerdotum diſciplina.

ἰατρικαὶ βίβλοι περὶ τὴν τοῦ σώματος κατασκευῆς.
περὶ νόσων·
περὶ ὀργάνων καὶ φαρμάκων.
περὶ ὀφθαλμῶν·
περὶ τῶν γυναικίων.

h. e: Libri medici de conſtructione corporis
de morbis
de inſtrumentis & medicamentis
de oculis
de mulieribus,

Hucusqve Index librorum Hermetis Triſmegiſti, qvorum Clemens Alexandrinus ſupra citato loco meminit. Eos autem non ab ipſo Hermete conſcriptos, ſed multis poſt ſeculis ab Ægyptiis ſacerdotibus compoſitos, & ſub Hermetis nomine editos fuiſſe exiſtimo: qvippe qvi omnes ſcientias ſuas & artes, omniaqve inventa ad Hermetem retulerint auctorem, qvo major exiſtimatio iis antiqvitate & celebritate nominis ipſius conciliaretur. Innuere hoc videtur *Jamblichus* in principio libri de Myſteriis Ægyptiorum, ubi, interprete Marſilio Ficino, ſic ſcribit: *Ægyptii ſcriptores putantes omnia inventa eſſe à Mercurio, ſuos libros Mercurio inſcribunt.* Sic etiam Diogenes Laertius in Proœmio refert, Ægyptios certas ſibi de juſtitia conſtituiſſe leges, easqve ad Hermetem ſive Mercurium retuliſſe. ἔθεσαν δὲ, inqvit, οἱ Αἰγύπτιοι καὶ νόμους ὑπὲρ δικαιοσύνης, οὓς εἰς Ἑρμῆν ἀνήνεγκαν. Antiqvos igitur illos ab Ægyptiis ſacerdotibus Hermeti attributos libros, non magis Hermetis fuiſſe arbitror, qvam τὰ τῶν Πυθαγορείων ἔπη τὰ χρυσᾶ ſunt *Pythagoræ*, vel *Catonis* ſunt diſticha illa moralia, qvæ *Catonis* vulgo nuncupantur. Nec mirum, ſacerdotes Ægyptios Hermeti libros ſuos attribuiſſe, cum celebres illos Ægypti obeliſcos, literis Hieroglyphicis exornatos, qvorum genuini auctores, *Mitres, Ramiſes*, aliiqve Ægypti Reges, à Plinio Hiſtor. Natur. lib. 36. cap. 8. recenſentur, eidem Hermeti attribuerint. Teſtatur hoc Jamblichus in principio jam citati libri de Ægyptiorum myſteriis, ubi obeliſcos iſtos *columnas Mercuriales* appellat, his, Marſilio Ficino interprete, verbis: *Mercurius præeſt ſapientiæ & eloqvio. Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus, & multi ad ſacerdotes Ægyptios acceſſerunt. Dogmata hujus libri ſunt Aſſyriorum, & Ægyptiorum, & ex columnis Mercurii. Pythagoras & Plato didicerunt philoſophiam ex columnis Mercurii in Ægypto. Columnæ Mercurii plenæ doctrinis.* Hæc Jamblichus. Qvi vero etiamnunc ſub Hermetis Triſmegiſti nomine circumferuntur libri, ii ſecundum *Franciſci Patricii* editionem, qvæ cum *Nova* ipſius *de univerſis Philoſophia* & *Zoroaſtris Oraculis* Ferrariæ an. 1591. græce & latine in folio, ut vulgo loqvuntur, prodiit, ſunt hi:

Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου περὶ εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας βιβλίον α' h. e: Hermetis Triſmegiſti de Pietate & Philoſophia. Liber Imus.

Τοῦ αὐτοῦ Ποιμάνδρης· βιβλίον β'. h. e.: Ejusdem Pœmander Liber IIdus.

Τοῦ αὐτοῦ Λόγος ἱερός· βιβλίον γ'. h. e: Ejusdem Sermo ſacer. Liber IIItius.

Τοῦ αὐτοῦ Κλείς· βιβλίον δ'. h. e: Ejusdem Clavis. Liber IVtus.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τὰτ τὸν υἱόν, ὅτι ἀφανὴς ὁ θεός, φανερώτατός ἐστι βιβλίον ε'. h. e: Ejus-

Sec. ante Æ. C. XVI.

dem ad Filium suum Tat, qvod immanifestus Deus manifestissimus est. Liber V.

Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἐν μόνῳ τῷ θεῷ τὸ ἀγαθὸν· βιβλίον ς'. h. e. Ejusdem. Qvod in solo Deo bonum. Liber VI.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τατ τὸν υἱὸν, ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγενεσίας. βιβλίον ζ'. h. e. Ejusdem ad filium suum Tat in monte sermo reconditus de Regeneratione & silentii professione. Liber VII.

Cum Appendice, qvæ inscribitur Ὑμνῳδία κρυπτή· λόγος ἅγιος. h. e. Cantio arcana: Sermo sacer.

Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι μέγιστον κακὸν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡ περὶ τοῦ θεοῦ ἀγνωσία· βιβλίον η'. h. e. Ejusdem. Qvod maximum malum in hominibus est DEI ignoratio. Liber VIII.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἀσκλήπιον λόγος καθολικός· βιβλίον θ'. h. e. Ejusdem ad Asclepium Sermo universalis. Liber IX.

Τοῦ αὐτοῦ· Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν· βιβλίον ι'. h. e. Ejusdem: Mens ad Hermetem. Liber X.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ νοῦ κοινοῦ πρὸς Τατ· βιβλίον ια'. h. e. Ejusdem de mente communi ad Tat. Liber XI.

Τοῦ αὐτοῦ λόγος ὁ κρατὴρ ἢ μονάς. βιβλίον ιβ'. h. e. Ejusdem Sermo Crater vel Monas Liber XII

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἱερᾶς βίβλου, τῆς ἐπικαλουμένης Κόρης κόσμου· βιβλίον ιγ'. h. e. Ejusdem, ex sacro libro cognominato Minerva Mundi. Liber XIII.

Cum Appendice qvintuplici:

Περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης, ἐκ τῶν πρὸς Ἄμμωνα· h. e. de Providentia & fato ex libris ad Ammonem.

Πρὸς τὸν αὐτὸν Ἄμμωνα· h. e. ad eundem Ammonem.

Ἐκ τῶν πρὸς Τατ περὶ εἱμαρμένης· h. e. ex scriptis ad Tat de fato.

Περὶ χρόνου, πρὸς τὸν αὐτὸν Τατ· h. e. de tempore ad eundem Tat.

Περὶ τῶν ἀστέρων, πρὸς τὸν αὐτόν· h. e. de stellis ad eundem.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ψυχῆς πρὸς τὸν αὐτὸν Ἄμμωνα· βιβλίον ιδ'. h. e. Ejusdem de anima ad eundem Ammonem. Liber XIV.

Cum Appendice πρὸς τὸν αὐτὸν Ἄμμωνα· h. e. Ad eundem Ammonem.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ αἰσθήσεως καὶ νοήσεως· βιβλίον ιε' h. e. Ejusdem de sensu & intellectione. Liber XV.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐνεργείας καὶ αἰσθήσεως· βιβλίον ις'. h. e. Ejusdem de Energia & sensu. Lib. XVI.

Cum Appendice qvintuplici:

Περὶ ἀϊδίων σωμάτων, πρὸς τὸν αὐτὸν Τατ· h. e. de æternis corporibus ad eundem Tat.

Ἄνθρωπος· h. e. Homo.

Θάνατος· h. e. Mors.

Ὁμοιότης τῶν τεκνῶν, ἐκ τῆς Ἀφροδίτης· h. e. Similitudo natorum ex (Venere.

Ἐκ τῆς Ἴσιδος. h. e. Ex Iside.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Τατ περὶ ἀληθείας· βιβλίον ιζ'. h. e. Ejusdem ad Tat de veritate. Liber XVII.

Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται· βιβλίον ιη' h. e. Ejusdem, Qvod nullum Entium pereat. Liber XVIII.

Asclepius Hermetis Trismegisti Dialogus ab Apulejo Maudarense Platonico in Latinum conversus.

Et sic qvidem *Franciscus Patricius* opuscula illa Theologica, qvæ sub *Hermetis* nomine etiamnunc circumferuntur, Ferrariæ an. 1591. græce & latine edidit. Qvam editionem secutus est illustris Cimbricæ Chersonesi Produx *Henricus Ranzovius*, qvi

qvi Francisci Patricii Zoroastrem & Hermetem Trismegistum Hamburgi an. 1593. in 8vo sub titulo *Magiæ Philosophicæ* latine tantum imprimi curavit. Marsilius autem Ficinus, qvi ante Patricium opuscula illa, qvæ Hermeti vulgo attribuuntur, primus publicavit, in duos dividenda censet libros, *Pœmandrum* videlicet & *Asclepium*, qvorum alterum in qvatuordecim, alterum in qvindecim capita distribuit. Ficinianæ hujus editionis Gesnerus in Bibliotheca sua his verbis meminit: *Mercurii Trismegisti, id est, Ter-maximi, qvod Philosophus, Sacerdos & Rex maximus fuerit, Pymander* (immo Pœmander) *de potestate & sapientia DEI Dialogus, & Asclepius de voluntate DEI, extant græcè in Italia. Excusi sunt latine, Pymander* [Pœmander] *Marsilio Ficino interprete: alter vero ex L. Apuleii versione, Venetiis apud Aldum, & Basileæ apud Bebelium an.* 1532. *in* 8, *cum aliis qvibusdam ex Jamblicho, Proclo & Porphyrio.* Hæc Gesnerus. Ego vero cum hæc scriberem, alia usus sum, & eâ qvidem aliqvanto recentiori Marsilii Ficini editione, qvæ Lugduni typis Joannis Tornasii an. 1577. in 12. prodiit. Continentur eâ præter Hermetis Trismegisti *Pœmandrum* & *Asclepium*, Jamblichus de Mysteriis Ægyptiorum, Chaldæorum & Assyriorum: Excerpta Marsilii Ficini ex græcis Procli Commentariis in Platonis Alcibiadem primum de anima atqve dæmone: Idem de sacrificio & magia, interprete Ficino: Porphyrius de occasionibus sive causis ad intelligibilia nos ducentibus, interprete Ficino: Excerpta ex Prophyrio de abstinentia animalium, interprete Ficino: Excerpta ex Michaele Psello de Dæmonibus interprete Ficino: Hinc deinde seqvuntur *Pœmander* & *Asclepius* cum argumento sive præfatione Marsilii Ficini & ejusdem Commentario singulis capitibus subjuncto. Præfationis inscriptio & principium hoc est: *Argumentum Marsilii Ficini Florentini in librum Mercurii Trismegisti ad Cosmum Medicen, patriæ patrem. Eo tempore, qvo Moses natus est, floruit Atlas Astrologus, Promethei Physici frater,* &c. Nec multo post de Hermetis Trismegisti scriptis Theologicis hæc seqvuntur: *Scripsit autem Mercurius libros ad divinarum rerum cognitionem pertinentes qvamplurimos, in qvibus, proh DEUS immortalis!* [1] *qvam arcana mysteria, qvam stupenda panduntur oracula! nec ut Philosophus tantum, sed ut propheta sæpe numero loqvitur, canitqve futura. Hic ruinam prævidit priscæ religionis, hic ortum novæ fidei, hic adventum Christi, hic futurum judicium, resurrectionem seculi, beatorum gloriam, supplicia peccatorum. Qvo factum est, ut Aurelius Augustinus dubitaverit, peritiane siderum, an revelatione dæmonum multa protulerit. Lactantius autem illum inter Sibyllas ac Prophetas commemorare non dubitat. E multis deniqve Mercurii libris, duo sunt divini præcipue, unus de voluntate divina, alter de potestate & sapientia DEI. Ille Asclepius, hic Pymander inscribitur. Illum Apulejus Platonicus latinum fecit, alter usqve adhæc tempora restitit apud Græcos: at nuper ex Macedonia in Italiam advectus diligentia Leonardi Pistoriensis, docti probiqve Monachi, ad nos pervenit. Ego autem cum tuis exhortationibus provocatus, è Græca lingua in Latinam convertere statuissem, æqvum fore putavi, Cosme felix, ut nomini tuo opusculum dedicarem.* Hactenus de editione sua Marsilius Ficinus. Audiamus nunc qvoqve Franciscum Patricium editionis suæ divisionem in octodecim libros contra Ficinum defendentem. *De tanto,* inqvit, *numero librorum Mercurii, soli superſunt ex Ficini sententia duo, Pœmander Græce & Asclepius Latine ab Apulejo jamdiu versus. Qvod & Vergicius & Flussas Candalla senserunt, qvi Græcum illum imprimi curarunt. Sed nostra sententia Pœmander ille à Ficino in qvatuordecim capita dissectus, non unus liber est, sed totidem libelli per se à Pœmandro separati. Cui solus primus debetur. Reliqvi cum nullam Pœmandri mentionem faciant, nec ab eo pendeant, aut ordine dogmatum, aut connexione ulla, Pœmandri partes dici non possunt. Esse autem eos ab illo diversos, & qvæ modo diximus, & persona aliæ Tatus, & Asclepius, & tituli ab illo alii, Clavis, Crateris, & reliqvis libris additi, satis clarum faciunt. Sed extat & alius titulo sacri libri, qvem nos in Cypro in monasterio, cui nomen Enclistra, simul cum reliqvis invenimus. Et qvem Joan. Stobæus Eclogis suis Physicis inseruit, cum fragmentis aliis, & libellis etiam non paucis, partim extantium, partim etiam non extantium. Qvæ omnia nos in unum contulimus volumen, simul cum iis pauculis, qvæ tum apud Cyrillum libris contra Julianum*

Sec. ante Æ. C. XVI.

(1) *Frustra hic admiratur Marsilius Ficinus, opuscula Theologica, qvæ sub Hermetis Trismegisti nomine nunc extant, Christianismum sapere; qvippe cum certissimum sit, ea supposititia esse, nec ab ipso illo antiqvo Hermete, qvi temporibus Moysis vixit, sed secundo circiter post Æram Christianam seculo ab auctore semi-christiano & semi-Platonico composita fuisse. Qva de re vide paulo post plura.*

tum

Sec. ante Æ. C. XVI.

tum apud Suidam reperimus, & juxta nostra illa exemplaria, plus qvam mille qvadraginta loca, tum in Ficinianis, tum in Stobæanis & Candallianis emendavimus. Qvæ lectionum varietas necessitatem nobis imposuit, ut omnes novo labore verteremus. Sed & ordinem libellorum mutavimus ita, ut materiarum seqvela magis sit connexa, & scientifica magis appareat. Atqvæ hæc qvidem de Mercurio Ter maximo, sive Hermete Trismegisto ejusqve libris, ex Cimmeriis, non (1) linguis, sed antiqvitatis tenebris, qvantum viribus suffecimus, à nobis eruta, in lucem prodeant. Qvibus hæc paucula, ab eo, in ejus obitu prolata, addantur, qvæ à Chalcidio referuntur, loqvente ipso Hermete:

> *Hactenus, Fili, pulsus à patria vixi peregrinus & exul. Nunc incolumis patriam repeto. Cumqve post paulum à vobis corporeis vinculis absolutus discessero, videtote, ne me qvasi mortuum lugeatis. Nam ad illam optimam beatamqve civitatem regredior, ad qvam universi cives mortis conditione venturi sunt. Ibi namqve solus Deus est summus princeps, qvi cives suos replebit suavitate mirifica. Qvo hæc, qvam multi vitam existimant, mors est potius dicenda, qvam vita.*

(1) Alludit ad Joan. Goropii Becani ineptias ac nugas plusqvam aniles vel pueriles de primitiva qvadam Cimmerica sive Cimbrica lingua. Vide sis ipsum Patricium in principio Dissertationis de Hermete Trismegisto.

Hucusqve Patricius de sua & Marsilii Ficini opusculorum Theologicorum Hermetis Trismegisti editione, Adjiciam insuper alium eorundem Catalogum à *Conrado Gesnero* ex Græco Codice descriptum, qvem is Bibliothecæ suæ fol. 510. edit. Tigurin. an. 1545. ita inseruit.

Ποιμάνδρης.
Προς Τάτον λόγος καθολικός·
Τοῦ αὐτοῦ, λόγος ἱερός.
Πρὸς Τατ ὁ κρατὴρ ἢ μονάς.
Πρὸς τατ υἱον, ὅτι ἀφανὴς θεὸς φανερώτατός ἐστι.
Ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς ἀπωλείας καὶ θανάτους πλανώμενοι λέγουσι.
Περι νοήσεως και αισθήσεως.
Ὅτι ἐν μόνω τῷ θεῷ το καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ.
Τοῦ αὐτοῦ Κλείς.
Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν.
Περι (2) τοῦ κοινοῦ πρὸς Τάτον.
Πρὸς τὸν υἱὸν Τατ ἐν (3) ἄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγενεσίας, καὶ σιγῆς καὶ ἐπαγγελίας.
Ὑμνῳδία κρυπτή, λόγοι δ'.
Ὅροι Ἀσκληπίου πρὸς (4) Ἄμμον βασιλέα περὶ θεοῦ, περὶ ὕλης, περὶ κακίας, εἱμαρμένης, ἡλίου, νοητῆς οὐσίας, θείας οὐσίας, περὶ ἀνθρώπου, οἰκονομίας τοῦ πληρώματος, τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, τοῦ κατ' εἰκονα ἀνθρώπου.
Περὶ τῆς ὑπὸ τοῦ πάθους τοῦ σώματος ἐμποδιζομένης ψυχῆς.
Περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος, καὶ ἐγκώμιον βασιλέως.
Μέθοδος εἰς πᾶσαν καταρχὴν ἐπιτήδειος.

(2) Pro τοῦ sine dubio hic scribendum est νοῦ.
(3) Legendum hic est ὄρει.
(4) Ἄμμωνα.

Hactenus Index scriptorum Hermetis Trismegisti Gesnerianus, Qvod restat, idem de Opusculis hisce judicium meum est, atqve de *Sibyllarum* & *Zoroastris*, qvæ nunc extant, oraculis; nempe supposititia ea esse, nec ab Hermete temporibus Moysis, sed secundo circiter post Æram Christianam seculo ab homine semi-platonico & semi-christiano, cujus generis multi tunc, & deinceps vixerunt, composita fuisse. Argumenta, qvibus id probari posse arbitror, eadem sunt, ac illa, qvibus supra Lib. 1. cap. 4. §. 4. pag. 15. & deinceps, & cap. 7. §. 5. pag. 91. & deinceps. Oracula illa, qvæ sub Sibyllarum & Zoroastris nominibus circumferuntur, spuria & ψευδεπίγραφα esse demonstravi. His autem multo etiam plura addam, cum *tertio* hujus Prodromi libro ea, qvæ nunc de Hermete ejusqve scriptis in antecessum paucis præmisi, pleniusqve accuratiusqve elaboravero. Ibi enim de stylo, argumento, ratione philosophandi, ætate & interpretibus librorum Hermeticorum, qvantum in me erit diligentissime agam, & qvæ a Marsilio Ficino, Augustino Steucho Eugubino & Francisco Patricio, Philosophiæ Platonico-Christianæ addictissimis Scriptoribus, pro eorum defensione afferuntur, soli-

solidissime expendam ac discutiam. Interim ne primus aut solus in hoc certamen descendere videar, inseram hic Viri undecunqve doctissimi Gerardi Joannis Vossii judicium de scriptis Hermetis Trismegisti, qvod extat lib. de origine & progressu Idololatriæ cap. 10. his verbis: *Stoici voluere, ipsas sapientum animas non durare, nisi usqve ad* ἐκπύρωσιν *sive conflagrationem universi: tunc enim resolvi omnia in principia sua, & antiqva elementa: hoc est Jovem, sive divinam mentem, sive etiam animam universi, vel mundanam; humanarum, imo omnium animarum originem. Ab illo enim spiritu omnes spiritus flamine vel evaporatione qvadam esse exspiratos: ab illo fonte vitali, qvicqvid vitam haberet, promanasse. Proinde non solum esse à Deo, sed etiam ex DEo: non* κατ᾽ ἀπαρτησιν *sive per abscissionem, & imminutione aliqva divinæ substantiæ; sed* κατ᾽ ἔκτασιν, *h. e. per protensionem sive dilatationem, sive ejus emissionem: qvo pacto lux à Sole diffunditur absqve ejus noxa. Hoc pacto Stoicorum sententiam optime Philo Judæus expressit libro. Qvod deterius potiori insidietur: item suppositititus ille semi-platonicus, idemqve semi-christianus, eruditus interim scriptor, qvi vulgo dicitur Hermes Trismegistus, Pœmandri cap. X. & XII.* Hactenus Vossii de Hermetis Pœmandro & cæteris supra enumeratis scriptis judicium. Qvo qvidem sine dubio etiam pertinet ad testimonium illud de Sanctissima Trinitate, qvod Hermeti Trismegisto attribuitur à Svida v. Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος, ubi de ipso hæc leguntur: οὗτος ἦν αἰγύπτιος σοφός· ἤκμαζε δὲ πρὸ τοῦ Φαραώ. ἐκέκλητο δὲ τρισμέγιστος, διότι περὶ τριάδος ἐφθέγξατο εἰπὼν, ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα. οὕτως ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινὸς, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἡ τούτου ἑνότης. καὶ πνεῦμα πάντα περιέχον. ἐκτος τούτου οὐ θεὸς, οὐκ ἄγγελος, οὐκ οὐσία τὶς ἄλλη. παντων γὰρ κύριος, καὶ πατὴρ, καὶ θεος, καὶ πάντα ὑπ᾽ αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν. ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ παντέλειος ὢν, καὶ γόνιμος, καὶ δημιουργοὶς ἐν γονίμῳ φύσει παισὼν, καὶ γονίμῳ ὕδατι ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε. καὶ ταῦτα εἰρηκὼς ἤρξατο λέγων· ὁρκίζω σε οὐρανὲ, θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον. ὁρκίζω σε φωνὴν πατρὸς, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, ἡνίκα τὸν πάντα κόσμον ἐστηρίξατο. ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ μονογενοῦς λόγου, καὶ τοῦ πατρὸς (legendum hic sine dubio est (1) πνεύματος) τοῦ περιέχοντος πάντα· ἵλεως, ἵλεως ἔσω. h. e. Æmilio Porto interprete: *Mercurius Ter-maximus, sive Trismegistus, sapiens fuit Ægyptius. Floruit autem ante Pharaonem. Vocatus autem fuit Ter-maximus, qvod de Trinitate locutus fuerit, dicens in Trinitate unam esse Deitatem. Sic fuit lumen intelligens ante lumen intelligens, & fuit semper mens mentis lucida, & nihil aliud fuit hujus unitas. Et spiritus omnia continens. Extra hunc non Deus, non angelus, non ulla alia essentia est. Omnium enim est Dominus, & Pater, & Deus, & omnia sub ipso & in ipso sunt. Nam ipsius sermo, qvi est undiqve perfectus, & fœcundus, & opifex, in fœcunda natura puer existens, & fœcunda aqva aqvam fœcundam fecit. His autem dictis precatus est: Obtestor te cœlum, magni DEi sapiens opus. Obtestor te vocem Patris, qvam locutus est primam, cum omnem mundum firmavit. Obtestor te per unigenitum Sermonem, & Spiritum* (sic enim hic pro *Patrem* legendum est, cum in græco pro πατρὸς sine controversia scribendum sit πνεύματος) *omnia continentem: propitium, propitium esto mihi.* Profecto qvi non videt, Hermetis hæc, à Suida commemorata verba, recentioris cujusdam Platonici Græculi commentum esse, eum omni prorsus judicio carere, & in legendis veterum Auctorum scriptis omnino rudem esse necesse est. Id qvoqve adjiciendum mihi videtur, ne illam qvidem *Asclepii* latinam versionem, qvæ *Apulejo* vulgo attribuitur, *Apulejii* censeri, cum stylus & scribendi ratio reclamare videatur. Qva de re operæ pretium est, nos audire duos illos illustres, sed in patria infortunatos Hamburgenses *Joannem* (2) *VVowerium* & *Gebhardum Elmenhorstium*, qvorum prior in Dissertatione de Vita & Scriptis L. Apuleji, editioni Operum ipsius, qvæ Hamburgi an. 1606. in 12mo prodiit, præfixa, sic scribit: *Sunt qvi Asclepium Hermetis Trismegisti Dialogum, tanqvam ab Apulejo versum, inter ejus opera numerare solent. Impellare illum poterat auctoris dignitas & argumenti præstantia: sed oratio plane sicca & exsangvis, nihilqve simile habens cum Apulejana ubertate & laticia.* Alter vero idem confirmat in Emendationibus suis ad *Hermetis Trismegisti de Natura Deorum ad Asclepium adlocutam* his verbis: *Sic hunc librum indigitant membranæ Leidenses. In Flor. & Brem.*

Set. ante Æ. C. XVI.

(1) *Sic & paulo ante legitur.* πνεῦμα πάντα περιέχον.

(2) *Appellat is* Hamburgum *in Testamento suo Slesvici an.* 1612. *die* 16. *Martii composito* Patriam ingratam & factione malorum in optimum Civem impiam ac contumeliosam.

Sec. ante Æ. C. XVI.

Brem. est, Apuleji Asclepius, sive dialogus Mercurii Trismegisti. *Rom. Ald. Basil. & Paris. edit. Henrici Stephani anni* 1505. *hanc Epigraphen proferunt: Asclepius Hermetis Trismegisti Dialogus à Lucio Apulejo Madaurense Platonico in Latinum conversus.* *Colvius, Schickeradus & VVowerus, non Apulejo, sed alii inferioris ævi scriptori versionem hanc attribuunt: quorum qvidem sententiæ non admodum refragor, cum genus dicendi siccum, & plane exsangue penitus considero. Nolui tamen hunc Dialogum à continenti corpore Apulejano sejungere, vel ideo, qvia res sacras scituqve dignissimas continet.* Hæc de latina illa Asclepii versione, qvæ Apulejo adscribitur, VVowerius & Elmenhorstius. Cæterum qvod ad reliqva scripta, qvæ sub Hermetis Trismegisti nomine etiam nunc extant, attinet, minime dubium est, qvin ea æqve, ac superiora, sint supposititia:

Jatromathematica, h. e. ut Gesnerus interpretatur, *medicationes acommodatæ ad astrologicam rationem*; sive, *doctrina pronuntiandi de morborum eventu ex observatione motus & aspectuum planetarum, regnantium ea hora, qva decubuerit æger, una cum brevi remediorum adjunctione.* Prodierunt autem hæc *Jatromathematica* (1) græce cum aliis qvibusdam Astrologicis opera Joachimi Camerarii Norimbergæ an. 532. apud Nicolaum Petrejum in 8vo: Item (2) Augustæ Vindelicorum typis Michaelis Mangeri an. 1597. in 8vo sub hoc titulo: *Hermetis Trismegisti, Prophetæ, Regis & Sacerdotis Ter-maximi Jatromathematica ad Ammonem Ægyptium, à Davide Hæschelio Augustano græce & latine edita, fide MS. Codicis emendata, suppleta, cum Notis.*

Secreta secretorum Raymundi Lullii & (3) *Hermetis* in libros tres divisa: quæ impressa sunt cum opusculo D. Thomæ Aqvinatis de esse & essentia mineralium, & Cornelii Aluetani de conficiendo divino Elixire libello, Coloniæ apud Gosuinum Colinum an. 1592 in 8vo.

De (4) *lapidis Philosophici secreto* Tractatus aureus, in capita septem divisus, & à qvodam anonymo Scholiis illustratus, qvi extat volumine qvarto Theatri Chymici, editi Argentorati apud Lazarum Zetznerum an. 1613. in 8vo. Opus autem hoc idem esse videtur, cujus Gesnerus (5) ita meminit: *Hermæ Trismegisti tractatus septem memini videre manuscriptos, qvi, ni fallor, magica qvædam continent, aut certe chymistica: videntur autem falso inscripti.*

Ejusdem, vel *Orphei*, secundum alios, *de Significationibus terræ motuum per singula Zodiaci signa* versus sexaginta sex, qvi, teste (6) Gesnero, leguntur in Anthologio Græco folio 285. editionis Aldinæ.

Ejusdem Mercurii Trismegisti ex libro sacro de animabus Disputatio sub nomine Isidis ad Horum, qvæ extat apud Joannem Stobæum libro primo Eclogarum Physicarum. Cujus dissertationis de qvalitatibus populorum ab aere oriundis notabilis locus, qvi legitur pag. 127. editionis Plantinianæ, citatur, corrigitur & illustratur à V. CL. Casparo Barthio Adversar. lib. 15. cap. 12. Verba ejus loci hæc sunt: Τοὺς δὲ μετὰ τέτυς, καὶ μικρῷ πόῤῥω τὸ νῦν Ἰταλικὸν καὶ τὸ ἑλλαδικὸν· πάντες δὲ ἔτοι καλλίμηροι εἰσὶν καὶ ἐυπωγωνότεροι. (vel, ut vero simillime doctissimus Barthius hic legendum censet ἐυπυγώτεροι) ὥςε τῷ τῆ κάλλυς τῶν μηρῶν τέτων ὑπερβολῇ καὶ τὺς ενταῦθα ἀνθρώπυς πρὸς τὴν τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίαν.

Et hæc qvidem de Hermetis Trismegisti vita & scriptis supposititiis in præsens sufficiant. Videsis insuper Platonem in Philebo pag. 75. & in Phædro pag. 356: Diodorum Siculum Biblioth. Hist. lib. 1. pag. 14. 15: S. Augustinum de Civitate Dei lib. 8. cap. 26: Lactantium divin. Instit. lib. 1: Joannis Stobæi Anthologium Ethico-Politicum Serm. 11. de Veritate, Serm. 13. de Libertate dicendi, & Serm. 119. de Laude mortis: Joan. Tzetzen Chiliad. Histor. 4. histor. 2. pag. 335: Marsilii Ficini Præfationem & Commentarium in Pœmandrum & Asclepium: Augustinum Steuchum Eugubinum de Perenni Philosophia lib. 1. cap. 25. cui titulus *De Mercurio Trismegisto, Theologiamqve ejus esse veram, id est, ab antiqvissimo illo Mercurio perscriptam*: Francisci Patricii Dissertationem Hermetis Opusculis Theologi-

(1) *Vide Gesneri Bibliothecam, ubi agitur de Mercurio Trismegisto.*
(2) *Vide Joan. Georg. Schenckii Bibliothecam Medicam lit. H: Draudii Biblioth. Class. cap. 3 de libris Medicis tit. Mathematica curatio: & Lindanum de scriptis Medicis lib. 1.*
(3) *Schenck. Biblioth. Medic. lit. R: Draud. Biblioth. tit. Chymica: Lindan. de script. Medic. lib. 1. lit. R.*
(4) *Lindan. de Script. Medic. lib. 1. lit. H.*
(5) *Biblioth. universal. lit. M*
(6) *Jam citato loco.*

logicis præfixam: Philip. Cluverium German. Antiq. lib. 1. c 9. pag. 65. 66. cap. 24. pag. 170. 171. cap. 26. pag. 184. 185. & paſſim alias: Gilbert Genebrard. Chronograph. lib. 1. pag. 81. & lib. 2. pag. 279. 280. ubi Mercurium Triſmegiſtum perperam refert ad tempora Ptolemæi Lagi Ægyptiorum Regis: Bened. Perer. Præfat. in Geneſ. pag. 2. & Comment. in Geneſ. cap. 12. verſ. 19. pag. 482: Raphael. Volaterran. Commentar. Urbanor. lib. 33. pag. 783. 784: Voſſium de orig. & progreſſ. Idololatriæ lib. 1. cap. 16. 27. 37: & Thomæ Jameſii Indicem Catalogi Bibliothecæ Bodlejanæ Oxonienſis lit. *M.* Qvorum omnium auctorum jam citata loca, una cum compluribus aliis, qvæ nunc dedita opera ſilentio prætereo, poſthac, ſi DEus permiſerit, accuratiſſime expendam Prodromi hujus libro tertio.

Sec. ante Æ. C. XV.

Cap. II.

De Seculo ante Æ. C. XV^to, in ejus poſteriorem partem dimidiam Exitus Iſraelitarum ex Ægypto incidit.

SEculo ante Æ. C. XV. floruit potiſſimum *Moyſes*; qvippe qvo is populum Iſraeliticum ex Ægypto eduxit, & tyrannico Pharaonis jugo liberavit. Exitus enim Iſraelitarum ex Ægypto ſecundum unanimem omnium probatiſſimorum Chronologorum ſupputationem incidit (1) in annum Mundi 2453, *decimo qvinto die menſis Aprilis* ineunte. Huc igitur *Moyſen* in Hiſtoria literaria præcipue referendum eſſe cenſeo, utpote perſuaſisſimum habens, ante *divinam ejus vocationem*, qvæ Exodi capite tertio narratur, & A. M. 2451. contigit, nihil ab ipſo conſcriptum fuiſſe. Et qvod primum qvidem ad *eruditionem Moyſis* attinet, de ea extat inſigne S. Stephani Protomartyris teſtimonium Actor cap. 7. verſ. 21. & 22. his verbis: Ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν (ſc. τὸν Μωυσῆν) ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱόν. καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων. ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις. h. e: *Expoſitum autem Moyſen ſuſtulit filia Pharaonis, & nutrivit eum ſibi in filium ſive pro filio. Et eruditus eſt Moſes omni ſapientia Ægyptiorum: & erat potens in verbis & in operibus ſuis.* Qvalis autem fuerit Ægyptiorum illa ſapientia, docet nos Philo Hebræus libro primo de Vita Moyſis, Sigiſmundo Gelenio interprete his verbis: *Ita nactus Moyſes educationem regiam, neqvaqvam infantium more delectabatur aſſentationibus, jocis, luſibusqve, qvamvis indulgenter haberetur ab educatoribus: ſed jam tum modeſtiam gravitatemqve præferens, malebat audire ſpectareqve utilia. Confeſtim enim acceſſerunt aliunde præceptores, qvidam ultro venientes è præfecturis Ægypti proximis, alii magnis præmiis invitati è* (2) *Græcia. Eos intra modicum tempus ille ſuperavit, nativa docilitate inſtitutionem præcurrens, ut reminiſci videretur non diſcere, in rebus difficilioribus de ſuo comminiſcens aliqvid. Nam præclara ingenia multa novant circa ſcientias. Et qvemadmodum bonæ habitudinis corpora, membris omnibus agilia, ſecuros pædotribas faciunt, exhibendo illis vel nihil negotii, vel minimum, itidem agricolis generoſæ plantæ, per ſe proficientes in bonas arbores: ſic anima bene nata, præceptis obviam ſe offerens, à ſe ipſa magis, qvam à magiſtris adjuvatur, arreptisqve rudimentis cujuſcunqve ſcientiæ, eqvus, juxta proverbium, fertur in planiciem. Itaqve numeros ſive Arithmeticam, & Geometriam, univerſamqve Muſicam, Rhythmicam, Harmonicam, Metricam, ſive contemplativam, ſive per inſtrumenta vocesqve promentem ſe variis modis, accepit ab Ægyptiis doctoribus: & inſuper occultam philoſophiam, deſcriptam literis ut vocant, hieroglyphicis, hoc eſt, notis animalium, qvæ ipſi venerantur etiam pro numinibus.*

(1) *Vid. Seth. Calviſ. Iſagog. Chronolog. cap. 37.*

(2) *Hoc manifeſte falſum eſt. Græcia enim tunc temporis barbara adhuc fuit & ſine literis.*

Sec. ante Æ. C. XV.

bus. *Reliqvas liberales artes* (1) *Græci docebant: ex propinquis autem regionibus evocati Assyrii, suas literas; Chaldæi sideralem scientiam. Hanc & ab Ægyptiis didicit, Mathematicæ cumprimis deditis: observansque qvid utrisqve conveniat, in qvo discrepent, intactus à contentionibus, veritatem qværebat: qvippe qvi nihil præter eam admittebat, longe aliter, qvam isti, qvi accepta semel qvaliacunqve dogmata, obstinate defendunt, sive probata, sive inprobata, more causidicorum mercenariorum, jus & æqvum negligentium.* Hæc Philo de indole & institutione Moysis & de sapientia illa, qvam is hausit ab Ægyptiis. Multo etiam prolixius de eadem *Ægyptiornm sapientia* agit Sixtus Senensis Biblioth. Sanctæ lib. 2. lit. A. pag. 46. ubi ea ab ipso vocatur חכמת מצרים, & dividitur in qvatuor species, *Mathematicam* videlicet, & *Physicam*, & *Ethicam*, & *Toeologicam*. Mathematicam verò Ægyptiorum sapientiam rursus dividit in *Geometriam*, *Astronomiam*, *Arithmeticam & Musicam*: simul etiam subjungit, cur Ægyptii veteres hæc potissimum studia plurimum exercuerint. *Geometriam*, inqvit, *necessitate excoluerunt Ægyptii; qvippe qva inprimis egebant, cum turbatis increscente Nilo agrorum finibus, postqvam amnis in suum alveum redierat, sua cuiqve essent restituenda, nec alia ratione constare posset agrorum dimensio, nisi adhibitis, quæ ex certis coalita principiis, fallere peritos mensores neqvirent. Geometria igitur est nominata, qvasi terræ mensio. Astronomiæ vero sese dediderunt, commoditate; ut qvi serenas semper haberent noctes, aspicerentqve tractum cæli late patentem, nullis nubibus, nullis nebulis turbatum, facile ortus, occasus, progressus, regressusqve siderum animadvertere potuerunt. Quæ res & ad cognitionem erat jucundissima, & ad vitam fructuosissima, & humani ingenii exercitatione digna. His duabus Geometriæ & Astronomiæ artibus, addita est Arithmetica, numerum cognitio, velut utrisqve deserviens, & cujus ministerio hæ carere non possunt. Musicæ vero tantum degustarunt, qvantum illis satis videretur ad decantandas Deorum, atqve Regum & Heroum laudes.* *Physicam* porro *Egyptiorum sapientiam* idem Sixtus Senensis eam definit, qvæ principia, causas, elementa & opera rerum naturalium pertractat. Minus autem vere addit, eam à *Peripatetica Philosophia* non multum diversam fuisse. Contra enim invictis argumentis demonstrari potest, veterem illam Ægyptiorum Philosophiam naturalem longe majorem cum *Pythagorica* ac *Platonica*, qvam *Aristotelica* Philosophia, cognationem habuisse. Qva de re infra (2) accuratius agam, cum ad ætatem *Platonis* pervenero. Cæterum *Ethicæ* sive *moralis* Ægyptiorum Sapientiæ nomen latissime à Sixto Senensi accipitur pro tota Philosophia *Practica*, hoc est, pro *Oeconomica* simul, & *Ethica proprie dicta & politica*. Perperam autem cum Diogene Laertio, leges & instituta civilia Ægyptiorum ad auctorem refert *Hermetem Trismegistum*. Etenim cum is eo floruerit seculo, qvo Moyses natus est, temporibusqve Patriarcharum Abrahami ac Josephi leges ac instituta civilia in Ægypto jam viguisse certo constet, minime dubium est, qvin origo Politices Ægyptiacæ ad Hermetem Trismegistum haud pertineat. Qvod deniqve ad *Theologicam* Ægyptiorum sapientiam attinet, ejus præcipua dogmata Sixtus Senensis hæc commemorat: *Mundum genitum esse, atqve suapte natura mortalem: Homines in prima omnium rerum origine primum in Ægypto productos, partim propter cœli temperiem, partim propter Nilum; (nam nec hibernis frigoribus, nec æstivi Solis ardoribus regio premitur, & terra irrigatione Nili sic fœcunda est, ut alimentorum ad usum hominum nulla terra ferocior sit) Humanam animam esse perennem, eamqve ex corpore in corpus immigrare: Deum unum esse, Deorum omnium patrem ac principem; ab hoc vero Deos alios, Solem & Lunam, Deos esse, alterumqve Osirim, alteram Isin, appellatos; Templa insuper & statuas Diis diversis imaginibus fabricandas, qvia vera Deorum imago ignoratur: Multos ex Diis fuisse primum mortales homines; deinde vero ob virtutes suas, & egregia in homines collata beneficia, divinitatem consecutos, & ab hominibus divinis honoribus honoratos: imagines animalium ab Ægyptiorum ducibus & imperatoribus galeis & clypeis insculptas, ferri solitas in prælio adversus hostes, parta deinde victoria, ea animalia, qvorum effigies victoriosi duces gestarunt, qvasi offensionem belli ipsa in hostes repulissent, in Deos relata fuisse.* Ad hanc Ægyptiorum Theologicam sapientiam refert etiam Sixtus Senen-

(1) Hoc æqve falsum est, atqve illud, qvod paulo superius de Græcis Moysis præceptoribus dictum est. Videsis ea de re Bened. Perer. Comment. in Genes. cap. 12 v. 19. pag. 482.

(2) nempe cap. 13. hujus libri.

Senensis *literas Hieroglyphicas*, de qvorum usu ac diversitate ab aliis Ægyptiorum vulgaribus literis, notabilis extat locus apud Clementem Alexandrinum Strom. lib. 5. pag. 555. & 556. his verbis:

Sec. ante Æ. C. XV.

Αὐτίκα οἱ παρ' Αἰγυπτίοις παιδευόμενοι, πρῶτον μὲν πάντων τὴν Αἰγυπτίων γραμμάτων μέθοδον ἐκμανθάνουσι, τὴν ἐπιστολογραφικὴν καλουμένην· δευτέραν δὲ, τὴν ἱερατικὴν, ᾗ χρῶνται οἱ ἱερογραμματεῖς. ὑστάτην δὲ καὶ τελευταίαν, τὴν ἱερογλυφικὴν ἧς ἡ μέν ἐστι διὰ τῶν πρώτων στοιχείων κυριολογική· ἡ δὲ, συμβολική· τῆς δὲ συμβολικῆς ἡ μὲν κυριολογεῖται κατὰ μίμησιν· ἡ δ', ὥσπερ τροπικῶς γράφεται· ἡ δὲ, ἄντικρυς ἀλληγορεῖται κατά τινας αἰνιγμούς. Ἥλιον γοῦν γράψαι βουλόμενοι, κύκλον ποιοῦσι· Σελήνην δὲ, σχῆμα μηνοειδὲς, κατὰ τὸ κυριολογούμενον εἶδος· τροπικῶς δὲ, κατ' οἰκειότητα μετάγοντες καὶ μετατιθέντες· τὰ δ', ἐξαλλάττοντες· τὰ δὲ, πολλαχῶς μετασχηματίζοντες, χαράττουσιν· τοὺς γοῦν τῶν βασιλέων ἐπαίνους θεολογουμένοις μύθοις παραδιδόντες, ἀναγράφουσι διὰ τῶν ἀναγλύφων· τοῦ δὲ κατὰ τοὺς αἰνιγμοὺς, τρίτου εἴδους, δεῖγμα ἔστω τόδε. τὰ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἄστρων, διὰ τὴν πορείαν τὴν λοξὴν, ὄφεων σώμασιν ἀπείκαζον· τὸν δὲ Ἥλιον, τῷ τοῦ κανθάρου· ἐπειδὴ κυκλοτερὲς ἐκ τῆς βοείας ὄνθου σχῆμα πλασάμενος, ἀντιπρόσωπος κυλινδεῖ. Φασὶ δὲ καὶ ἑξάμηνον μὲν ὑπὸ γῆς· θάτερον δὲ τοῦ ἔτους τμῆμα, τὸ ζῶον τοῦτο ὑπὲρ γῆς διαιτᾶσθαι· σπερμαίνειν τε εἰς τὴν σφαῖραν, καὶ γενᾶν· καὶ θῆλυν κάνθαρον μὴ γίνεσθαι.

Jam vero qvi docentur ab Ægyptiis, primum qvidem discunt Ægyptiarum literarum viam ac rationem, qvæ vocatur ἐπιστολογραφική, *hoc est, apta adscribendas epistolas: secundo autem Sacerdotalem, qva utuntur* ἱερογραμματεῖς, *id est, qvi de rebus sacris scribunt: ultimam autem* ἱερογλυφικὴν, *id est, sacram, qvæ insculpitur scripturam, cujus una qvidem est per prima elementa* κυριολογική, *id est, proprie loqvens, altera vero Symbolica, id est, per signa significans. Symbolicæ autem una qvidem proprie loqvitur per imitationem, alia vero scribitur veluti tropice, alia vero contra sumitur allegorice per qvædam ænigmata. Qvi solem itaqve volunt scribere, faciunt circuitum: lunam autem, figuram lunæ cornuum formam præ se ferentem, convenienter ei formæ qvæ proprie dicitur. Tropice autem, per convenientiam traducentes & transferentes, & alia qvidem immutantes, alia vero multis modis transfigurantes, imprimunt. Regum itaqve laudes fabulis Theologicis mandantes, anaglyphicis describunt. Tertii autem generis qvod fit per ænigmata, hoc sit indicium. Alia qvidem astra propter obliqvam conversionem, assimilabant corporibus serpentum: Solem vero, scarabei, qvoniam cum rotundam ex bubulo stercore effinxit figuram, eam vultu adverso convoluit. Ajunt autem hoc qvoqve animal, sex qvidem mensibus sub terra, alteram vero partem anni vitam degere super terram, & semen in globum emittere, & gignere, & non nasci fœminam scarabeum.*

Triplex igitur, ut hinc apparet, apud antiqvos Ægyptios fuit scribendi ratio, nempe ἐπιστολογραφική, ἱερατική, ἱερογλυφική, qvarum ultima porro divisa fuit in κυριολογικὴν & συμβολικήν. Huc etiam pertinet alius æqve insignis locus de usu *literarum Hieroglyphicarum*, qvi extat apud eundem Clementem Alexandrinum jam citato libro qvinto, pag. 566. & 567. & ad sapientiam Ægyptiorum, qva *Moyses* eruditus fuisse dicitur, illustrandam, plurimum lucis suggerit. De eadem multa insuper leguntur apud Herodotum Historiarum libro secundo & Diodorum Siculum Bibliothecæ Historicæ libro primo; nec non apud Diogenem Laertium in proœmio Operis de Vitis illustrium Philosophorum, ubi Theologiæ ac Philosophiæ veterum Ægyptiorum præcipua capita summatim ita recenset:

Τὴν δὲ Αἰγυπτίων φιλοσοφίαν εἶναι τοιαύτην περί τε θεῶν καὶ ὑπὲρ δικαιοσύνης. φάσκειν τε ἀρχὴν μὲν εἶναι τὴν ὕλην, εἶτα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ αὐτῆς διακριθῆναι, καὶ ζῶά τινα ἀποτελεσθῆναι. θεοὺς δ' εἶναι ἥλιον καὶ σελήνην· τὸν μὲν, Ὄσιριν, τὴν δ' Ἶσιν καλουμέ-

Ægyptiorum autem hujusmodi philosophiam de diis ac justitia dixere. Materiam principium fuisse rerum: ex ea deinceps qvatuor elementa discreta, perfectasqve complures animantes: solem ac lunam deos esse, (1) *alterumqve Osirim, alteram, Isim, appellatos:*

(1) *Huc pertinet Plutarchi liber* de Iside & Osiride,

Sec. ante Æ. C. XV.

νην· αἰνίττεσθαί τε αὐτοὺς διά τε κανθάρου καὶ δράκοντος καὶ ἱέρακος καὶ ἄλλων, ὥς φησι Μανέθως ἐν τῇ τῶν φυσικῶν ἐπιτομῇ, καὶ Ἑκαταῖος ἐν τῇ πρώτῃ περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας. κατασκευάζειν δὲ ἀγάλματα καὶ τεμένη, τῷ μὴ εἰδέναι τὴν τοῦ θεοῦ μορφήν. τὸν κόσμον γενητὸν καὶ φθαρτὸν καὶ σφαιροειδῆ· τοὺς ἀστέρας πῦρ εἶναι, καὶ τῇ τούτων κράσει τὰ ἐπὶ γῆς γίνεσθαι· σελήνην ἐκλείπειν εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμπίπτουσαν· τὴν ψυχὴν καὶ ἐπιδιαμένειν καὶ μεταβαίνειν· ὑετοὺς κατὰ ἀέρος τροπὴν ἀποτελεῖσθαι· τά τε ἄλλα φυσιολογεῖν, ὡς Ἑκαταῖός τε καὶ Ἀρισταγόρας ἱστοροῦσιν· ἔθεσαν δὲ καὶ νόμους ὑπὲρ δικαιοσύνης, οὓς εἰς Ἑρμῆν ἀνήνεγκαν· καὶ τὰ εὔχρηστα τῶν ζώων θεοὺς ἐδόξασαν· λέγουσι δὲ καὶ ὡς αὐτοὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρολογίαν καὶ ἀριθμητικὴν ἀνεῦρον.

exprimere illos per scarabeum & draconem; accipitrem, aliaqve animalia, Manethus autor est in Naturalium epitome, & Hecatæus in primo de Ægyptiorum philosophia libro. Statuas præterea & fana à se fabricari, qvod ignorent effigiem Dei: mundum genitum mortalemqve & ad Sphæræ similitudinem rotundum: stellas ignem esse, qvarum temperata commixtione cuncta super terram nascantur; lunam deficere qvum in terræ incidit umbram: animam & perdurare & subinde migrare: pluvias ex aeris conversionibus fieri. Ista & hujusmodi illos de rerum natura differere Hecatæus & Aristagoras tradunt. De justitia qvoqve leges constituerunt, qvas ad Mercurium referunt. Utiles qvasqve & usui hominum accommodatas animantet divino honore proseqvuti sunt. Asserunt & ipsi, geometriam, astrologiam, & arithmeticam, se primos invenisse.

Hæc de Theologia ac Philosophia Ægyptiorum Laertius. Qvibus illustrandis haud exiguam lucet facem Ottho Heurnius Antiqvitatum Philosophiæ Barbaricæ libro primo, qvi inscribitur Chaldaicus, pag. 60. & libro secundo cap. 13. 14. 15. 16. 17. 18 19. & 20. Cæterum auctarii loco adjiciam haud vulgarem Clementis Alexandrini locum, qvi extat Stromatum lib. 1. pag. 343. ubi secundum Philonis, Hebræi traditionem de sapientia Ægyptiorum, qva Moyses eruditus fuisse dicitur, ita scribit:

Ἐν δὲ ἡλικίᾳ γενόμενος, ἀριθμητικήν τε καὶ γεωμετρίαν, ῥυθμητικήν τε καὶ ἁρμονικήν· ἔτι τε ἰατρικὴν ἅμα καὶ μουσικὴν παρὰ τοῖς διαπρέπουσιν Αἰγυπτίων ἐδιδάσκετο· καὶ προσέτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται· τὴν δὲ ἄλλην ἐγκύκλιον παιδείαν, (1) Ἕλληνες ἐδίδασκον ἐν Αἰγύπτῳ, ὡς ἂν βασιλικὸν παιδίον, ἥ φησι Φίλων ἐν τῷ Μωσέως βίῳ. προσεμάνθανε δὲ τὰ Αἰγυπτίων γράμματα, καὶ τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην, παρά τε Χαλδαίων, παρά τε Αἰγυπτίων· ὅθεν ταῖς πράξεσι πᾶσαν σοφίαν Αἰγυπτίων πεπαιδεῦσθαι φέρεται.

Cum autem ætate esset grandior, Arithmeticam & Geometriam, Rythmicam & Harmonicam, & præterea Medicinam simul & Musicam doctus est ab iis qvi erant insignes inter Ægyptios, & præterea eam qvæ traditur per symbola seu signa philosophiam, qvam in literis ostendunt Hieroglyphicis. Alium autem doctrinæ orbem, tanqvam puerum regium, Græci eum docuere in Ægypto, ut dicit Philo in vita Mosis. Didicit autem literas Ægyptiorum, & rerum cælestium scientiam à Chaldæis & ab Ægyptiis. Unde (2) in ejus rebus gestis dicitur doctus fuisse in omni sapientia Ægyptiorum.

Cum itaqve Moyses variis modis nempe, ut *Theologus, Propheta, Legislator, Judex, Medicus, Physicus, Ethicus, Historicus, Orator, Poeta & Grammaticus* considerari possit, dedita tamen opera dissertationem illam, qvæ ea de re hic instituenda esset, in *qvartum* Prodromi hujus librum differam, & nunc tantum scripta ipsius paucis recensebo. Ea autem in tres classes dividenda sunt, qvarum *prima* complectitur ea, qvæ sine controversia Moysis sunt, & inter canonica Veteris Testamenti scripta etiamnunc extant; *secunda* vero continet ea, qvæ inter Canonica qvidem Veteris Testamenti scripta etiamnunc extant, sed non sine controversia Moysi attribuuntur; *tertia* deniqve comprehendit ea, qvæ nunqvam inter Canonica Veteris Testamenti scripta locum obtinuere, sed sine controversia supposititia sunt.

(1) Dum Clemens Alexandrinus hic scribit, Moysen à Præceptoribus Græcis *eruditum fuisse, æqve errat, atqve ipse Philo Hebræus, cujus auctoritate nititur. Qva de re videsis supra p. 143. & 144.*

(2) Ita hic locus vulgo perperam latine translatus legitur; cum tamen per πράξεις, *qvæ hic citantur, non res gestæ Moysis, sed* Acta Apostolorum *intelligenda sint. Vide supra pag. 143.*

PRI-

PRIMA CLASSIS SCRIPTORUM MOSAICORUM, qvæ & Canonica, & sine controversia genuina sunt.

Sec. ante Æ. C. XV.

חמשה חומשי תורה חמש h. e. *Qvinqve Qvintæ* sive *Pentateuchus*, qvi alias etiam ספר התורה sive *Liber legis* appellatur, & Historiam sacram à creatione Mundi usqve ad annum Mundi 2493. in qvem obitus Moysis & successio Josuæ incidit, continet. Qvinqve autem illi libri, in qvos Pentateuchus dividitur, apud Hebræos qvidem *primis verbis*, apud Græcos autem & Latinos nominibus à præcipuo *argumento* desumptis appellantur, & sunt hi:

I. בראשית h. e. *In Principio.* Græce autem hic liber inscribitur Γένεσις sive *Genesis*, (1) qvoniam continet historiam creationis omnium rerum & successionis generis humani ab *Adamo* usqve ad obitum *Josephi* Patriarchæ, qvi versu ultimo capitis qvinqvagesimi sive ultimi narratur & in annum Mundi 2309. incidit.

II. ואלה שמות h. e. *Et hæc nomina*, vel secundum Auctorem vulgatæ versionis, *Hæc sunt nomina.* Græce autem hic liber inscribitur Ἔξοδος sive *Exodus*, (2) propter exitum Israelitarum ex Ægypto, cujus summa difficultas, miraculosa solicitatio & admirandus successus copiosissime ibi enarrantur. Capitibus vero constat *qvadraginta*, & continet historiam *centum qvadraginta qvinqve annorum*, nempe ab A. M. 2309. in qvem Patriarchæ Josephi obitus incidit, usqve ad A. M. 2454. sive Tabernaculi in deserto erectionem, qvæ qvadragesimo sive ultimo hujus libri capite describitur.

III. ויקרא h. e. *Et vocavit*, vel secundum Auctorem vulgatæ versionis, *Vocavit autem.* Græce autem hic liber inscribitur Λευιτικὸν sive *Leviticum*, vel, ut in latina versione vulgo legitur, *Leviticus*; qvia Levitarum ministeria, legesqve ac ritus ad tabernaculum & sacrificia pertinentes eo comprehenduntur. Constat vero capitibus *viginti septem*, & continet historiam *unius mensis* A. M. 2454. ab erectione tabernaculi usqve ad numerationem eorum, qvi apti erant ad bellum.

IV. וידבר h. e. *Et locutus est*, vel secundum (1) alios במדבר h. e. *in deserto.* Græce autem hic liber inscribitur Ἀριθμοί, h. e. *Numeri*, propter recensionem tribuum ex Ægypto egressarum & qvadraginta duorum annorum, qvibus Israelitæ in deserto oberrarunt. Constat vero capitibus *triginta sex*, & continet secundum Sixtum Senensem, historiam *triginta octo annorum, mensium novem & dierum viginti, usqve ad mansionem in campestribus Moab supra Jordanem.*

V. אלה הדברים h. e. *Hæc sunt verba*, vel secundum Pagninum, *Ista verba.* Græce autem hic liber inscribitur Δευτερονόμιον sive *Deuteronomium*, qvasi *secunda Lex*; qvia lex, in monte Sinai lata, repetendo explicatur. Constat vero capitibus *triginta qvatuor*, & historiam continet *duorum mensium* A. M. 2493. in qvem obitus Moysis incidit.

Hi igitur *qvinqve libri* sine controversia (3) à Moyse conscripti sunt, exceptis *octo posterioribus versibus* ultimi capitis Deuteronomii, à verbis וימת שם משה h. e. *Et mortuus est Moses*, usqve ad finem Pentateuchi. De horum enim *octo* versuum auctore, qvamvis Canonici sint, non certo constat, ut paulo post pluribus indicabo. Cæterum qvod ad illas gravissimas simul & nobilissimas qvæstiones attinet, qvo tempore *Moyses* Genesin scripserit: nempe utrum ante vocationem divinam, an postea, & qvidem vel inter vocationem divinam & exitum Israelitarum ex Ægypto, vel inter Exodum & legislationem in monte Sinai, vel post legislationem? utrum Moyses Historiam, qvæ ætatem ipsius antecessit, secundum traditionem majorum, an ex speciali revelatione literis consignaverit?

(1) *h. e. Generatio.*

(2) *h. e. Exitus.*

(1) *Vide Hotting. Thesaur. Phil. lib. 2. cap. 1. pag. 462.*

(3) *Vid. Exod. 24. v. 4. ubi legitur:* Scripsit autem Moyses universos sermones Domini: *& Deuteronom. c. 31. v. 9. 24. 26.*

Sec. ante Æ. C. XV.

rit? an qvinqve Moyſis libri ita etiamnunc extent, uti initio ab ipſo conſcripti ſunt? utrum ab ipſo Moyſe, an vero ab alio aliqvo, & qvo tempore, Pentateuchus in libros diviſus fuerit? De his aliisqve ejus generis qvæſtionibus; item de deſtinctionibus Pentateuchi Hebraicis, de admiranda & fere ſuperſtitioſa Judæorum in deſcribendo Pentateucho diligentia; ut & de variis ejusdem translationibus, Commentariis & editionibus, ſuo deinceps loco qva par eſt diligentia, diſſeram. Interea conſulendi ſunt Auguſtinus Steuchus Eugubinus in Annotationibus in Pentateuchum; Benedictus Pererius in præfactione doctiſſimi Commentarii in Geneſin; Card. Bellarminus in princip. lib. de Script. Eccleſiaſticis; Sixtus Senenſis Biblioth. Sanct. lib. 1. Sect. 1. pag. 8. 9. & lib. 4. pag. 393. 394. Moſes Pflacherus in Typica librorum Veteris Teſtamenti Analyſi; Joan. VVowerius in Syntagmate de Græca & Latina Bibliorum interpretatione; Georg. Draudius in Biblioth. Claſſica cap. 1. de Libris Theologicis; Joan Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica; Joan. Henr. Hottingerus in Theſauro Philologico, ſeu Clavi Scripturæ, lib. 2. cap. 1. ſect. de ordine libr. V. T. & Pentateucho; Joan. Leusden in Philologo Hebr. Diſſert. 4. de Sectionibus Pentateuchi, Diſſert. 5. de libris V. T. in ſpecie, Diſſert. 34. de Pentateuchis Manuſcriptis; & complures alii Auctores, qvorum poſthac mentionem faciam. Qvod reſtat, ne refutatione qvidem dignum eſt, qvod à *Philone Hebræo* libro, *Qvod mundus ſit incorruptibilis*, traditur, primum Pentateuchi librum ab ipſo Moyſe *Geneſin* inſcriptum fuiſſe. Æqve enim hoc falſum atqve ridiculum eſt, ac illud qvod jam memoratus *Philo*, & auctoritate ejus deceptus *Clemens Alexandrinus* memoriæ prodiderunt, Moyſen non ab Ægyptiis tantum, ſed & à *Græcis* præceptoribus eruditum fuiſſe. Neqve vero minus abſurdum eſt, qvod ab eodem Philone alibi refertur, Pentateuchum â Moyſe *Chaldaica lingua* fuiſſe conſcriptum. Qva qvidem de re alias agam prolixius. Nunc autem à Pentateucho ad cœtera Moſaica ſcripta tranſeamus.

SECUNDA CLASSIS SCRIPTORUM MOSAICORUM qvæ Canonica qvidem ſunt, ſed non ſine controverſia Moyſi attribuuntur.

I *Octo poſteriores verſus ultimi capitis Deuteronomii*, â verbis וימת שם משה h. e. *Et mortuus eſt ibi Moſche*, usqve ad finem Pentateuchi. Hos enim Flavius Joſephus Antiqvitatum Judaicarum lib. 4. capite ultimo ab ipſo Moyſe ante obitum prophetico ſpiritu conſcriptos fuiſſe exiſtimat, ne Judæi ſe, poſtqvam inter mortales vivere deſiiſſet, in Deum transformatum crederent. Ipſa Joſephi verba hæc ſunt: γέγραφε δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς ἱεροῖς βιβλίοις τεθνεῶτα, δείσας μὴ δι' ὑπερβολὴν τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς πρὸς τὸ θεῖον αὐτὸν ἀναχωρῆσαι τολμήσωσιν εἰπεῖν. h. e. *In ſacris autem voluminibus ipſe ſcripſit ſe mortuum, veritus ne propter excellentem ſuam virtutem in Deum ſe transformatum, vel in Deorum numerum relatum Judæi crederent.* Sic enim ἀναχωρῆσαι εἰς τὸ θεῶν hic interpretandum potius eſſe cenſeo, qvam cum Gelenio, *à Deo raptum eſſe*. Hactenus Joſephi de auctore octo poſtremorum Pentateuchi verſuum opinio. Alii eosdem attribuunt *Eſræ* vel alicui *Prophetæ*. Ego vero (1) eorum ſententiæ accedo, qvi eos à *Joſua* Hiſtoriæ Moſaicæ adjectos fuiſſe arbitrantur.

(1) *Vid. Sixt. Senenſ. Bibl. Sanct. lib. 1. ſect. 1. pag. 9. & Bellarmin. de Script. Ecleſ.*

II איוב ſive *Liber Iiob*, de cujus auctore variæ extant opiniones, qvas vide præcedenti capite pag. 123. 124. 125. Qvam vero ibi ſententiam præ cæteris approbavi, eandem etiamnunc tueor; nempe à *Moyſe* potius, qvam alio qvolibet auctore Hiſtoriam Jobi conſcriptam fuiſſe.

III *Pſalmi undecim:* qvorum primus eſt Pſalmus *nonageſimus*, vel ſecundum alios *octogeſimus nonus*, qvi inſcribitur תפלה למשה איש האלהים h. e. interprete Pagnino: *Oratio ipſius Moſche. viri Dei.* *Undecimus* autem

autem, sive ultimus, est Psalmus *centesimus*, vel secundum alios, *nonagesimus nonus*, qvi inscribitur מזמור לתודה h. e. *Cantus pro confessione.* Auctor hujus opinionis est *S. Hieronymus*; contra qvem Card. Bellarminus libro de Script. Eccles. defendit sententiam *S. Augustini*, qvi totum Psalterium à *Davide* compositum esse asserit. Plura vide apud eundem Bellarminum jam citato libro, ubi agitur de Davide: ut & apud Sixtum Senens. Bibl. Sanct. lib. 1. sect. 1. p. 12. 13. 14. Hotting. Thesaur. Philol. l. 2. cap. 1. sect. 3. de Hagiographis, pag. 495. 496. & deinceps; Joan. Leusden Philol. Hebr. Dissert. 7. de libris V. T. in specie.

Sec. ante Æ. C. XV.

TERTIA CLASSIS SCRIPTORUM MOSAICORUM, qvæ sine ulla controversia pseudepigrapha & supposititia sunt.

I. Ἀνάβασις τοῦ Μωσέως h. e. *Ascensio Moysis.* Cujus libri meminit Origenes lib. 3. περὶ ἀρχῶν cap. 2. his verbis: *Primo qvidem in Genesi serpens Evam seduxisse describitur, de qvo in ascensione Mosis (cujus libelli meminit in epistola sua Apostolus Judas) Michael Archangelus, cum Diabolo disputans de corpore Mosis, ait Diabolo, inspiratum serpentem causam extitisse prævaricationis Adæ & Evæ.* Hæc Origenes. Locus autem Epistolæ S. Judæ qvem is falso credit ex jam memorato *de Ascensione Moysis* libro desumptum esse, extat vers. 9. his verbis: Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ Ἀρχάγγελος ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωυσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν· Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος. h. e. secundum vulgatam versionem: *Cum Michael Archangelus, cum Diabolo disputans, altercaretur de Mosis corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dominus.* Vel secundum novam versionem: *At Michael Archangelus, cum adversus diabolum certans, disceptaret de corpore Moysis non ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit: Increpet te Dominus.* Ad qvem locum *Oecumenius* in Commentario Epistolæ Judæ refert, contentionem hanc contigisse, cum Archangelus qvidem Michael Moysen honorifice sepelire vellet, Diabolus autem, prætextu perpetratæ cædis (1) *Ægyptii* cujusdam, sepulturam impediret, & sibi eum vendicare anniteretur. Qvæ traditio nititur historia mortis & sepulturæ Mosis, qvæ extat Deuteronomii cap. ultimo vers. 5. & 6. וימת שם משה עבד יהוה בארץ מואב על פי יהוה׃ויקבר אתו בגי בארץ מואב מול בית פעור ולא ידא איש את קברתו על היום הזה׃ h. e. interprete auctore vulgatæ versionis: *Mortuusqve est ibi Moyses servus Domini in terra Moab, (2) jubente Domino. Et sepelivit eum in valle terræ Moab contra (3) Phogor: & non cognovit (4) homo sepulchrum ejus usqve (5) in præsentem diem.* Cum igitur hic Scriptura sacra expresse testetur, Moysen à Deo sepultum fuisse, orta inde videtur apud Hebræos vulgaris illa traditio, DEum in sepeliendo Moyse ministerio angelorum, & speciatim qvidem *Archangeli Michaelis* opera usum fuisse. Huic autem se oppofuisse Diabolum, cum is Moysis corpus sibi vendicaret, prætextu qvidem perpetratæ cædis Ægyptii, revera autem, ut eo ad Idololatriam abuteretur: eundemqve Archangelum impedivisse, qvo minus Diabolus sepulchrum Moysis eadem Idololatriæ excitandæ intentione Hebræis indicaret. Ex hac itaqve ἀγράφῳ Hebræorum traditione id, qvod S. Apostolus *Judas* de contentione inter Archangelum Michaelem & Diabolum Epistolæ suæ inseruit, desumptum esse arbitror: eandemqve traditionem Gnosticis aliisqve hæreticis supra memorati apocryphi libri περὶ ἀναβάσεως τοῦ Μωσέως fingendi

(1) *Exod. c.* 2. v. 12.
(2) *Hebr.* Super os secundum os Jehovæ, *h. e.* juxta sermonem Jehovæ.
(3) *Hebr.* contra Beth Pehor.
(4) *Hebr.* qvisqvam.
(4) *Hebr.* usqve ad diem hunc.

Sec. ante Æ. C. VX.

gendi occasionem præbuisse existimo. Sic enim idem S. Judas ejusdem Epistolæ v. 14. & 15. ἄγραφον citat *Henochi* de extremo judicio vaticinium, & à S. *Paulo* secundæ ad Timotheum epistolæ cap. 3. vers. 8. secundum πατροπαράδοτον traditionem *Jannes* & *Mambres* Magi Ægyptiorum commemorantur, & Moysi restitisse dicuntur, cum alias nulla eorum in Scriptura sacra fiat mentio. Qvod superest, sine dubio liber ille suppositititius, de qvo hic agitur, ἀνάβασις sive *Ascensio Moysis* inscriptus fuit, qvoniam is continuit historiam ultimi capitis Deuteronomii, ubi ascensus Moysis in verticem montis *Nebo*, una cum ejusdem ultimo cum DEO colloqvio, obitu ac sepultura enarratur. Hoc enim caput ita incipit: ויעל משה מערבת מואב אל הר נבו h. e. interprete auctore vulgatæ versionis: *Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo*: vel secundum translationem Pagnini: *Et ascendit Mosche à planiciebus Moab ad* (seu potius *in*) *montem Nebo.* De situ autem montis *Nebo* videsis diligentissimi Palestinæ Chorographi Christiani Adrichomii tabulam *Tribus Ruben*, qvæ extat in ipsius Theatro Terræ Sanctæ Coloniæ Agrippinæ typis Birckmannicis an. 1593. in folio edito, inter pag. 126. & 127. Consule insuper Sixtum Senensem Biblioth. Sanct. lib. 2. pag. 109. Card. Bellarm. de Script. Eccles. cap. de S. Juda, & lib. 2. de Verbo DEI cap. 18. Card. Baron. Annal. Eccles. Tom. I. ad an. Chr. 68. Michael Walther. Harmon. Biblic. cap. 211. de Epist. S. Judæ: & nos supra lib. 1. cap. 3. §. 5. pag. 8. & 9. Huc pertinet etiam insignis ille Philonis Hebræi locus sub finem libri tertii de Vita Moysis, qvo, æqve ac (1) Flavius Josephus, octo posteriores Deuteronomii versus qvibus de morte Moysis agitur, ipsi Moysi attribuit, atqve insuper in describenda ipsius sepultura, ministerii sanctorum Angelorum haud obscure ita (2) meminit: *Miranda sunt hæc; sed magis etiam mirari convenit finem sacrorum, qvæ reliqvit, voluminum, qvæ sunt ceu caput juris totius. Jam enim assumendus, & in ipsis stans carceribus, unde ad cœlestem metam erat evolaturus, tunc qvoqve afflatus divinitus, vivens adhuc prophetavit de seipso tanqvam mortuo, ante obitum narrans se mortuum sepultumqve inspectante nemine; videlicet manibus non mortalium, sed virtutum immortalium* (his verbis sine dubio significantur Sancti Angeli, qvorum ministerio secundum veterem ac vulgatam Hebræorum traditionem DEus in sepeliendo Moyse usus est) *ne majorum qvidem monumentis illatum: qvippe cui monumentum contigit eximium, haud cuiqvam notum homini.* Hactenus Philo. Adi qvoqve Gilbert. Genebrard. Chronograph. lib. 1. p. 74. & 75.

(1) Vid. supra pag. 148.

(2) Sigismundo Gelenio interprete Græcum enim Philonis exemplar in præsens mihi non suppetit.

II. Ἀνάληψις τοῦ Μωυσέως h. e. *Assumptio Moysis.* Cujus libri meminit S. Athanasius in Synopsi Sacræ Scripturæ pag. 134. Tom. II. edit. Commelinianæ, ubi eum refert inter apocrypha Veteris Testamenti scripta (3) his verbis: Τὰ δὲ ἀπόκρυφα τῆς παλαιᾶς διαθήκης ταῦτα· Ἐνὼχ, Πατριάρχαι, Προσευχὴ Ἰωσὴφ, Διαθήκη Μωυσέως, Ἀνάληψις Μωυσέως. (4) Unde autem hic liber ita inscriptus fuerit, satis apparet ex notabili hoc ejus fragmento, qvod extat apud Clement. Alexandrinum Stromat. lib. 6. pag. 681. εἰκότως ἄρα καὶ τὸν Μωσέα ἀναλαμβανόμενον διττὸν εἶδεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ· καὶ τὸν μὲν μετ' Ἀγγέλων· τὸν δὲ, ἐπὶ τὰ ὄρη περὶ τὰς φάραγγας κηδείας ἀξιούμενον· εἶδεν δὲ Ἰησοῦς τὴν θέαν ταύτην κάτω, πνεύματι ἐπαρθεὶς, σὺν καὶ τῷ Χαλέβ. ἀλλ' ὁμοίως ἄμφω θεῶνται· ἀλλ' ὁ μὲν, καὶ θᾶττον κατῆλθεν, πολὺ τὸ βρῖθον ἐπαγόμενος· ὁ δὲ, ἐπικατελθὼν, ὕστερον τὴν δόξαν διηγεῖτο ἣν ἐθεᾶτο, διαθρῆσαι δυνηθεὶς μᾶλλον θατέρου, ἅτε καὶ καθαρώτερος γενόμενος· δηλούσης οἶμαι τῆς ἱστορίας, μὴ πάν-

τῶν

(3) Vid. supra lib. 1. c. 6. §. 4. p. 10.

(4) Hujus apocryphi libri fingendi occasionem præbuisse videtur locus Historiæ Mosaicæ, qvi extat Exodi c. 24 v. 13. & seqventibus usq; ad finem capitis: qvippe ubi ipse Moyses refert, se cum Josua in montem Sinai ascendisse, & gloriam Dei super verticem montis habitasse.

των εἶναι τὴν γνῶσιν· ἐπεὶ οἱ μὲν τὸ σῶμα τῶν γραφῶν τὰς λέξεις καὶ τὰ ὀνόματα, καθάπερ τὸ σῶμα τοῦ Μωσεως, προσβλέπουσιν· οἱ δὲ, τὰς διανοίας καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ὀνομάτων δηλούμενα διορῶσι, τὸν μετὰ Ἀγγέλων Μωσέα πολυπραγμονοῦντες. h. e. *Merito ergo Mosen quoque qui assumebatur, duplicem vidit Jesus filius Naue, & unum quidem cum Angelis, alterum autem supra montes, qui dignus erat, cui in convallibus justa fierent. Vidit autem Jesus hoc spectaculum inferius, sublatus spiritu, una cum Caleb: sed non vident ambo similiter. Verum hic quidem descendit citius, ut qui multum, quod gravabat inferret: ille autem cum descendisset, postea narravit gloriam, quam erat contemplatus, ut qui magis, quam alter posset perspicere, ut qui esset purior; significante, ut arbitror, historia, non omnium esse cognitionem. Nam alii quidem corpus literarum, nempe dictiones ac nomina, perinde ac corpus Mosis aspiciunt: alii vero sententias, & quæ à nominibus significantur, pervident, eum, qui est cum Angelis Mosen inquirentes.* Hæc Clemens. Vide præterea Sixtum Senens. Bibl. Sanct. lib. 2. pag. 109.

Sec. ante Æ. C. XV.

III. Διαθήκη τοῦ Μωυσέως sive *Testamentum Moysis*; cujus itidem, ac præcedentis libri, S. Athanasius jam citato Synopseos sacræ Scripturæ loco inter apocrypha & ψευδεπίγραφα Veteris Testamenti scripta meminit. Fuit igitur sine dubio illud ejusdem farinæ, cujus est Testamentum duodecim Patriarcharum, cujus specimen superiori libro cap. 7. §. 4. pag. 65. usque ad pag. 71. inserui.

IV. *Libri sub nomine Moysis ab Hæreticis, qui Sethiani vocabantur, confícti*, quos damnat S. Epiphanius lib. 1. Panarii sive Operis adversus Hæreses pag. 128. edit. Basileensis. Ipsa S. Epiphanii verba vide supra lib. 1. cap. 6. §. 4. pag. 50.

V. Λεπτὴ γένεσις τοῦ Μωυσέως. h. e. *Parva Genesis Moysis*; quæ à Georgio Cedreno citatur, & merito à *Tridentina Synodo* damnata est. Qua de re vide Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. lib. 2. pag. 109.

VI. דברי הימים למשה h. e. *Verba Dierum Moysis*, sive Historia de *Tharbi* Æthiopum Regis filia & uxore Moysis. Cujus libri meminit doctissimus & de Scriptura sacra, orientalibusque linguis optime meritus Joannes Drusius in Commentario ad difficiliora Pentateuchi loca; sed apocryphum tamen eum vocat, quod is nec à Judaica nec à Christiana Ecclesia unquam receptus fuerit. Vide etiam de eodem libro Joan. Henr. Hottinger. Thesaur. Philol. lib. 2. cap. 2. sect. 2. de libris, quorum in V. T. mentio fit; pag. 533. Inprimis autem consule Josephum Antiquit. Judaic. lib. 2. cap. 10. p. 59.

VII. Σύνταξις χυμευτικὴ τοῦ Μωυσέως· h. e. *Syntagma* sive *Tractatus Moysis de Chymia*. Cujus operis futilitatem Sam. Bochartus Geograph. sacr. Part. 1. lib. 4. cap. 1. pag. 234. merito ridet & exagitat his verbis: *Alchimiæ authorem faciunt Chamum, quasi de nomine authoris pro Chamia dicatur Chemia & Chymia, & Arabico titulo præfixo Alchymia. Antiquitatis enim gloriam maxime affectant hujus artis ἐπόπται; quos non pudet proferre Mosis Prophetæ χυμευτικὴν σύνταξιν; & Mariæ sororis Mosis librum Alchymisticum. Ut taceam Hermetis Trismegisti scilicet, tabulam smaragdinam, & ejusdem tractatus Chymicos septem & opus de corporibus transmutandis: & Osthamis, & Democriti, & Ori χυμευτικὰ, & Jasonis vellus aureum.* Hæc Bochartus.

VIII. *Cabalistici* & *Magici* sub nomine Moysis confícti libri; de quibus aliàs prolixius disseram. Interim vide, si lubet, quæ supra lib. 1. c. 6. §. 3. pag. 49. & 50. scripsi de *Cabala* Judæorum ejusque origine, usu & abusu; ut & de Angelo מטטרון sive *Metatron*, qui Moysis præceptor Cabalisticus fuisse traditur.

Et

Sec. ante Æ. C. XV.

Et hæc qvidem de triplici Mosaicorum scriptorum classe in præsens sufficiant. Cæterum subjungenda hic jam esset specialis dissertatio de *origine Juris scripti* & *Jurisprudentiæ*, utpote qvæ sine dubio à promulgatione legis divinæ in monte Sinai derivanda est: item de duabus, ipsius DEI digito conscriptis, lapideis *Decalogi* tabulis, qvæ à Moyse Exodi cap. 31. vers. ult. לחת העדת h. e. *Tabulæ Testimonii* appellantur, omniumqve aliarum divinarum & humanarum legum breviarium atqve basis sunt: nec non de ordinatione ac statu Reipublicæ Hebræorum, & de gentilium sive paganicorum scriptorum, tam Græcorum, qvam Latinorum, circa originem, religionem, res gestas, & reliqvam historiam Hebræorum erroribus: atenimvero, cum ea, qvæ de his rebus instituenda esset dissertatio propter gravitatem & amplitudinem materiæ, non obiter ac cursim pertractari possit, sed incredibilem variorum, tum veterum, tum recentium Auctorum pervolvendorum diligentiam, nec minus temporis spatium, ad illa, qvæ ab iis traduntur probe examinanda & rite digerenda, desideret, necessario ea in *qvartum* hujus Prodromi librum differenda est. Interea consule, præter ipsam Scripturam Sacram, *Flavii Josephi* Antiqvitatum Judaic. libros viginti, in qvorum Prooemio insignis extat locus de legislatione Moysis; ut & ejusdem de bello Judaico libros septem; nec non librum de Machabæis & libros duos adversus Apionem, in qvorum posteriori pag. 1071. lectu dignissima inter Moysen aliosqve aliarum gentium Legislatores extat comparatio. Videsis etiam *Philonis Hebræi* de Vita Moysis libros tres & librum singularem de Decalogo: *Gregorium Nyssenum* de Vita Moysis: *Ezechielis* Poetæ Judæi Græcam de Moyse Tragœdiam, (1) qvæ Ἐξαγωγὴ sive Eductio, h. e. Liberatio Hebræorum & Exitus ex Ægypto, inscribitur: *Clement. Alexandrinum* Stromat. lib. 1. pag. 342. 343. & deinceps: *Eusebium* lib. 9. de Præparat. Evangelica: *R. Davidis Ganz* צמח דוד sive Chronologiam Historiæ sacræ inscriptam *Germen Davidis*, & פרקי sive *Capitula R. Eliefer*, cum Observationibus & Animadversionibus Guilhelm. Henr. Vorstii: Auctorem *Seder Olam Rabba* sive Chronologiæ Hebræorum Majoris: *Suidam v.* Μωυσῆς: *Genebrardum* Chronograph. lib. 1. pag. 71. & deinceps, ubi multa exterorum de Moyse testimonia atqve judicia, uno qvasi fasciculo exhibet. Adi etiam *Justinum* seu potius *Trogum Pompejum* Histor. Philippicar. lib. 36. cap. 2. 3. & *Tacitum* principio libri qvinti Historiarum, ubi de Moyse & reliqva Hebræorum Historia multa falso & absurde referuntur; qvæ egregie refutat disertissimus *Famianus Strada* Prolusionum Academicarum lib. 1. Prolusione secunda, qvæ Historica inscribitur. Consule insuper *Sixtum Senens.* Biblioth. Sanct. lib. 2. lit. D. pag. 71. 72. ubi de *Tabulis testimonii* erudite disserit: *Carolum Sigonium, Petrum Cunæum, Stephanum Menochium*, & *Bonaventuram Cornelium Bertramum* de Republica Hebræorum: *Jacobum Altingium* de Republica Hebræorum Scholastica: בבא קמא sive Codicem primum *Legum forensium* populi Israelitici, cum doctissimis Annotationibus Constantini L' Empereur: *Wilhelmi Zepperi* libros qvinqve Explanationis legum Mosaicarum forensium: Mosaicarum & Romanarum legum Collationem à *P. Pithæo* editam: *Wilhelmi Schickardi* משפט המלך sive Jus Regium Hebræorum: *Benedicti Ariæ Montani* Antiqvitatum Judaicarum libros novem, in qvibus præter Judææ, Hierosolymorum & Templi Salomonis accuratam, delineationem, præcipui sacri ac profani Judaicæ gentis ritus describuntur: *Davidis Chytræi* Onomasticon Theologicum lit. M; & *Raphael. Volaterranum* Commentar. Urbanor. lib. 17. p. 399.

(1) *Ea extat in Syntagmate Poetarum Græcorum Comicorum, Tragicorum Lyricorum & Epigrammatariorum, Genevæ typis Roverianis edito an.* 1614. *in fol. p.* 1017.

II. Ad idem ante Æ. C. Seculum XV. qvo Moyses præcipue floruit, pertinent.

I. ספר הברית sive *Liber Fœderis*, cujus Exodi cap. 24. vers. 7. fit mentio. Vide etiam Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. lib. 2. lit. F. p. 78.

II. ספר מלחמת יהוה sive *Liber Bellorum Jehovæ*, qvi citatur Numerorum cap. 21. vers. 14. Vid. Sixt. Senens. Bibl. Sanct. lib. 2. lit. B. pag. 54. Drusium in Com-

Comment. ad difficiliora Numerorum loca, Hotting. Thesaur. Philol. lib. 2, cap. 2. sect. 2. pag. 531. & Genebrard. Chronograph. lib. 1. pag. 65. ubi refert *Librum Bellorum Domini cum libro Henoch apud Æthiopes adhuc extare.*

Sec. ante Æ. C. XV.

III *Libri apocryphi Prophetiæ* בלעם h. e. *Bilham*, vel, ut invulgata latina versione legitur, *Balaam, filii Pehor*, qvi ab Origene citantur Homilia decima qvarta in Numeros, ubi cap. 22. 23. 24. Historia *Bilhami* sive *Balaami* satis prolixe traditur. Ipsa Origenis verba jam citato loco hæc sunt: *Si à Mose Prophetiæ Balaam sacris insertæ sunt voluminibus, qvanto magis descriptæ sunt ab his, qvi inhabitabant tunc Mesopotamiam, apud qvos magnificus habebatur Balaam qvosqve artis ejus constat fuisse discipulos. Ex illo deniqve fertur* (1) *Magorum genus & institutio in Orientis partibus vigere: qvi descripta habentes apud se omnia, qvæ prophetaverat Balaam, etiam hoc habuerunt scriptum, qvod orietur stella ex Jacob, & exsurget homo ex Israel. Hæc scripta habebant Magi apud semetipsos, & ideo, qvando natus est JEsus, agnoverunt stellam, & intellexerunt adimpleri prophetiam magis ipsi, qvam populus Israel, qvi Sanctorum Prophetarum verba audire contempsit. Illi ergo ex his tantum, qvæ Balaam scripta reliqverat, agnoscentes adesse tempus, venerunt & reqvirentes eum statim adoraverunt.* Hæc Origenes. Cui non magis hic credo, qvam aliis multis locis, ubi ejusdem farinæ apocryphis monumentis opiniones suas stabilit. Eqvidem haud me latet, Numerorum cap. 24. vers. 17. *Bileami* de Messia præclarum hoc commemorari vaticinium: קרוב דרך כוכב מיעקב וקם שבט מישראל h. e. κατὰ πόδα sive secundum Hebraismum interprete Pagnino: *Prope incessit stella ex Jahacab, & surget virga ex Israel:* secundum Tremellium & Junium: *Procedit stella ex Jacobo, & exsurgit sceptrum ex Israele:* secundum vulgatum versionem: *Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel.* Persuasissimum autem habeo, Prophetiam hanc Bilhami ἄγραφον sive *non-scriptam* fuisse, & mentionem ejus à Moyse factam improbis aut otiosis hominibus librorum Propheticorum sub *Bilhami* nomine confingendorum occasionem præbuisse. Qva de re alias pluribus agam. Interim vide Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. lib. 2. lit. B. pag. 53, & Card. Baronium Annal. Ecclesiast. Tom. I. ad an. Chr. I. p. 53. edit. Plantinianæ.

(1) *Notabilis Originis locus de origine Magorum.*

IV *Liber Prophetiæ* אלדד ומידד h. e. *Eldad & Medad*, de qvibus Numer. cap. 11. vers. 26. 27. 28. 29. secundum vulgatam versionem hæc leguntur: *Remanserunt autem in castris duo Viri, qvorum unus vocabatur Eldad, & alter Medad, super qvos reqvievit Spiritus: nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cumqve prophetarent in castris, cucurrit puer & nuntiavit Moysi, dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Josue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, qvid inqvit, æmularis prome? qvis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum.* Hic igitur historiæ Mosaicæ locus vaticinia sub nominibus Prophetarum *Eldad & Medad* fingendi ac divulgandi occasionem antiqvitus cuidam præbuit. Testimonio hujus libri utitur suppositititius *Hermes* libro, qvi inscribitur *Pastor*, his verbis: *Prope est Dominus his, qvi se ad eum convertunt; sicut scriptum est in Heldad & Medad, qvi vaticinati sunt in solitudine populo.* Hic autem sine controversia prævalere debet auctoritas S. Epiphanii, qvi in Synopsi sacræ Scripturæ spuriam illam *Eldadi ac Medadi* prophetiam merito inter apocrypha V. T. scripta numerat. Ipsa ejus verba vide supra lib. 1. cap. 6. §. 4. pag. 50. Adi etiam Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. lib. 2. lit. H. pag. 83. Illud qvoqve adjiciendum videtur, *Librum Eldad & Medad*, de qvo hic agitur, diversum fuisse ab ejusdem fere nominis libro Rabbinico, qvi inscribitur ספר אלדד הדני h. e. *Liber Eldad Danitæ*, atqve à Genebrardo latine translatus & cum Chronologia Hebræorum Majori & Minori editus est. Continet autem *IS fabulam de Judæis Sabbatico fluvio clausis, eorumqve in Æthiopia imperio.*

Sec. ante Æ. C. XV.

V. *Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς* h. e. *Jannes & Jambres*, Principes Magorum Pharaonis, qvi Moysi Israelitarum dimissionem solicitanti inprimis se opposuerunt; ut refert S. Paulus ex *ἀγράφῃ* traditione Epist. 2. ad Timoth. cap. 3. vers. 8. his verbis: *ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀνέστησαν Μωυσεῖ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ, ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν.* h. e. *Qvemadmodum autem Jannes & Jambres* (vulgo legitur *Mambres*) *restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Idem confirmat doctissimus Gilbertus Genebrardus Chronograph. lib. 1. pag. 66. ubi antiqvæ Hebræorum traditionis, qvam S. Paulus secutus esse videtur, sic meminit: *Magi Pharaonis Jannes & Mamres, qvi Mosi restiterunt, qvando signa faceret coram Pharaone; 2. Timoth. 3. Qvæ nomina non esse ficta ab Apostolo, sed è medius antiqvitatum Hebraicarum historiis sumpta, apparet è Talmudica Ghemara cap. Col. Corbanoth. hatsibbur, & R. Nathan in Baal Haruc. Qvando (inqviunt) venit Moses in Ægytum cum signis divinitus acceptis, dixerunt Jannes* (יוחני) *& Mamre* (ממרא) *principes incantatorum Pharaonis. Hæc est ars nostra, & sic facere possumus incantationibus nostris. Tuqve similis es iis, qvi paleam ferunt in Aphrym urbem frugum, è qva frumentum in multa loca effertur.* Hactenus Genebrardus. Sub horum itaqve Magorum Ægyptiorum nomine supposititius olim extitit liber, inscriptus ספר יוחנא וממרא: cujus Origenes tractat. 35. in Matthæum his verbis meminit: *Qvod ait Paulus: Sicut Jannes & Mambres restiterunt Moysi: non invenio in publicis Scripturis, sed in libro secreto, qvi supra scribitur, Jannes & Mambres Liber. Unde ausi sunt qvidam Epistolam ad Timotheum repellere, qvasi habentem in se textum alicujus secreti, sed non potuerunt.* Hæc Origenes. Ego vero existimo, tantum abesse, ut S. Paulus ex apocrypho V. T. libro jam memoratorum Magorum mentionem desumpserit, ut contra ipsius testimonium libri apocryphi fingendi occasionem præbuerit. Unde haud immerito Pontifex Gelasius Distinct. 15. c. *Sancta Romana*, inter apocryphos eum numerat. *Liber*, inqvit, *qvi appellatur Jannæ & Mambræ, apocryphus.* Plura vide apud Euseb. lib. 9. de Præparat. Evangelica: Sixt. Senens. Bibl. Sanct. lib. 2. lit. I. pag. 87.: Drus. ad diffic. Pentateuch. loca: & Hotting. Thesaur. Philol. lib. 2. cap. 2. sect. 2. pag. 519.

VI *Liber Og Regis Basan, cognomine Gigantis*, qvem Pontifex Gelasius distinct. 15. c. *Sancta Romana* inter apocryphos & ab Ecclesia Catholica damnatos libros numerat. *Liber*, inqvit, *qvi appellatur Diogenes nomine gigantis* (sic in vetustissimis Decreti Gratiani exemplaribus perperam legitur: at in recentioribus, *Ogiæ nomine gigantis*) *qvi post diluvium cum dracone ab hæreticis pugnasse perhibetur, apocryphus.* Historiam veram Regis Og, à Moyse literis consignatam, vide Numer. cap. 21. & Deuteron. cap. 3. Consule etiam Sixt. Senens. Bibl. Sanct. lib. 2. lit. O. pag. 112.

VII אהרן sive *Aharon*; qvi biennio ante fratrem Moysis, nempe A. M. 2369. natus est, nec tantum, qvod summorum apud Hebræos Pontificum primus fuerit, sed & aliis multis nominibus ad Historiam Literariam pertinet: ut qvarto hujus Prodromi libro, ubi pluribus de illo agendum erit, accurate demonstrabo.

VIII מרים h. e. *Mirjam* sive *Maria*, Moysis & Aaronis soror; cujus in Historia Literaria haud immerito mentio facienda est, cum Exod. cap. 15. vers. 20. & 21. נביאה h. e. *Prophetis* sive *Prophetissa* appelletur, & post exitum Israelitarum ex Ægypto, miraculosumqve Maris Rubri sive Sinus Arabici transitum, התף sive *tympanum* manu sua sumpsisse, atqve omnibus mulieribus, cum tympanis & choris se subseqventibus, præcinuisse dicitur שירו ליהוה כי גאה גאה סוס ורכבו רמה בים h. e. Interprete Pagnino: *Cantate Domino, qvoniam magnificiendo magnificatus est, eqvum & ascensorem ejus projecit in mare*: vel secundum versionem vulgatam: *Cantemus Domino;*

no: gloriose enim magnificatus est. Eqvum & ascensorem ejus dejecit in mare. Cæterum qvi sub nomine hujus *Mariæ Prophetissæ* vulgo circumfertur *liber Chymicus*, inscriptus *Practica Lapidis Philosophici*, is sine dubio suppositius est, nec dignum est adeo ridiculum commentum prolixiori refutatione. Meminit hujus scripti Joannes Jacobus Frisius in Biblioth. Chronolog. Class. Autor. ad an. M. 2460. his verbis: *Maria soror Moysis: cujus liber Alchymisticus circumfertur manuscriptus.* Eadem fere verba leguntur in Bibliotheca Universali Conradi Gesneri lit. M.. Impressum autem extat spurium hoc *Mariæ Prophetissæ* scriptum Tomo primo *Syntagmatis Chymici* sive *Chemici*, qvod sub titulo *Artis auriferæ, qvam Chemiam vocant*, Basileæ editum est apud Conrad. Waldkirch an. 1593. & 1610. in 8vo. Videsis etiam Bochart. Geograph. sacr. Part. 1. lib. 4. cap. 1. pag. 234. cujus verba supra à pag. 151. à me citata sunt. Consule insuper doctissimum Joan. Antonidem Lindanum lib. 1. de Scriptis Medicis lit. A. pag. 80. & lit. M. pag. 440.

Sec. ante Æ. C. XV.

IV.

Eodem seculo ante Æ. C. XVto, qvo Moses, centum viginti annorum existens, A. M. 2493. obiit, successit ipsi in regimine Populi Israelitici יהושע בן נון h. e. *Jahoschua filius Nun*, qvi à LXXII. Interpretibus vocatur Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ, h. e. *JEsus filius Nauæ*, & Moysis fuit עבד h. e. *servus*, sive, ut iidem LXXII. transtulerunt ὑπουργός, h. e. *minister, adjutor, famulus*. Gubernavit autem *Jehoschua* sive Josua annos secundum Calvisium *viginti qvatuor* integros, ita ut obitus ipsius in annum imperii 25. Mundi autem 2518, inciderit. Alias ab hac diversas Vitæ & Imperii Josuæ supputationes vide apud Genebr. Chronograph. lib. 1. Sixt. Senens. Bibl. Sanct. lib. 1. pag. 9. Dionys. Petav. Rationar. temp. Part. 1. lib. 1. cap. 6. Ubbon. Emm. in Canone Chronico ad an. M. 2510; Helvic. in Theat. Chronol. ad an. M. 2514; & Hotting. Thes. Philol. lib. 2. cap. 1. sect. 2. pag. 468. Cæterum de *auctore libri Josuæ*, qvi inter Canonicos V. T. libros primum à Pentateucho locum etiamnunc obtinet, magna tam inter antiqvos, qvam recentiores scriptores est contentio. Theodoretus enim. lib. de obscuris qvæstion. in Josua, librum Josuæ epitomen existimat esse libri ab Anonymo autore conscripti, qvi libri Josuæ cap. 10. vers. 13. citatur, & ספר הישר h. e. *Liber Justi* sive *Liber rectus* appellatur. Alii librum Josuæ compositum esse arbitrantur à Summo Pontifice *Eleazaro* Aaronis filio. Alii eum attribuunt *Esræ, sive soli, sive cum æqvalibus insigni pietate & eruditione viris, divino Spiritu afflatis.* Qvam opinionem tuentur Andreas Masius in Præfatione Commentarii in Josuam, & Junius ad Jos. cap. 11. vers. 21. ubi *montanorum Judæ & montanorum Israelis* fit mentio. Alii deniqve, qvorum sententiæ ipse accedo, librum Josuæ ad ipsum *Josuam* auctorem referunt, exceptis *qvinqve* posterioribus versibus capitis vigesimi qvarti sive ultimi de morte & sepultura Josuæ, qvos à *Samuele* vel *Esra* adjectos fuisse versimile est. Hæc sententia nititur versu 26. ultimi capitis libri Josuæ: ויכתב יהושע את הדברים האלה בספר תורה אלהים h. e. *Scripsitqve Jehoschua verba ista in libro legis Dei*: vel secundum vulgatam versionem: *Scripsit qvoqve omnia verba hæc in volumine legis Domini.* Hoc confisi invicto testimonio, librum Josuæ *ab ipso Josuâ* conscriptum esse asserunt S. Isidorus Hispalensis Originum lib. 6. cap. 2. qvod de scriptoribus & vocabulis sanctorum librorum inscribitur: R. Moses Kimchi in Grammatica: Sixtus Senens. Biblioth. Sanct. lib. 1. pag. 9. Card. Bellarminus lib. de Script. Ecclesiasticis: Genebrardus Chronograph. lib. 1. pag. 82; & Hottinger. Thesaur. Philol. lib. 2. cap. 1. sect. 2. pag. 467. Eundem doctissimum Hottingerum consule etiam de *Samaritano* sive *Hypobolimæo libro Josuæ*, cujus Epitomen ex Arabica lingua translatam Exercitationibus suis Samaritanis adtexuit. Pluribus, volente Deo, de Josua agam libro qvarto hujus Prodromi. Interim erudito Lectori qvam maxime commendo editionem libri Josuæ, qvæ Hebraice, Græce & Latine cum eruditissimo *Andreæ Masii* Commentario Antwerpiæ typis Plantinianis an. 1574. in folio prodiit. Videsis etiam Sixtum Senens. Biblioth. Sanct. lib. 2. lit. D. Pag. 73. *de Deutero-*

Sec. ante Æ. C. XV. *teronomio altari in monte Hebal insculpto*, cujus cap. 8. vers. 30. 31. 32. libri Josuæ fit mentio.

V Ad tempora Josuæ pertinet etiam Dissertatio de *Libro Justi*, qvi à Josua cap. 10. vers. 12. & 13. citatur: his secundum vulgatam translationem verbis: *Tunc locutus est Josua Domino in die, qva tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitqve coram eis: Sol contra Gabaon ne movearis, & luna contra vallem Ajalon. Steteruntqve Sol & Luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro justorum? Stetit itaqve Sol in medio cœli & non festinavit occumbere spatio unius diei.* In contextu Hebraico hic legitur ספר הישר h. e. *Liber Justi* sive *Recti*: qvod LXXII. Interpretes verterunt βιβλίον τȣ̃ Εὐθȣ̃ς. Idem liber citatur libro Samuelis secundo, qvi in vulgata versione latina *Primus Regum* appellatur, cap. 1. vers. 18. *Et præcepit David, ut docerent filios Judæ arcum, sicut scriptum est* על ספר הישר h. e. *super* sive *in libro Recti*. Is autem à plerisqve viris doctis partim *forensis*, partim *historicus* fuisse, & tempore captivitatis Babylonicæ periisse creditur. Qva de re vide Sixt. Senens. Bibl. Sanct. lib. 2. lit. I. pag. 99. Card. Bellarm. l. de Script. Eccl. c. de Josua: Hotting. Thes. Phil. lib. 2. cap. 2. sect. 2. pag. 537. Joan. Leusden. Phil. Hebr. Diss. 9. de Libris Apocryphis & in V. T. nominatis. Id qvoqve hic monendum videtur, *Librum Justi*, de qvo hic agitur, non esse confundendum cum *Libro vitæ* sive *Viventium*, cujus Psalm. 69. vel secundum vulg. lat. edit. 68. vers. 29. fit mentio: *Deleantur de libro viventium & cum justis non scribantur.* Ubi *Liber viventium* in Hebraico contextu vocatur ספר חיים, & à S. Augustino in Opere de Civitate Dei difinitur *notitia Dei, qva prædestinavit eos, qvibus præscivit se daturum vitam æternam.* Vide Sixt. Senens. Bibl. Sanct. lib. 2. lit. V. pag. 156. & Hottingerum jam citato loco.

VI Ejusdem seculi ante Æ. C. XVti priori parte dimidia temporibus *Josuæ*, *Othonielis* & *Ehudis* Judicum ac Ducum Israeliticorum, *Danai* autem & *Lincei* Regum Argivorum floruit *Cadmus Phœnix* sive *Phœnicius*, *Agenoris* Phœnicum Regis filius, & *Europæ* frater, qvi è Patria Phœnice jussu patris profectus, ut sororem Europam, à Cretensibus raptam qværeret, primus in Græciam literas importavit, desperataqve sororis inventione, in Bœotia cum comitibus sedem fixit & Thebas ibi condidit: unde & *Thebanus* cognominatur. Alii seculi ante Æ. C. XIIItii posteriore parte dimidia, temporibus *Gideonis* Ducis ac Judicis Israelitarum, Cadmum hunc floruisse affirmant. Asterium enim Regem Cretæ ex Europa Cadmi sorore liberos suscepisse ferunt Minoa & Rhadamantum, ideoqve censent historiam Cadmi ad Thesei tempora pertinere, qvod is Minoi fuerit σύγχρονος. Sed hic recte respondetur, *duos* fuisse *Minoas*, *seniorem*, qvi Cadmi Phœnicis æqvalis fuit, & seculo ante Æ. C. floruit XVto; atqve *juniorem*, qvi temporibus Thesei vixit, & seculo ante Æ. C. floruit XIIItio. Priorem opinionem, cujus respectu Cadmus ad hoc caput à me relatum est, tuetur Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 1. pag. 321. his verbis: κατὰ δὲ Λυγκέα τῆς κόρης ἡ ἁρπαγή· καὶ ἡ τȣ̃ ἐν Ἐλευσῖνι τεμένȣς καθίδρυσις. Τριπτολέμȣ τε γεωργία, καὶ ἡ Κάδμȣ εἰς Θήβας παρȣσία Μίνωός τε βασιλεία. h. e, *Tempore autem Lyncei* (Argivorum Regis) *Proserpinæ raptus, & exstructio templi, qvod est Eleusine; & Triptolemi agricultura, & Cadmi Thebas adventus, & regnum Minois.* Et pag. 322. Κάδμος μὲν ὁ Σεμέλης πατὴρ ἐπὶ Λυγκέως εἰς Θήβας ἔρχεται, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν γραμμάτων εὑρετὴς γίνεται. h. e. *Cadmus qvidem pater Semeles tempore Lyncei venit Thebas & fuit inventor Græcarum literarum.* Eandem de ætate Cadmi Phœnicis sententiam approbant Gilbertus Genebrardus Chronograph. lib 1. pag. 86. Seth. Calvisius in Opere Chronolog. ad an. M. 2520: Ubbo Emmius in Canone Chronico ad an. M. 2520; & Dionys. Petavius Rationar. Tempor. Part. 1. lib. 1. cap. 9. pag. 43. Cæterum qvod Clemens Alexandrinus jam citato loco de translatione literarum per *Cadmum* in Græciam tradidit, idem confirmat Stromat. lib. 1. pag. 306. his verbis: Κάδμος δὲ Φοίνιξ ἦν, ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετής, ὡς φησὶν Ἔφορος (seu potius, ut Lipsius in Commentar. ad XI. librum Annal. Taciti, & Vossius de Arte Grammat. lib. 1. cap. 10. hic legendum cen-

censent, Ἔφορος) ὅθεν καὶ Φοινικήια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει. h. e. *Cadmus autem erat Phœnix, qvi fuit Græcis literarum inventor, ut ait Ephorus: Unde etiam scribit Herodotus, literas appellatas fuisse Phœnicias.* Verba Herodoti, ad qvæ Clemens Alexandrinus hic respicit extant, lib. 5. cap. 58. & sunt hæc: Οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, τῶν ἦσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην ἐσήγαγον διδασκάλια ἐν τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησιν, ὡς ἐμοὶ δοκέει. πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες· μετὰ δὲ χρόνου προβαίνοντος ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων. περιοίκεον δὲ σφέας τὰ πολλὰ τῶν χώρων τοῦτον τὸν χρόνον Ἑλλήνων Ἴωνες· οἱ παραλαβόντες διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταρρυθμίσαντες σφέων ὀλίγα, ἐχρέωντο. χρεώμενοι δὲ, ἐφάτισαν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἐπαγαγόντων Φοινίκων εἰς τὴν Ἑλλάδα, Φοινικήια κεκλῆσθαι. h. e. *Phœnices isti, qvi cum Cadmo advenerunt, inter qvos & Gephyræi fuere, dum hanc regionem* (nempe Bœotiam, in qva Herodotus præcedenti capite 57. Cadmum refert cum comitibus suis sedem fixisse) *incolunt, cum alias multas doctrinas in Græciam introduxere, tum vero etiam literas, qvæ apud Græcos, ut mihi videtur, antea non fuerunt. Et primæ qvidem illæ extiterunt, qvibus omnes Phœnices utuntur: progressu vero temporis, una cum sono mutaverunt & modulum pristinum. Et cum ea tempestate in plerisqve circa locis Iones accolæ essent eorum, qvi literas à Phœnicibus didicerant, immutata paucarum qvarundam forma, iis utebantur; & utentes famam sparserunt (qvemadmodum & æqvitas postulabat) qvia Phœnices eas in Græciam introduxerunt, Phœnicias vocandas esse.* Hæc ibi Herodotus. Idem seqventi etiam capite 59. easdem literas καδμήια γράμματα, h. e. *Cadmæas* nuncupat, easqve se apud Thebas Bœotias in Ismenii Apollinis templo antiqvissimis qvibusdam tripodibus incisas vidisse testatur. Herodoto suffragatur Dionysius, ὁ τὰς παλαιὰς μυθοποιίας συνταξάμενος, ex qvo Diodorus Siculus Biblioth. Hist. lib. 3. p. 200. refert, Κάδμου κομίσαντος ἐκ Φοινίκης τὰ καλούμενα γράμματα, πρῶτον εἰς τὴν ἑλληνικὴν μεταθεῖναι διάλεκτον, καὶ τὰς προσηγορίας ἑκάστῳ τάξαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας διατυπῶσαι. κοινῇ μὲν οὖν τὰ γράμματα Φοινήκια κληθῆναι, διὰ τὸ παρὰ τοὺς ἕλληνας ἐκ Φοινίκων μετενεχθῆναι. h. e. *Cadmum literas è Phœnice allatas primum ad Græcorum enuntiationem transtulisse, suum cuiqve nomen attribuentem, & characterem effingentem. Hinc literas vulgo Phœnicias, qvod videlicet ex Phœnicia allatæ essent, denominatas fuisse.* Ejusdem rei idem Diodorus lib. 5. p. 328. ita meminit: Κάδμος ὁ Ἀγήνορος ἐκ τῆς Φοινίκης πρῶτος ὑπελήφθη κομίσαι γράμματα εἰς τὴν Ἑλλάδα· καὶ ἀπ' ἐκείνου τὸ λοιπὸν οἱ ἕλληνες ἔδοξαν ἀεί τι προσευρίσκειν περὶ τῶν γραμμάτων. h. e. *Cadmus Agenoris filius ex Phœnice in Græciam literas attulisse creditur: & post hunc Græci doctrinarum inventioni subinde adjecisse aliqvid putantur.* De eadem literarum translatione per Cadmum in Græciam Europæam insignis extat locus apud Theodoretum Episcopum Cyri Θεραπευτικῆς Ἑλληνικῶν παθημάτων, sive Operis *de Evangelicæ veritatis ex Græca Philosophia agnitione, Sermone primo* περὶ πίστεως sive *de Fide* (1) his verbis: Τὰ γράμματα Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν οἱ Ἕλληνες, καὶ τὸν Κάδμον ταῦτα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι. h. e. *Literarum Phœnicas inventores fuisse, Græcorum monumenta testantur, easqve Cadmum primum omnium in Græciam intulisse.* Idem Sermone secundo περὶ ἀρχῆς sive *de Principio* pag. 35. Cadmum præter literas Theologiam qvoqve Phœnicum & cultum Deorum cum Græcis communicasse asserit. Ὀρφεὺς, inqvit, τὰς Αἰγυπτίων τελετὰς τοὺς Ἕλληνας ἐξεπαίδευσεν· Κάδμος δὲ τῶν Φοινίκων. h. e. *Orpheus Ægyptiorum mysteria, Cadmus autem Phœnicum, Græcos docuit.* Svidas qvoqve v. Κάδμος Græcos à Cadmo literas primum accepisse testatur, sed *Cadmum Phœnicium* perperam confundit cum *Cadmo Milesio*, qvi novem integris post seculis, nempe seculi ante Æ. C. VI, priori parte dimidia, floruit. Ut igitur jam citatis veterum Auctorum testimoniis de prima literarum in Græciam Europæam translatione firmam adhibeo fidem, sic contra errare censeo *Joannem Tzetzen* & *Flavium Josephum*; qvorum prior literarum usum apud Græcos Cadmo Phœnicio antiqviorem, posterior autem multo recentiorem esse asserit. Qva de re vide Tzetzen Chiliad. Histor. V. vers. 804. & deinceps usqve ad vers. 828.

Sec. ante Æ. C. XV.

(1) *pag. 7. ed. gr. lat. Frid. Sylburgii, qvæ prodiit typ. Commelin. an. 1592. fol.*

Sec. ante Æ. C. XV.

Chil. X. à verſ. 441. usqve ad verſ. 474. & Chil. XII. à verſ. 38. usqve ad verſ. 126. Ipſa illius Scriptoris verba piget me ac pudet hic inſerere, qvippe qvo nullus unqvam ſtolidior, ineptior & inſolentior extiterit. Argumenta ejus præcipua, qvibus probare annititur, ὅτι πρὸ τοῦ Κάδμου ἦσαν ἑλλήνων γράμματα, h. e. *Græcos etiam ante Cadmum literas habuiſſe*, ſunt duo: nempe Oraculum Cadmo redditum,

> (Φράζεο δὴ τὸν μῦθον Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε,
> Ἠοῦς ἐγειρόμενος προλιπὼν ἴθι Πυθὼ δῖαν,
> Ἐνθάδ' ἔχων ἐσθῆτα καὶ ἀγανέην μετὰ χερσί.
>
> h. e.
>
> *Obſerva ſane ſermonem Agenoris fili Cadme,*
> *Aurora excitatus, relinqvens, abi Pytho divinam,*
> *Hic habens veſtem & jaculum in manibus.*)

& literæ, qvas Proetus Argivorum Rex hoſpiti ſuo Bellerophonti in Lyciam ad Jobaten perferendas tradidit. Verumenimvero recte Vir incomparabilis Joſephus Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis utrumqve Tzetzæ argumentum ait eſſe *futilisſimum*. Jamprimum enim qvæ de reſponſo Oraculi Cadmo reddito & Bellerophontis literis traduntur, poetica figmenta ſunt. Deinde etſi concedatur, Oraculum Cadmo redditum, qvod à Tzetze citatur, genuinum eſſe, hinc tamen minime concludi poteſt, literarum uſum apud Græcos ante Cadmi tempora jam viguiſſe, cum multi populi ante literarum uſum vates ſuos habuerint. Porro manifeſte falſum eſt, Bellerophontem Cadmo antiqvorem eſſe; utpote cum hic Danai ac Lyncei Argivorum Regum, ille autem Proeti tempore floruerit. Qva de re vide plura apud Scaligerum in Animadverſionibus ad Euſebii Chronicon, & apud Bochartum Geograph. ſacræ Part. 2. lib. 1. cap. 20. pag. 489. 490. Videtur autem Tzetzes eorum opinionem ſecutus eſſe, qvi primam literarum ad Græcos translationem *Cecropi* τῷ Διφυῆ, primo Athenienſium Regi, & Cadmo ſine controverſia antiqviori olim attribuerunt. Cujus traditionis Tacitus Annal. lib. 11. cap. 14. ita meminit: *Primi per figuras animalium Ægyptii ſenſus mentis effingebant, & antiqvisſima monimenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur, & literarum ſemet inventores, perhibent: inde Phœnicas, qvia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ, gloriamqve adeptos, tanqvam repererint, qvi acceperant. Qvippe fama eſt, Cadmum claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis, artis ejus auctorem fuiſſe. Qvidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant, ſexdecim literarum formas, mox alios, ac præcipuum Simonidem cæteras repperiſſe.* Ad qvæ Taciti verba videſis Lipſii Commentarium & Voſſium de arte Grammat. lib. 1. cap. 10. pag. 45. Hactenus de errore Tzetzæ. Flavius autem Joſephus, qvi literarum apud Græcos uſum Cadmo longe recentiorem eſſe perperam ſtatuit, opinionem ſuam lib. 1. contra Apionem pag. 1034. his tuetur verbis:

Τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἅπαντα, νέα καὶ χθὲς, καὶ πρώην ὡς ἂν εἴποι τις, εὕροι γεγονότα. λέγω δὴ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς. πάντων δὲ νεωτάτη σχεδόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. τὰ μέντοι παρ' Αἰγυπτίοις τε, καὶ Χαλδαίοις, καὶ Φοίνιξιν, ἐῶ γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν, αὐτοὶ δήπουθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτην τε καὶ μονιμωτάτην ἔχειν τῆς μνήμης τὴν παράδοσιν. καὶ γὰρ τόπους ἅπαντες οἰκοῦσιν, ἥκιστα ταῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος φθοραῖς ὑποκειμένους. καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἀμνηστον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ

Omnia (1) ſiqvidem Græcorum nova, & heri, (ut ita dicam) nuperqve facta cognovi: hoc eſt fabricam civitatum & adinventiones artium conſcriptionesqve legum: cunctarumqve rerum junior apud eos eſt hiſtoriæ diligentia conſcribendæ. Apud Ægyptios autem, atqve Chaldæos, & Phœnicas (deſino enim nos illis connumerare) ſicut ipſi fatentur, res geſtæ antiqviſſimam & permanentem habent memoriæ traditionem. Nam & locis omnes inhabitant, qvæ neqvaqvam aëris corruptioni ſubjaceant: & multam providentiam habuere, ut nihil horum qvæ apud eos aguntur ſine memoria relinqveretur: ſed in publicis conſcriptionibus

(1) *Ruffino interprete.*

τῶν

Sec. ante Æ. C. XV.

τῶν σοφωτάτων ἀεὶ καθιεροῦσθαι. τὸν δὲ περὶ τὴν ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν φθοραὶ κατέσχον, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων. ἀεὶ δὲ καὶ νοῖς καθιστάμενοι βίοις, τοῦ παντὸς ἐνόμιζον ἄρχειν ἕκαστοι τῶν ἀφ' ἑαυτῶν. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. οἱ γοῦν ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες, παρὰ Φοινίκων, καὶ κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. οὐ μὴν οὐδ' ἐπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου δύναιτό τις ἂν δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφὴν, οὔτ' ἐν ἱεροῖς, οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν. ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ τροίαν τοσούτοις ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον, πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο· καὶ τἀληθὲς ἐπικρατεῖ μᾶλλον, περὶ τοῦ τὴν νῦν οὖσαν τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνους ἀγνοεῖν, ὅλως δὲ παρὰ τοῖς ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα, τῆς ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. οὗτος δὲ καὶ τῶν τρωϊκῶν ὕστερον φαίνεται γενόμενος, καί φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐκ τῶν ᾀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας.

ſemper à viris ſapientisſimis diceretur. Græcorum vero regionem innumeræ corruptiones invaſere, rerum memoriam delentes. Qui autem novas conſtituentes converſationes, omnium ſe primos eſſe credidere, ſciant quia etiam ſero & vix naturam potuere agnoſcere literarum. Nam antiqvisſimum earum uſum habuiſſe creduntur à Phœnicibus, & à Cadmo ſe didiciſſe gloriantur. Sed neqve illo tempore poterit aliqvis demonſtrare ſervatam inſcriptionem, neqve in templis, neq; in publicis anathematibus: qvando etiam de Trojanis rebus, ubi tot annis militatum eſt, poſtea multa qvæſtio atque contentio facta eſt, utrum literis uſi ſint: & magis veritas obtinuit, quod uſus hodiernarum litterarum illis fuiſſet incognitus. Conſtat autem, qvod apud Græcos nulla invenitatur conſcriptio, poëmate Homeri vetuſtior: & hunc etiam poſt bella Trojana fuiſſe manifeſtum eſt. Et ajunt neqve hunc literis ſuum poema reliqviſſe: ſed cantibus memoria reſervatum, poſtea fuiſſe compoſitum, & propterea multam in eo comperiri diſſonantiam.

Hic igitur Joſephus perſuadere nobis, ſeu potius pro imperio obtrudere conatur, Græciam tempore Trojani belli literarum uſu adhuc caruiſſe: nullam eo bello antiqviorem inſcriptionem in templis ac publicis anathematibus unqvam fuiſſe inventam: antiqviſſimum omnium Græcorum ſcriptorum eſſe Homerum: eumqve poemata ſua non conſignaſſe literis, ſed freqventi cantatione memoriæ auſcultantium inculcaſſe. Atenimvero qvam hæc manifeſte falſa ſint, ſatis apparet ex Herodoti Terpſichores, ſive libri 5. cap. 59. 60. 61. ubi ipſe teſtatur, ſuis ſe oculis vidiſſe Thebis Bœotiis in templo Apollinis Iſmenii tres tripodes, qvibus totidem non tantum Homero, ſed & bello Trojano ſine controverſia antiqviores inſcriptiones *Cadmeis literis* inciſæ fuerint. Nempe primo:

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν, ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

h. e.

Obtulit Amphitryon me gentis Teleboarum.

Secundo:

Σκαιὸς πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
Νικήσας ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.

h. e.

Scæus in aſſueto pugilum certamine victor,
Me tibi ſacravit ſpecioſum munus Apollo.

Tertio:

Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν ἐυσκόπῳ Ἀπόλλωνι
Μουναρχέων ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.

h. e.

Laodomas ipſum tripodem ſua in urbe monarchus.
Hoc inſigne decus tibi magne dicavit Apollo.

Ut hinc igitur certo conſtat, vetuſtiores bello Trojano inſcriptiones antiqvitus extitiſſe, ſic certum eſt, multos Homero longe antiqviores Scriptores Græcos, qvorum opera perierunt, revera extitiſſe. Hoc enim à me ſuo poſthac loco manifeſtisſime uberrimeqve demonſtrabitur. Interim vide doctisſimum Bochar-

Sec. ante Æ. C. XV.

chartum Geograph. Sacr. Part. 2. lib. 1. cap. 20. pag. 490. 491. 492. ubi non paucos Scriptores Græcos, qvi multo ante Homerum vixerunt, summatim recenset & literas in Græciam haud aliunde, qvam è *Phœnicia* allatas fuisse, triplici argumento, à *figura, nominibus & ordine* literarum Hebraicarum, Phœniciarum & Græcarum desumpto, solidissime accuratissimeqve astruit. Cæterum qvæ hactenus de prima literarum translatione per Cadmum Phœnicium in Græciam à me dicta sunt, ea in hanc partem nolim accipi, qvasi existimem, Phœnicias literas, qvas Cadmus in Græciam introduxit, ab ipso primum inventas fuisse. Multo enim antiqviores illæ sunt Cadmo; utpote qvas Phœnices sibi finxerint ad imitationem earum, *qvas Abrahamus* Patriarcha, cum jussu Dei ex Charan Mesopotamiæ profectus est, in terram Chanaan primus omnium intulit. Ab *Hebræis* igitur, ut supra lib. 1. cap. 5. §. 3. pag. 30, & cap. 6. §. 2, pag. 44. asserui, *Phœnices*, à *Phœnicibus* autem *Græci* suas mutuati sunt literas; ita tamen, ut vel statim in ipso principio, vel pedetentim & temporis, ut fieri solet, longinqvitate, numeri earum & figuræ, & ordinis, & pronunciationis haud exigua contigerit mutatio. Etenim qvod ad numerum attinet, haud gravatim assentior doctissimo Bocharto, qvi antiqvissimum illud Alphabetum, qvod Cadmus in Græciam transtulit, *viginti duabus* qvidem literis, æqve ac etiamnunc *Phœnicium* sive *Samaritanum*, constitisse existimat, sed sedecim earum initio tantum in usu fuisse, nempe Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ: atqve hinc memoriæ proditum esse, *sedecim* duntaxat literas à Cadmo Græcis traditas fuisse. Hoc enim præter alios complures antiqvos scriptores testatur Plinius Hist. Nat. lib. 7. cap. 56. his verbis: *Literas semper arbitror Assyrias fuisse, sed alii apud Ægyptios à Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt. Utiqve in Græciam intulisse è Phœnice Cadmum sedecim numero. Qvibus Trojano bello Palamedem adjecisse qvatuor hac figura* Θ, Ξ, Φ, Χ. *Totidem post eum Simonidem Melicum* Ζ, Η, Ψ, Ω: *qvarum omnium vis in nostris recognoscitur.* Ut autem genuinum *Cadmi* Alphabetum viginti duabus literis constitisse arbitror, sic multo etiam magis affirmare ausim, priscos illos Græciæ Europææ incolas, cum qvibus Phœnicias suas literas Cadmus communicavit, haud aliter initio qvam more Phœnicio atqve Hebræo, hoc est, *sinistrorsum* scripsisse; deinde autem, qvod commodius hoc videretur, βουστροφηδὸν sive *instar boum arantium* scribere cœpisse; hoc est ita, ut cum primus scripturæ sulcus à dextra sinistram versus more Hebræo absolutus esset, seqvens sulcus à præcedentis fine inciperet, & dextrorsum more nostro scriberetur: eoqve finito, tertius denuo sinistrorsum, qvartus vero dextrorsum, & sic qvintus, sextus, cœteriqve deinceps ducerentur. Sic enim tabulis ligneis, qvæ Ἄξονες (1) & Κύρβεις appellabantur insculptæ fuerunt *leges Solonis*; ut Harpocration & Suidas in explicatione verborum ὁ κάτωθεν νόμος testantur. Pausanias qvoqve in Eliacis refert Olympiæ Cypselidarum inscriptionem literis antiqvis βουστροφηδὸν scriptis exstitisse. Ejusdem consuetudinis meminit Hesychius Grammaticus Alexandrinus in Lexico suo v. βουστροφηδόν. Insignis etiam in eadem re extat locus apud S. Isidorum Hispalensem Origin. lib. 6. cap. 14. his verbis: *Versus autem vulgo vocati: qvia sic scribebant antiqvi, sicut aratur terra. A (2) sinistra enim ad dextram primum deducebant stylum: deinde convertebatur ab inferiore: & rursus ad dexteram versus: qvos & hodie rustici versus vocant.* Vide insuper de hoc scribendi modo Meursium Attic. Lect. lib. 1. cap. 22. Vossium de arte Grammat. lib. 1. cap. 34. & Bochartum Geograph. sacr. part. 20. lib. 1. cap. 20. Cæterum cum & hæc βουστροφηδὸν scribendi ratio multum incommoditatis habere videretur, tacito demum consensu consuetudo sinistrorsum scribendi apud Græcos omnino fuit abrogata. Pro qva mutatione scribendi præclarus extat locus apud Bochartum jam citato libri primi Partis secundæ capite vigesimo, qvi cum lectu dignissimus sit, integrum eum hic inserendum censui: *Literarum*, inqvit, *situm cum ipsa scriptione mutari necesse fuit, postqvam dextrorsum scribi cœptum est, cum Phœnices & Ægyptii, teste Herodoto scripserint sinistrorsum, ut hodieqve Hebræi, Syri, Arabes. Qvæ mutatio facta est*

(1) *Vide Harpocrationis Lexicon Decem Rhetorum v.* Ἄξονες & κύρβεις: *Sigon. & Emm. de Rep. Athen. & Meurs. de vita Solonis.*

(2) *Imo à dextra ad sinistram more Hebræorum ac Phœnicum, ut paulo ante dictum est.*

est natura duce. *Nam, ut recte observat* (1) *Julius Scaliger, motus naturalis extrorsum est; qvies enim intus ad pectus & oculos in fœtu. Igitur primus motus extrorsum explicatur. Qvare pugna qvoqve sic cietur extento brachio, non retracto. Præterea nobis relinqvitur sub oculis ad contemplandum, qvid qvantumqve descriptum sit, qvod illis calamo ac manu integitur, sæpe etiam recenti scriptura inducitur. Illud vero argumentum invictum est, eos ipsos, qvi sinistrorsum scribunt, literarum ipsarum vigulas ac lineas directas aut transversas à sinistra inchoatis in dextram desinentes terminare. Quæ igitur partis ratio, eadem etiam sit totius: & qvemadmodum literarum tractus, ita literarum qvoqve ordo servandus erit.* Hactenus Bochartus. Præivit autem ipsi Julius Cæsar Scaliger lib. 1. de Causis Linguæ latinæ cap. 46. qvod de modo ac ratione scribendi inscribitur. Ibi enim accuratissime pertractat hanc qvæstionem, *uter sit modus naturæ propior in scribendo: isne quem Hebræi seqvuntur, à dextra nostra in sinistram introrsum: an noster, qvi à sinistra in dextram excurrit dextrorsum?* eamqve contra Hebræos pro nostra decidit consuetudine. Idem facit Vir summus Gerardus Joannes Vossius de art. Grammat. lib. 1. cap. 34. ubi de variis scribendi modis suo more, hoc est, doctissime differens, contra Hebræorum scribendi rationem sententiam hanc pronuntiat: *Est vero hic modus à dextra sinistrorsum scribendi, ut cœteris antiqvior ita rudior atqve imperfectior. Natura enim animantium, contra qvam hic fit, prius se movet dextrorsum: qvomodo & acturi aliqvid, brachium non attrahimus sed explicamus. Imo Hebræi ipsi, etsi literas componentes, procedunt sinistrorsum, in singulis tamen literis efformandis, prius effingunt sinisteriorem, hinc dexteriorem partem.* Hæc Vossius. Qvamvis autem *Scaligeri, Vossii* & *Bocharti* autoritas plurimum apud me ponderis habeat, minime tamen ausim cum illis affirmare, modum scribendi *sinistrorsum*, qvo Hebræi utuntur, respectu illius modi, qvem nos usurpamus, *rudem imperfectum* & παρὰ φύσιν sive *ductui naturæ contrarium* esse; utpote cum persuasissimum habeam, ipsum totius rerum naturæ Auctorem *Deum*, omnipotenti digito suo primam omnium & antiqvissimam, cujus in Sacris Bibliis mentio fit, Scripturam, in duabus lapideis Decalogi tabulis, Hebræo more h. e. *sinistrorsum* exarasse. Eqvidem haud me latet *Nauclerum* Generat. LXV. referre, Hebræos βουστροφηδὸν scripsisse usqve ad tempora *Esræ*, eumqve primum instituisse, ut omnes versus sinistrorsum scriberentur: sed hæc traditio adeo absurda mihi semper visa est & etiamnunc videtur, ut indignam eam prolixiori refutatione arbitrer. Pluribus de Cadmo ejusqve literis infra agam libro *qvarto* hujus Prodromi. Interea videsis Sextum Empiricum cap. 2. & 5. adversus Mathematicos, qvorum priori ex *Timonis* (2) Phliasii Sillis hi versus citantur.

> Γραμματική, τῆς ὔτις ἀνασκοπὴ ὐδ᾽ ἀνάθρησις
> Ἀνδρὶ διδασκομένῳ Φοινικιὰ σήματα Κάδμου.
>
> h. e.:
>
> *Grammaticæ ratio minime & respectus habetur*
> *Illi, qvi Cadmi Phœnicia signa docetur.*

Consule etiam Diodorum Sicul. Biblioth. Histor. lib. 5. pag. 328. 329. Eustathium in Comment. in Homer. Odyss. Z. pag. 1757: Julium Cæsarem Scaligerum de Causis linguæ Latinæ lib. 1. cap. 6. & 46. Joseph. Scalig. Animadvers. in Euseb. Chronic. lib. 2. Herman Hugonem de prima scribendi origine: Vossium de arte Grammat. lib. 1. à cap. 10. usqve 35. Bochartum Partis secundæ Geographiæ sacræ, qve *Chanaan* seu *de Coloniis & Sermone Phœnicum* inscribitur, lib. 1. cap. 20. cui accuratissima Hebraici, Phœnicii sive Samaritani & Græci Alphabeti collatio inserta est. Hyginum Mythologici cap. ultimo; Christian. Becmannum Manuductionis ad Linguam Latinam cap. 4: & Athanas. Kircherum Obelisci Pamphilii lib. 2. cap. 8. pag. 143. ubi probare annititur, Cadmum natione *Ægyptium* fuisse, ideoqve literas per eum non à *Phœnicibus*, sed ab *Ægyptiis* ad Græcos translatas fuisse. Horum igitur aliorumqve complurium tam veterum, qvam recentiorum Scriptorum de Cadmo ejusqve literis testimonia, libro *qvarto* hujus Prodromi accurate expendam & fuse illustrabo: additurus insuper, si Deus per-

Sec. ante Æ. C. XV.

(1) *Lib. 1. de Causis Linguæ Latinæ c. 46.*

(2) *Vide de eo Diog. Laert. lib. 9. cap. ult. Suid. &. Τίμων, & Voss. de Philosoph. Sect. cap. 20. §. 9.*

Sec. ante Æ. C. XIV.

miserit, singularem dissertationem de variis scribendi modis, variisqve Alphabetis tam genuinis, qvam supposititiis, eorumqꝫ derivatione ex Hebraico. Interim commendo tibi, erudite Lector, Joan. Drusii Alphabetum Hebraicum vetus: & Tabulas variorum Aphabetorum à variis gentibus usurpatorum, qvæ à Joanne Theodoro & Joanne Israele de Bry Francofurti an. 1596. æri incisa, & Romæ opera Jacobi Bonaventuræ Hephurni an. 1616. in lucem prodierunt: nec non eruditissimi Thomæ Bangii Exercitationes tres de antiqvitate Literaria, qvæ *Cœlum Orientis* inscribuntur, & Hafniæ an. 1657. typis Petri Morsingii in 4to editæ sunt.

Cap. III.

De Seculo ante Æ. C. XIV. in qvod Historia Judicum Hebræorum Ehudis, Samgaris, Deboræ & Barachi incidit.

I.

Huic capiti respondebit Liber qvintus hujus Prodromi Historiæ Literariæ.

VT felix Græciæ superius fuit Seculum propter originem usus literarum, qvibus ante *Cadmi* adventum ea caruerat, sic eruditionis ejus primordiis non mediocre accessit incrementum studio *artis Poëticæ*; cujus fundatio apud Græcos in Seculum ante Æ C. XIVtum, de qvo hoc capite nobis agendum est, incidit. Perperam autem Græci primam Poeseos inventionem sibi vendicant; utpote cum sine dubio vera ejus origo inde ab ipsis mundi incunabulis & primo mortalium *Adamo* derivanda sit. Testatur enim hoc, præter arctissimam animæ humanæ cum Harmonia cognationem, antiqvitas τῆς αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς, h. e. *artis canendi tibia & cithara*, cujus inventio Genes. cap. 4. v. 21. attribuitur *Jubali*, Kaini trinepoti, qvi ibi *pater* appellatur *omnium contrectantium citharam & organum.* Qva de re vide plura supra cap. 1. hujus libri, §. 5. pag. 134. Verumenimvero etsi primitivam illam & mere naturalem poësin, qvæ ab εὐφυΐα sive felicitate ingenii & ἐνθουσιασμῷ sive excitatione mentis, proficiscitur, cum ipso genere humano ortam esse existimem, minime tamen assentior auctori libri Talmudici, (1) *Bava bathra* inscripti, qvi Psalmum Davidis *nonagesimum secundum*, vel secundum alios *nonagesimum primum*, (cujus lemma, מזמור שיר ליום השבת h. e. sec. Ariam Montan: *Cantus Cantici in die Sabbathi*; sec. Tremel. & Jun: *Psalmus & canticum in diem Sabbathi*; sec. vulg. vers: *Psalmus cantici in die Sabbathi*) ab ipso *Adamo* compositum esse asserit. Cujus traditionis Judaicæ meminit Genebrardus Chronograph. lib. 1. pag. 7, & 8. his verbis: *Cecinit Adam Psalmum XCIIdum in diem Sabbathi, ut ejus sanctitatem & cultum posteris relinqueret ad recolendum creatoris beneficium & magnitudinem: (Talmudici in Bava Bathra) usqve ad tempus videlicet secundi Adam, i. e. Christi, qvo ad majus beneficium, i. e. recreationis & redemptionis recolendum, in diem Dominicum converteretur.* Vide etiam eundem Genebrardum ejusdem libri primi pag. 107. ubi *decem* recensentur Auctores, qvorum Psalmos David Psalterio suo inseruisse creditur. Merito autem à doctissimo Gerard. Joan. Vossio traditio illa de Psalmo *Adami* lib. de Art. Poët. Natur. & Constit. cap. 13. §. 5. tanqvam frivola & nullius momenti rejicitur. Contra idem eodem loco recte affirmat, antiqvissimum omnium Poëtarum, cujus in Scriptura sacra & vetustissimis profanarum gentium monumentis fit mentio, & cujus poemata literis consignata ad ætatem nostram pervenerunt, esse *Moysen.* Etenim ut de (2) *Historia Jobi* & (3) *undecim Psalmis*, qvi à nonnullis ipsi attribuuntur, nihil dicam, ex *duobus* profecto sine controversia *genuinis ejus Canticis*, qvæ Exodi cap-

(1) *Vid Buxtorf. lib. de Abbreviaturis Heb. pag. 44. & ejusdem Recensionem Operis Talmudici pag. 240.*

(2) *Vid supra pag. 124. & 148.*

(3) *Vid supra pag. 1[illegible]8*

Sec. ante Æ. C. XIV.

cap. 15. & Deuteronomii cap. 32. leguntur, satis superqve apparet, qvam insignis Poeta ille fuerit. Prioris cantici meminit Philo Hebræus lib. 1. de vita Moysis, postqvam miraculosum maris rubri transitum narravit, his (1) verbis: *At Hebræi stupentes, qvod prodigiosum insperatamqve sine sanguine nacti essent victoriam, & videntes hostem deleteum momento temporis, duos chores, alterum virorum alterum mulierum statuerunt in littore, cecineruntqve Deo hymnos gratulatorios, præeunte carmen viris Mose, sorore vero hujus mulieribus.* Ejusdem cantici mentionem qvoqve facit Fl. Josephus Antiqvit Judaic. lib. 2. cap. ultimo, ubi sic scribit: Τοὺς δ᾽ ἑβραίους οὐδὲ καταλαχεῖν ἦν ἐπὶ τῇ χαρᾷ τῆς παραδόξου σωτηρίας καὶ τῇ τῶν πολεμίων ἀπωλείᾳ, βεβαίους νομίζοντας, ἠλευθερῶσθαι τῶν ἀναγκαζόντων δουλεύειν διεφθαρμένων, καὶ τὸν θεὸν οὕτως ἐναργῶς ἔχοντας βοηθοῦντα. καὶ οἱ μὲν αὐτοί τε τὸν κίνδυνον οὕτως ἐκφυγόντες, καὶ προσέτι τοὺς ἐχθροὺς ἐπιδόντες κεκολασμένους, ὡς οὐκ ἄλλοι τινὲς μνημονεύονται τῶν πρόσθεν ἀνθρώπων, ἐν ὕμνοις ἦσαν καὶ παιδείας ὅλην τὴν νύκτα· καὶ μωυσῆς ὠδὴν εἰς τὸν θεὸν ἐγκωμιόντε καὶ τῆς εὐμενείας εὐχαριστείαν περιέχουσαν, ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ συντίθησιν. h. e. Gelenio interprete: *Hebræi vero vix sui compotes erant præ gaudio ex tam inopinata salute concepto, accedente huc etiam hostium interitu, qvo major esset libertatis securitas, nemine superstite, qvi eos in servitutem vindicare cuperet, & Deo ex professo illis auxilium submittente. Qvapropter tum sua salute, tum inimicorum supplicio læti magis, qvam ulli antehac homines, in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt: & Moyses carmen, laudes DEI & ob præsentem favorem gratiarum actiones continens, hexametro (2) versu composuit.* Hæc de priori Moysis Cantico, qvod Exodi capiti decimo qvinto insertum est, Josephus: qvi posterioris qvoqve poematis, qvod Deuteronomii cap. 32. extat, haud obscuram capite ultimo libri qvarti Judaicarum Antiqvitatum facit mentionem. Hæc itaqve duo Moysis Cantica, ut sine dubio antiqvissima sunt, qvæ in Scriptura sacra commemorantur, sic certe omnium profanorum Poetarum, qvotqvot unqvam fuerunt, poemata vetustate sua longe superant. Idem dicendum est de cantico *Miriam* sive Mariæ, sororis Moysis, cujus principium, ex Exodi cap. 15. vers. 21. desumptum, supra pag. 154. Paragrapho secundæ capitis præcedentis inserui. Hinc igitur satis apparet Hebræorum poesin poësi Græcorum antiqviorem esse, ideoqve hos inventionis ejus gloriam sibi falso arrogare. Unde merito Theodoretus in eruditissimo Opere περὶ Ἑλληνικῶν παθημάτων, Sermone secundo περὶ ἀρχῆς sive *de Principio*, pag. 28. Gentiles his verbis alloqvitur: ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι Μωϋσῆς τῶν Ἰουδαίων ὀνομοθέτης, πάντων ἐστὶ τῶν ὑμετέρων ποιητῶν, καὶ ξυγγραφέων, καὶ φιλοσόφων πρεσβύτατος; h. e. *Num ignoratis, Moysen illum, qvi Judaico populo leges tulit, esse vestris omnibus Poetis, Historicis & Philosophis antiqviorem?* Deinde vero idem Theodoretus prolixam hujus assertionis subjungit probationem, qvam non multo post per partes debitæ censuræ trutina examinabo. Qvod restat, necessario monendum videtur, ea, qvæ hactenus de canticis *Moysis* & *Miriam* dicta sunt, qvamvis huic capiti inserta sint, ad Seculum tamen ante Æ. C. XV. de qvo præcedenti capite actum est, pertinere. Amplissimam itaqve illam *de origine Poeseos* ejusqve progressu & vario apud Hebræos aliosqve populos, qvi ab hisce eam mutuati sunt usu, Dissertationem, qvam hic paucis tantum attigi, *qvarto* (3) hujus Prodromi libro, si Deo ita visum fuerit, accurate pertractabo. Interea vide Stephan. Monochium de Rep. Heb. lib. 7. cap. 13. qvod de Historia, & Poësi Hebræorum, & Mathematicis disciplinis inscribitur: Plutarchum libro de Musica: Polydorum Vergil. de invent. rer. lib. 1. cap. 8. 9. 10. & deinceps: Julium Cæsarem Scaligerum lib. 1. Poetices; Antonium zaram Anatomiæ Ingeniorum Sect. 2. Membr. 3. de Poetica: & Vossium libro de Artis Poeticæ Natura & Constitutione, libris tribus Institutionum Poeticarum, & libris duobus de Poetis Græcis & Latinis.

(1) *Sigismundo Galenio interprete.*

(2) *Qvo sensu hæc accipienda sint, vide apud Vossium lib. de art. Poet. Nat. & Constit. cap. 13. §. 2. & 5. ubi de Hebræorum Poesi eruditissime disserit.*

(3) *Et enim capiti secundo libri hujus secundi, volente Deo, respondebit.*

II. Seculo igitur ante Æ. C. XIV. qvo דבורה sive (4) *Debora Prophetis* & ברק sive *Barac* canticum illud composuerunt, qvod tanqvam insigne monumentum jam tunc florentis Hebræorum poëseos libri, Judicum capiti qvinto insertum est, temporibus *Abantis, Prœti* & *Acrisii* Regum Argivorum floruit Φημονόη sive *Phemonoe*

(4) *In LXXII. Interpretum versione vocatur* Δεββωρά.

Sec. ante E. C. XIV.

noe, antiqvissima Græcorum vates primaqve *Pythia* sive sacerdos Apollinis Delphici, cui à Græcis inventio *Hexametri* carminis attribuitur. Et de ætate qvidem Phemonoes insigne extat testimonium apud Clementem Alexandrin. Stromat. lib. 1. pag. 323. (1) ubi secundum vulgarem ac inveteratam Græcorum traditionem refert, Φημονόην πρώτην χρησμωδῆσαι Ἀκρισίῳ, hoc est, *Phemonoen primam omnium Acrisio responsa cecinisse.* Eusebius Paulo antiqviorem eam censet; qvippe qvi in Canone Chronico ad *Abantis* Regis Archivorum tempora eam referat. Nec falso; cum *Abas*, *Prœtus* & *Acrisius* uno eodem seculo continua successione regnaverint. Calvisius Eusebii traditionem secutus, mentionem ejus facit ad an. M. 2583. Qvod prima autem omnium *Phemonoe* sacerdos Apollinis Delphici & inventrix Heroici carminis fuerit, testatur Strabo Geograph. lib. 9. pag. 419. edit. Paris. gr. lat. Is. Casauboni, ubi in descriptione Phocidis de oraculo & templo Delphico agens, *Phemonoes* ita meminit: Φασὶ δὲ εἶναι τὸ μαντεῖον, ἄντρον κοῖλον κατὰ βάθους, οὐ μάλα εὐρύστομον· ἀναφέρεσθαι δὲ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν· ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλὸν, ἐφ᾽ ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα. ἐντείνειν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητάς τινας, ὑπουργοῦντας τῷ ἱερῷ. Πρώτην δὲ Φημονόην φασὶ γενέσθαι Πυθίαν· κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν προφῆτιν οὕτω, καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι· ἐκτετάσθαι δὲ τὴν πρώτην συλλαβὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθανάτου, καὶ ἀκαμάτου, καὶ διακόνου. h. e. Gulielmo Xylandro interprete: *Oraculum ipsum ajunt esse cavam profunde specum, aditu non admodum lato: ex ea spiritum efferri, furoris divini efficacem: supra orificium tripodem situm sublimem, qvo conscenso Pythia ubi spiritum* (2) *exceperit, carmine solutaqve oratione sortes ab ea pronunciari: porro poëtas esse qvosdam fani administros, qvi prosa oratione edita in versus numerosqve redigant. Primæ Pythiæ nomen perhibetur Phemonoe, ajunt Pythiæ nomen & vati & urbi inditum à percunctando, producta prima syllaba, ut in aliis nonnullis vocabulis.* Hæc de Oraculo Delphico & prima Pythia *Phemonoe* Strabo. Idem confirmat Pausanias in *Phocicis* his verbis: Μεγίστη δὲ καὶ παρὰ πλείστων ἐς Φημονόην, δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντες γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖσε. h. e. *Magna vero præ cæteris est celebritas nominis Phemonoes; utpote qvæ, cum Dei* (nempe Apollinis Delphici) *prima vates & interpres fuerit, prima etiam hexametris versibus oracula cecinit.* Idem Pausanias eodem Antiqvitatum Græciæ libro nono non multo post refert, cum latro qvidam, ex insula Eubœa oriundus, Phocidem & Apollinis Delphici templum deprædatus, idem secundo facere constituisset, Phocenses Oraculum Delphicum de imminente vi repellanda consuluisse & à *Phemonoe* hoc accepisse responsum, fore ut prædo ille Eubœicus ab Apolline sagittis configeretur; atqve hinc de Pythone, miræ magnitudinis serpente, ab Apolline interfecto ortam esse fabulam. Ipsi illi perantiqvi versus, qvibus tunc Phemonoë Phocensibus respondit, sunt hi:

(1) *Eadem pag. 334. ab ipso appellatur* Φημονόη Δελφίς.

(2) *Nempe per* eam corporis partem, qvâ erat fœmina. *Qva de re vide plura apud Julium Cæsarem Bulengerum lib. 1. de Oraculis & Vatibus cap. 6. qvo de Oraculo Delphico agitur, pag. 269. Tom 1. edit. Lugdun. typ. Anton. Pillehotte an. 1621. in fol.*

> Ἄγχου δὴ βαρὺν ἰὸν ἐπ᾽ ἀνέρι Φοῖβος ἐφήσει
> Σίντῃ Παρνασσοῖο· φόνου δὲ Κρήσιοι ἄνδρες
> Χεῖρας ἁγιστεύουσι· τόδε κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται

h. e. ad verbum:

> *Brevi sane grave telum in virum Phœbus immittet*
> *Vastatorem Parnassi; de cæde autem Cretenses viri*
> *Manus purgabunt, at fama nunqvam abolebitur.*

Vel interprete Romulo Amasæo:

> *Phœbi missa manu sternet lethalis arundo*
> *Parnassi vastatorem: tunc cæde piabunt*
> *Hunc Cretes, facti nec fama abolebitur unqvam.*

Ejusdem *Phemonoes* Pausanias eodem libro aliqvanto post tertium meminit, & secundum aliorum traditionem, qvam ipse tamen, ut ex supra citato loco apparet, non seqvitur, *Peliadas* refert Phemonoe fuisse ætate superiores, & mulierum omnium primas hoc versus decantasse:

Ζεὺς

Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐστι, Ζεὺς ἔσσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ·
Γᾶ καρπὸς ἀνίει, διὸ κλήζετε ματέρα γαῖαν.

hoc est ad verbum:

Jupiter fuit, Jupiter est, Jupiter erit; o magne Jupiter:
Terra fruges emittit, idcirco vocate matrem terram.

vel interprete Romulo Amasæo.

Jupiter est, fuit atqve erit: o bone Jupiter alme.
Qvæ tribuit fruges tellurem dicite matrem.

Sec. ante Æ. C. XIII.

At contra horum versuum antiqvitatem inventionis Hexametri carminis per Phemonoen suffragantur præter jam citatos auctores Eusebius in Canone Chronico, ubi interprete S. Hieronymo sic scribit: *Apud* (1) *Pythiam vates prima Phemonoe hexametris versibus futura cecinisse narratur.* Item Photius Patriarcha Constantinop. in Excerptis ex *Procli* Chrestomathia Cod. 239. pag. 521. edit. græc. Hœschelii: καὶ ὅτι τὸ μέλος πρῶτον μὲν ἐφεῦρεν Φημονόη ἡ Ἀπόλλωνος προφῆτις, ἐξαμέτροις χρησμοῖς χρησαμένη. καὶ ἐπειδὴ τοῖς χρησμοῖς τὰ πράγματα ἕπετο καὶ σύμφωνα ἦν, ἔπος τὸ ἐκ τῶν μέτρων ἀληθῆναι. h. e. Andrea Schotto interprete: *Melos* (seu ut recte is hic scribendum censet Ἔπος) *primo reperit Phemonoe, Apollinis sacerdos Hexametris versibus oracula reddere solita. Et qvoniam oracula res ipsæ seqvebantur, consonæqve erant, hinc qvod hexametris constat carmen, id omne Epos dictum est.* Huic sententiæ accedit qvoqve Eustathius Archiepiscopus Thessalonicensis in Prœmio Commentar. in Homeri Iliad. pag. 4. edit. Rom. ubi ait: ὅθεν καὶ συνθέμενοί τινες τὸ ἔμμετρον ἔπος, καὶ τὸ ῥαψῳδικῶς ποεῖν ὠνόμασαν συνθέτως ἐποποιούς, τοὺς ἐν ἁπλότητι λεγομένους καὶ ποιητάς. μάλιστα δὲ τοὺς ἐν ἐξαμέτρῳ τόνῳ ἡρωΐζοντας. ὧν κατάρξαι λέγεταί τις Φημονόη γυνὴ προφῆτις Ἀπόλλωνος. ἐφευροῦσα φασὶν αὐτὴ πρώτη τὸ ἔπος, κληθὲν οὕτω κατὰ τοὺς παλαιοὺς· οὐ μόνον καθ' ὑπεροχήν, δι' ἣν τὸ ἐξάμετρον ἰδιώσατο τὴν κοινὴν προσηγορίαν τοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ διότι ἕπονται φασὶ τὰ πράγματα τοῖς χρησμοῖς. Hucusqve Eustathius. Vide præterea Jul. Cæs. Scaligerum Poetices lib. 2. cap. 37. Jul. Cæsar. Bulengerum de Oraculis & vatibus lib. 1. cap. 6. & Vossium lib. de art. Poet. Nat. & Constit. cap. 13. §. 3. Huc qvoqve pertinet insignis Strabonis locus, qvi extat Geograph. lib. 1. pag. 18. edit. Paris. ubi is, metricam scribendi rationem soluta sive prosaica oratione antiqviorem apud Græcos esse, verisime asserit. Qva de re pluribus agam, cum ad *Pherecydis Syrii, Cadmi Milesii* & *Hecatæi Milesii* ætatem, hoc est, ad seculum ante Æ. C. sextum, perventum fuerit.

(1) *Eadem hæc urbs est atq. Delphi in Phocide Qva de re vide Ortel. Thesaur. & Synonym. Geograph. lit. P.*

Cap. IV.

De Seculo ante Æ. C. XIII. in qvod apud Hebræos Historia Judicum Gideonis, Abimelechi, Tholæ & Jairis; apud Græcos autem Expeditio Argonautarum in Colchidem incidit.

I. IN Seculum ante Æ. C. XIII. qvo Judices Hebræorum fuerunt

גדעון h. e. *Gidhon* sive *Gideon*, vel, ut in LXXII. Interpretum versione legitur, Γεδεὼν sive *Gedeon*, qvi secundum Emmium & Helvicum populo Hebraico præesse (2) cœpit A. M. 2671.

אבימלך h. e. *Abimelech*, qvi (3) cœpit A. M. 2711.

תולע h. e. *Tholah*, qvi (4) cœpit A. M. 2714.

יאיר h. e. *Jair*, qvi (5) cœpit A. M. 2737.

incidit celeberrima *Expeditio Argonautarum in Colchidem* ad auferendum vellus aureum.

Huic capiti XIII. respondebit Liber sextus hujus Prodromi Historiæ Literariæ.

(2) *Judic. c. 6 v. 11.*
(3) *Judic. c. 9.*
(4) *Judic. c. 10. v. 1. 2.*
(5) *Judic. c. 10. v. 3.*

Sec. ante Æ. C. XIII.

reum. Ea enim ab Emmio ad A. M. 2677. ab Helvico ad A. M. 2715. à Calvisio ad A. M. 2727. refertur. In qva doctisfimorum Chronologorum dissensione, hoc profecto consonum & sine controversia certum est, *Argonautarum Expeditionem* in Seculum ante Æ. C. XIII. qvod Excidium Urbis Trojæ proxime antecessit, incidisse. Qva de re consule præter jam citatos Auctores R. P. *Dionysium Petavium* Rationar. tempor. Part. 1. lib. 1. cap. 10. & Part. 2. lib. 2. cap. 9. Expeditio autem hæc Argonautarum in Colchidem cum aliis multis nominibus, tum vel inprimis ad Historiam literariam pertinet, qvoniam Svidas v. Δέρας tradit, *vellus* illud *aureum*, ad qvod auferendum Argonautæ in Colchidem profecti sunt, fuisse librum Alchymisticum de ratione auri per *Chemiam* faciendi. Ipsa Svidæ verba hæc sunt: τὸ χρυσόμαλλον δέρας, ὅπερ ὁ Ἰάσων διὰ τῆς ποντικῆς θαλάσσης σὺν τοῖς Ἀργοναύταις εἰς τὴν Κόλχιδα παραγενόμενος ἔλαβεν, καὶ τὴν Μηδείαν τοῦ Αἰήτου τοῦ βασιλέως θυγατέρα, τοῦτο οὐχ ὡς ποιητικῶς φέρεται, ἀλλὰ βιβλίον ἦν ἐν δέρμασι γεγραμμένον, περιέχον ὅπως δεῖ γίνεσθαι διὰ χημείας χρυσόν· εἰκότως οὖν οἱ τότε χρυσοῦν ὠνόμαζον αὐτὸ δέρας, διὰ τὴν ἐνέργειαν τὴν ἐξ αὐτοῦ. h. e. *Aureum vellus, qvod Jason, cum Argonautis in Colchidem per Pontum Euxinum profectus, una cum Medea Æetæ Regis filia abduxit, non fuit vellus arietis, ut Poetæ fabulantur, sed liber in membranis scriptus, continens qvomodo aurum per Chymiam faciendum sit. Merito igitur hunc illius secuii homines vellus vocarunt aureum, propter facultatem parandi auri eo comprehensam.* Hæc de Jasonis vellere aureo Svidas: qvem summo jure propterea ridet doctisfimus Bochartus Geograph. sacr. Part. 1. lib. 4. cap. 1. pag. 234. ubi de *Chymiæ* origine erudite disserit. Videsis etiam Vossium lib. de Philosophia cap. 8. 9. & nos supra pag. 13. 151. 154. 155. Si qvis autem de expeditione Argonautarum in Colchidem & historica ejus explicatione plura scire desideret, is consulat Diodorum Siculum Biblioth. Histor. lib. 4. à pag. 244. usqve 256. Palæphatum lib. περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν sive de Incredibilibus Historiis, capite de Phrixo & Helle: Hyginum Mytholog. cap. 14. qvo Argonautæ omnes ordine recensentur; Orphei ὑποβολιμαίου supposititia Argonautica: Apollonii Rhodii Ἀργοναυτικῶν libros qvatuor: C. Valerii Flacci Argonauticorum libros octo: Strabonem Geograph. lib. 1. p. 45. & Tabulam Geographicam itineris Argonautarum, qvæ extat in Abrahami Ortelii Parergo Theatri Orbis terrarum una cum doctissimo ejusdem Commentario.

II. Eodem Seculo ante Æ. C. XIII. qvo Argonautæ in Colchidem profecti sunt, insigniter apud Græcos crevit *Poeseos* ac *Musicæ* studium: cui eodem tempore *Theologia gentilis*, & *Medicina*, & *Physice*, & *Astronomia*, aliæqve nonnullæ ejusdem generis artes & disciplinæ accesserunt. Floruerunt enim tunc Poetæ, Musici & Theologi Græcorum antiqvissimi *Linus*, *Orpheus*, *Musæus Atheniensis*, *Thamyras*, *Musæus Thebanus*, *Amphio*, *Anthes* & *Philammon*: qvorum tres priores S. Augustinus de Civit. Dei lib. 18. cap. 14. vocat *Poetas Theologos*, qvoniam primi omnium apud Græcos de falsis gentilium diis & rerum natura carmina composuerunt. Ipsa Augustini verba dignissima sunt, qvæ integre hic inserantur: (1) *Per idem*, inqvit, *temporis intervallum* (h. e. ut ipse in principio præcedentis capitis loqvitur, *cum post mortem Jesu Nave, populus Dei judices haberet*) *extiterunt poetæ, qvi etiam Theologi dicerentur, qvoniam de diis carmina faciebant; sed talibus diis, qvi qvamlibet magni homines, tamen homines fuerunt; aut mundi hujus, qvem verus Deus fecit, elementa sunt; aut in principatibus & potestatibus pro voluntate creatoris, & non suis meritis ordinati: & si qvid de uno vero Deo inter multa vana & falsa cecinerunt, colendo cum illo alios, qvi dii non sunt, eisqve exhibendo famulatum, qvi uni tantum debebatur Deo, non ei utiqve rite servierunt, nec à fabuloso deorum suorum dedecore etiam ipsi abstinere potuerunt. Ex qvorum numero fuisse perhibentur Orpheus, Musæus, Linus. Verum isti Theologi Deos coluerunt, non pro diis culti sunt: qvamvis Orpheum nescio qvomodo, infernis sacris vel potius sacrilegiis præficere soleat civitas impiorum.* Hucusqve S. Augustinus.

(1) *Ad hæc verba vide eruditissimum Ludovici Vivis Commentarium.*

III. *Linus* igitur secundum Diogenem Laertium in Proœm. patria fuit *Thebanus*. Sic enim hæc verba accipio: Παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λῖνος. h. e. sec. vulg. vers. *Musæo Athenæ, Thebæ Lino inclytæ sunt.* Idem Laertius pau-

paulo post ait Λίνον παῖδα εἶναι Ἑρμοῦ καὶ μούσης Οὐρανίας. h. e. *Linum Mercurio Musaqve Sec. ante Urania genitum esse*, καὶ τελευτῆσαι ἐν Εὐβοίᾳ, τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος. h. e. *& in Æ. C. XIII. Eubœa occubuisse sagitta ab Apolline percussum.* Subjungitur etiam ibidem hoc ipsius Epitaphium:

> Ὧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα,
> Μούσης Οὐρανίης υἱὸν εὐστεφάνου.
>
> h. e.
>
> *Candida purpureis redimitæ tempora sertis*
> *Thebanum Uraniæ continet urna Linum.*

Suidas *Chalcidensem* appellat. Est autem *Chalcis* insulæ Eubœæ urbs, ad Euripum sita, qvi insulam à Græcia proprie dicta separat. Ipsa Suidæ verba hæc sunt: Λῖνος Χαλκιδεύς, Ἀπόλλωνος καὶ Τερψιχόρης· οἱ δὲ Ἀμφιαράου καὶ Οὐρανίας· οἱ δὲ Ἑρμοῦ καὶ Οὐρανίας· h. e. *Linus Chalcidensis, Apollinis & Terpsichores, vel Amphiarai & Uraniæ, vel Mercurii & Uraniæ filius.* Huic de patria *Lini* sententiæ suffragatur *Plutarchus*, qvi ipsum in principio libri de Musica secundum *Heraclidis* traditionem ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ, *Linum* τὸν ἐξ Εὐβοίας cognominat. Ego utramqve opinionem ita conciliaverim, ut Linus à Patria qvidem *Thebanus*, à domicilio autem & loco sepulturæ *Chalcidensis* appellatus fuerit. Primo autem loco is hic à me collocatur, qvoniam secundum Suidam v. Ὀρφεύς *Orphei* fuit Præceptor, & ab eodem v. Λῖνος (1) *Herculem* literas docuisse traditur: unde ibi Ἡρακλέους διδάσκαλος γραμμάτων nuncupatur. Memoriæ etiam à nonnullis proditum est, occisum eum fuisse ab Hercule, cum ob ingenii tarditatem gravius illum objurgasset: sed alii, inter qvos est Diogenes Laertius, ab Apolline eum sagitta percussum, & in Eubœa sepultum referunt. Vossius lib. 1. de Histor. Græc. cap. 1. *Linum Orpheo* & *Musæo* juniorem statuit. Qvam opinionem etiam tueri videtur Diogenes Laertius, cum supra citato Procemii loco prius de *Musæo* agat, qvam de *Lino*: item S. Augustinus de Civit. Dei lib. 18. cap. 14. ubi tres celeberrimos unius ejusdem seculi Poetas Theologos hoc ordine recenset, ut primus sit *Orpheus*, secundus *Musæus*, tertius *Linus*. Mihi Suidæ sententia semper visa est verisimilior, cum haud probabile sit, *Linum* simul & juniorem *Orphæo* & ejusdem præceptorem fuisse. Cæterum attribuitur *Lino* à Suida prima *literarum translatio ex Phœnicia in Græciam* his verbis: Λέγεται δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ Φοινίκης γράμματα εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. Idem testatur *Tacitus* Annal. lib. 11. cap. 14. cujus verba supra pag. 158. integre apposui. Falsum autem hoc esse, satis apparet ex iis, qvæ supra libri hujus cap. 2. §. 6. de Cadmo Phœnicio dicta sunt. Eidem *Lino* à Suida adscribitur *inventio Lyrici Carminis* v. Λῖνος, ubi τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος ἡγεμὼν fuisse dicitur. Plutarchus libro de Musica pag. 1132. *Linum* scribit θρήνους πεποιηκέναι, hoc est, ut ego interpretor, *primum omnium lugubria carmina composuisse*; qvæ inde etiam à *Lino* Λῖνοι appellata esse creduntur, ut Athenæi, Eustathii, Suidæ & aliorum complurium veterum auctorum testimoniis alias prolixius demonstrabitur. Præter θρήνους autem à Plutarcho commemoratos, composuit *Linus Poema de Natura rerum*, cujus Laertius in Procemio ita meminit: ποιῆσαι δὲ (τὸν Λίνον φασὶ) κοσμογονίαν, ἡλίου καὶ σελήνης πορείαν, καὶ ζώων καὶ καρπῶν γενέσεις. h. e. *Composuisse autem Linum ferunt poema de creatione Mundi, Solis item & Lunæ cursu, atq; animalium & fructuum generationibus.* Principium hujus Poematis secundum Laertium hoc fuit:

> Ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει·
>
> h. e.
>
> *Tempus erat, qvo cuncta simul sunt condita qvondam.*

Subjungit autem Laertius, doctrinam hanc secutum esse *Anaxagoram* Philosophum qvi itidem asseruit, *omnia eodem tempore simul creata, & postea per mentem, qvæ accessit, ordinata fuisse.* ὅθεν, inqvit, λαβὼν Ἀναξαγόρας, πάντα ἔφη χρήματα γεγονέναι ὁμοῦ· νοῦν δὲ ἐλθόντα, αὐτὰ διακοσμῆσαι. Hoc itaqve dogma desumpsisse videtur *Linus* ex scriptis *Mosaicis*, qvorum notitiam habere potuit, si is, ut Suidas refert, in *Phœnice* aliqvamdiu commoratus est. Ex jam memorato autem *Historiæ*

(1) *Hinc & à Clemente Alexandr.* τοῦ Ἡρακλέους διδάσκαλος *appellatur Stromat. lib. 1. pag. 323.*

Sec. ante Æ. C. XIII.

storiæ naturalis Poemate, cujus principium Laertius Procemio suo inseruit, citantur à Joanne Stobæo Anthologii capite qvinto, qvod περὶ Σωφροσύνης, sive de (1) Temperantia inscribitur, hi *decem* versus:

(1) Joan. Jacob. Frisius in Biblioth. Chronol. Class. Author perperam scribit, 10. Versus apud Stobæum legi in Sermone de Prudentia.

Φράζεο δὴ πάνδην ἐντυνάμενος δι' ἀκοῆς
Μυθῶν ἡμετέρων, ἄτραπον περὶ παντὸς ἀληθῆ,
Κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας, αἳ τεβεβήλων
Ὄχλον ἀνιςῶσαι, ἄταις περὶ πάντα πεδῶσι,
Παντοίαις, μορφῶν χαλεπῶν απατήποατ' ἔχουσαι.
Τας μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο·
Οὗτος γὰρ σε καθαρμὸς ὄντας δικαίως ὁ ἰσιεύσει.
Εἰκεν ἀληθείη μισέεις ὀλοὸν γένος αὐτῶν,
Ἤδη μὲν πρώτις αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων,
Ἣ ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς.

h. e. Interprete Gesnero:

Prospice, animum intendens & muniens ex auditu
Nostri sermonis, viam præcunctis veram.
Noxas repelle, sortesqve damnosas, qvæ profanorum
Vulgus subvertunt, malisqve per omnia implicant
Variis, fraudulentas sibi sumentes formas.
Has tu custodia mentis ab anima arceto,
Hæc enim expiatio revera te juste purgabit:
Siqvidem reipsa oderis exitiosum earum genus,
Inprimis vero illam malorum omnium largitricem,
Qvam regit instar aurigæ cupido stolidis frenis.

Ab eodem Joanne Stobæo Antholog. cap. 109. περὶ ἐλπίδος sive de Spe citantur alii duo Lini versus, qvos adscripsi:

Ἐλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἐς' οὐδὲν ἄελπτον·
Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι καὶ ἀδύνατον οὐδέν.

h. e.

Speranda sunt omnia: nihil enim non sperari potest:
Omnia Deo factu facilia sunt, & nihil impossibile.

Plura nos de *Lino* aliàs. Interea videsis, præter jam citata veterum & recentiorum loca, Sextum Empiricum adversus Mathemat. cap. 10. pag. 41. Clementem Alexandr. Stromat. lib. 1. pag. 323. Theodoretum περὶ θεραπ. ἑλλην. παθημ. Serm. 2. pag. 28. 29. Eustathium in Iliad. B. pag. 298. in Iliad. K. pag. 817. & in Iliad. Σ. pag. 1163. Photii Excerpta ex Cononis Narrationibus, Biblioth. Cod. 186. pag. 222. Vossium de Hist. Gr. lib. 1. cap. 1. & lib. de art. Poet. Nat. & Constit. cap 13. §. 3. ubi *Linum* Poetam nunqvam in rerum natura fuisse asserit, sed nomen Lini ab Hebraico הלין, h. e. *murmurare*, derivandum existimat.

IV. Ὀρφεὺς sive *Orpheus*, natione *Thrax*, atqve unus ex *Argonautis*, filius fuit Οἰάγρου sive *Oeagri*, & Καλλιόπης sive *Calliopes*. Testatur hoc Svidas v. Ὀρφεύς. Alii *Apollinis* filium eum fuisse tradiderunt. Sed hoc sine dubio à Poetis propter cantus suavitatem fictum est. Patriam ipsius Svidas vocat Λειβήθρας τὰς ἐν Θράκῃ h. e. *Lebethras in Thracia*, aqve addit Oeagrum patrem Orphei qvintum fuisse ab *Atlante* ex Alcyone, una de filiabus ejus. Idem qvinqve alios in Lexico suo recenset ejusdem nominis viros, nempe Ὀρφέα Κικοναῖον, Ὀρφέα Ὀδρύσην, Ὀρφέα κροτωνιάτην, Ὀρφέα Καμαριναῖον, καὶ Ὀρφέα βασιλέα θρακῶν. Qvi vero deinceps subjungitur Ὀρφεὺς ὁ ἐπὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις κριτῶν, h. e. qvi *sub Judicibus Judæorum* floruit, idem est, atqve *Orpheus Lebethrim*, de qvo hic agitur. De ætate ejus certo constat, floruisse ipsum *triginta* circiter vel *qvadraginta ante bellum Trojanum annis*; utpote qvi *Herculi Thebano* σύγχρονος, atqve unus ex Argonautis fuerit. Hoc enim unanimi consensu ab omnibus antiqvis & novis scriptoribus traditur, adeo ut de eo dubitare, extremæ sit αὐταδείας. Errat itaqve *Joannes Tzetzes*, qvi, qvamvis

Chil.

Chil. 12. Hist. 399. *Orpheum* Herculi ἰσόχρονον fuisse fatetur, integris tamen *centum annis ante bellum Trojanum* ipsum floruisse asserit. Ipsa ejus Verba, qvibus id dicit, hæc sunt: *Sec. ante Æ. C. XIII.*

Ὀρφεὺς ὁ μέγας σύγχρονος ὑπάρχων Ἡρακλεῖ.
h. e.
Orpheus magnus, contemporaneus existens Herculi.

Et paulo post:

Καὶ ὁ Ὀρφεὺς ἰσόχρονος τῷ Ἡρακλεῖ ὑπῆρχε.
Πρὸ χρόνων ὄντες ἑκατὸν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου.
h. e.
Et Orpheus coætaneus Herculi fuit,
Annis cum essent centum ante Trojanum bellum.

Multo gravius atqve manifestius errat Svidas, qvi *Orpheum* πρὸ ια' γενεῶν Τρωϊκῶν; h. e. *undecim ætatibus sive seculis ante bellum Trojanum* floruisse, atqve *novem ætates* vixisse memorat. Qvod porro jam ad *studia Orphei* attinet, sextupliciter potissimum in Historia Literaria is considerandus est: nempe ut *Musicus Poeta, Philosophus, Magus, Theologus* & *Medicus*. In *Musices* sane & *Poeseos* studiis tantos ille fecit progressus, ut hinc notissima illa orta sit fabula, ipsum suavitate cantus non homines tantum, verum etiam feras, sylvas & saxa movisse, atqve hujus rei gratia *Lyram* ejus relatam esse inter sidera. Testatur hoc M. Manilius Astronomicωn libro 1, elegantissimis hisce versibus:

At Lyra diductis per cœlum cornibus inter
Sidera conspicitur, qva qvondam ceperat Orpheus
Omne qvod attigerat cantu, manesqve per ipsos
Fecit iter, domuitqve infernas carmine leges
Huic cœlestis honos, similisqve potentia causæ
Tunc silvas & saxa trahens, nunc sidera ducit
Et rapit immensum Mundi revolubilis orbem.

Ad qvem locum videsis Magni Scaligeri Notas. Consule etiam Aratum & Germanici Cæsaris Aratea Phænomena ab Hugone Grotio (1) edita cum imaginibus ex perantiqvo Codice manuscripto desumptis, ubi is de Orphei Lyra multa erudite annotavit. Vide & Joannis Stœfleri Commentarium in Procli Diadochi Sphæram, ubi agitur de Lyra; & Diogenis Laertii Proœmium in Opus de Vitis Illustrium Philosophorum, ubi hoc ipsius legitur Epitaphium:

(1) *Lugdun. Batav. typ. Christoph. Raphelingii an. 1600. in 4to.*

Θρήϊκα χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα Μοῦσαι ἔθαψαν
Ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει
h. e.
Orphea candenti trajectum fulmine Thracem
Cum aurata Aonides hic posuere lyra.

Huc qvoqve pertinet elegantissimum incerti Auctoris antiqvi carmen de industria *Orphei* circa studium Musices, qvod *Cassio Severo Parmensi* vulgo attribuitur, & primum qvidem ab Achille Statio Lusitano cum Notis in Svetonii libros duos de Illustribus Grammaticis & claris Rhetoribus editum est, secundum autem seorsum cum Nathanis Chytræi Commentario Francofurti typ. Joan. Wechel. an. 1585. in 8vo in lucem prodiit. Innumera alia veterum auctorum de *Musica Orphei* testimonia silentio dedita opera nunc prætereo. Æqve autem celebre apud eosdem est studium ipsius *Poeticum*, & cum studio ejus *Musico* plerumqꝫ conjungitur. Insigne ejus generis de Orpheo testimonium extat apud Diod. Sic. Bibl. Hist. lib. 4. pag. 232. his verbis: Ἐπεὶ δ' Ὀρφέως ἐμνήσθημεν, οὐκ ἀνοίκειον ἐστι παρεκβάντας βραχέα περὶ αὐτοῦ διελθεῖν. Οὗτος γὰρ ἦν υἱὸς μὲν Οἰάγρου, Θρᾷξ δὲ τὸ γένος παιδεία δὲ καὶ μελῳδίᾳ καὶ ποιήσει πολὺ προέχων τῶν μνημονευομένων καὶ γὰρ πόιημα συνέταξε τὸ θαυμαζόμενον. καὶ τὴν ᾠδὴν ἐμμελείᾳ διαφέρον. ἐπὶ τοσοῦτο δὲ προέβη τῇ δόξῃ, ὥστε δοκεῖν τῇ μελῳδίᾳ θέλγειν τά τε θηρία, καὶ τὰ δένδρα. h. e. Rhodomanno interprete:

Sec. ante Æ. C. XIII.

Qvoniam vero in Orphei mentionem incidimus, pauca de illo referre, non alienum esse arbitramur. Is Oeagri filius, & patria Thrax fuit, eruditione, ac melodiæ, artisqve poeticæ scientia omnes post hominum memoriam antecellens. Poema enim mirificum & concinnitate modorum excellens composuit. Et usqve adeo gloria ejus excrevit, ut modulatissimis carminum sonis feras & arbores delenire putaretur. Similiter idem Diodorus lib. 5. pag. 333. Ὀρφέα ait φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένον πρὸς ποίησιν καὶ μελῳδίαν. h. e. *excellenti ingenio ad poesin & musicam natura instructum fuisse.* De *Philosophico* Orphei studio singularis extat locus apud Laertium in Proœmio his verbis: Οἱ δὲ τὴν εὕρεσιν [τῆς φιλοσοφίας] διδόντες βαρβάροις, παράγουσι καὶ Ὀρφέα τὸν Θρᾷκα, λέγοντες φιλόσοφον γεγονέναι, καὶ εἶναι ἀρχαιότατον. ἐγὼ δὲ, εἰ τὸν περὶ θεῶν ἐξαγορεύσαντα τοιαῦτα, χρὴ φιλόσοφον καλεῖν, οὐκ οἶδα τίνα δεῖ προσαγορεύειν τὸν πᾶν τὸ ἀνθρώπειον πάθος ἀφειδοῦντα τοῖς θεοῖς προστρίψαι, καὶ τὰ σπανίως ὑπό τινων ἀνθρώπων αἰσχρουργούμενα καὶ τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ. h. e. *Qvi autem Philosophiæ inventionem barbaris assignant, Orpheum quoqve Thracem in medium adducunt Philosophum fuisse, & qvidem antiqvissimum. Eqvidem is qvi de diis talia commentus est, an Philosophus appellandus sit, nescio. Videant certe, qvi ita volunt, qvo sit censendus nomine, qvi Diis vitia, qvæ raro à turpissimis qvibuscunqve & flagitiosissimis hominibus geruntur, adscribit.* Hactenus Laertius. Ex cujus verbis discimus, fuisse antiqvitus, qvi primam Philosophiæ Græcæ originem *Orpheo* attribuerunt. Perperam autem is ac nimis temere ipsum ejusqve Philosophiam damnat propter illicita & absurda de Diis commenta, suppositititiis illis comprehensa voluminibus, qvæ sub nomine Orphei vel antiqvitus extiterunt, vel etiamnunc circumferuntur. Qva de re non multo post, cum ad *Orphei scripta* perventum fuerit, prolixius differam. Mihi profecto pro summo Philosopho habendus videtur *Orpheus*, siqvidem, ut Lactantius lib. 1. divinar. Institut. aliiqve complures magnæ existimationis auctores antiqvi existimant, Poetæ *Orpheum* finxerunt cantu suo feras, arbores & saxa movisse, propterea qvod is feros barbarorum hominum animos bene morata civilis societatis disciplina mitigaverit. Qvam de Orpheo traditionem Horatius libro de Arte Poetica his versibus comprobat:

Silvestres homines sacer, interpresqve deorum,
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus
Dictus ob hoc lenire tigreis rabidosqve leones.

Huc qvoqve facit præclarus Platonis de Orphica vivendi ratione locus, qvi extat sub finem libri septimi de Legibus pag. 626. ubi Atheniensis aliqvis sic loqvens introducitnr: Τὸ δὲ μὴν θύειν ἀνθρώπους ἀλλήλους, ἔτι καὶ νῦν παραμένον ὁρῶμεν πολλοῖς· καὶ τοὐναντίον ἀκούομεν ἐν ἄλλοις, ὅτε οὐδὲ βοὸς ἐτολμῶμεν γεύεσθαι· θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγιὰ θύματα. σαρκῶν δ' ἀπείχοντο· ὡς οὐχ ὅσιον ὂν ἐσθίειν, οὐδὲ τοὺς τῶν θεῶν βωμοὺς αἵματι μιαίνειν. ἀλλὰ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγίγνοντο ἡμῶν τοῖς τότε ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ τοὐναντίον πάντων ἀπεχόμενοι. h. e. Marsilio Ficino interprete: *At vero qvod ad sacrificia pertinet, homines ab hominibus sacrificari apud multos videmus: contrarium etiam de aliis audimus; sicuti qvando nec bovillas carnes gustare nos audebamus, nec animalia diis immolabamus, sed liba & fructus melle madentes, cæteraqve hujusmodi sacrificia pura diis offerebantur. Carnibus autem abstinebant. Nam vesci carnibus & deorum aras polluere sanguine, impium videbatur. Ita (1) Orphica qvædam Vita tunc vigebat. Inanimatis qvippe omnibus vescebantur, & ab animalibus omnibus abstinebant.* Hucusqve sub persona hospitis cujusdam Atheniensis cum Clinia Cretensi differentis *Plato.* Cujus autoritate fretus constanter asserere ausim, *Orpheum* in Græcia primum extitisse autorem celeberrimi illius Pythagorici dogmatis περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. h. e. de abstinentia à necandis & comedendis animalibus: qvod prolixe commendat ac defendit *Porphyrius* integris qvatuor (2) libris, ad qvendam *Firmum Castricium* scriptis, qvi à Pythagoricis institutis ad esum carnium defecerat. Certe qvanti Pythagoras *Orpheum* ejusqve doctrinam fecerit, abunde hinc apparet, qvod is qvædam à se composita poemata sub ipsius nomine publicaverit; ut testantur Laertius in vita Pythagoræ pag. 572. & Clemens Alexandr. Stromat. lib. 1.

(1) *Vid. Erasm. Adag. tit.* Justitiæ *in Parœm.* Ὀρφικὸς βίος *h. e.* Orphica Vita.

(2) *Nobilissima eorum editio prodiit Cantabrigiæ gr. lat. an. 1655. in 8vo.*

pag.

pag. 333. qvi ambo auctoritate se tuentur multo antiqvioris Auctoris *Jonis Chii*, qvem hoc in opere qvodam (1) Τριαγμοὶ inscripto, memoriæ prodidisse referunt. Ipsa Laertii verba (2) sunt hæc: ἴων δὲ ὁ χῖος ἐν τοῖς τριαγίνοις (sic vulgo perperam hic legitur pro Τριαγμοῖς) φησὶν τὸν Πυθαγόραν ἔνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα· h. e. *Jon autem Chius in Triagmis Pythagoram ait poemata qvædam à se composita ad Orpheum autorem falso retulisse.* Clemens autem ejusdem fere verbis eandem rem ita tradit: Ἴων δὲ ὁ χῖος ἐν τοῖς τριγράμμοις, sic vulgo perperam hic legitur pro τριαγμοῖς) καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ. Cujus loci verum & genuinum sensum latinus Clementis Interpres minime assecutus est. Ut igitur multis nominibus admodum probabile est, Pythagoram dogma suum περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων ab *Orpheo* mutuatum esse, sic non minus fide dignum est, qvod Clemens Alexandr. Stromat. lib. 6. pap. 629. refert, Ἡράκλειτον τὸν Ἐφέσιον παρ' Ὀρφέως τὰ πλεῖστα εἰληφέναι· h. e. *Heraclitum Ephesium plurima ab Orpheo accepisse.* Qva de re, cum ad *Pythagoræ* & *Heracliti* tempora perventum fuerit, agam accuratius. Interea vide si lubet, egregia multa de Orphei Philosophia apud Augustinum Steuchum Eugubinum Operis de perenni Philosophia lib. 7. cap. 10. Venio nunc ad studium *Magiæ* qvod *Orpheo* attribuitur à Pausania posteriori Eliacorum libro, ubi refert ex traditione cujusdam Ægyptii, Orpheum, qvamvis *Thrax* vulgo cognominetur, revera tamen fuisse Ægypto oriundum, & scientia Magica excelluisse, atqve hinc poeticam de admiranda cantus ipsius efficacia ortam esse fabulam. Qvam de Magia Orphei traditionem præter multos alios cum veteres, tum novos autores confirmant, Plinius Hist. Natur. lib. 30. cap. 1; Caspar Peucerus libro de præcipuis divinationum generibus, cap. de Magia; Joan. Filesacus libri de Idololatria Magica capite sexto; & Georg. Sabinus in Interpretatione libri decimi Metamorphoseon Ovidii, ubi fabulan (3) de descensu Orphei ad inferos exponens, auxilio ipsum *Magiæ Necromanticæ* defunctæ uxoris suæ Eurydices umbram mox evanescentem evocasse asserit. At contra doctissimus Gabriel Naudæus, in Apologia pro Viris Illustribus falso Magiæ insimulatis, Orpheum toto capite nono strenue defendit, & ab infamia exercitii vetitæ Magiæ liberare annititur. De qva controversia ut in præsens Pyrrhoniano more οὐδὲν ὁρίζω, sic eam posthac in pleniori hujus Operis elaboratione aliqvanto accuratius examinabo. De cætero qvod ad Orphei *Theologiam* attinet, adeo multa ab antiqvis auctoribus de ea memoriæ tradita sunt, ut si qvis ea omnia accurate recensere, conciliare & illustrare velit, plurimum simul otii, plurimumqve temporis & industriæ reqviratur. Qvæ igitur, si per publicas privatasqve occupationes meas liceret, instituenda hic esset dissertatio de sacris & mysteriis ab Orpheo in Græciam illatis, & de convenientia Theologiæ ipsius cum *Mosaica* ac *Christiana* religione, eam nunc dedita opera in *sextum* hujus Prodromi librum differo. Interea audi, si lubet, Suidam v. Ὀρφεὺς de hoc argumento ita disserentem:

Ἐπὶ τῶν παρὰ ἰουδαίοις κριτῶν, καταλυθείσης τῆς βασιλείας ἀθηναίων, ὀρφεὺς ἐγνωρίζετο, σοφὸς ἄριστος γενόμενος. καὶ πολλὰ μυστήρια διδαχθείς. Φέρονται γὰρ αὐτοῦ καὶ περὶ θεογνωσίας λόγοι· ἐξ ὧν εἰσὶ ταῦτα. εἶπε γὰρ ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἀνεδείχθη ὁ αἰθὴρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δημιουργηθεὶς, καὶ ἐντεῦθεν, κἀκεῖθεν τοῦ αἰθέρος ἦν χάος, καὶ νὺξ φοβερὰ πάντα κατεῖχε. καὶ ἐκάλυπτε τὰ ὑπὸ τὸν αἰθέρα. σημαίνων τὴν νύκτα πρωτεύειν. εἰρηκὼς ἀκατάληπτόν τινα καὶ πάντων ὑπέρτατον εἶναι, καὶ προγενέστερον, καὶ δημιουργὸν ἁπάντων, τόν γε

(4) *Sub Judæorum Judicibus, sublato Atheniensium regno, Orpheus clarus erat, utpote vir sapientissimus, & multorum mysteriorum, &* arcanorum *peritissimus. Feruntur enim ejus orationes etiam de DEi cognitione. Inter qvas hæc sunt. Dixit enim ætherem â DEo ab initio factum extitisse, qvæ ab utraqve ætheris parte fuisse Chaos, & noctem terribilem omnia tenuisse, & occultasse ea, qvæ sub æthere erant, significans, noctem esse priorem. Idem etiam dixit, summum ætherem comprehendi non posse, & omnium esse summum & antiqvissimum, & omnium* rerum *opifi-*

Ser. ante Æ C. XIII.

(1) *Vid. Isaaci Casaub. Not. ad Laertii Pythagoram p. 301.*

(2) *pag. 572.*

(3) *Huc pertinet insignis locus Platonis, qvi extat in Symposio, si. e Dialogo de amore p. 318.*

(4) *Æmilio Porto Paraphraste.*

ὑπερ-

Sec. ante Æ. C. XIV.

ὑπέρτατον αἰθέρα, καὶ τὴν γῆν εἶπεν ἀόρατον. ἔφησε δὲ ὅτι φῶς ῥῆξαν τὸν αἰθέρα, ἐφώτισε τὴν γῆν, καὶ πᾶσαν κτίσιν. ἐκεῖνο εἰπών, τὸ φῶς τὸ ὑπέρτατον πάντων, τὸ ἀπρόσιτον, τὸ πάντα περιέχον, ὅπερ ὠνόμασε βουλὴν, φῶς, ζωήν. ταῦτα τὰ τρία ὀνόματα, μίαν δύναμιν ἀπεφήνατο, καὶ ἓν κράτος τοῦ δημιουργοῦ πάντων θεοῦ, τοῦ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγόντος εἰς τὸ εἶναι, ὁρατά τε, καὶ ἀόρατα. περὶ δὲ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων εἶπεν, ὅτι καὶ αὐτὸ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ πάντων, καὶ θεοῦ ἐπλάσθη, καὶ ψυχὴν ἔλαβε λογικὴν ἀκολουθήσας τοῖς Μωσέως. καὶ ταλαίπωρον εἴρηκε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ πολλοῖς ὑποκείμενον πάθεσι, ψυχικοῖς τε, καὶ σωματικοῖς. δεκτικόν τε ἀγαθῶν, καὶ πονηρῶν ἔργων, καὶ τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀθλίως διακείμενον.

cem. Terram etiam dixit invisibilem esse. *Dixit etiam, Lumen, æthere rupto, terram illustrasse, & nomen rem conditam. Illa (inqvit) lux suprema omnium, inaccessa, omnia continens, qvam vocavit consilium, lucem, vitam. Hæc tria nomina unam vim declararunt, & unam potentiam omnium* rerum *opificis DEI, qvi ex eo, qvod non erat, omnia ad esse deduxit,* fecit, & creavit, & effecit, ut essent *& visibilia, & invisibilia. De genere humano autem dixit, ipsum etiam ab omnium* rerum summorum *opifice, & Deo formatum fuisse, & animam accepisse ratione præditam, secutus ipsa Mosis* scripta. *Dixit etiam genus humanum* esse *miserum, & multis animi, corporisqve calamitatibus obnoxium, & bonorum, & malorum operum capax, & ad vivendum* esse *misere affectum.*

Hactenus Suidas. Consule insuper præter ipsa, qvæ *Orpheo* etiamnunc vulgo attribuuntur, poemata, Diodorum Sicul. Biblioth. Hist. lib. 1. pag. 20. 86, & lib. 4. pag. 232. Virgilium lib. 6. Æneidos, ubi ejus sic meminit:

Nec non Threicius longa cum veste sacerdos
Obloqvitur numeris septem discrimina vocum:

Plutarchum Sympos. qvæst. 3: Clementem Alexandr. in Protreptico ad Gentes pag. 48. Stromat. lib. 3. pag. 433. Stromat. lib. 5. pag. 571. 585: Lactantium divinar. Institut. lib. 1. cap. 5. 22. Eusebium de Præparat. Evangel. lib. 2. cap. 2. Athenagoram in Apolog. pro Christianis: Theodoretum in Opere θεραπευτικῆς ἑλληνικῶν παθημάτων Augustinum de Civitat. DEi lib. 18. cap. 14. & lib. contra Faustum Manichæum: Marsilium Ficinum lib. de immortalit. anim. & in Comment. ad Platonem: Joan. Picum Mirandul. in Apologia & in Conclusionibus: Augustinum Steuchum Eugub. de perenni philosophia lib. 10. cap. 7; Barthium Adversar. lib. 57. cap. 17. & complures alios tam veteres qvam novos auctores, qvorum testimonia commodiori posthac loco recensebo & excutiam. Illud qvoqve, qvod paulo ante, ubi de *Poetico* Orphei studio egi, in mentem mihi non venit, hic adjiciendum videtur: nempe Plutarchum Orpheo *inventionem lyrici carminis* attribuere lib. 2. de Musica pag. 1132. his verbis: ἐζηλωκέναι δὲ φασὶ τὸν Τέπανδρον Ὁμήρου μὲν τὰ ἔπη, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη. ὁ δὲ Ὀρφεὺς οὐδένα φαίνεται μεμιμημένος. οὐδεὶς γὰρ πω γεγένητο, εἰ μὴ οἱ τῶν αὐλῳδικῶν ποιηταί. τούτοις δὲ καθ' οὐθὲν τὸ Ὀρφικὸν ἔργον ἔοικεν. h.e. *Tepandrum in Epico qvidem carmine, Homerum in Melico autem sive Lyrico Orpheum æmulatum esse fuerunt. Orpheus autem neminem videtur imitatus; qvippe cum nondum qvisqvam ea ætate extiterit ejus generis poeta, præter eos, qvi componerent ea, qvæ tibiis canerentur. Horum autem poemata cum Orphei operibus nihil commune habuerunt.* Hæc Plutarchus. Cui suffragatur Vossius Institut. Poet. lib. 3. cap. 15. §. 1. ubi agit de *Lyrici carminis* inventoribus. Qvod superest, præter jam enumerata *Musices, Poeseos, Philosophiæ, Magiæ & Theologiæ* studia, *Medicinam* qvoqve Orpheus insigniter excoluit; qvippe qvi teste Plinio Histor. Natural. lib. 25. cap. 2. primus omnium apud Græcos scripserit de herbis & suffitiones commendaverit. Ipsa Plinii verba ad rem pertinentia hæc sunt: *Primus autem omnium, qvos memoria novit, Orpheus de Herbis curiosius aliqva prodidit. Post eum Musæus & Hesiodus polion herbam in qvantum mirati sunt, diximus. Orpheus & Hesiodus suffitiones commendavere.* Secundum hoc igitur Plinii testimonium, primus de *Medicina* apud Græcos scripsit *Orpheus*, eumqve *Musæus*, de qvo proxime seqventi agam paragrapho secutus est.

est. Unde satis, ut opinor, certo colligitur, seculo ante Æ. C. XIIItio, in qvod *Argonautarum* incidit *expeditio*, Medicinæ studium in Græcia florere primum cœpisse. Primæ autem inventionis ejusdem gloriam falso sibi Græci arrogant, utpote cum ea præcipue qvidem ipsi *Deo*, secundarium vero *necessitati*, primoqve mortalium (1) *Adamo* debeatur. Ut enim ante primam primæ legis divinæ in Paradiso promulgatæ transgresionem, nec morbis, nec morti obnoxium fuit genus humanum, sic, postqvam primi homines Adamus & Eva degustatione vetitæ arboris Deum offenderunt, cum morte, primi peccati pœna, præter innumeras alias antea incognitas miserias, varii inprimis morbi damnatos mortalitate reos, eorumqve posteritatem invasere. Neqve vero tanta divini numinis, qvamvis gravissime læsi, in puniendo fuit severitas, qvin pro justitiæ conjuncta clementia, pœnitenti Adamo perfectissimæ illius, qva ante primam inobedientiam præditus fuerat, omnium rerum sapientiæ exiguam relinqveret umbram, cujus adminiculo adversus novum molestiæ morborum impetum qvaliacunqve excogitaret remedia, & ad posteros, corpore simul atqve animo indies magis magisqve degenerantes, propagaret. Orta hac ratione Medicina, paulatim cum probitatis humanæ decremento incrementum cepit, & in diluvio universali per Noam conservata, ad confusionem linguarum, gentiumqve pervenit dispersionem; ubi ea per totum qvidem terrarum orbem, sed dispari successu disseminata est. Longe enim minor tunc Medicinæ notitia apud alios remansit Noachidas, qvam apud pios Semi per *Heberum* oriundos posteros; qvippe qvi ut in confusione Babylonica cum vero veri Dei cultu primitivam linguam retinuerunt, sic iidem cum aliis utilitati societatis humanæ necessariis scientiis & artibus, tum vero etiam Medicinæ qvam maxime fuerunt dediti. In his principem obtinuerunt locum Patriarcha *Abrahamus* & *Josephus*, qvorum commoratione in Ægypto sapientia Hebræorum cum *Ægyptiis* communicata est. Ab *Ægyptiis* autem, ut alia multa *Græci*, sic majori ex parte artem qvoqve Medicam mutuati sunt. *Orpheus* enim, qvem jam citato loco Plinius ait *primum omnium, qvos memoria novit, de herbis curiosius aliqvid prodidisse*, prima qvidem eruditionis elementa in Græcia hausit ex *Lino* Thebano, utpote cujus μαθητὴν sive *discipulum* Suidas v. Ὀρφεὺς ipsum fuisse testatur: deinde vero in *Ægyptum* se contulit: unde, & *Mosaicæ* doctrinæ qvalicunqve notitia, & Theologia Ægyptiorum aliisqve compluribus disciplinis & artibus, jamdudum ibi florentibus, probe imbutus, in Græciam Europæam rediit. Qva de re præclarum hoc apud Diodorum Siculum lib. 4. pag. 232. extat testimonium: περὶ δὲ παιδείαν ἀσχοληθεὶς ὁ Ὀρφεὺς, καὶ τὰ περὶ τῆς θεολογίας μυθολογούμενα μαθὼν, ἀπεδήμησε μὲν εἰς Ἄιγυπτον, κἀκεῖ πολλὰ προσεπιμαθὼν, μέγιστος ἐγένετο τῶν ἑλλήνων ἔν τε ταῖς τελεταῖς, καὶ ταῖς θεολογίαις, καὶ ποιήμασι καὶ μελωδίαις. h. e. (2) *Cum vero doctrinæ studiis addictus Orpheus, non vulgarem in Theologia veterum scientiam comparasset: in Ægyptum profectus, multa insuper didicit, ita ut inter Græcos omnes tum initiationum & Theologiæ peritia, tum poematum & melodiarum artificio præstantissimus haberetur.* Eundem Diodori locum citat doctissimus Athanasius Kircherus *Obelisci Pamphilii* lib. 2. cap. 3. pag. 104. ubi auctoritate ejus probare annititur, Orpheum *Hieroglyphicam doctrinam* ex freqventi cum Sacerdotibus Ægyptiacis conversatione addidicisse, & ad Græcos transtulisse. Commorationis Orphei in Ægypto meminit qvoqve *Onomacritus*, suppositiorum Orphei Argonauticorum autor, vers. 95. & deinceps, ubi Orpheum Jasoni, ad expeditionem in Colchidem se invitanti, his verbis respondentem introducit:

> Τὸν μὲν ἐγὼ μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπον·
> Αἰσονίδη, τί με ταῦτα παραιφάμενος ἐρεείνεις,
> Ὄφρα κεν ἐς Κόλχους Μινύαις ἐπίηρανος ἔλθω,
> Νηὶ σὺν εὐσέλμῳ πλεύσας ἐπὶ οἴνοπα πόντον;
> Ἤδη γὰρ μοι ἅλις καμάτων, ἅλις ἔπλετο μόχθων

Sec. ante Æ. C. XIII.

(1) *Vid. supr lib. 1. cap. 7. §. 2. pag. 59. 60. 61.*

(2) *Laurentio Rhodomanno interprete.*

Sec. ante Æ. C. XIII.

ὡς ἐκείμην ἐπὶ γαῖαν ἀπείριτον, ἠδὲ πόληας
Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε βροτοῖς ἀνὰ θέσφατα φαίνων
Καί με ἀλητείης τε καὶ ἐξ οἴτοιο ἐσάωσε
Μήτηρ ἐμετέρη, καί ῥ' εἰς δόμον ἤγαγεν ἄλλον
Ὄφρα τέλος θανάτοιο κίχω μετὰ γήραϊ λυγρῷ.

h. e.

Inde ego ſum tali reſpondens voce locutus:
Æſonidá, qvid tanta monens, hortaris & urges
Ire procelloſas armata puppe per undas,
Ut veniam Colchon Minyis adjutor ad urbem?
At mihi jam ſatis eſt operum, ſatis atqve laborum,
Ex qvo terrarum vidi loca plurima & urbes
Ægypti, Libyesqve viris oracula promens,
Et me ſollicito tandem revocavit ab æſtu
Errantem, in patriamqve parens veneranda reduxit;
Ut teneam tardos morientis tempore canos.

Præter Linum & Ægyptios ſacerdotes, præceptores qvoqve Orphei fuerunt *Idæi Dactyli in Creta*, de qvibus Diodorus Sicul lib. 5. pag. 333. ſic ſcribit:

Πρῶτοι τοίνυν τῶν εἰς μνήμην παραδεδομένων ᾤκησαν τῆς κρήτης περὶ τὴν Ἴδην οἱ προσαγορευθέντες Ἰδαῖοι Δάκτυλοι. Τούτους δὲ οἱ μὲν ἑκατὸν τὸν ἀριθμὸν γεγονέναι παραδεδώκασιν, οἱ δὲ δέκα φασὶν ὑπάρχοντας τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας, τοῖς ἐν ταῖς χερσὶ δακτύλοις ὄντας ἰσαρίθμους. ἔνιοι δὲ ἱστοροῦσιν, ὧν ἐστὶ καὶ Ἔφορος, τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους γενέσθαι μὲν κατὰ τὴν Ἴδην τὴν ἐν Φρυγίᾳ, διαβῆναι δὲ μετὰ Μίνωος εἰς τὴν εὐρώπην· ὑπάρξαντας δὲ γόητας, ἐπιτηδεῦσαι τάς τε ἐπῳδὰς καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια, καὶ περὶ σαμοτράκην διατρίψαντας, οὐ μετρίως ἐν τούτοις ἐκπλήττειν τοὺς ἐγχωρίους. κατ' ὃν δὴ χρόνον καὶ τὸν Ὀρφέα, φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένον πρὸς ποίησιν καὶ μελῳδίαν, μαθητὴν γενέσθαι τούτων, καὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν τελετὰς καὶ μυστήρια. οἱ δ' οὖν κατὰ τὴν κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδέδονται τήν τε τοῦ πυρὸς χρῆσιν καὶ τὴν τοῦ χαλκοῦ καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν, τῆς ἀντισαπτεραίων χώρας περὶ τὸν καλούμενον Βερέκυνθον, καὶ τὴν ἐργασίαν δι' ἧς κατασκευάζεται. δόξαντας δὲ μεγάλων ἀγαθῶν ἀρχηγοὺς γεγενῆσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τιμῶν τυχεῖν ἀθανάτων.

Primi ergo (qvorum ſane memoria ad nos propagata eſt, Cretæ incolæ ad Idam montem Idæi Dactyli fuerunt. Qvos alii centum numerant, alii tantum X, pari ſcilicet digitorum numero ſic appellatos. Nonnulli (inter qvos & Ephorus) Idæos Dactylos circa Idam Phrygiæ montem habitaſſe, & cum Minoe in Europam tranſiiſſe, memorant. Et cum præſtigiatores eſſent, incantamentis & ſacris ritibus myſteriisqve operam dediſſe, & in Samothracia verſantes non mediocrem Inſulanis ſtuporem incuſſiſſe. Qvo tempore etiam Orpheus (qvem excellenti ingenio ad poeſin & melodiam natura inſtruxerat) diſcipulus horum fuiſſe, primusqve [illegible]aitiorum Ceremonias & myſteria in Gr[illegible] traduxiſſe dicitur. Cæterum Idæi Dactyli in Creta (ut tradunt) ignis uſum invenerunt, ærisqve ac ferri naturam in Berecynthio, Antiſapteræorum regionis monte, indagarunt, ejusqve conflandi rationem docuere. Et qvia inſignium generi humano commodorum auctores habebantur, immortalibus ac divinis honoribus remunerati ſunt.

Hæc de *Idæis Dactylis, Orphei* in Creta præceptoribus, Diodorus. Tranſeundum nunc eſt ad *ſcripta Orphei*, qvæ vel antiqvitus ipſi attributa fuerunt, vel etiamnunc attribuuntur. Ea autem omnia, qvamvis ſatis antiqva ſint, merito tamen â probatiſſimis veterum auctorum cenſoribus jam olim pro ſuppoſititiis habita ſunt & hodieqve habentur. Qva de re vide Clementem Alexand. Strom. lib. 1. pag. 332. 333. Svidam v. Ὀρφεύς: Voſſium de art. Poet. Natur. & Conſtit. cap. 13. §. 3. de Poet. Gr. cap. 4. de Philoſoph. Sect. cap. 3. §. 4. Bochartum Geograph. ſacr. part. 2. lib. 1. cap. 39. pag. 725. Scripta autem ſub *Orphei* nomine conficta hæc ſunt:

Ἀργο-

Ἀργοναυτικὰ ſive *Argonautica*; qvæ etiamnunc (1) integra ſuperſunt, & conſtant verſibus hexametris. Principium eorum hoc eſt:

1373. Sec. ante Æ. C. XIII.

Ὦναξ Πυθῶνος μεδέων, ἑκατήβολε μάντι
Ὃς λάχες ἠλιβάτου κορυφῆς Παρνασίδα πέτρην,
Σὴν ἀρετὴν ὑμνῶ· &c.

h. e.

O Rex & vates, Pythonis maxime princeps.
Cuique ſacra eſt ſummum Parnaſſia petra cacumen,
Virtutem cano Phœbe tuam: &c.

At ultimi duo verſus hi ſunt:

Ἄντρον δ' εἰσέπρησα περίκλυτον, ἔνθα με μήτηρ
Γείνατο ἐν λέκτροις μεγαλήτορος Οἰάγρου.

h. e.

Hic antrum ſubii peramabile: protulit hic me
Magnanimi in lectis Oeagri ſplendida mater.

Verus horum *Argonauticorum*, teſte Svida, auctor eſt *Orpheus Crotoniata* ſive *Onomacritus*, qvi Piſiſtrato Athenienſium tyranno, ejusqve filiis Hipparcho & Hippiæ fuit σύγχρονος. Hi vero pertinent ſine dubio ad Seculum ante Æ. C. VI. ubi de Onomacrito ſive Orpheo Crotoniata pluribus diſſeram. Interea vide Voſſium de Poet. Græcis cap. 4. & de Idololatria lib. 1. cap. 39.

(1) *Vide Syntagma Poetarum Græcorum Veterum Heroici carminis, editum Aurel. Allobrog. ſive Genev. an. 1606. in fol. p. 280.*

Εὐχὴ πρὸς Μουσαῖον, h. e. *Votum ad Muſæum*; qvod etiamnunc (2) extat, & ſic incipit:

Μάνθανε δὴ Μουσαῖε θυηπολίην περὶ σέμνην
Εὐχήν, &c.

Diſce jam Muſæo operationem in ſacrificiis circa religioſam
Orationem, &c.

Conſtat autem hoc Poema verſibus 52. & ab eodem *Onomacrito*, cujus paulo ante facta eſt mentio, compoſitum creditur.

(2) *Vid. Syntagm Poet. gr Heroic, pag. 501.*

Τριαγμοὶ ſive τριασμοὶ, h. e. *Numeri ternarii*; qvod opus Clemens Alexandrinus, Laertius & Svidas, *Jonis Chii* fuiſſe teſtantur. Svidæ verba hæc ſunt: ἔγραψε Τριασμοὺς λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ, ἐν δὲ τούτοις, τὰ ἱεροσολικὰ καλούμενα, κλίσεις κοσμικαίνας, νεοτευκτικά.

Ἱεροὶ λογοὶ ἐν ῥαψῳδίαις κδ', ſive *Sacrorum Sermonum Rhapſodiæ* (3) *viginti qvatuor*: qvarum auctor à nonnullis habitus fuit *Theognetus Theſſalus*, ab aliis autem *Cercops Pythagoreus*, Svidæ verba hæc ſunt: ἔγραψε ὁ Ὀρφεὺς ἱεροὺς λόγους ἐν ῥαψῳδίαις κδ. λέγονται δὲ εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ. οἱ δὲ, Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου.

(3) *Duos hujus poematis verſus vide in Magno Etymolog. Gr. v.* Γίγας *ubi citatur* Ὀρφεὺς ἐν τῷ ὀγδόῳ τοῦ ἱεροῦ λόγου.

Χρησμοὶ ſive *Oracula*; qvorum verus autor habitus olim fuit *Onomacritus*, teſte Suida his verbis: ἔγραψε ὁ Ὀρφεὺς χρησμοὺς, οἱ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον.

Τελεταὶ ſive *Initia*; qvæ itidem dicuntur fuiſſe *Onomacriti*; ſeu, ut ipſis Svidæ verbis utar, ὁμοίως δὲ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου.

Σωτήρια ſive *Soteria*; cujus poematis autores, teſte Svida, habiti fuerunt *Timocles Syracuſanus* & *Perginus Mileſius*.

Κρατῆρες ſive *Crateres*; qvod poema Clemens Alexandrinus & Svidas teſtantur fuiſſe *Zopyri Heracleotæ*.

Θρονισμοὶ Μητρῷοι καὶ Βακχικά, h. e. interprete Porto, *Seſſiones Magnæ Deûm matris & Bacchica*; qvorum autor, teſte Svida, fuit *Nicias Eleates*.

Ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις, ſive *Deſcenſus ad inferos*; cujus autor ſecundum Clementem Alexandrinum fuit *Prodicus Samius*, ſecundum Svidam Ἡρόδικος ὁ Περίνθιος ſive *Herodicus Perinthius*, vel *Orpheus Camarinæus*, ſecundum Epigenem vel *Cercops Pythagoreus*.

Πέπλος καὶ Δίκτυον, ſive *Peplus* & *Rete*; qvorum poematum autor, teſtibus Clemen-

Sæc. ante Æ. C. XIII

mente Alexandr. & Svida, habitus fuit à nonnullis *Zopyrus Heracleota*, ab aliis autem *Brotinus* vel *Brontinus*

Ὀνομαςικὰ ἔπη ασ΄. h. e. *Onomastica carmina* 1200. Ἀςρονομία sive *Astronomia*; Ἀμοκοπία sive *Amocopia*: Θυηπολικὸν sive *Thyepolicon*, h. e. poema de sacrificiis: Ὠοθυτικὰ ἢ Ὠοσκοπικὰ, h. e. poema de *ovorum immolatione atqve inspectione*: Καταζωςικὸν sive *Catazosticum*: Κορυβαντικὸν sive *Corybanticum*: Ὕμνοι sive *Hymni*, qvi hodieqve (1) extant; & τὰ Φυσικὰ (2) sive *Physica*: qvorum omnium poematum auctor secundum Svidam, *Brontinus* fuit creditus.

Ἐφημερίδες καὶ Δωδεκαετηρίδες, h. e. *Ephemerides* sive *Dodecaeterides*. Utriusqve poematis meminit Joannes Tzetzes Histor. Chil. 12. à vers. 147. usqve ad vers. 157. his verbis:

> Ὀρφεὺς ὁ μέγας, σύγχρονος ὑπάρχων Ἡρακλεῖ,
> Γράψας ἐφημερίδας τε καὶ (3) δωδεκαετηρίδας,
> Καὶ περὶ ἄλλων ἀκριβῶς ἐλέγχει τούτους ψεύςας.
> Καὶ τῶν ἐφημερίδων μὲν Ὀρφέως ἀρχὴ, τόδε.
> Πάντ᾽ ἐδάης μουσαῖε θεόφραδε, εἰ δέ σ᾽ ἀνώγει
> Θυμὸς, ἐπωνυμίας μήνης κατὰ μοῖραν ἀεῖσαι,
> Ῥηά τε ἐξερέω, σὺ δ᾽ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.
> Τῶν δὲ δωδεκαετηρίδων ἡ καταρχὴ, τοιάδε.
> Δεῦρο νῦν κατά μοι καθαρὰς ἀκοὰς τε πετάσας
> Κέκλυθι τάξιν ἅπασαν, ὅσην τεκμήρατο δαίμων
> Ἔκ τε μιῆς νυκτὸς, ἢ δ᾽ ἐξ ἑνὸς ἤματος αὕτως.
>
> h. e. interprete Paulo Lacisio:
>
> *Orpheus magnus, contemporaneus existens Herculi,*
> *Cum scripserit Ephemeridasqve & Dodecaeteridas,*
> *Et de aliis diligenter arguit hos mendaces,*
> *Et Ephemeridarum qvidem Orphei principium hoc:*
> *Omnia doctus es Musæe divine, si autem te jubet*
> *Animus, cognomina lunæ juxta fatum canere,*
> *Facile tibi exponam: tu autem in mentibus pone tuis.*
> *Dodecaeteridarum autem initium tale*
> *Huc nunc aures mihi, purosqve auditus explicans,*
> *Audi ordinem omnem, qvem cogitavit Deus,*
> *Ex una nocte sive ex una die similiter.*

Horum duorum poematum auctorem fuisse existimo eundem *Onomacritum* sive *Orpheum Crotoniatam*, cui antiqvitus omnia fere poemata, sub Orphei nomine extantia, attributa ferunt, ut testatur Tatianus contra gentes his verbis: Ὀρφεὺς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν· ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἐπιφερόμενα (Scalig. ἔπη φερόμενα) φασὶν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενομένου κατὰ τὴν τῶν Πεισιςρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοςὴν Ὀλυμπιάδα. h. e. *Orpheus iisdem cum Hercule temporibus fuit. Verum poemata qvæ ejus nomine circumferuntur, ajunt ab Onomacrito Atheniensi esse composita, qvi fuit, cum penes Pisistratidas Athenis esset imperium, circa Olympiadem qvinqvagesimam.* Apud Svidam, ubi agitur de *Orpheo Crotoniata*, qvi à viris doctis idem censetur atqve *Onomacritus*, mentio fit poematis ab ipso compositi, cui titulus Δεκαετηρία. Videtur autem ibi significari idem opus, qvod Tzetzes supra citato loco Δωδεκαετηρίδας nuncupat; ideoqve Svidæ verba corrigenda & pro Δεκαετηρία Δωδεκαετηρία scribendum esse censeo.

Περὶ λίθων h. e. *de gemmis* sive *lapidibus pretiosis*: qvod poema etiamnunc (4) extat & sic incipit:

> Δῶρον ἀλεξικάκοιο Διὸς θνητοῖσιν ὀπάσσαι
> Κεκλόμενος &c.

(1) *In Syntagm. Poet. gr. Heroic. à pag. 502. usq. 521. Sunt autem in universum Hymni* &c.

(2) *Notabile hujus Operis fragmentum extat in Magno Etymol. Gr.* 6. Τριτοπάτορες; [illegible] ητικὸν αὐτὸ ποιήσας. *h. e. anonymus ille antiqvus* Scholiastes *sive* Commentator *citatur.*

(3) [illegible] *bulgo & hic.* [illegible] *pro* Δωδεκαετηρίδες, *tam in græco contextu, qvam latina interpretatione legitur* Δεκαετηρίδες.

(4) *In Syntagm. Poet. Gr. Heroic. à p.* [illegible] *usq.* 34.

In

In procemio hujus libri introducitur *Orpheus* colloqvens cum *Theodomante* Priami filio: unde ſatis clare apparet, autorem ejus non eſſe Orpheum illum antiqvisſimum, qvi expeditioni Argonauticæ interfuit. Si genuinum igitur eſſet hoc poema, pertineret ad ſeqvens ſeculum ante Æ. C. XII. in qvod hiſtoria belli Trojani incidit: aſſentior autem Viris doctis, qvi ψευδεπόγραφον illud eſſe cenſent & *Onomacrito* attribuunt. Pertinere enim huc exiſtimant Svidæ verba hæc: ἔγραψε ὁ Ὀρφεὺς καὶ τελετάς· ὁμοίως δὲ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου. ἐν τούτοις δ' ἐστὶ περὶ λίθων γλυφῆς, ἥτις ὀγδοηκοντάλιθος ἐπιγράφεται. h. e. interprete Porto: *Scripſit Orpheus etiam Initia. Pariter autem hæc qvoqve dicunt eſſe Onomacriti. In his autem eſt liber de gemmarum ſculptura, qvi ab* 80. *gemmis inſcribitur.* Ex præfatione libri hujus de gemmis citantur aliqvot verſus à Joanne Stobæo Antholog. Serm. 3. *de Prudentia* pag. 38. Serm. 4. *de Imprudentia* pag. 52. Serm. 29. de *Aſſiduitate & Diligentia* pag. 200.

Sec. ante Æ. C. XIII.

Ἔργα καὶ Ἡμέραι h. e. *Opera & dies*: qvod Orphei ſuppoſititium poema citatur à Joanne Tzetze in præfatione Scholiorum Græcorum in Heſiodum. Principium ejus hoc fuit:

> Εἰ δὲ γεωπονίης στεφιλομβρότου ἵμερος αἱρεῖ.

Vide de eo Geſner. Biblioth. lit. O v. Orpheus fol. 530.

Θεογονία ſive *Theogonia*; qvod Orphei poema citatur à Clemente Alexandrino Stromat. lib. 6. pag. 628. his verbis: Εὕροις δ' ἂν καὶ Ὅμηρον, τὸν μέγαν ποιητὴν, ἐκεῖνα τὰ ἔπη.

> Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης

καὶ τὰ ἑξῆς, κατὰ λέξιν μετενηνοχότα παρ' Ὀρφέως ἐκ τοῦ Διονύσου ἀφανισμοῦ. ἔν τε τῇ Θεογονίᾳ ἐπὶ τοῦ Κρόνου Ὀρφεῖ πεποίηται

> Κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὸν αὐχένα, κὰδ δέ μιν ὕπνος
> Ἥρει πανδαμάτωρ — —

ταῦτα δὲ Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ Κύκλωπος μετέθηκεν. h. e. *Homerum qvoqve invenias, magnum illum Poetam, hos verſus,*

> *Atqve ut vir nutrit ramum viridantis olivæ*

& qvæ deinceps ſeqvuntur, ad verbum tranſtuliſſe ex Orpheo (1) *de extincto Baccho Et qvæ ab Orpheo in Theogonia dicuntur de Saturno,*

> *Atqve is obliqvus craſſa cervice jacebat;*
> *Utpote qvem cuncta domans ſomnus jam cœperat.*

ea Homerus ad Cyclopem tranſtulit. Ejusdem poematis meminit etiam Macrobius in Somn. Scip. lib. 1. cap. 1. his verbis: *Hoc totum fabularum genus, qvod ſolas aurium delicias profitetur, è ſacrario ſuo in nutricum cunas ſapientiæ tractatus eliminat. Ex his autem, qvæ ad qvandam virtutis ſpeciem intellectum legentis hortantur, fit ſecunda diſcretio. In qvibusdam enim argumentum ex ficto locatur, & per mendacia ipſe relationis ordo contexitur: ut ſunt illæ Æſopi fabulæ, elegantia fictionis illuſtres. At in aliis argumentum qvidem fundatur veri ſoliditate; ſed hæc ipſa veritas per qvædam compoſita & ficta profertur; & hoc jam vocatur fabuloſa narratio, non fabula: ut ſunt ceremoniarum ſacra; ut Heſiodi & Orphei, qvæ de Deorum progenie actuve narrantur; ut myſtica Pythagoreorum ſenſa referuntur.* Item antiqvus græcus Scholiaſtes Apollonii Rhodii, apud qvem in Notis ad librum tertium Argonauticorum pag. 202. 203. hæc leguntur: Ἀπολλώνιος μὲν ἀφροδίτης τὸν ἔρωτα γενεαλογεῖ. Σαπφὼ δὲ γῆς καὶ οὐρανοῦ. Σιμωνίδης δὲ ἀφροδίτης καὶ ἄρεος. Σχέτλιε παῖ δολομήδεος ἀφροδίτας, τὸν ἄρη δολομηχάνῳ τέκεν. Ἴβυκος καὶ Ἡσίοδος ἐκ χάους λέγει τὸν ἔρωτα. ἐν δὲ τοῖς εἰς Ὀρφέα ἀναφερομένοις κρόνου γενεαλογεῖται.

(1) *Sic vulgo hic locus latine translatus legitur. Videtur autem hic ὁ τοῦ Διονύσου ἀφανισμὸς idem eſſe poema, qvod à Svida ſimpliciter appellatur τὰ βακχικά.*

Περὶ βοτανῶν ſive *de herbis*; cujus Operis Plinius Hiſtor. natural. lib. 25. cap. 2. ita meminit: *Primus autem omnium, qvos memoria novit, Orpheus de herbis curioſius aliqva prodidit. Poſt eum Muſæus & Heſiodus polion herbam in qvantum*

Sec. ante Æ. C. XIII.

(1) Alludit hic sine dubio Plinius ad Hymnos Orphei, qvi fere omnes θυμιάματα *sive* Suffimenta *inscribuntur.*

mirati sunt, diximus. Orpheus & Hesiodus (1) suffitiones commendavere. Item lib. 20. cap. 5. *Orpheus amatorium inesse staphylino dixit, fortassis quoniam Venerem stimulari hoc cibo certum est. Ideo conceptus adjuvare aliqvi prodiderunt.* Alius ejusdem generis, ex Orphei scriptis desumptus, locus extat apud eundem Plinium lib. 28. cap. 4. his verbis: *Sic & sagittas corpore eductas, si terram non attigerint, subjectas cubantibus, amatorium esse, Orpheus & Archelaus scribunt.*

Varia poemata, qvæ partim eadem, atqve superiora, partim ab his plane diversa sunt, & non minus obscure, qvam confuse, in principio ψευδεπιγράφων Orphei Ἀργοναυτικῶν ab Onomacrito à versu 9. usqve ad vers. 46. enumerantur. Qvem locum alias uberrima illustratum explanatione, huic operi integre inseram. Interim qvalemcunqve ejus epitomen, ex Otthonis Heurnii Antiqvitatum Philosophiæ Barbaricæ libri secundi capite vigesimo sexto desumptam, hic exhibeo: *Scripsit (Orpheus Thrax, ipso in Argonauticis teste) de elementorum transmutatione; de rerum naturalium amoris efficacia; de Gigantum cum Jove pugna; de Raptu & luctu Proserpinæ: de erroribus Cereris; de laboribus Herculis; de ritibus sacrorum Idæorum & Corybantum; de gemmis; de occultis oraculorum responsis; de Veneris & Minervæ sacrificiis; de Ægyptiorum luctu ob mortem Osyridis, illorumqve lustrationibus; de vaticiniis; de auspiciis; de fibrarum situ; de somniorum interpretatione; de prodigiis eorumqve averruncatione; de expiatione inferorum; de ratione & motu astrorum. Verum omnia hæc præclarissima Orphei scripta morsus ævi consumpsit. Qvæ enim hodie circumferuntur, Orphei sententiam qvidem exprimunt, at Orphei stylo non conscripta sunt.* Hæc Heurnius.

Et hactenus qvidem, si non omnia, pleraqve tamen scripta, qvæ vel olim sub nomine *Orphei* extiterunt, vel etiamnunc extant, speciatim recensui. Generaliter autem, & suppressis poematum titulis, citantur passim τὰ ὀρφικὰ sive ὀρφαϊκὰ, ab antiqvis tum gentilibus, tum Christianis scriptoribus. Qvas *Orphicorum* poematum reliqvias summa diligentia ex variis auctoribus collectas, & in certas classes distributas necessariisqve annotationibus illustratas, libro sexto hujus Prodromi, volente Deo, inseram. Interea videsis Principis typographorum Galliæ, & de re literaria scribendo & imprimendo optime meriti Viri Henrici Stephani *Poesin Philosophicam.* Notandum insuper qvam maxime est, ex *Orphicis* poematibus eorumqve fragmentis nonnulla qvidem perantiqva esse; utpote qvæ Homeri atqve Hesiodi simile qviddam sonent, & ad seculum pertineant ante Æ. C. VI. in qvod apud Athenienses Pisistrati & Pisistratidarum incidit tyrannis, & *Pythagoras*, cujus Scholam pleraqve redolent, floruit: alia autem his multo recentiora esse; qvippe qvæ nimis aperte Christianismum Christianaqve tempora sapiant, & ejusdem prorsus videantur farinæ, ac *Sibyllarum, Zoroastris Persomedi* & *Hermetis Trismegisti* ψευδεπίγραφα scripta, de qvibus superiori libro egimus. Qva de re cum suo posthac loco prolixius accuratiusqve nobis disserendum sit, abrumpam hic institutum de Orphicis poematibus sermonem, & corollarii loco notabilia aliqvot veterum & novorum Scriptorum indicabo loca, qvæ ad Historiam de vita & scriptis Orphei pertinent, & silentio superius prætermissa, uno nunc impetu qvasi per satyram se mihi offerunt. Jam primum itaqve observatu dignissimus est locus ille de parentibus, patria & regno Orphei, qvi extat in principio suppositititiorum Ἀργοναυτικῶν à vers. 76. usqve 79. ubi Jason Orpheum his verbis introducitur alloqvens:

> Ὀρφεῦ Καλλιόπης τε καὶ Οἰάγρου φίλε κοῦρε,
> Βιστονίῃ Κικόνεσσι πολυῤῥήνοισιν ἀνάσσων
> Χαῖρ᾽, ἐπεὶ Αἱμονίους ὀχέας πρώτιστον ἱκάνω
> Στρυμονίους τε ῥοὰς, Ῥοδόπης τ᾽ ἀιπεινὰ πρὸς ἄγκη.

h. e.

h. e.

Orpheu Calliopes Oeagro nate parente,
Atqve in Bistonia Ciconum Rex optime salve:
Tu namqve Æmonias princeps das jura per alpes,
Strymoniasqve undas, Rhodopes cacumina summa.

Sec. ante Æ. C. XIII.

Unde apparet Orpheum *Lebethrium* sive *Argonautam*, Orpheum *Ciconæum*, & Orpheum *Regem Tbraciæ*, de qvibus Svidas tanqvam tribus diversis viris agit, unum atqve eundem hominem fuisse. Vide etiam Herodotum lib. 2. cap. 81. ubi *ea, qvæ Orphica & Bacchica appellantur, Ægyptia & Pythagorea fuisse* asserit: Platonem in *Jone* seu Dialogo de Poetico Charactere pag. 144. ubi vetustissimorum Poetarum Græcorum Olympi, Thamyræ, Orphei & Phemii Ithacensis conjunctim fit mentio: Aristotelem de Anima lib. 1. cap. 5. pag. 386. ubi τὰ Ὀρφικὰ καλέμϑνα ἔπη citantur; & lib. de Mundo cap. 7. περὶ τῶν τȣ̃ Θεȣ̃ ὀνομάτων, ubi hæc (1) leguntur: Διὸ καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς λέγεται, ἁ λέγεται.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕςατος ἀρχικέραυνος.
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα. Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ ȣ̓ρανȣ̃ ἀςερόεντος.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτȣ πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντȣ ῥίζα. Ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεύς· Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος
Πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φάος ἐς πελυγηθὲς
Ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

h. e. L. Apulejo interprete:

Orpheus vero hanc effari potestatem volens, his de eo (sc. Deo *supremo, qvem Græci* Ζῆνα, *Romani Jovem nuncupant*) *verbis canit:*

Primus cunctorum est, & Jupiter ultimus idem:
Jupiter & caput, & medium est. Sunt ex Jove cuncta.
Jupiter & terræ basis & stellantis Olympi:
Jupiter & mas est, atqve idem nympha perennis:
Spiritus est cunctis, validusqve est Jupiter ignis,
Jupiter est pelagi radix, est Lunaqve Solqve;
Cunctorum rex est, princepsqve & originis auctor,
Namqve sinu occultans, dulces in luminis auras
Cuncta tulit, sacro versans sub pectore curas.

(1) pag. 282. 283. edit. gr. lat. Bonaventuræ Vulcanii Lugd. Bat. typ. Rapheleng. an. 1590. in 8vo.

Præterea consule Ciceronem Tuscul. Qvæstion. lib. 1. pag. 92. edit. Gruter. ubi Orphei, Musæi, Homeri & Hesiodi conjunctim meminit; & de Nat. Deor. lib. 1. pag. 147. ubi sic scribit: *Orpheum poetam docet Aristoteles nunqvam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujusdam fuisse Cercopis:* item de Nat. Deor. lib. 3. pag. 172. ubi matris Orphei, & pag. 173. ubi *sacrorum Orphicorum* facit mentionem. Adi qvoqve Strabonem Geograph. lib. 7. pag. 330. lib. 10. pag. 470. 471. & 474. & lib. 16. pag. 762. Sextum Empiricum adverf. Mathemat. pag. 70. ubi ὀρϑολέγος cognominatur Orpheus, & aliqvot ejus versus *de necessitate legum* citantur: Cononem Narrat. 45. apud Photium in Biblioth. Cod. CLXXXVI. pag. 233. edit. græc. Hæschelii, ubi de vita Orphei, & interitu, & capite post mortem adhuc canente, & templo multa minus vulgaria referuntur: Athenæum Deipnosoph. lib. 13. pag. 597. ubi insigne de eo citatur testimonium ex *Leontii Colophonii* Catalogo ἐρωτικῶν, h. e. eorum, qvi vehementius amarunt: Maximum Tyrium Dissertat. 21. pag. 217. Ovidium princip. lib. XI. Metamorph. Clementem Alexandr. Stromat. lib. 5. p. 321. 322. 332. 333. ubi, qvod inprimis notandum est, citatur Ἐπιγένης ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως, h. e. *Epigenes in iis, qvæ scripsit de poematibus Orpheo attributis:* Stromat. lib. 5. pag. 571. ubi rursus citatur ὁ Ἐπιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως, τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεῖ ἐκτιθέμϑνος, h. e. *Epigenes in libro de Poesi Orphei, & mysti-*

Sec. ante Æ. C. XIII.

mysticorum sive symbolicorum ejus vocabulorum expositione; Stromat. lib. 5. pag. 585. & 604. & lib. 6. pag. 626. ubi citatur *Λυσίας ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς*: Apollonium Rhodium & Valerium Flaccum in Argonauticis: Justinum Martyrem, apud qvem extat insigne Ὀρφικῶν fragmentum, in qvo *Abrahami* & *Mosaicarum Decalogi tabularum* fit mentio: Arnobium adverf. gent. lib. 5. pag. 100. edit. Hamb Elmenhorstii, ubi notabilis citatur locus ex Orphei *Bacchicis* & pag. 103. ubi de turpi Eleusiniorum sacrorum origine agens, sic scribit: *Calumniari nos improbe si qvis forte hominum suspicatur, libros sumat Threiici vatis, qvos antiqvitatis memoratis esse divinæ: & inveniet nos nihil neqve callide fingere, neque qvo sint risui Deum qværere atqve efficere sanctitates. Ipsos namqve in medio ponemus versus, qvos Calliopes filius ore edidit Græco, & cantando per secula generi publicavit humano:*

Sic effata simul vestem contraxit ab imo
Objecitqve oculis formatas inguinibus res.
Qvas cava succutiens Baubo manu: nam puerilis
Ollis vultus erat: plaudit, contrectat amice.
Tum Dea defigens augusti luminis orbes,
Tristitias animi paulum mollita reponit.
Inde manu poculum sumit, risuqve seqventi
Perducit totum cyceonis læta liqvorem.

Vide qvoqve Philostratum in *Philoctete*, ubi refert, Orphei caput Lesbo appulsum vaticinari consuevisse, ac Cyro etiam Persarum Regi cum aliqvos ad illud consulendum Babylone misisset, responsum hoc dedisse: Τὰ ἐμά, ὦ Κῦρε, σά, h. e. *Mea, ô Cyre, tua.* Id Cyrum accepisse tanqvam de locis dictum, ideoqve imperii sui incrementum eo significari credidisse: revera autem oraculum de sorte similiqve vitæ exitu locutum fuisse; qvod nempe, ut Orpheus à Threiciis mulieribus dilaceratus periit, sic Cyro à Tomyride Regina Scytharum caput præcidendum esset: Idem Proclum in Theolog. Platon. lib. 1. cap. 4. ubi de differentia inter *Orphicorum* & *Pythagoricorum* philosophandi rationem sic scribit: Ὀρφικοὶ διὰ συμβόλων, Πυθαγόρειοι διὰ εἰκόνων τὰ θεῖα μηνύειν ἐφιέμενοι: Macrobium in Somn. Scip. lib. 2. cap. 3. pag. 106. edit. Pontani: Svidam v. Φερεκύδης Ἀθηναῖος, ubi tradit *Pherecydem Atheniensem Pherecyde Syrio fuisse antiqviorem, & scripta Orphei collegisse*, seu, ut ipsius verbis utar, τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν: Joannem Saresberiensem Policrat. lib. 1. c. 6. pag. 25. ubi Orpheum primum apud Græcos (1) Sodomiticæ παιδεραστίας auctorem fuisse scribit: Eustathium in Procem. Comment. in Iliad. pag. 4. & in ipso Commentar. pag. 817. 299. 359. Joannem Tzetzen in Chiliad. Histor. Lucianum libro de Astrologia, ubi Orpheum censet primum & antiqvissimum Græcorum Astrologum fuisse: Raphaelem Volaterranum Commentar. Urbanor. lib. 17. pag. 406. 407. & lib. 33. pag. 795. Conrad. Gesnerum in Biblioth. lit. O. Otthonem Heurnium Antiqvitat. Philosoph. Barbaricar. lib. 2. cap. 26. de Orpheo Thrace: Gerard. Joan. Vossium de orig. & progress. Idololat. lib. 1. cap. 19. pag. 147. & cap. 39. pag. 284. lib. 2. cap. 51. pag. 587. lib. 3. cap. 44 p. 966. lib. 4. cap. 13. pag. 1323. de scient. Mathemat. cap. 32. §. 7. 8. pag. 145. ubi Astrologiam non ab *Orpheo Thrace*, sed à *Thalete Milesio* primum invectam esse in Græciam statuit. lib. de art. Poet. nat. & Constit. cap. 13. §. 3. ubi Aristotelis auctoritatem secutus Triumviros istos Poeseos *Linum*, *Orpheum* & *Musæum* nunqvam fuisse affirmat, & Orphei nomen derivat ab Arabico *Arif*, h. e. *sciens*, *eruditus*, *doctus*: Gilb. Gaulminium in Notis ad Mich. Pselli Dialogum de operat. dæmonum: Georg. Draudium in Biblioth. Class. Catalog. libror. Poet. tit. *Argonautica* & *Hymni*; ubi qvatuor scriptorum Orphei editiones recensentur; nempe *Veneta* typ. Aldi Manutii an. 1517. in 8vo, *Basileensis* typ. Cratandri an. 1523. gr. lat. in 4to, *Parisiensis* typ. Henrici Stephani in Syntagmate principum Poetarum Græcorum an. 1566. in fol. *Heidelbergensis* typ. Commelin. gr. lat. in 8vo. Qvibus addendæ sunt *Florentina* an. 1500. gr. in 4to, *Basileensis* latin. interprete Renato Perdrierio,

(1) Idem confirmat testimonio veterum auctorum Raphael Volater. lib. 33. p. 795.

Bono-

Sec. ante Æ. C. XIII.

Bononienſis lat. an. 1519. *Veneta* an. 1543, in 8vo cum Heſiodo, Theognide, Phocylide, Sibyllinis oraculis & Muſæo; *Genevenſis* typ. Roverianis in Syntagmate Poetarum Græcorum veterum Heroici carminis gr. latin. an. 1606. in fol. qva qvidem, cum hæc ſcriberem, ipſe uſus ſum. De *nova* autem Orphicorum poematum editione adornanda, notabilis extat locus in qvadam Avunculi mei *Lucæ Holſtenii* epiſtola, qvam anno Æ. C. 1646. prid. Kalend. April. Roma ad me miſit, cum ſeptendecim annorum juvenis apud magnum Gerardum Joannem Voſſium in Belgio commorans, cum aliis Polymathiæ neceſſariis partibus, tum vel præcipue variis antiqvis Autoribus Græcis legendis & probe conſiderandis darem operam. Ipſa ejus verba hæc ſunt: *De Lycophrone non ſolum probo conſilium tuum, ſed etiam hortor ac moneo, ut ex σκοτεινοῦ auctoris tenebris lucem nomini famæqve tuæ qværas. Offero etiam codicem MStum optimæ notæ commentariorum Tzetzæ: ſed ita eſt ὀγκώδης, ut ægre transmitti ad te poſſit. Eum igitur apud me tibi paratum ſcias, ubi veneris; interim ingenium experire. Habeo & Orphei poematum exemplar non contemnendum, ex qvo Argonautica plurimis locis emendavi. Auctor ille hucusqve à Criticorum & Correctorum vulgo derelictus, tuam expoſcere videtur operam. Hymni autem, reconditæ antiqvitatis pleniſſimi, juſtum Commentarium merentur: qvem vel unius Procli ſcripta ἀνέκδοτα tibi inſtruent, ut ex Notis meis ad Saluſtium Philoſophum facile perſpicies: ne qvid de cæteris, qvos apud me habeo, Platonicis nunc dicam, in qvibus τῆς μυθικῆς θεολογίας theſaurus latet.*

V. Hactenus de Orpheo. Venio nunc ad *Muſæum Athenienſem*, de qvo hæc apud Svidam leguntur: Μουσαῖος ἐλευσίνιος ἐξ ἀθηνῶν, υἱὸς Ἀντιφήμου, τοῦ Εὐφήμου, τοῦ Ἐκφάντου, τοῦ Κερκυῶνος, ὃν κατεπολέμησεν ὁ Θησεὺς, καὶ Ἑλένης γυναικός. μαθητὴς Ὀρφέως, ἐποποιός. μᾶλλον δὲ πρεσβύτερος. ἤκμαζε δὲ κατὰ τὸν δεύτερον Κέκροπα. ἔγραψεν ὑποθήκας Εὐμόλπῳ τῷ υἱῷ ἔπη δ΄ καὶ ἄλλα πλεῖστα. h. e. *Muſæus, cognomine Eleuſinius, patria Athenienſis, filius Antiphemi, Euphemi nepos, Ecphanti pronepos, Cercyonis abnepos, qvem debellavit Theſeus, & Helenæ uxoris ejus, Orphei fuit diſcipulus, ſeu potius antiqvior eo, & carminis heroici ſcriptor. Floruit autem ſub altero Cecrope. Scripſit præcepta ad Eumolpum filium verſibus* 4000. *& alia plurima.* Hactenus Svidas. Patria itaqve Muſæi fuerunt *Athenæ*; qvod qvidem præter Svidam Diogenes Laertius in proœmio teſtatur his verbis: ἰδοὺ γοῦν παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λίνος. Pater ipſius ſecundum *Svidam* fuit *Antiphemus*; qvam ſententiam defendit antiqvus græcus Scholiaſtes Sophoclis in Oedip. Coloneum teſtimonio *Androtionis* Hiſtorici: Ἀνδροτίων μὲν οὖν γράφει, inqvit, οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα. Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα· τοῦ δὲ, Εὔμολπον· τοῦ δὲ, Ἀντίφημον· τοῦ δὲ, Μουσαῖον τὸν ποιητήν· τοῦ δὲ, Εὔμολπον, τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγονότα. Qvæ verba Joannes Meurſius libro de ſacris Eleuſiniis cap. 2. erudite explicat. *Diogenes* vero *Laertius*, cujus ſententiæ ipſe accedo, patrem Muſæo attribuit *Eumolpum*, unde clariſſima apud Athenienſes *Eumolpidarum* familia traxit originem. Verba ejus hæc ſunt: Τοῦτον (ſc. τὸν Μουσαῖον φασὶ) τελευτῆσαι Φαληροῖς, καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι τόδε τὸ ἐλεγεῖον·

> Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν οὖδας,
> Μουσαῖον φθίμενον σῶμ᾽ ὑπὸ τῷδε τάφῳ.

ἀπὸ δὲ τοῦ πατρὸς δὲ τοῦ Μουσαίου καὶ (1) Εὐμολπίδαι καλοῦνται παρ᾽ Ἀθηναίοις. h. e. *Hunc* (ſc. *Muſæum ferunt*) *Phaleris obiiſſe diem & ſepulchro ejus hoc epigramma inſculptum fuiſſe:*

> *Eumolpi exanimem Muſæum terra Phalera*
> *Claudit in hoc tumulo, pignora chara patris.*

Qvin etiam à patre Muſæi Eumolpo Eumolpidæ apud Athenienſes denominati ſunt. Hæc Laertius. Cujus auctoritatem ut Svidæ aſſertioni longe præfero, ſic minime hic audiendum arbitror Diodorum Siculum, qvi Bibl. Hiſtor. lib. 4. pag. 232. edit. Rhodoman. Muſæum Ὀρφέως υἱὸν ſive *Orphei filium* nuncupat. Cæterum qvamvis Muſæus Athenis oriundus fuerit, paſſim tamen ab antiqvis Auctoribus *Eleuſinius* cognominatur, ſive qvod is primus Eleuſinia Cereris myſteria inſtituerit, ut

(1) *Vide Suidam & Magn. Etymolog. gr.* ſ. Εὐμολπίδαι.

Sec. ante Æ. C. XIII.

ut censet Tertullianus, in Apologetico ita scribens: *Orpheus Pieriæ, Musæus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Bæotiæ initiationibus homines obligarunt*: sive qvoniam Eleusiniis sacris præfuit, cum Hercules initiaretur; ut testatur Diodorus Siculus jam citato loco his verbis: ὁ δὲ Ἡρακλῆς παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μετέσχε τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων, Μουσαίου τοῦ Ὀρφέως υἱοῦ τότε προεστηκότος τῆς τελετῆς· h. e. *Hercules autem Athenas se contulit ut mysteriis Eleusiniæ matris initiaretur, qvorum Musæus Orphei filius tunc Antistes erat.* Huc qvoqve pertinet minus vulgaris *Leontii Colophonii* locus, qvi extat apud Athenæum Deipnosoph. lib. 13, p. 597.

Οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς μήνης, ἀγέραστον ἔθηκεν
Μουσαῖος χαρίτων ἤρανος Ἀντιόπην
Ὅστε πολυμνήστην Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
Εὔοσμον κρυφίων ἐξεφόρει λογίων.

De qvorum versuum genuino sensu, ut & de *Eleusiniorum sacrorum* origine & ceremoniis commodiori posthac loco pluribus agam. Interea commendo erudito Lectori *Joan. Meursii Eleusinia* sive de Cereris Eleusinæ sacro ac festo librum singularem, qvi Lugd. Batav. typ. Elzevir. an. 1619. in 4to prodiit. Qvod porro jam ad *ætatem Musæi* attinet, perperam is à Svida refertur ad tempora *Cecropis secundi* sive junioris, Atheniensium Regis; utpote cum hic qvidem seculi ante Æ. C. XIV. Musæus autem seculi ante Æ. C. XIII. priori parte dimidia floruerit. Fuit enim Musæus Orphei discipulus, ut ipse Svidas fatetur: Orpheus autem, ut supra pluribus indicavi, expeditioni Argonauticæ interfuit, ideoqve ad seculi ante Æ. C. XIII. priorem partem dimidiam sine dubio pertinet. De reliqvo errat Clemens Alexandrinus, qvi Stromat. lib. 1. pag. 332. Musæum ait Orphei præceptorem fuisse, cum contra Musæus Orphei fuerit discipulus. Ὀρφεύς τε, inqvit, ὁ συμπλεύσας Ἡρακλεῖ, Μουσαίου μαθητής· h. e. *Orpheus, qvi una cum Hercule navigationi Argonauticæ interfuit, discipulus fuit Musæi.* Cui errori suffragari videtur etiam Svidas, qvi jam citato loco Musæum primo qvidem Ὀρφέως μαθητήν. h. e. *Orphei discipulum appellat*; deinde vero qvasi per ἐπανόρθωσιν sive *correctionem* subjungit: μᾶλλον δὲ πρεσβύτερος. Verumenimvero prævalere hic merito debet autoritas plurimorum Clemente Alexandrino longe vetustiorum scriptorum, qvorum unanimi consensu Musæus Orpheo junior, ejusqve discipulus fuisse traditur. Cujus rei testimonium omni exceptione majus extat in antiqvissimo illo poemate, ab Onomacrito sub Orphei nomine composito, cui titulus, Ὀρφέως εὐχὴ πρὸς Μουσαῖον· Hoc enim ita incipit: μάνθανε δὴ Μουσαῖε &c. h. e. *Disce jam Musæe* &c. Qvod principium insulsum & ridiculum esset, nisi Musæus Orpheo fuisset junior. Qvod deniqve ad studia Musæi attinet, iisdem deditus fuit, qvibus ipse Orpheus: ut satis superqve apparet ex scriptis, qvæ vel antiqvitus sub nomine ejus extiterunt, vel etiamnunc circumferuntur. Ea autem sunt hæc:

Χρησμοὶ sive *Oracula*, qvæ partim collegit & interpolavit, partim vero primus finxit idem ille *Onomacritus*, qvem præcedente paragrapho dixi similem fraudem in publicandis Orphicis poematibus commisisse. Extat ea de re insignis locus apud Herodotum lib. 7. cap. 6. qvem cum aliis multis nominibus integre hic inserendum esse censeo, tum vel inprimis, ut hinc appareat, ipso adhuc superstite Onomacrito, tantam jam Oraculorum sub nomine Musæi ab ipso editorum autoritatem & existimationem fuisse, ut eorum promissis præcipue impulsus Rex Persarum Xerxes, Darii Hystaspidis filius, celeberrimam illam adversus Græcos expeditionem susceperit. Ipsa Herodoti verba hæc sunt:

Ταῦτα δὲ ἔλεγε, οἷα νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμητὴς ἐὼν, καὶ θέλων αὐτὸς τῆς Ἑλλάδος ὕπαρχος εἶναι. χρόνῳ δὲ κατεργάσατό τε καὶ ἀνέπεισε Ξέρξεα ὥστε ποιέειν ταῦτα. συνέλαβε	*Hæc Mardonius dicebat juvenis ac novarum rerum cupidus, imperiiqve Græciæ pro rege administrandi. Qvod etiam regi persuasit, conditione temporum adjutus. Nam*

Sec. ante Æ. C. XIII.

βε γὰρ καὶ ἄλλα οἱ σύμμαχα γενόμενα πρὸς ὅτι πείθεσθαι Ξέρξεα. τοῦτο μὲν, ἀπὸ τῆς Θεσσαλίης παρὰ τῶν Ἀλευαδέων ἀπιγμένοι ἄγγελοι ἐπεκαλέοντο βασιλῆα, πᾶσαν προθυμίην παρεχόμενοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· (οἱ δὲ Ἀλευάδαι οὗτοι ἔσαν Θεσσαλίης βασιλῆες) τοῦτο δὲ, Πεισιστρατιδέων οἱ ἀναβεβηκότες ἐς Σοῦσα, τῶν τε αὐτέων λόγων ἐχόμενοι τῶν καὶ οἱ Ἀλευάδαι· καὶ δή τι πρὸς τούτοισι ἔτι πλέων προσωρέγοντο οἱ ἔχοντες Ὀνομάκριτον, ἄνδρα Ἀθηναῖον χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τῶν Μουσαίου. ἀναβεβήκεσαν γὰρ τὴν ἔχθρην προκαταλυσόμενοι ἐξηλάσθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηναίων, ἐπ' αὐτοφόρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου χρησμὸν, ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο ἐκ τῆς θαλάσσης. διὸ ἐξήλασέ μιν ὁ Ἵππαρχος, πρότερον χρεώμενος τὰ μάλιστα. τότε δὲ συναναβὰς, ὅκως ἀπίκοιτο ἐς ὄψιν τὴν βασιλῆος, λεγόντων τῶν Πεισιστρατιδέων περὶ αὐτοῦ σεμνοὺς λόγους, κατέλεγε τῶν χρησμῶν. εἰ μέν τι ἐνέοι σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, τῶν μὲν ἔλεγε οὐδὲν, ὁ δὲ τὰ εὐτυχέστατα ἐκλεγόμενος, ἔλεγε τόν τε Ἑλλήσποντον τὸν ὡς ζευχθῆναι χρεὼν εἴη ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσεω, τήν τε ἔλασιν ἐξηγεόμενος. οὗτός τε δὴ χρησμῳδέων προσεφέρετο, καὶ οἵ τε Πεισιστρατίδαι καὶ οἱ Ἀλευάδαι γνώμας ἀποδεικνύμενοι.

alia ut rex ad hoc faciendum induceretur adjumento fuere. Primum è Theſſalia nuncii ab Alevadis ad regem invocandum adverſus Græciam, ſe enim omne obſeqvium præſtituros. (Alevadæ autem iſti erant Theſſaliæ reges.) deinde ii Piſiſtratidæ qvi Suſa aſcenderant: qvi cum eadem verba habuerunt qvæ Alenadæ, tum vero prætendebant Onomacritum qvendam Athenienſem, qvem ſecum habebant, ſortilegum, & Muſæi ſortium ediſſertatorem. Aſcenderant autem cum eo reverſi in Græciam. Nam Onomacritus ab Hipparcho Piſiſtrati filio Athenis fuerat ejectus, qvod à Laſo Hermionis filio manifeſto deprehenſus fuiſſet, inter Muſæi ſortes hanc etiam inſeruiſſe, fore ut inſulæ Lemno adjacentes mari ſubmergerentur. Ob id Hipparchus hominem ejecerat, qvum familiariſſime illo antea uteretur. Et tunc cum eodem, ut in conſpectum regis veniret, aſcenderat: deqve eo honorifice cum aliis Piſiſtratidis loqvebatur. Onomacritus, ſiqvæ ſortes cladem barbaro nunciabant, earum nullam recitavit. Itaqve accedente hoc ſortilego, & Piſiſtratidarum & Alevadarum ſuaſionibus, Xerxes ad inferendum Græciæ bellum inductus eſt.

Eorundem Muſæi Oraculorum meminit idem Herodotus l. 8. c. 96. his verbis:

Ὡς δὲ ἡ ναυμαχίη διελέλυτο, κατειρύσαντες ἐς τὴν Σαλαμῖνα οἱ Ἕλληνες τῶν ναυηγίων ὅσα ταύτῃ ἐτύγχανε ἔτι ἐόντα, ἑτοῖμοι ἔσαν ἐς ἄλλην ναυμαχίην· ἐλπίζοντες τῇσι περιεούσῃσι νηυσὶ ἔτι χρήσεσθαι βασιλῆα· τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ὁ ἄνεμος ζέφυρος, ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠϊόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα· ὥστε ἀποπλῆσαι τὸν χρησμὸν, τόν τε ἄλλον πάντα τὸν περὶ τῆς ναυμαχίης ταύτης εἰρημένον Βάκιδι καὶ Μουσαίῳ, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰ ναυήγια τὰ ταύτῃ ἐξενειχθέντα ὅτι εἰρημένον πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον τουτέων ἐν χρησμῷ, Λυσιστράτῳ Ἀθηναίῳ ἀνδρὶ χρησμολόγῳ, τὸ ἐλελήθεε πάντας τοὺς Ἕλληνας.

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίξουσι.

τοῦτο δὲ ἔμελλε ἐπελάσαντος βασιλῆος ἔσεσθαι.

Defuncti navali pugna Græci, reductis in Salaminem navibus, potiti ſunt naufragiis, qvæ illic ſupererant: parati ad aliam dimicationem, qvod ſperarent, regem iis qvæ ſibi reliqvæ erant navibus uſurum. Porro naufragiorum pleraqve ventus zephyrus aſportavit in oram Atticæ, nomine Coliadem: ut impletum ſit omne oraculum, cum de ceteris qvæ ad pugnam navalem pertinent faciens mentionem, tum vero de naufragiis illuc evectis, à Bacide & Muſæo multis annis antea prædictum, ac redditum Lyſiſtrato Athenienſi, viro ſortilego, qvod omnes Græcos latuerat.

Horrebunt remis mulieres Coliadenſes.

Hoc autem futurum erat advecto rege.

Ad eadem Muſæi Oracula alludit Strabo Geograph. lib. 16. pag. 762. ubi de illuſtribus agens vatibus, τοιοῦτος δὲ, inqvit, ὁ Ἀμφιάρεως καὶ ὁ Τροφώνιος, καὶ ὁ Ὀρφεὺς καὶ ὁ Μουσαῖος· h. e. *Talis fuit Amphiareus, & Trophonius, & Orpheus, & Muſæus.* Longe clarius de his Oraculis & vero eorum auctore extat teſtimonium

Sec. ante Æ. C. XIII.

ſtimonium apud Clementem Alexandrinum Stromat. lib. 1. pag. 332. Καὶ μὴν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται. καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον χρησμοὺς, Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι. h. e. *Certe Onomacritus Athenienſis, cujus dicuntur eſſe poemata, qvæ Orpheo attribuuntur, tempore tyrannidis Piſiſtratidarum, circa qvinqvageſimum Olympiadem floruiſſe invenitur. Ejusdem qvoqve eſſe ajunt, qvæ Muſæi vulgo feruntur eſſe Oracula.* Huc inſuper pertinent verſus Leontii Colophonii ex Athenæi lib. 13. paulo ante citati; utpote in qvibus τῶν κρυφίων Μουσαίου λογίων fit mentio.

Περὶ Θεσπρωτῶν h. e. *Poema de Theſprotis* Epiri incolis, cujus meminit Clemens Alexandr. Stromat. lib. 6. pag. 628. ubi de impudentia Græcorum in committendis plagiis ſive furtis alienorum ſcriptorum diſſerens, ſic ait: ἤδη δὲ οὐ τὰς διανοίας μόνον καὶ λέξεις ὑφελόμενοι καὶ παραφράσαντες ἐφωράθησαν, ὡς δειχθήσεται· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ φώρια ἄντικρυς ὁλόκληρα ἔχοντες διελεγχθήσονται. αὐτοτελῶς γὰρ τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι, ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν, καθάπερ Εὐγάμων ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον ὁλόκληρον· h. e. *Jam vero qvod non ſententias ſolum & dictiones ſuffurati, paraphraſtice enunciaverint, poſthac demonſtrabitur; verum etiam integra furta commiſiſſe arguentur. Nam cum, qvæ erant aliorum, tota omnino ſurripuiſſent, enunciarunt ea, tanqvam propria; ut Eugamon Cyrenæus ex Muſæo librum integrum de* (1) *Theſprotis.* Idem confirmat Euſebius Pamphili de Præparat. Evang. lib. 10. cap. 1. præterqvam qvod Εὐγράμμων pro Εὐγάμων ibi legitur.

(1) *De ſitu Theſprotiæ vide Strabon. Geograph lib. . pag. 324. Stephan. in. ... Θεσπρωτία; libb. Emm. Græc. Vet. l. 4. p. ... Phil. Cluver. Introd. in Univerſ. Geograph. lib. 4. ... & Phil. Briet. Parallel. Geograph. Vet. & Nov. Part. 2 lib. 4. p. 363.*

Ἀκέσεις νόσων h. e. *Poema de Curationibus & remediis morborum*; cujus Euſtathius in procem. Comment. in Iliad. Hom. pag. 4. ita meminit: ὅτι δὲ καὶ ἕτεροι πρὸ Ὁμήρου ἦσαν ποιηταὶ, ὧν καὶ Μουσαῖος ἀκέσεις νόσων συγγραψάμενος. Item Plinius Hiſtor. Nat. lib. 21. c. 7. *Sic & apud Græcos polion herbam, inclytam Muſæi & Heſiodi laudibus ad omnia utilem prædicantium, ſuperqve cætera ad famam etiam ac dignitates, prorſusqve miram, ſi modo, ut tradunt, folia ejus mane candida meridie purpurea, ſole occidente cærulea aſpiciuntur.* Et lib. 25. cap. 2. *Primus autem omnium qvos memoria novit, Orpheus de herbis curioſius aliqvid prodidit. Poſt eum Muſæus & Heſiodus polion herbam in qvantum mirati ſunt, diximus.* Hinc igitur, uti Orpheus, ſic & Muſæus à Guolphango Juſto recte inter *illuſtres* refertur *Medicos.* Qva de re vide plura apud ipſum in Chronologia illuſtrium Medicorum, Francofurti ad Viadrum an. 1556. in 8vo edita, ad an. M. 1364. pag. 11.

Θεογονία ſive *Theogonia*; cujus poematis Laertius in procemio ſic facit mentionem: καὶ τὸν μὲν Μουσαῖον Εὐμόλπου παῖδα φασὶ, ποιῆσαι δὲ θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον· φάναι τε ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι. h. e. *Muſæum Eumolpi filium fuiſſe ferunt, primumqve omnium generationem deorum & ſphæram verſibus conſcripſiſſe, ſimul etiam ex uno omnia fieri, atqve in idem reſolvi ſtatuiſſe.* Hæc Laertius. Qvibus illuſtrandis plurimum affert lucis doctisſimus Hieronymus Wolfius in explicatione Tabulæ Philoſophicæ Guilhelmi Morellii Tiliani, Baſileæ an. 1580. typ. Hervag. in 8vo edita, ubi pag. 47. de Theogonia, qvæ ſub Muſæi nomine olim extitit, ſic ſcribit: *Aut principia rerum tractavit, Deumqve autorem rerum omnium eſſe declaravit, aut in fabulis & nugis fuit occupatus, ſicut Heſiodus in Theogonia; qvi aut res naturales, ut elementa, in Deos transformat; aut mortuos homines ob inventas artes & beneficia vitæ hominum collata divinis laudibus ornat; aut monſtra qvædam abſurdisſima & portenta comminiſcitur. Qvod idem & Apollodorus in Bibliotheca ſua facit.* Hactenus de Theogonia Muſæi Wolfius. De principio autem ejusdem, ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι, idem jam citato loco ſic diſſerit: *Vix exiſtimo eum* (ſc. Muſæum, ſeu potius, ut ego arbitror, Onomacritum) *ſenſiſſe, Deum eſſe* Α καὶ Ω, *ex qvo, in qvo & per qvem omnia, ut ſacræ literæ docent. Fortasſis intellexit chaos, primam materiam & elementa, qvæ perpetuis vicibus in*

hac

Sec. ante Æ. C. XIII.

hac inferiore natura mutantur: ut terra liqvefacta paulatim degenerat in aqvam, aqva in aerem, aer in ignem, ab imo elemento ad summum ascendendo; rursusqve descendendo, ignis in aerem, aer in aqvam, aqva in terram degenerare dicitur, subtilitate & puritate amissa. Analogia autem elementorum inter sese, etsi à nonnullis philosophis curiose indagatur, tamen videtur captum humani ingenii excedere, non minus, qvam numeri illi Platonici, qvi in Timæo extant.

Σφαῖρα sive *Sphæra*; cujus poematis idem Laertius loco paulo ante inserto meminit. Perperam autem τὸ ποιεῖν vulgo ibi vertitur *invenire, fabricare, construere*, cum revera significet *versibus conscribere*, sive *metrice describere*.

Ὑποθῆκαι πρὸς Εὔμολπον τὸν υἱὸν, ἔπη δ. h. e. *Præcepta* sive *Adhortationes ad Eumolpum filium versibus* 4000. de qvo poemate videsis Svidæ verba, qvæ principio inserta sunt hujus paragraphi. Inde autem, qvæ apud Clementem Alexandrin. Stromat. lib. 6. pag. 618. 619. extant, hæc desumpta esse videntur:

> Ὡς αἰεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰσχύος ἐστιν
> *Ut longe melior, longe præstantior est ars:*
>
> Et:
>
> Ὡς δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα
> Ἄλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ φύει·
> Ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπων γενεὴ καὶ φῦλον ἑλίσσει.
>
> h. e.
>
> *In lucem atqve vides almam folia edere terram*
> *Atqve perire alia in ramis, ac rursus oriri*
> *Altera, sic hominum seculum generatio volvit.*

Ὕμνος εἰς τὴν Δήμητρα h. e. *Hymnus in Cererem*; de qvo Pausanias in Atticis interprete Romulo Amasæo sic scribit: *Qvæ Musæi inscribuntur, ea Onomacritum fecisse arbitror. Nam Musæi nihil extat præter Hymnum in Cererem, qvem Lycomedi fecit.*

Εὐμόλπια: de qvo poemate apud Pausaniam in Phocicis interprete Amasæo (nam græcum Pausaniæ exemplar nunc mihi ad manum non est) hæc leguntur: *Poesin Græci habent, qvæ Eumolpia appellantur. Ejus autorem Musæum perhibent, Antiphemi filium. In ea proditum est memoriæ, commune Telluri cum Neptuno oraculum illud (Delphicum) fuisse. Neptunum interpretem habuisse Pyrconem. Ea de re versus hujusmodi sunt.*

> *Telluris cuncti sanctas cognoscite voces,*
> *Et magno Pyrcon Neptuno sacra ferebat.*

Τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον h. e. *Poema de Herûs & Leandri amoribus*; qvod qvidem etiamnunc integrum superest & 341. constat versibus. Principium ejus sic se habet:

> Εἰπὲ θεὰ κρυφίων ἐπιμάρτυρα λύχνον ἐρώτων

Finis autem:

> Ἀλλήλων δ' ἀπόναντο καὶ ἐν πυμάτῳ περ ὀλέθρῳ.

De qvo poemate judicium meum idem est atqve summorum Virorum, Isaaci Casauboni & Gerardi Joannis Vossii, qvorum prior in Notis ad Laertii Proœmium sententiam suam de spurio hoc atqve supposititio Musæi fœtu hisce profert atqve tuetur verbis: *Ait* (Laertius) *Musæum Theogoniam Sphæramqve composuisse. Sed & alia qvædam jam olim sub Musæi nomine fuisse circumlata constat. Vide Suidam & scholia* (1) *in Aristophanis Ranas. Video etiam gravissimos hujus ætatis viros esse, qvibus placeat, eum ipsum autorem esse carminis, qvod de Leandro & Heroi circumfertur: à qvibus tamen vehementissime dissentio. Primum qvod nusqvam apud veteres, seu poetarum interpretes, seu alios, qvicqvam ex illo venustissimo reperitur carmine. Omnium enim antiqvissimus, qvi ejus meminit, est Tzetzes. Atqvi si ætate Homerum is poeta, qvicunqve fit, præcessisset, an tacuissent obsecro tot doctissimi Grammatici, qvi Homerum sunt interpretati, qvam multos locos ex eo poemate videri posset accepisse Homerus! Verum age Gram-*

(1) *Vide etiam antiqva græca scholia in lib. 3. Argonaut. Apollonii Rhodii, ubi hæc leguntur:* ἐν δὲ τοῖς εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένοις, δύο ἱστοροῦνται γενέσεις μουσῶν, πρεσβυτέρων μὲν, μετὰ τοῦ Κρόνου γενομένων· νεωτέρων δὲ, τῶν ἐκ Διὸς καὶ Μνημοσύνης. *Qvi locus sine dubio ex* Theogonia *Musæi, cujus Laertius meminit, desumptus est.*

Sec. ante Æ. C. XIII.

Grammaticos mitto. At illi certe qvi ex professo vetustissimorum scriptorum furta sunt persecuti, tam manifesta, ut illi vocarent, plagia, ut nos συνεμπλώσεις, nunqvam siluissent: qvod tamen factum esse, ex Clemente & Eusebio tam mihi certum, qvam hunc Solem lucere. Deinde movet me qvod in Pausania legimus, cujus hæc sunt verba: Καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως, ὅτι μὴ μόνον εἰς Δήμητρα ὕμνος. *Postremo vel ipse stylus me in eam impellit sententiam, ut putem verissimam esse inscriptionem, qvam Michael Sophianus in scriptis codicibus reperit:* Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ. *Nam si qvis conferat (qvod nos fecimus aliqvando diligenter) id poema cum aliorum recentiorum poetarum Græcorum, maxime Nonni, qvi Dionysiaca conscripsit, carminibus; non dubitabit hanc sententiam esse verissimam.* Hæc Casaubonus. Vossius vero tantum abest, ut qvod de Herus & Leandri amoribus sub Musæi nomine circumfertur poema, genuinum existimet, ut contra ne ipsum qvidem Musæum unqvam fuisse, sed nomen hoc mere fabulosum, & ab Hebraico מוכר derivandum esse censeat. Qva de re vide ipsum lib. de art. Poet. nat. & constit. cap. 13. §. 3. item de Orig. & progress. Idololat. lib. 4. cap. 13. de Poet. Græcis cap. 2. & 9. *Musæum*, inqvit, *qvi amores Leandri & Herus conscripsit, Cæsar Scaliger (at qvantus vir!) in suis de re Poetica libris Homero præmisit, qvia hunc putaret esse illum, cujus à Virgilio fit mentio in sexto magni operis. Sed nihil manifestius, qvam hunc vixisse sub Augustis, & qvidem post qvartum seculum. Itaqve hic, de qvo jam sermo nobis in veteribus libris dicitur* Μουσαῖος ὁ Γραμματικός. Locus Julii Cæsaris Scaligeri, qvem Vossius hic reprehendit, extat Poetices lib. 5. cap. 2. ubi Græcos Latinosqve Poetas inter se conferens, de Musæo & Homero sic scribit: *Arbitror enim ego Musæi stylum longe esse Homerico politiorem atqve comptiorem; qvod ut clarius pateat, aliqvot versus adducere coactus sum. Nam qvemadmodum omnes sunt incomparabiles, soliqve è Græcanicis Virgilio digni, ita nonnulli adeo compositi, ut ab ejus gentis nullo alio, qvam à Musæo dici potuisse videantur. Qvare neqve Homerum, neqve Orpheum, sed Musæum fecit ille principem Elysiacarum cantionum.* Videsis etiam eundem Scaligerum in eodem Opere lib. 3. cap. 96. in fine.

Et hactenus qvidem poemata, qvæ sub nomine Musæi vel antiqvitus extitere, vel etiamnunc extant, & ad meam pervenere notitiam, carptim & breviter recensui. Pluribus autem, volente Deo, de illis agam libro *sexto* hujus Prodromi: ubi & alia multa ad historiam Vitæ *Musæi* pertinentia, qvæ hic partim dedita opera; partim per angustias temporis silentio prætermissa sunt, adjiciam. Interea consule Pausaniam in *Atticis*, ubi refert, intra vetus pomœrium urbis Atheniensis è regione arcis collem fuisse, Musæi vatis cantu & sepultura celebrem; & in Phocicis, ubi Ἀθηναῖον Μουσαῖον τὸν Ἀντιφήμου recenset inter χρησμολόγους ἄνδρας sive *Viros fatidicos*, & ex *Oraculis* ejus tres citat versus, qvos Romulus Amasæus latine ita transtulit:

> *Et fera tempestas urgebit Cecrope cretos*
> *Fraude ducum: sed certa adorunt solatia victis:*
> *Namqve urbem hostilem evertent, pœnasqve reposcent.*

Vide qvoqve Gesner. Biblioth. Univers. lit. M. & Draud. Biblioth. Class. Catalog. libror. Poetic. tit. *Amatoria*, ubi variæ poematis Musæi de amoribus Herûs & Leandri editiones, cum variis ejusdem interpretibus & commentatoribus enumerantur; de qvibus æqve ac de manuscriptis poematum Orphei & Musæi codicibus qvos in diversis Bibliothecis scio asservari, suo posthac loco accuratissime differam.

VI. Præter Linum, Orpheum & Musæum floruerunt eodem seculo ante Æ. C. XIII. Musici ac Poetæ illustres.

Amphion Argonauta & Rex Thebarum Bœotiarum, qvem Poetæ fabulantur; cum Thebani urbem incolerent sine mœnibus, lyræ cantu saxa ita permulsisse, ut illa sua sponte & sine fabrorum opera ad urbis munitionem & murorum

rorum structuram convenirent. De qva fabula ejusqve interpretatione vide Euripidem in Phœnissis; Horatium lib. de arte Poetica, ubi hæc leguntur:

Sec. ante Æ. C. XIII.

Silvestres homines sacer interpresqve deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosqve leones,
Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda
Ducere, qvo vellet:

Pausaniam in Eliacis posterioribus, ubi ait Amphionem & Orpheum *Magos* fuisse: Maximum Tyrium Dissert. 21. pag. 217. edit. Heins. Philostratum in Imaginibus: Palæphatum de Incredibil. Histor. cap. περὶ Ζήθου: Eustathium in Homer. Odyss. Λ pag. 1682 & complures alios tam antiqvos, qvam novos autores, qvorum loca nunc me piget nominatim allegare. Consule insuper Strabonem Geograph. lib. 9. pag. 411. Plutarchum lib. de Musica in princip: ubi ex Heraclidis Συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ refert, τὴν κιθαρῳδίαν καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτον Ἀμφίονα ἐπινοῆσαι, τὸν Διὸς καὶ Ἀντιόπης, τοῦ πατρὸς δηλονότι διδάξαντος αὐτόν. h. e. *Citharæ cantum ejusqve artem excogitatam primum fuisse ab Amphione Jovis & Antiopæ filio; patre nimirum docente:* Svidam v. Ἀμφίων, ubi ex epistola qvadam Imperat. Juliani Apostatæ insigne citat fragmentum, in qvo Amphion appellatur τῆς παλαιᾶς μουσικῆς εὑρετὴς, & tres recensentur causæ egregii ipsius in studio Musico atqve Poetico profectus; nempe χρόνος, θεοῦ πνεῦμα καὶ ἔρως ὑμνῳδίας, h. e. *tempus, spiritus DEI & amor canendorum hymnorum.* Est autem Amphion hic diversus ab illo longe recentiori *Amphione Thespiensi*, ex cujus libro περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι μουσείου epigramma duorum distichorum citatur ab Athenæo Deipnosoph. lib. 14. pag. 629.

Philammon Delphis oriundus, qvi Latonæ, Dianæ & Apollinis natales carmine melico sive Lyrico descripsit, teste Plutarcho in princip. libri de Musica pag. 1132. his verbis; ἀλλὰ καὶ Φιλάμμωνα τὸν ἀδελφὸν (scribendum hic sine dubio est τὸν Δελφὸν, h. e. *Delphis oriundum*) Λητοῦς τε καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Ἀπόλλωνος γένεσιν δηλῶσαι ἐν μέλεσι, καὶ χορούς πρῶτον περὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν στῆσαι. Videsis etiam Theodoretum ad Græc. Serm. 2. περὶ ἀρχῆς pag. 29. ubi *Philammonem* Lini & Musæi æqvalem fuisse testatur.

Thamyris vel *Thamyras*, natione Thrax, qvi Philammonis filius fuisse creditur; ut testatur Svidas v. Φιλάμμων his verbis: Φιλάμμων ἕτερος, ὃν ᾄδουσι Θαμύρου τοῦ Θρακὸς πατέρα γενέσθαι. h. e. *Philammon alius* (sc. præter Philammonem pugilem Atheniensem) *qvam Thamyræ Thracis patrem fuisse ferunt.* Item v. Θάμυρις, ubi de vita Thamyræ hæc leguntur: Θάμυρις ἢ Θαμύρας Θρᾷξ ἐξ ἠδονῶν τῆς ἐν Βρίγκοις πόλεως, υἱὸς Φιλάμμωνος καὶ Ἀρσινόης, ἐποποιὸς ὄγδοος πρὸ Ὁμήρου· κατὰ δὲ ἄλλους πέμπτος. οἱ δὲ, ἀπὸ Ὀδρύσης, οὗτος ὁ Θάμυρις ἐπειδὴ εἰς τὰς μούσας ὕβρισεν, ἐπηρώθη. Φέρεται δὲ αὐτοῦ θεολογία εἰς ἔπη γ. καὶ πρῶτος ἠράσθη παιδὸς Ὑμναίου τοὔνομα, υἱοῦ Καλλιόπης καὶ Μάγνητος. οἱ δὲ Κρῆτά φασί τινα Τάλλωνα Ῥαδαμάνθυος ἐρασθῆναι. οἱ δὲ Λάϊον φασὶν ἐρασθῆναι πρῶτον Χρυσίππου τοῦ Πέλοπος υἱοῦ. οἱ δὲ, Ἰταλιώτας πρώτους κατ᾽ ἀνάγκην στρατείας εὑρέσθαι τοῦτο. κατὰ δὲ ἀλήθειαν, αὐτὸς ὁ Ζεὺς πρῶτος ἠράσθη Γανυμήδους. h. e. Æmilio Porto interprete: *Thamyris vel Thamyras Thrax, Hedonus, ex urbe Brincorum, Philammonis & Arsinoes filius, poeta carminis Heroici ante Homerum octavus; secundum vero alios qvintus. Alii vero Odrysium dicunt. Hic Thamyris, qvod in Musas contumeliosus fuisset, ab illis excæcatus est. Ejus vero Theologia extat versibus ter mille comprehensa. Primus hic puerum Hymnæum nomine adamavit, Calliopes & Magnetis filium. Alii vero dicunt, qvendam Tallonem Cretensem fuisse primum, qvi Rhadamantum adamarit. Alii vero tradunt Lajum adamasse primum Chrysippum, Pelopis filium. Alii vero tradunt Italos primos hoc nefarium amoris genus*

Sec. ante Æ. C. XIII.

genus ob militiæ necessitatem invenisse. Sed revera Jupiter primus Ganymedem adamavit. Hactenus Svidas. Plutarchus autem de Thamyra in princip. libri de Musica sic scribit: Θάμυριν δὲ τὸ γένος θρᾷκα, εὐφωνότερον καὶ ἐμμελέστερον πάντων τῶν τότε ᾆσαι, ὡς ταῖς μούσαις, κατὰ τοὺς ποιητὰς, εἰς ἀγῶνα καταστῆναι. πεποιηκέναι δὲ τοῦτον ἱστορεῖται Τιτάνων πρὸς τοὺς θεοὺς πόλεμον. h. e. *Thamyrin autem Thracem genere* (refert Heraclides) *vocalius & elegantius omnibus ea ætate* (nempe qva etiam Amphion, Linus & Philammon floruerunt) *cecinisse: unde eum poetæ cum Musis certamen iniviße fabulantur. Fertur autem poema scripsisse de Titanum bello adversus deos.* Theodoretus advers. Græc. Serm. 2. pag. 29. tantum abest, ut Thamyram Philammonis filium fuisse existimet, ut contra prius Thamyram, qvam Philammonem recenseat. Λῖνος δὲ, inqvit, καὶ Μουσαῖος ἀμφὶ τὰ τρωϊκὰ ἐγενέσθην. καὶ Θάμυρις μετὰ τούτων· καὶ Φιλάμμων ὡσαύτως. h. e. *Linus porro & Musæus circa Trojana tempora viguerunt. Thamyris item ac Philammon fuerunt illis contemporanei.* Ab eodem Thamyra ortum est proverbium Θάμυρις μαίνεται· h. e. *Thamyris insanit:* qvod Suidas dici ait ἐπὶ τῶν κατὰ σύνεσιν παράλογα δοκούντων πράττειν· h. e. *de iis, qvi de industria qvædam præter rationem facere videntur.* Vide præterea Zenobii & Diogeniani ab Andrea Schotto edita proverbia Cent. 4. Parœm. 27. Cent. 5. Parœm. 20. Hesychium in Lexico: Michael. Apostol. Proverb. Cent. 10. Parœm. 10. Qvod deniqve ad *scripta* Thamyræ attinet, extiterunt qvidem olim, testibus Plutarcho & Svida, sub ejus nomine

Τιτάνων πρὸς τοὺς θεοὺς πόλεμος· h. e. *Poema de Titanum bello cum Diis:*

&

Θεολογία εἰς ἔπη γ· h. e. *Theologia versibus termille comprehensa:*

Verum de hisce poematibus idem judicium meum est, atqve de illis, qvæ Orpheo & Musæo attribuuntur; nempe supposititia ea fuisse atqve ψευδεπίγραφα.

Anthes Anthedone in Bœotia natus; qvi teste Plutarcho lib. de Musica, *hymnos* composuit. Καὶ Ἄνθην τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας ὕμνους πεποιηκέναι λέγει Ἡρακλείδης ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ.

Πίεριος ὁ ἐκ Πιερίας sive *Pierius* ex Pieria regione Macedoniæ, qvi secundum Plutarchi jam citato loco testimonium composuit τὰ περὶ τὰς μούσας ποιήματα h. e. *poemata de Musis.*

Musæus Thebanus, Poeta Lyricus; qvem Svidas ait *Thamyræ* filium, *Philammonis* autem nepotem fuisse. Sed falsum hoc esse, satis ex eo apparet, qvod idem mox subjungit, *vixisse eum multo ante bellum Trojanum.* Cum enim per synchrosmum Lini, Orphei & Musæi certo constet, Thamyram & Philammonem ad tempus expeditionis Argonautarum in Colchidem pertinere, non potuit Musæus hic Thebanus simul & Thamyræ filius Philammonisqve nepos esse, & *multo ante Trojanum bellum*, hoc est, ante ipsum patrem atqve avum florere. Cæterum scripta suppositia, qvæ sub nomine ejus extitere, fuerunt μέλη καὶ ᾄσματα h. e. (1) *Lyrici versus & carmina.* Ipsa Svidæ verba ea de re hæc sunt: Μουσαῖος θηβαῖος, Θαμύρου υἱός, τοῦ Φιλάμμωνος· γεγονὼς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν πολλῷ. ἔγραψε μέλη καὶ ᾄσματα.

(1) *Vel, ut alii vertunt* Hymni & Cantica.

Eumolpus Eleusinius vel Atheniensis, filius Musæi Poetæ, discipulusqve Orphei, de qvo hæc apud Svidam leguntur: Εὔμολπος, Ἐλευσίνιος ἤτοι Ἀθηναῖος, υἱὸς Μουσαίου τοῦ ποιητοῦ· ὡς δὲ τινες, μαθητὴς Ὀρφέως· ἐποποιὸς τῶν πρὸ Ὁμήρου. γέγονε δὲ καὶ Πυθιονίκης. πρὸς λύραν γὰρ ἐπεδείκνυντο οἱ ποιηταί. h. e. *Eumolpus Eleusinius vel Atheniensis, filius Musæi Poetæ. Ut vero qvidam tradunt, fuit discipulus Orphei: poeta heroici carminis ante Homerum. Fuit etiam Pythionica. Ad lyram enim Poetæ carmina sua recitantes, lyrico certamine antiqvitus inter se contendebant.* Scripta suppositia, qvæ sub hujus Eumolpi nomine olim extitere, eodem Svida teste, hæc sunt:

Τελε-

Sec. ante Æ. C. XIII.

Τελεταὶ Δήμητρος καὶ ἡ τῶν μυστηρίων παράδοσις, ἡ ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ γενομένη, ἔπη τὰ πάντα τρισχίλια. h. e. *Initia Cereris & traditio Mysteriorum suis filiabus commissorum: versibus summatim ter mille.*

Χειροσκοπικά· h. e. *Chiroscopica* sive de Divinatione, qvæ fit per manuum inspectionem.

Πεζὰ βιβλίον ἕν. *Oratione soluta liber unus;* cujus titulus à Svida non exprimitur.

VII.

Inter Argonautas fuit etiam (1) *Hercules Græcus* sive *Thebanus*, Alcmenæ filius, ideoqve is sine controversia ad hoc seculum ante Æ. C. XIII. referendus est. In historia autem Literaria multis nominibus illi debetur locus; qvandoqvidem ut *Philosophus moralis*, *Medicus*, *Vates*, *Astrologus*, variisqve aliis modis potest considerari. Et de *Philosophia* qvidem Herculis *Ethica* sive *Morali* Svidas sic scribit: Ἡρακλῆν, Ἀλκμήνης υἱὸν, φιλόσοφον ἱστοροῦσι, καὶ γράφουσι δορὰν λέοντος φοροῦντα, καὶ ῥόπαλον φέροντα, καὶ γ' μῆλα κρατοῦντα. ἅπερ τρία μῆλα νικήσαντα τὸν ποικίλον τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας λογισμὸν, διὰ τοῦ ῥοπάλου τῆς φιλοσοφίας, ἀφελέσθαι ἐμυθολόγησαν. ἔχοντα περιβόλαιον, φρόνημα; ὡς δορὰν λέοντος, καὶ οὕτω φονεύσας τῷ ῥοπάλῳ τὸν δράκοντα τῆς ἐπιθυμίας, ἀφείλετο τὰ τρία μῆλα· ὅ ἐστι τὰς τρεῖς ἀρετάς· τὸ μὴ ὀργίζεσθαι, καὶ τὸ μὴ φιλαργυρεῖν, καὶ τὸ μὴ φιληδονεῖν. διὰ γὰρ τοῦ ῥοπάλου τῆς καρτερικῆς ψυχῆς, καὶ τῆς δορᾶς τοῦ θρασυτάτου καὶ σώφρονος λογισμοῦ, ἐνίκησε τὸ ἰὸν τῆς φαύλης ἐπιθυμίας, φιλοσοφήσας ἄχρι θανάτου. h. e. *Herculem Alcmenæ filium tradunt fuisse philosophum, & pingunt ipsum gestantem leonis pellem, & clavam, triaqve mala manu tenentem. Qvæ tria mala ipsum abstulisse fabulantur devicto vario malæ cupiditatis impetu clava Philosophiæ. Adhæc attribuunt ipsi amiculum ut spolium leonis. Interfectum autem clava ab ipso esse innuunt draconem culpiditatis, & ablata tria mala, hoc est, tres virtutes; nempe non irasci, non esse cupidum pecuniæ & non esse obnoxium voluptatibus. Nam tolerantis animi clava & spolio fortissimæ sapientissimæqve ratiocinationis, vicit venenum malæ cupiditatis, & ad mortem usqve philosophiæ dedit operam.* Hucusqve Svidas. De *Medico* autem Herculis studio, & insigni in eo progressu, hoc apud Plutarchum in Erotico pag. 761. extat testimonium: Λέγεται δὲ (ὁ Ἡρακλῆς) καὶ τὴν Ἄλκηστιν ἰατρικὸς ὢν ἀπεγνωσμένην σῶσαι, τῷ Ἀδμήτῳ χαριζόμενος, ἐρῶντι μὲν αὐτῷ τῆς γυναικὸς, ἐρωμένῳ δὲ αὐτοῦ γενομένῳ. h. e. *Fertur etiam Hercules, rei medicæ peritus cum esset, Alcestidem jam desperatam Admeto restituisse, conjugis qvidem amatori, suo autem amasio.* *Manticæ* porro, sive arti divinandi, nec non *Dialecticæ* Herculem, sed jam senem, insigniter operam dedisse, atqve hinc ortam esse fabulam, tripodem Apollini ipsum abstulisse, idem refert Plutarchus libro περὶ τοῦ Εἶ τοῦ ἐν Δελφοῖς: h. e. *de Ei inscripto foribus templi Delphici*: ὁ δ' Ἡρακλῆς νέος ὢν καὶ κομιδῆ Βοιώτιος, ἀναιρῶν τὴν διαλεκτικὴν καὶ καταγελῶν τοῦ εἰ τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον, ὑποσπᾶν ἐδόξε βίᾳ τὸν τρίποδα, καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς τέχνης· ἐπεὶ προϊὼν γε τῷ χρόνῳ, καὶ οὗτος ἔοικε μαντικώτατος ὁμοῦ γενέσθαι καὶ διαλεκτικώτατος. h. e. *Hercules autem, juvenis etiamnunc, & plane Bæotius, Dialecticam abolens, & si prius, ergo & posterius, deridens, creditus est vi abstulisse tripodem Apollini, & de arte cum DEO dimicasse. Nam aucta qvidem ætate, ipse qvoqve & divinationis, & dialectices factus est peritissimus.* De *Astrologico* deniqve Herculis studio mentionem qvidem facit Diodorus Siculus Biblioth. Hist. lib. 4. pag. 233. 234. sed falso addit *Atlantis* ipsum fuisse discipulum. *Atlas* enim, ut supra capite primo hujus libri, §. 5. pag. 131. & 132. pluribus demonstravi, seculo floruit ante Æ. C. XVI. in qvod nativitas *Moysis* & regnum *Cecropis* primi Atheniensium Regis inciderunt; *Hercules* autem tribus post seculis circa *Expeditionem Argonautarum* in Colchidem floruit. Audiamus nunc ipsum Diodorum; cujus verba ea de re hæc sunt: Τοὺς δὲ λῃστὰς [φασὶν] ἐν κήπῳ τινὶ παιζούσας τὰς κόρας (sc. τὰς ζ' θυγατέρας τοῦ Ἄτλαντος, ἀπὸ μὲν τοῦ πατρὸς Ἀτλαντίδας, ἀπὸ δὲ τῆς μητρὸς Ἑσπερίδας ὀνομασθείσας) συναρπάσαι, καὶ ταχὺ φυγόντας εἰς τὰς ναῦς ἀποπλεῖν. τούτοις δὲ ἐπί τινος ἀκτῆς δειπνοποιουμένοις ἐπιστάντα τὸν Ἡρακλέα, καὶ παρὰ τῶν παρθένων μαθόντα τὸ συμβεβηκὸς, τοὺς μὲν λῃστὰς ἅπαντας ἀποκτεῖναι, τὰς δὲ κόρας ἀποκομίσαι πρὸς Ἄτλαντα

(1) *Vid. Apollonii, Orphei & Valerii Flacci Argonautica: ut & Apollodorum Diodorum Siculum, Pindarum & Hyginum.*

Sec. ante Æ. C. XIII.

τὸν πατέρα. ἀνθ' ὧν τὸν Ἄτλαντα χάριν τῆς εὐεργεσίας ἀποδιδόντα, μὴ μόνον δοῦναι τὰ πρὸς τὸν ἆθλον καθήκοντα προθύμως, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀστρολογίαν ἀφθόνως διδάξαι· περιττότερον γὰρ αὐτοῦ τὰ κατὰ τὴν ἀστρολογίαν ἐκπεπονηκότα, καὶ τὴν τῶν ἄστρων σφαῖραν φιλοτέχνως ἔχοντα, ἔχειν ὑπόληψιν ὡς τὸν κόσμον ὅλον ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντα. παραπλησίως δὲ καὶ τοῦ Ἡρακλέους ἐξενέγκαντος εἰς τοὺς Ἕλληνας τὸν σφαιρικὸν λόγον, δόξης μεγάλης τυχεῖν, ὡς διαδεδεγμένον τὸν Ἀτλάντειον κόσμον αἰνιττομένων τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. h. e. *Prædones interim, puellis (sc. septem Atlantis filiabus) ex horto qvodam, ubi lusitabant, abreptis, celeri ad naves fuga evaserant. Qvos cum genio indulgentes in littore qvodam deprehendisset Hercules, de plagio à virginibus certior factus, illos sane interfecit, Atlanti vero natas vindicavit. Pro qvo ille merito gratiam rependens, non modo pertinentia ad hoc certamen benigne impertivit: verum Astrologiæ qvoqve scientiam non gravatim ipsum docuit. Singularem vir ille Astrologorum disciplinæ curam & operam impenderat: & qvia Sphæram siderum artificiose elaboratam habebat, totum humeris suis mundum gestare putabatur. Eodem modo Hercules etiam, cum doctrinam Sphæricam ad Græcos transtulisset, præclaram obtinuit existimationem: ut qvi mundi onus ab Atlante excepisset, cum obscure, qvid tum accidisset, significaretur.* Hactenus Diodorus. Cæterum autem, qvæ de Hercule ratione historiæ literariæ dicenda supersunt, *sexto* hujus Prodromi libro uberrime recensebuntur.

VIII. Synchronismo ætatis *Herculis* recte ac certo colligitur, ad idem hoc ante Æ. C. seculum XIII. in qvod Expeditio Argonautarum in Colchidem incidit; ipsum etiam *Apollinem*, qvem *Medicinæ*, *Musices*, *Poeseos* & *Divinationis* præsidem Deum Poetæ fabulantur, pertinere. Etenim *Admeto*, qvi unus ex Argonautis fuit, una cum *Hercule* præ amore serviisse traditur. Locuples ejus rei testis est Plutarchus in Erotico pag. 761. his verbis: καὶ γὰρ τὸν Ἀπόλλωνα μυθολογοῦσιν ἐραστὴν γενόμενον, Ἀδμήτῳ παραθητεῦσαι μέγαν εἰς ἐνιαυτόν· h. e. *Qvin Apollinem Admeti fuisse amatorem fabulæ ajunt, ideoqve ei per magnum annum serviivisse.* Item Clemens Alexandr. Stromat. lib. I. pag. 323. Εἰκότως ἄρα καὶ Βοιώτιος Πίνδαρος γράφει. Ἐν χρόνῳ δὲ γένετ' Ἀπόλλων. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν· ὅπου δὲ καὶ Ἀδμήτῳ θητεύων εὑρίσκεται, σὺν καὶ Ἡρακλεῖ. h. e. *Merito ergo scribit etiam Pindarus Bæotius: In tempore autem Apollo fuit genitus. Nec mirum; cum etiam Admeto una cum Hercule inveniatur serviisse mercede in magnum annum.* Hic itaqve est Apollo ille, Jove ac Latona prognatus, qvi apud Ovidium Metamorph. lib. I. fab. 13. ita de se, at falso, gloriatur:

> *Inventum Medicina meum est, opiferqve per orbem*
> *Dicor, & herbarum est subjecta potentia nobis.*

Ejusdem invocatione Hippocrates Jusjurandum suum sic incipit: Ὄμνυμι Ἀπόλλωνα ἰητρόν· h. e. *Jur oper Apollinem Medicum.* Nec alius est, qvem idem in epistola ad Philopœmenem *Divinationis* simul & *Medicinæ patrem* nuncupat. Ipsa ejus verba (1) hæc sunt: ταῦτα πιστεύω ἀληθέα εἶναι Φιλοποίμην, καὶ ἐστὶ καὶ οὐκ ἀπογινώσκω τὰ ὀνείρατα. μάλιστα δὲ ὁκόταν καὶ τάξιν διαφυλάττῃ. ἰητρικὴ δὲ καὶ πάνυ μαντικῇ συγγενής ἐστιν· ἐπεὶ τῶν δυεῖν τεχνέων εἷς πατὴρ ὁ Ἀπόλλων, ὁ καὶ πρόγονος ἡμῶν, ἐσομένας νόσους προαγορεύων καὶ νοσέοντας ἰώμενος. h. e. *Hæc vera esse, ut sunt, credo Philopœmen, neqve somnia rejicio, præsertim qvæ ordinem conservant. Medicina autem & Divinatio magnam inter se cognationem habent, qvandoqvidem utriusqve artis pater est unus Apollo progenitor noster, qvi & futuros morbos prædicebat & ægrotantes curabat.* Hæc Hippocrates. Qvæ præterea autem de *Apolline* dicenda restant, qvatenus hoc nomine vel homo aliqvis, vel Sol, vel, Diabolus, vel DEus significatur; ea in sextum hujus Prodromi librum differenda sunt. Interea videsis Ciceronem lib. I. & 3. de Nat. Deorum: Plutarchum lib. de Iside & Osiride: Oracula Apollinis à Joanne Opsopœo collecta: Macrobium Saturnal. lib. I. à cap. 17. usqve ad cap. 23. ubi satis prolixe atqve accurate demonstrat, *omnes gentilium Deos referendos esse ad Solem & ex variis Apollinis nominibus apparere, ipsum eundem esse atqve Solem*: Philippum Cluverium German. Antiqv. lib. I. cap. 26. cujus lemma: *De variis Germanorum Diis; ubi ostenditur, primum omnes gentilium Deorum appellationes ad unum spectare*

(1) *p. 322. Syntagmatis Epistolarum Græcanicarum mutuarum, qvod Aureliæ Allobrogum sive Genevæ an. 1606. sub nomine Jac. Cujacii gr. & lat. in lucem prodiit in fol.*

ctare solem: dein, easdem ad unum verum, æternumqve Deum esse referendas: Jul. Cæsar. Bulenger. lib. de ratione Divinationis, & de Oraculis & Vatibus: Vossium de Origine & progressu Idololatriæ lib. 1. & 2. & Joan. Henr. Meibomium Comment. in Jusjurand. Hippocrat. cap. 4.

Sec. ante Æ. C. XIII.

IX. Si Apollo ὁ μȣσαγέτης, ergo & ipsæ *Musæ*, qvarum ille dux fuit, ad seculum hoc ante Æ. C. XIII. pertinent. Earum autem hæc (1) sunt nomina:

> Κλειὼ *Clio:* Εὐτέρπη, *Euterpe:* Θάλεια, *Thalia:*
> Μελπομένη, *Melpomene:* Τερψιχόρη, *Terpsichore:* Ἐρατὼ, *Erato:*
> Πολύμνια, *Polymnia:* Οὐρανία, *Urania:* Καλλιόπη, *Calliope.*

(1) *Hoc ordine nostem Historiæ Herodoti libri his Musarum nominibus vulgo inscribuntur.*

Plura nunc de novem hisce Poetarum Musis non lubet addere; utpote cum non fabulosam, sed veram Historiam Literariam conscribere mihi sit consilium. At si qvis plura desideret, consulat Lilii Gregorii Giraldi peculiare Syntagma de Musis: Vossium de Idololat. lib. 1. cap. 13. & 27. & Athanas. Kircherum Obelisc. Pamphil. cap. 12. pag. 243. 244. & deinceps.

X. Idem seculum ante Æ. C. XIII. protulit *Chironem* Thessalum, Achillis præceptorem, cujus in *arte Chirurgica* præstantiam Homerus Iliad. Λ prædicat, ubi Eurypylus, sagitta in femore vulneratus, Patroclum his verbis alloqvitur:

> Ἀλλ' ἐμὲ μὲν σὺ σάωσον ἄγων ἐπὶ νῆα μέλαιναν·
> Μηρȣ̃ δ' ἔκταμ' ὀϊςὸν, ἀπ' αὐτȣ̃ δ' αἷμα κελαινὸν
> Νίζ' ὕδατι λιαρῷ· ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε
> Ἐσθλὰ, τά σε προτί φασιν Ἀχιλλῆος δεδιδάχθαι,
> Ὃν Χείρων ἐδίδαξε δικαιότατος κενταύρων.

h. e. ad verbum:

> *Sed me qvidem tu serva, ducens ad navem nigram:*
> *E fœmore autem exscinde sagittam: ab ipso autem sanguinem nigrum*
> *Ablue aqva tepida, & lenia medicamenta insperge*
> *Bona: qvæ te ajunt ab Achille doctum esse*
> *Qvem Chiron docuit justissimus Centaurorum.*

Ad qvem locum vide Eustathium pag. 886. 887. & in Iliad. I. pag. 763. ubi hæc leguntur: καὶ Χείρωνα γὰρ φασι τρωθέντα ποτὲ τὴν χεῖρα, τὴν διὰ βοτανῶν ἐπινοῆσαι τὴν ἰατρικήν· h. e. *Ajunt Chironem cum in manu esset vulneratus, herbarum excogitasse medicinam.* Item in Iliad. Δ pag. 463. ubi sic scribit: Χείρων δ' εὑρετὴς ἰατρικῆς καὶ λυρικῆς, υἱὸς Φιλύρας καὶ Κρόνȣ, εἷς τῶν κενταύρων· ἐξ ȣ̃ Χειρώνεια ἕλκη τὰ δυσαλθῆ. ἄδηλα δὴ Χείρων κατέδειξε θεραπεύεσθαι. Videsis etiam eundem in Iliad. A pag. 45. ubi per Χειρώνεια ἕλκη ἤτραύματα. h. e. *Chironea ulcera* vel *vulnera* dicuntur significari τὰ δυσίατα, sive ὅσα δυσαλθῆ ὄντα, δέοιντ' ἂν ἰατρȣ̃ τȣ̃ Χείρωνος, h. e. *difficillima curatu & Chirone Medicinæ peritissimo indigentia.* Consule etiam Zenobium Centur. 6. Proverb. 46. ubi χειρώνειον ἕλκος interpretatur τὸ ἀνίατον h. e. *incurabile.* Idem etiam facit Svidas in explicatione ejusdem Proverbii. Hucqvoqve pertinet illud, qvod in Virgilianis Catalectis legitur:

> *Vivit pectore sub dolente vulnus*
> *Qvod Chironia nec manus levaret:*

ubi sine dubio *Chironia manus* παροιμιωδῶς pro *ultima ope* sumitur. Adi etiam Plinium Hist. Nat. lib. 7. cap. 56. ubi *Chironi, Saturni & Phyllire filio, Herbariæ & Medicamentariæ artis* inventio adscribitur: ut & lib. 25. cap. 6. lib. 36. cap. 5. atqve aliis nonnullis locis. Cæterum scripta supposititia, qvæ sub Chironis nomine olim extitere, hæc sunt:

> Ὑποθῆκαι δι' ἐπῶν πρὸς Ἀχιλλέα· h. e. *Præcepta sive Exhortationes metricæ ad Achillem.*
> Ἱππιατρικόν· h. e. *Opus de curandis eqvis.*

Utriusqve scripti Svidas ita meminit: Χείρων κένταυρος, ὡς πρῶτος εὗρεν ἰατρικὴν διὰ βοτανῶν, ὑποθήκας δι' ἐπῶν, ἃς ποιεῖται πρὸς Ἀχιλλέα. καὶ ἱππιατρικόν. διὸ καὶ κένταυρος ὠνομάσθη: Vide deniqve Vossium lib. de Philosophia cap. 11. §. 5.


Chi-

Sec. ante Æ. C. XIII. *Chironis* discipulus dicitur fuisse Ἀσκληπιὸς sive *Æsculapius*, ut testatur Eustathius Comment. in Iliad. Δ pag. 463. his verbis: Ἀσκληπιὸς δὲ χείρωνος μαθητής.

XI. Qvod is autem seculo hoc ante Æ. C. XIII. floruerit, satis apparet ex duobus ipsius filiis *Podalirio* & *Machaone*, utpote qvos vel unius Homeri freqventi testimonio, certo constat Trojani belli temporibus floruisse. Qvin etiam inter Argonautas numeratur Æsculapius à Clement. Alexandr. Stromat. lib. 1. pag. 322. Ἀσκληπιὸς γε, inqvit, καὶ Διόσκουροι συνέπλεον αὐτοῖς (sc. τοῖς Ἀργοναύταις) ὡς μαρτυρεῖ ὁ Ῥόδιος Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς Ἀργοναυτικοῖς. Cætera, qvæ de *Æsculapio*, si temporis permitterent angustiæ, hic addenda essent, in *sextum* hujus Prodromi librum differenda sunt. Interea consule doctissimum Joan. Henric. Meibomium Comment. in Jusjurand. Hippocratis cap. 5. ubi argumentum hoc diligentissime eruditissimeqve pertractat.

XII. Huc qvoqve pertinet *Medea*, Æetæ Colchorum Regis filia, & Jasonis, Ducis expeditionis Argonauticæ, uxor; qvippe qvæ traditur *Medicinæ* simul atqve *Magiæ* fuisse peritissima. Et de Magia qvidem Medeæ passim apud omnes fere antiqvos scriptores freqventia occurrunt testimonia; de Medicina autem ejus hæc leguntur apud Palæphatum: Περὶ Μηδείας φασὶν ὡς ἀφεψοῦσα τοὺς πρεσβυτέρους, νέους ἐποίει· ἐγένετο δὲ οὐδὲν τοιοῦτον. Μήδεια πρώτη τοιοῦτον ἄνθος εὗρεν δυνάμενον καὶ λευκὰς ποιῆσαι τὰς τρίχας, καὶ μελαίνας. τοὺς οὖν χαίροντας ἐκ τοῦ πολιὰς ἔχειν μελαίνας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι. πυρίαν οὖν πρώτη Μήδεια ἐξεῦρεν· ἐπυρία οὖν τοὺς βουλομένους, οὐκ ἐν τῷ φανερῷ φαίνει, ἵνα μή τις μάθῃ τῶν ἰατρῶν. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πράγματι, παρέψησις. οἱ γοῦν ἄνθρωποι ταῖς πυριάσεσιν ἐγίνοντο κουφότεροι, καὶ ὑγιεινότεροι· ἐν δὴ τούτῳ ὁρῶντες τὴν παρεσκευὴν, λέβητας, καὶ ξύλα, καὶ πῦρ, ἐνόμισαν ὡς ἕψει τοὺς ἀνθρώπους. ὁ δὲ Πελίας, ἄνθρωπος γέρων καὶ ἀσθενὴς, πυρία χρώμενος ἐτελεύτησε. h. e. *De Medea, ut ferunt, homines recoqvente, atqve ex senibus faciente juvenes, res ita accidit, Prima illa ejusmodi florem invenit, qvi & albos reddere capillos, & nigros, posset; atqve ita qvi pro albis nigricantes adamarent, efficiebat ut habere viderentur. Inventis etiam à se balneis, caloribus fovebat volentes, non tamen in publico, ne qvis medicorum artem addisceret. Huic rei nomen erat decoctio. Cum itaqve per istiusmodi fomenta agiliores fierent homines sanioresqve; viso apparatu, lebetibus scilicet, lignis & igni, utiqve cocturam illam veram existimabant. Sed ea similiter usus Pelias, vir senex, & debilis, vitam perdidit.* Hæc Palæphatus. Vide etiam Svidam v. Μήδεια, ubi φαρμακιστάτη γυναικῶν, h. e. vulgo vertitur, *omnium mulierum in exercendis veneficiis peritissima* appellatur.

XIII. Argonautarum ætate floruit etiam *Minos*, *secundus* ejus nominis Cretensium Rex, & nepos *Minois primi* sive *senioris*, qvi, ut supra cap. 2. hujus libri, §. 6. pag. 156. dictum est, *Cadmo Phœnicio* fuit σύγχρονος. Qvod qvo clarum magis, magisqve in aperto sit, subjungendum hic censeo schema hoc Genealogicum:



Cum

Cum itaqve duo fuerint *Minoes*, *primus* qvidem horum five *fenior*, (1) Jove & Europa genitus, is eft, qvi una cum fratre *Rhadamantho* Rempublicam Cretenfium legibus moribusqve ordinavit, *fecundus* autem five *junior*, prioris ex Lycafto filio nepos, is eft, qvi, qvod primus imperio maris potitus fit, θαλασοκράτωρ fuit cognominatus, & propter occifum filium *Androgeon* bellum geffit cum Athenienfibus. Teftatur hoc Diodorus Siculus lib. 4. pag. 262. 263. his verbis:

Sec. ante Æ.C. XIII.

(1) *Secundum Eufeb. in Chronico:* Afterio & Europa.

Τέκταμος (2) ὁ Δώρου, τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Δευκαλίωνος, εἰς κρήτην, πλεύσας μετὰ αἰολέων καὶ πελασγῶν, ἐβασίλευσε τῆς νήσου. γήμας δὲ τὴν Κρηθέως θυγατέρα, ἐγέννησεν Ἀστέριον. οὗ βασιλεύοντος ἐν τῇ κρήτῃ, Ζεὺς, ὥς φασιν, Εὐρώπην ἁρπάσας ἐκ Φοινίκης, καὶ διακομίσας εἰς κρήτην ἐπὶ ταύρου, μιγεὶς αὐτῇ, τρεῖς υἱοὺς ἐγέννησε, Μίνω, καὶ Ῥαδάμανθον καὶ Σαρπηδόνα. μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Εὐρώπην Ἀστέριος ὁ βασιλεὺς τῆς κρήτης ἔγημεν. ἄπαις δὲ ὤν, τοὺς τοῦ Διὸς παῖδας υἱοποιησάμενος, διαδόχους τῆς βασιλείας ἀπέλιπε. τούτων δὲ Ῥαδάμανθος μὲν τοῖς κρησὶν ἐνομοθέτησε, Μίνως δὲ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν, καὶ γήμας Ἰτώνην τὴν Λυκτίου, Λύκαστον ἐγέννησεν· ὃς διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ γήμας Ἴδην τὴν Κορύβαντος, ἐγέννησε Μίνωα τὸν δεύτερον, ὃν τινὲς Διὸς υἱὸν ἀναγράφουσιν· οὗτος πρῶτος ἑλλήνων ναυτικὴν δύναμιν ἀξιόλογον συστησάμενος ἐθαλασοκράτησε. γήμας δὲ Πασιφάην τὴν Ἡλίου καὶ Κρήτης, ἐγέννησε Δευκαλίωνα, καὶ Ἀστρέα, καὶ Ἀνδρόγεων, καὶ Ἀριάδνην, καὶ ἕτερα τέκνα ἔσχε πλείονα.

Tectamus Hellenis Deucalione nati ex Doro nepos in Creta, qvam cum Æolibus & Pelasgis occuparat, regnavit; ubi cum Cretei filia matrimonio junctus Afterium genuit. Qvo regnante in Creta Jupiter, ut proditum eft, ablatam è Phœnicia Europam, fuper tauro in Cretam transvexit. Cumqve ea commixtus tres filios, Minoem, Rhadamanthum & Sarpedonem, procreavit. Europam dehinc Afterius Infulæ Dominus uxorem duxit. At cum liberis careret, adoptatos Jovis filios in regno fucceffores reliqvit. Ex his Rhadamanthus leges Cretenfibus fcripfit. Minos regno fufcepto, & Itone Lyctii f. ducta, Lycaftum genuit. Qvi imperium nactus, ex Ida Corybantis Minoa alterum fuftulit; cui Jovem nonnulli patrem attribuunt. Is Græcorum primus, cum claffem inftruxiffet memorabilem, imperium maris adeptus eft. Et Pafiphaë Solis ac Cretes f. in matrimonium accepta, Deucalionem, Aftræam, Androgeon, Ariadnen, aliosqve plures inde liberos progenuit.

(2) *Alias* Τεύκταμος *vel* Τεύταμος.

Hæc Diodorus. Eandem de duobus *Minoibus* fententiam probant ac tuentur Voffius de Idololat. lib. 1. cap. 14. & Petavius Rationar. temp. Part. 1 lib. 1. cap. 9. Contra vero multi tam antiqvi, qvam recentes fcriptores duos hofce *Minoas* paffim confundunt, ut videre eft apud Ariftotelem Politic. lib. 2. cap. 8. ubi Cretenfem examinat Rempublicam; apud Photium in excerptis ex *Canonis* Narrationibus Cod. 186. pag. 224. & apud Hyginum Mythologici cap. 41. Confule præterea Herodotum lib. 1. cap. 173. & lib. 7. cap. 169. 170. Virgilium in Ciri: Ovidium Metamorph. lib. 8. Strabonem Geograph. lib. 3. pag. 150. lib. 10. pag. 476. lib. 12. pag. 573. & fæpe alias: Clement. Alexandr. Stromat. lib. 1. p. 309. 321. 349. 351. & lib. 2. pag. 367. Theodoretum adverf. Græcos infidel. Serm. 9. de Legibus pag. 123. 124. Serm. 10. de Oraculis pag. 139. Serm. 11. de Fine & Judicio pag. 162. Svidam v. Μίνως: Joan. Tzetzen Hiftor. Chiliad. 1. à verf. 473. usqve ad verf. 541. Euftathium in Odyff. Λ pag. 1688. 1699. in Odyff. P pag. 1830. & in Odyff. T. pag. 1861.

XIV.

Ad *Minois junioris* tempora pertinet *Dædalus*, infignis ftatuarius, architectus atqve *Mechanicus*, de qvo præter jam citatos Autores vide Palæphatum libro περὶ ἀπίστων five de Incredibilibus Hiftoriis, & Vosfium lib. de qvatuor artibus popularibus cap. 5. §. 4. & lib. de Scient. Mathemat. cap. 45. 46. 47. 48. ubi de Mechanica & Mechanicis fcriptoribus eruditiffime differit. Perperam autem à nonnullis ad feculum ante Æ. C. XIII. refertur *Hercules Tyrius*, qvem Svidas temporibus *Minois* purpuram primum inveniffe teftatur. Qvoniam enim is addit, ipfum *Phœnici* Regi Phœniciæ, qvi Agenoris filius & Cadmi Phœnicii frater fuit, primam purpuram obtuliffe, fatis clare inde apparet, *feniorem* ibi, non vero *juniorem* Minoem fignificari, ideoqve *Herculem* illum *Tyrium* non ad feculum ante

Sec. ante Æ. C. XIII.

Æ. C. XIII. de qvo hic agitur, ſed ad ſeculum ante Æ. C. XV. pertinere. Audiamus nunc ipſum Svidam: Ἀνεφάνη δὲ, inqvit, ἐπὶ Μίνωος Ἡρακλῆς Τύριος, ὃς εὗρε τὴν βαφὴν τῆς καλουμένης κογχύλης, ἀπὸ κυνὸς αἱμαχθέντος, τὰς σιαγόνας· καὶ προσήγαγε Φοίνικι τῷ βασιλεῖ, ὃς πρῶτος ἐφόρεσε πορφύραν. h. e. interprete Porto: *Extitit autem ſub Minoe Hercules Tyrius, qvi purpuræ, qvæ conchylium vocatur, tincturam invenit opera canis, qvi maxillas capto conchylio cruentarat. Obtulit vero eam Regi Phœnici, qvi primus purpuram geſtavit.* Hæc Svidas. Plura de *purpura* videſis apud Conradum Geſnerum Hiſtor. Animal. lib. 4. à pag. 897. usqve ad pag. 927. edit. Tigurin. typ. Froſchover. an. 1558. in fol. Lazarum Baifium de re veſtiaria cap. 3. & Henricum Salmuth. in Notis ad Pancirolli cap. 1. de rebus deperditis.

XV. Eodem ſeculo ante Æ. C. XIII, & qvidem, ut Dionyſius Halicarnaſſenſis teſtatur, *ſexaginta* circiter annis ante bellum Trojanum, commigravit ex Peloponneſo in Italiam Arcadica qvædam duarum navium colonia, cui *Nicoſtrata* ſive *Carmenta*, fatidica mulier, cum filio ſuo *Evandro* præfuit. Conſederunt autem hi Arcades permiſſu *Fauni* Aboriginum Regis in monte Latii antiqvi, à Tiberi parum diſſito, qvem ab Arcadiæ urbe *Palantio Palantinum* appellarunt. *Palatinus* is nunc vocatur, & in meditullio urbis Romæ ſitus eſt. Cæterum ut Faunus Evandrum benigne excepit, ſic contra *Evander* rudibus illis Latii incolis plurimum profuit, *literarum* videlicet & *legum* uſum, variasqve ſcientias & artes, qvas à Phœnicibus & Ægyptiis Græci acceperant, liberaliſſime communicando. Ipſa Dionyſii Halicarnaſſenſis verba, qvibus id Antiqvit. Rom. lib. 1. (1) pag. 24. 25. & 26. commemorat, hæc ſunt:

(1) *Edit. Frid. Sylburgii gr. lat. Francof. typ. Wechel. an. 1586. fol.*

Μετὰ δὲ οὐ πολὺν χρόνον στόλος ἄλλος Ἑλληνικὸς εἰς ταῦτα τὰ χωρία τῆς Ἰταλίας κατάγεται, ἑξηκοστῷ μάλιστα ἔτει πρότερον τῶν Τρωικῶν, ὡς αὐτοὶ Ῥωμαῖοι λέγουσιν, ἐκ Παλλαντίου πόλεως Ἀρκαδικῆς ἀναστάς· ἡγεῖτο δὲ τῆς ἀποικίας Εὔανδρος, Ἑρμοῦ γενόμενος καὶ νύμφης τινὸς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίας, ἣν οἱ μὲν Ἕλληνες Θέμιν εἶναι λέγουσι, καὶ θεοφόρητον ἀποφαίνουσιν· οἱ δὲ τὰς Ῥωμαϊκὰς συγγράψαντες ἀρχαιολογίας, τῇ πατρίᾳ γλώσσῃ Καρμένταν ὀνομάζουσιν· εἴη δ' ἂν Ἑλλάδι φωνῇ Θεσπιῳδὸς τῇ νύμφῃ τοὔνομα. τὰς μὲν γὰρ ᾠδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι κάρμινα. τὴν δὲ γυναῖκα ταύτην ὁμολογοῦσι δαιμονίῳ πνεύματι κάτοχον γινομένην, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν τῷ πλήθει δι' ᾠδῆς προλέγειν. ὁ δὲ στόλος οὗτος οὐκ ἀπὸ κοινοῦ τῆς γνώμης ἐπέμφθη· ἀλλὰ στασιάσαντος τοῦ δήμου, τὸ ἐλαττωθὲν ἑκούσιον μέρος ὑπεξῆλθεν. ἐτύγχανε δὲ τότε τὴν βασιλείαν τῶν Ἀβοριγίνων παρειληφὼς Φαῦνος, Ἄρεος, ὥς φασιν, ἀπόγονος, ἀνὴρ μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ συνετός, καὶ αὐτὸν ὡς τῶν ἐπιχωρίων τινὰ Ῥωμαῖοι δαιμόνων θυσίαις καὶ ᾠδαῖς γεραίρουσιν· οὗτος ὁ ἀνὴρ δεξάμενος κατὰ πολλὴν φιλότητα τοὺς Ἀρκάδας ὀλίγους ὄντας, δίδωσιν αὐτοῖς τῆς αὐτοῦ χώρας ὁπόσην ἐβούλοντο. οἱ δὲ Ἀρκάδες, ὡς ἡ Θέμις αὐτοῖς ἐπιθυσιάζουσα ἔφραζεν, αἱροῦνται λόφον, ὀλίγον ἀπέχοντα τοῦ Τιβέριος, ὅς ἐστι νῦν μέσῳ μάλιστα τῆς Ῥωμαίων πόλεως· καὶ κατασκευάζονται πρὸς αὐτῷ κώμην βραχεῖαν, δυσὶ ναυτικοῖς πληρώμασιν, ἐν οἷς ἀπανέστησαν τῆς Ἑλλά-

Non multo poſt, alia claſſis Græcorum in eam Italiæ partem appulit, LX. ferme annis ante bellum Trojanum, ut ipſi Romani auctores ſunt; profecta à Palantio urbe Arcadica. Eam coloniam deduxit Evander Mercurii filius & nymphæ cujusdam Arcadicæ, qvam Græci Themin fuiſſe dicunt, & divino afflatu inſtinctam: Romanarum antiqvitatum ſcriptores Carmentam patria lingua nominant: Græce Θεσπιῳδὸς (id eſt fatidica) *vocari qveat:* ᾠδὰς *enim Romani appellant carmina. Hanc mulierem affirmant dæmonis ſpiritu correptam, futura carmine multitudini prædicere ſolitam. Ea claſſis non conſenſu civitatis emiſſa eſt: ſed orta in populo ſeditione, inferior factio ſua ſponte ſeceſſit. Forte tum apud Aborigines regnum à majoribus acceptum tenebat Faunus, à Marte ut ferunt oriundus, vir gnavus ac prudens, à Romanis poſt, tanqvam unus indigetum, ſacris honoratus & carminibus. Is paucos illos Arcadas comiter exceptos donavit agrorum qvanta ipſi vellent portione. Elegerunt autem, ſicut eis Themis poſt rem divinam peractam præmonuerat, tumulum non longe diſtantem à Tiberi, qvi nunc ferme in meditullio Romanæ urbis ſitus eſt. Apud eum conſtruxerunt parvum vicum, capacem hominum qvot duæ naves advexerant è Græcia: cui erat in fatis, ut in tantam urbem*

δος

Sec. ante Æ. C. XIII.

δος, ἀποχρῶσαν ἣν ἔμελλε τὸ πεπρωμένον συνχρόνῳ θήσειν ὅσην οὐθ᾽ Ἑλλάδα πόλιν, οὔτε βάρβαρον, κατά γε οἰκήσεως μέγεθος, καὶ κατὰ δυναστείας ἀξίωσιν, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν εὐτυχίαν, χρόνον τε ὁπόσον ἂν ὁ θνητὸς ἀντέχῃ, πόλεων μάλιστα πασῶν μνημονευθησομένην. ὄνομα δὲ τῷ πολίσματι τούτῳ τίθενται Παλάντιον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ σφῶν μητροπόλεως. νῦν μὲν τὸ Παλάτιον ὑπὸ Ῥωμαίων λέγεται, συγχέαντος τοῦ χρόνου τὴν ἀκρίβειαν. καὶ παρέχει πολλοῖς ἀτόπων ἐτυμολογιῶν ἀφορμάς. λέγονται δὲ καὶ γραμμάτων Ἑλληνικῶν χρῆσιν εἰς Ἰταλίαν πρῶτοι διακομίσαι, νεωστὶ φανεῖσαν Ἀρκάσι: καὶ μουσικὴν τὴν δι᾽ ὀργάνων, ἃ δὴ λύρα τε καὶ τρίγωνα καὶ λυδοὶ καλοῦνται, τῶν προτέρων. ὅτι μὴ σύριγξι ποιμενικαῖς, οὐδενὶ ἄλλῳ μουσικῆς τεχνήματι χρωμένων· νόμους τε θέσθαι, καὶ τὴν δίαιταν ἐκ τοῦ θηριώδους ἐπὶ πλεῖστον εἰς ἡμερότητα μεταγαγεῖν· τέχνας τε καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἄλλα τινὰ πολλὰ ὠφελήματα εἰς τὸ κοινὸν καταθεῖναι, καὶ διὰ ταῦτα πολλῆς ἐπιμελείας τυγχάνειν πρὸς τῶν ὑποδεξαμένων.

evaderet, qvanta alia nulla vel Græca vel barbara, sive amplitudo sedium, sive majestas imperii spectetur, sive alia qvævis felicitas; cujus nomen, qvousqve mortales duraverint, præcunctis urbibus memorabitur. Huic oppidulo à vetere patria nomen imponunt Palantium: nunc vero Palatium à Romanis dicitur, corrupta voce injuria temporum: unde multis absurdarum etymologiarum occasio. Dicuntur etiam Græcarum literarum usum, Arcadicæ genti recens ostensum, primi in Italiam transvexisse: instrumenta qvoqve musica, lyram, trigona, & lydos: cum ad id temporis non nisi pastoralibus fistulis usi fuissent, nec ullo præter has invento musico: leges etiam tulisse, & vitam antea ferinam majori ex parte mitem ac mansuetam reddidisse: sed & artes ac studia, multaqve alia emolumenta contulisse in publicum, & propter hæc gratiosos fuisse, apud suos hospites.

Hucusqve Dionysius Halicarnassensis. Idem testatur Livius lib. 1. his verbis: *Evander tum* (sc. cum Hercules, Geryone interempto, ex Hispania venit in Italiam) *ea* (sc. prope Tiberim fluvium in Latio antiqvo, ubi nunc Roma est) *profugus ex Peloponneso, authoritate magis, qvam imperio regebat loca: venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter (Aborigenes) rudes artium homines; venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, qvam fatiloqvam ante Sibyllæ in Italiam adventum, miratæ hæ gentes fuerant.* Ejusdem rei etiam Strabo Geograph. lib. 5. pag. 230. ita meminit: Αὕτη μὲν οὖν ἡ μάλιστα πιστευομένη τῆς Ῥώμης κτίσις ἐστίν· ἄλλη δέ τις προτέρα καὶ μυθώδης, Ἀρκαδικὴν λέγουσα γενέσθαι τὴν ἀποικίαν ὑπ᾽ Εὐάνδρου· τούτῳ δ᾽ ἐπιξενωθῆναι τὸν Ἡρακλέα, ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνου βοῦς. πυθόμενον δὲ τῆς μητρὸς Νικοστράτης τὸν Εὔανδρον, (εἶναι δ᾽ αὐτὴν μαντικῆς ἔμπειρον) ὅτε τῷ Ἡρακλεῖ πεπρωμένον ἦν τελευτήσαντι τοὺς ἄθλους θεῷ γενέσθαι; φράσαι τε πρὸς τὸν Ἡρακλέα ταῦτα, καὶ τέμενος ἀναδεῖξαι, καὶ θῦσαι θυσίαν Ἑλληνικήν· ἣν καὶ νῦν ἔτι φυλάττεσθαι τῷ Ἡρακλεῖ· καὶ ὁ Κεκίλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς, τοῦτο τίθεται σημεῖον, τοῦ Ἑλληνικὸν εἶναι κτίσμα τὴν Ῥώμην, τὸ παρ᾽ αὐτῇ τὴν πάτριον θυσίαν, Ἑλληνικὴν εἶναι τῷ Ἡρακλεῖ. καὶ τὴν μητέρα δὲ τοῦ Εὐάνδρου, τιμῶσι Ῥωμαῖοι μίαν τῶν νυμφῶν εἶναι νομίσαντες. h. e. *Atqve hæc de Romæ origine maxime credita est narratio. Alia antiqvior est & fabulosa, qvæ coloniam eam facit Arcadicam ab Evandro deductam: hujus usum hospitio Herculem cum Geryonis boves ageret, & Evandrum, qvi è matre sua Nicostrata (erat enim hæc vaticinandi perita) cognovisset, Herculem confectis certaminibus fato in deorum numerum relatum iri, id Herculi indicasse, locoqve dicato sacrificium ei Græcanicum fecisse, qvod eodem ritu hodieqve servatur. Et Cæcilius rerum Romanarum scriptor, eo argumento colligit, Romam à Græcis esse conditam, qvod Romani Græco ritu antiqvo instituto Herculi rem sacram faciant. Matrem qvoqve Evandri venerantur Romani, unam de Nymphis censentes, Carmentam denominatam.* Hæc Strabo. Cujus, ut & Dionysii Halicarnassensis & Livii jam citata verba, pluribus, si Deus permiserit, libro *sexto* hujus Prodromi expendam & pro virili parte illustrabo. Interea videsis Tacitum Annal. lib. 11. c. 14. ubi ait: *Aborigenes Arcade ab Evandro didicisse literas, & formam literis Latinis eandem esse, qvæ veterrimis Græcorum*; & lib. 15. cap. 41. ubi *Magnæ aræ præsenti Herculi ab Arcade Evandro sacratæ* meminit; Auctorem libri de Origine gentis Rom. qvi Aurelio Victori vulgo attribuitur, c. 5. ubi, qvod apud Dionysium legitur πρότερον τῶν τρωϊκῶν, interpretatur, *ante annos*

Sec. ante Æ. C. XIII. *nos circiter sexaginta, qvam Æneas in Italiam deferretur*: Plinium Histor. Natur. lib. 7. cap. 58. Hyginum Mythologici cap. 277. Jul. Cæs. Scaligerum lib. 1. de causis Linguæ Latinæ: Jos. Scaligerum in Animadversionibus Eusebianis: Vossium de art. Grammat. lib. 1. cap. 9. & 11. & Christianum Becmannum Manuduct. ad Ling. Lat. cap. 4. & 5.

XVI. Ad seculum ante Æ. C. XIII. & qvidem ad A. M. 2710. refertur etiam *Pherecydes Atheniensis* à Joan. Jacob. Frisio in Bibliotheca Chronologica Classicorum Autorum, ubi *Philosophum* ipsum & *Orphei discipulum* falso nuncupat. Svidas enim hoc tantum dicit, ipsum τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν, h. e. *scripta sub Orphei nomine extantia collegisse*, & *Pherecyde Syrio* Præceptore Pythagoræ, fuisse antiqviorem. Unde nulla ratione colligi potest, *Orpheo Argonautæ* ipsum fuisse σύγχρονον. Tantum sane abest, ut Pherecydes Atheniensis Orphei hujus temporibus vixerit, ut Pherecyde etiam Syrio fuerit junior, & ad imperium Darii Hystaspidæ pertineat. Qva de re, volente Deo, posthac pluribus agam, cum ad seculum ante Æ. C. Vtum pervenero: ubi simul etiam clarissime demonstrabo, qvam graviter erret Frisius, dum Pherecydis Syrii de Theogonia *libros decem* Pherecydi Atheniensi perperam attribuit. Interea vide Svidam v. Φερεκύδης & Vossium de Histor. lib. 4. cap. 4. pag. 443. deinceps.

XVII. Haud minorem eodem loco idem Frisius errorem committit, referendo *Cadmum Milesium* ad A. M. 2750. ante Christum autem 1212. h. e. ad principium seculi ante Æ. C. XIII. cum tamen testimonio Flavii Josephi contra Apionem *(1)* certo constet, illum integris sex seculis post bellum Trojanum, & paulo ante Persarum expeditionem in Græciam Europæam floruisse, ideoqve ad seculum ante Æ. C. *sextum* pertinere, ut suo deinceps loco uberius demonstrabitur.

(1) *Lib.* 1. *pag.* 1034.

FINIS CAPITIS QVARTI
LIBRI SECUNDI.

AP-

Sec. ante Æ. C. XII.

APPENDIX
QVATUOR PRIORUM CAPITUM LIBRI SECUNDI
PRODROMI HISTORIÆ LITERARIÆ,

Nudam continens Sciagraphiam sive primam delineationem præcipuarum Personarum ac Rerum, de qvibus, volente DEO, reliqvis viginti novem ejusdem libri capitibus plenius & accuratius agetur.

SCIAGRAPHIA CAPITIS V.

De Seculo ante Æ. C. XII. in qvod apud Hebræos Historia Judicum Jephthæ, Ebzanis, Elonis, Abdonis, Samsonis & Eli, apud Græcos autem Excidium Trojæ incidit.

I.

Huic capiti qvinto, cujus Sciagraphia hic exhibetur, respondebit liber septimus hujus Prodromi Historiæ Literariæ.

INiqvitas illa sortis meæ, cum qva in omnibus, qvos ante hac unqvam suscepi, non minus arduis, qvam posteritati profuturis conatibus, perpetuo colluctatus sum, in præsens etiam me, qvamvis maxime invitum, cogit, ut cœptam Libri *secundi* Historiæ Literariæ elaborationem ad tempus hic abrumpam, donec resumendi continuandiqve hujus laboris commodior occasio se offerat. Interea en tibi, *Erudite Lector*, residuorum *viginti novem* capitum qvalecunqve specimen, unde tanqvam ex ungue leonem cognoscens, qvid tibi deinceps expectandum sit intelligas. Tu vero illud æqvi boniqve consule, nec mihi, sed fortunæ malignitati interruptionem inchoati operis imputa.

Ad seculum igitur ante Æ. C. XII. pertinent

Judices Hebræorum יפתח sive *Iiphthach*, אבצן sive *Ibtzan*, אילון sive *Elon*, עבדון sive *Habdon*, שמשון sive *Schimschon*, & עלי sive *Heli*.

Historia *belli Trojani*, ubi præcipue notandi sunt annus M. 2755. qvo rapta fuit Helena Menelai Spartanorum Regis uxor à Paride Priami Trojanorum Regis filio; A. M. 2756. qvo principes Græciæ convenerunt in Aulide, & de bello Trojanis inferendo conjurarunt; A. M. 2757. qvo Troja à Græcis fuit obsessa; & A. M. 2767. qvo Troja à Græcis post decennalem obsidionem die vigesimo secundo Junii capta est; unde incipit nobilissima Æra τῆς Ἰλίȣ ἁλώσεως:

Sec. ante Æ. C. XII.

Genealogia & Successio Regum Trojæ.

Seamander—Ida Nympha

Teucer
Rex Trojan. I.

Dardanus——Batea
Rex Trojan. II. | filia Teucri

Erichthonius
Rex Trojan. III.

Tros
Rex Trojan. IV.

Ilus Rex Trojan. V. — Assaracus — Ganymedes

Ilus → Laomedon Rex Trojan. VI. → Priamus Rex Trojan. VII.

Assaracus → Capys → Anchises

Latinus
Rex Aboriginum in
Latio antiqvo

Creusa——Æneas——Lavinia
prima Æneæ uxor. — secunda Æneæ uxor.

Æneæ adventus in Italiam A. M. 2769. & successio in regno soceri sui Latini A. M. 2771.

Reditus *Heraclidarum* in Peloponnesum & initium regni *Eurysthenis* atqve *Proclis* apud Lacedæmonios A. M. 2847.

Dissertatio generalis de variis rebus ad Historiam Literariam pertinentibus, qvarum mentio extat in *Iliade* & *Odyssea* Homeri.

Dissertatio specialis de *Gubernatoribus* Heroum belli Trojani, qvi Græce *Μνήμονες* sive *Monitores* appellantur; qvales fuerunt

Phœnix Achillis,
Myiscus Ulyssis,
Eudorus Patrocli,
Dardanus Protesilai,
Chalcon Antilochi,
Dares Hectoris;

de qvibus vide Ptolemæum Hephæstionem apud Photium cod. CXC. pag. 244. & Clement. Alexandr. Pædagog. lib. 1. cap. 7. pag. 109.

Medicinæ dignitas apud Græcos temporibus belli Trojani; qvippe qvam

Achilles,
Patroclus,
Machaon }
Podalirius } Æsculapii filii

aliiqve Heroes & Heroum filii exercuerunt.

Palamedes, inventor, teste Plinio Hist. nat. lib. 7. cap. 56. *literarum* Θ. Ξ. Φ. X. ut & *ludi latrunculorum* sive *Scacchiæ*: qva de re vide Danielis Souteri Palamedem sive de Tabula lusoria & variis ejus ludis libros tres:

Poetæ & Historici Græci celebres, qvi ipsa belli Trojani ætate floruerunt

Corinnus Iliensis, discipulus Palamedis;
Orpheus junior, sub cujus nomine extat suppositititius liber *de gemmis*;

Sisyphus

Sec. ante Æ. C. XI.

Sisyphus Cous, Teucri ſcriba;
Syagrus, cujus meminit Ælianus Var. Hiſt. lib. 14. cap. 21.
Dares Phrygius, ſacerdos Trojanus, Monitor Herculis;
Dictys Cretenſis;
Sanchoniathon, ſecundum Svidam *Tyrius*, ſecundum Theodoretum *Berytius*, qvi ſcripſit lingua Phœnicia hiſtoriam & inſtituta *Phœnicum*; ut & de Theologia Ægyptiaca.

SCIAGRAPHIA CAPITIS VI.

De Seculo ante Æ. C. XI. in qvod apud Hebræos Hiſtoria Samuelis, Saulis, Davidis & Salomonis, apud Græcos autem interitus Codri ultimi Athenienſium Regis & Jonica migratio incidit.

Huic Capiti ſexto, cujus Sciagraphia hic exhibetur, reſpondebit liber octavus hujus Prodromi.

AD ſeculum ante Æ. C. XI. pertinent
Scriptores ſacri שמואל ſive *Schemuel*, alias *Samuel*,
דוד ſive *David*,
נתן ſive *Nathan*,
גד ſive *Gad*,
שלמה ſive *Schelomoh*, alias *Salomon*.

Libri ſacri, שופטים ſive liber *Judicum*,
רות ſive Liber *Ruth*;
שמואל א ſive *Samuelis liber primus*, aliàs *primus Regum*;
שמואל ב ſive *Samuelis liber ſecundus*, aliàs *ſecundus Regum*;
מלכים א ſive *Regum liber primus*, aliàs *tertius Regum*, à principio usqve ad cap. 12.
ספר תהלים ſive *Liber Laudum*, alias *Pſalmorum*;
ספר משלי ſive *Liber Proverbiorum Salomonis*;
ספר קהלת ſive *Liber Eccleſiaſtæ*;
שיר השירים ſive *Canticum Canticorum*;
Σοφία Σολομῶν@ ſive *Liber Sapientiæ Salomonis.*

Samuelis ספר משפט המלכה ſive *Liber de Jure Regni Hebræorum*, cujus mentio fit Sam. lib. 1. cap. 10. verſ. 25.

Davidis ſcripta, qvorum in ſacris literis præter *Librum Pſalmorum* fit mentio; nempe
Deſcriptio templi à filio Salomone extruendi, 1. Paralip. 28. v. 11. 12.
Lamentatio Davidis propter interitum Saulis & Jonathanis, 2. Sam. 1. v. 17. 18. & deinceps;
Epiſtola Davidis ad Joabum de nece Uriæ, 2. Sam. 11. v. 14. 15.
כתב דוד ſive *Scriptura Davidis de diſtributione ſeu diviſione Levitarum ſecundum paternas familias*, 2. Paralip. 35. v. 4.

Salomonis ſcripta, qvorum in ſacris literis præter ſupra enumerata fit mentio; nempe
Parabolarum tria millia, 1. Reg. 4. v. 32. Joſeph. Antiqvit. Jud. lib. 8. cap. 2. pag. 257.
Canticorum ſive *Carminum qvinqve millia*, ibid.
דברי הטבע h. e. *Verba Naturæ* ſive *Libri Phyſici*, ibid.
מכתב שלמה ſive *Scriptura Salomonis*, de qva vid. 2. Paralip. 35. v. 4.
Oratio ad Deum pro dedicatione templi, qvæ extat 2. Paralip. 6.
ספר דברי שלמה ſive *Liber verborum Salomonis*, de qvo vid. 1. Reg. 11. v. 41.

Libri

Sec. ante Æ. C. XI.

Libri sine controversia suppositilii, qvi sub nomine *Salomonis* vel antiqvitus extitere, vel etiamnunc circumferuntur;

nempe

דברי רפואות שלמה h. e. *Verba medicinalia Salomonis*, de qvo libro vid. Hottinger. Thesaur. Philol. pag. 533.

ספר רזיאל h. e. *Liber Raziel*, de qvo vid. Buxtorf. Bibliothec. Rabin pag. 408.

Ἐπῳδαὶ αἷς παρηγορεῖται τὰ νοσήματα, h. e. *Incantationes, qvibus morbi pelluntur*; Joseph. lib. 8. cap. 2.

Τρόποι ἐξορκώσεων h. e. *Modi Exorcismorum* sive *Conjurationum ad fugandos dæmonas*; Joseph. ibid.

Salomonis Regis Hebræorum & *Hirami* Regis Tyri epistolæ ænigmaticæ mutuæ, de qvibus vid Joseph. lib. 1. contra Apionem pag. 1042.

Liber Sapientiæ Salomonis, ab eo, qvi in sacris Bibliis extas diversus, cujus Joan. Picus Mirandulan, in Procemio Heptapli meminit;

Clavicula Salomonis, liber Magicus, de qvo vid. Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. l. 2. pag. 131.

Contradictio Salomonis, de qvo libro vid. Gelas. PP. distin. 15. c. Sancta Romana;

Liber Salomonis *de Umbris Idearum*, de qvo vid. Sixt. Senens. p. 131.

Testamentum Salomonis græca lingua conscriptum, cujus fragmenta aliqvot citantur à Gilberto Gaulminio in Notis ad Psell. de Operat. Dæmon. pag. 113. 117. 119. 136. 146.

Liber Salomonis *de Lapide minerali, qvem Philosophorum appellant*; qvi extat Decad. 11. Harmoniæ Chymico-Philosophicæ à Joan. Rhenano collectæ, Francof. apud Conr. Eifridum. 1625. in 8vo.

Dissertatio de *Colle Dei* & *Cœtu Prophetarum*, qvorum 1 Sam. 10. v. 5. fit mentio.

Dissertatio de nova *ordinatione Leviticæ tribus*, instituta à Davide, confirmata à Salomone, & instaurata à Regibus Ezechia & Josia:

Dissertatio de *Musica & Musicis instrumentis* Hebræorum:

Dissertatio de *ædificatione Templi Salomonis*;

Dissertatio de *Hiramo* Rege Tyri & navigatione in *Ophir* regionem auriferam, 1. Reg. 9. v. 27. 28.

Successio septendecim Regum Athenienfium à *Cecrope* usq; ad *Codrum*, seu A. M. sec. Emm. 2881; simul etiam initium *Archontum* διὰ βίυ sive *perpetuorum*.

Jonica migratio A. M. 2907.

SCIAGRAPHIA CAPITIS VII.

De Seculo ante Æ. C. X. in qvod apud Hebræos mors Salomonis & divisio regni Hebræorum in regnum Judæ & Israelis, apud Græcos autem Lycurgi legislatio incidit.

Huic capiti septimo, cujus Sciagraphia hic exhibetur, respondebit liber nonus hujus Prodromi.

AD seculum ante Æ. C. X. pertinent

Mors *Salomonis* 2969. & divisio regni Hebræorum in Regnum *Judæ* & Regnum *Israelis* seu decem tribuum:

אחיה השילוני sive *Achyah Schilonites* Propheta, qvi scripsit res gestas Salomonis; 2. Paralip. 9. v. 29.

יעדו החזה h. e. *Iheddo Videns* sive *Propheta*, cujus scripta citantur 2. Paral. 9. v. 12. 13.

אליהו התשבי h. e. *Elyahu* sive *Elias Tischbites*, Propheta cujus scripta suppositia citantur ab Origine tractat. 35. in Matthæum:

אלישע, *Elischah* sive *Elisæus Propheta*:

Dis-

Dissertatio amplissima de ætate, vita & poematibus *Homeri*, principis Poetarum Græcorum, ejusqve interpretibus, commentatoribus, editionibus, aliisqve variis rebus ad hoc argumentum pertinentibus. Inseretur etiam huic dissertationi integer *Herodoti* liber de vita *Homeri*, necessariis à me illustratus Notis atqve Animadversionibus.

Sec. ante Æ. C. IX.

Effigies *Homeri* ex antiqvo cimelio.

Dissertatio *de legislatione Lycurgi* apud Lacedæmonios, qvæ secundum Calvisii supputationem in A. M. 3024. incidit.

Vita *Lycurgi* à Plutarcho conscripta, & necessariis Annotationibus à me illustrata.

Effigies *Lycurgi* ex antiqvo cimelio.

SCIAGRAPHIA CAPITIS VIII.

De Seculo ante Æ. C. IX^no^. in qvod apud Hebræos Historia Regum Judæ Jorami, Ahasiæ, Athaliæ, Joasi, & Amaziæ, apud Assyrios autem Sardanapali interitus incidit.

Huic Capiti octavo, cujus Sciagraphia hic exhibetur, respondebit liber decimus hujus Prodromi.

AD seculum ante Æ. C. IX. pertinent

Prophetæ יחזיאל sive *Jachaziel* & אליעזר sive *Elihezer*, de qvibus vid. 2 Paralip. 20. v. 14. & 37.

Obitus Prophetæ *Elisæi*, 2. Reg. 13.

Interitus *Sardanapali* A. M. 3077. & Divisio primæ Monarchiæ in Regnum *Medorum* cum Præfectura *Persiæ*, qvod *Arbaces* occupavit, & in Regnum *Assyriorum* cum Præfectura *Babyloniæ*, qvod *Belocho* sive *Beleso* obtigit; ut apparet ex Tabula successionis Regum primæ Monarchiæ, lib. 1. cap. 4. pag. 25. inserta.

Homeri senecta & obitus.

Lycurgi Lacedæmoniorum Legislatoris mors.

Hesiodi poetæ nativitas, juventa, ætas constans, & scripta.

Poetæ græci qvatuor, qvi partim seculo nono cum Homero & Hesiodo, partim & seculo octavo circa initium Olympiadum Iphitearum floruerunt; nempe

- Πέρσης sive *Perses*, frater Hesiodi, qvi à Svida vocatur ἐποποιός, h. e. poeta carminis Epici.
- Ἀρκτῖνος sive *Arctinus Milesius*, Homeri discipulus, teste Svida.
- Λέσχης sive *Lesches Lesbius*, qvi cum Arctino in certamine poetico commissus, victoriam obtinuit; Clement. Alex. Strom. lib. 1. pag. 333.
- Κρεώφυλος sive *Creophylus Chius* vel *Samius*, amicus Homeri, & secundum nonnullos ejusdem etiam *Gener*; Svid.

Dissertatio de origine & ratione publicarum *Recitationum*, qvibus olim Poetæ & Rhetores, cum Græci, tum Latini, de coronis aliisqve præmiis contendebant, qvam dum à me expectas, interea consule Ludovici Cresollii Theatrum veterum Rhetorum, Lutetiæ Paris. typ. Sebast. Cramoisy, an. 1620. in 8vo editum, Gerh. Joan. Vossii librum de Imitatione cum Oratoria, tum Poetica, deqve Recitatione veterum; & Joan. Wower. de Polymathia cap. 16.

Sec. ante Æ. C. VIII.

SCIAGRAPHIA CAPITIS IX.

De Seculo ante Æ. C. VIII. in qvod apud Hebræos qvidem finis Regni Iſraelis ſive decem tribuum, apud profanas autem gentes tres nobiliſſimæ Æræ, Olympiadum Iphitearum, conditæ Urbis Romæ & Nabonnaſſari inciderunt.

I. *Huic capiti nono, cujus Sciagraphia hic exhibetur, reſpondebit liber undecimus hujus Prodromi Hiſtoriæ Literariæ.*

AD ſeculi ante Æ. C. VIII. *poſteriorem* partem dimidiam pertinent Reges Judæ *Uzias* & *Jotham*.

Initium Æræ *Olympiadum Iphitearum* A. M. 3174. ante Æ. C. 776. menſe Julio.

Diſſertatio de *ludis Olympicis*.

Diſſertatio de diviſione temporis ſecundum *Varronem* apud *Cenſorinum* de Die natali cap. 21.

in

ἄδηλον	μυθικὸν	ἱϛορικὸν
ſive	ſive	ſive
Incognitum	*Fabuloſum*	*Hiſtoricum*
ab hominum principio ad Cataclyſmum priorem.	*à Cataclyſmo priore ad Olympiadem primam.*	*à prima Olympiade ad nos.*

Initium Æræ *conditæ Urbis Romæ*, ſecundum

M. Terentium Varronem,	*Faſtos Capitolinos*, qvi *Verrio Flacco* vulgo attribuuntur,
Olymp. 6. an. 3.	Olymp. 6. an. 4.
Anno Iphiteo 23.	An. Iphiteo 24.
An. Period. Jul. 3961.	An. Period. Jul. 3962.
An. Mundi 3197.	An. Mundi 3198.
An. ante V. Æ. C. 753.	An. ante V. Æ. C. 752.
An. ante Nat. Chr. 751.	An. ante Nat. Chr. 750.
An. poſt excid. Trojæ 430.	An. poſt excid. Trojæ 431.
Qvam ſententiam cui ipſe accedo, tuentur, *Joſephus Scaliger*, *Dionyſius Petavius*, *Ubbo Emmius*, & alii complures probatisſimi Chronologi.	Qvam ſententiam defendunt & propugnant *Carolus Sigonius*, *Sethus Calviſius*, *Chriſtophorus Helvicus*, Eandem Scaliger à M. Porcio Catone Seniore *Catonianam* appellat; approbante qvidem Emmio, improbante autem Petavio.

Diſſertatio generalis de *Prophetis Hebræorum*, tam *majoribus*, qvam *minoribus*, qvorum inter canonicos Veteris Teſtamenti libros extant vaticinia.

Prophetæ ſex minores, qvi ante finem Regni Iſraelis ſive abductionem decem tribuum, ſub Regibus Judæ Uzia, Jothamo, Achazo & Ezechia vaticinati ſunt, הושע ſive *Hoſcheah*, alias *Oſeas*,

יואל ſive *Joel*,

עמוס ſive *Hamos*, alias *Amos*,

עובדיה ſive *Hobadiah*, alias *Abdias*,

יונה five *Jonah*, alias *Jonas*, *Sec. ante Æ. C. VIII.*

מיכה five *Michah*, alias *Michæas*: qvi non eſt confundendus cum integris centum annis antiqviori Propheta מיכיהו five *Michajehu*, cujus 1. Reg. 22. fit mentio: Card. Bellarmin. de ſcript. Eccleſ.

ישעיה, *Jeſchahia* five *Iſaias*, primus qvatuor Prophetarum majorum, qvi vaticinatus eſt ſub iisdem qvatuor ſupra nominatis Regibus Judæ.

Heſiodi obitus circa initium Olympiadum.

Poetæ græci celebres circa initium Olympiadum & deinceps

Σιμμίας five *Simmias Rhodius*, de qvod vid. Svid. v. Σιμμίας, Joan. Tzetz. Chil. 7. Hiſt. 144. Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 4. cap. 1.

Εὔμηλος five *Eumelus Corinthius*, qvi perperam in antiqva Euſebii editione latina & à Joan. Jacob. Friſio *Cumelus* appellatur; Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 4. cap. 1. & de Poet. gr. cap. 3.

Κιναίθων ὁ Λάκων five *Cinæthon Lacedæmonius*, qvi ſcripſit Τηλεγονίαν five *Telegoniam*, h. e. poema de *Telegono* Ulyſſis ex Circe filio, qvi Tuſculum in Italia condidit; qvod opus Friſius falſo vocat *Theogoniam*: Voſſ. de Poet. gr. cap. 3.

Sibylla Erythræa, Euſeb. in Chronico.

Romuli, primi Romanorum Regis, inſtituta & leges; Valent. Forſt. Hiſt. Jur. Civil. Rom. lib. 1. cap. 6.

Ad ſeculi ante Æ. C. VIII. priorem partem dimidiam pertinent **II.**

Reges Judæ אחז five *Achaz* & חזקיה five *Chizkjia*, alias *Ezechias*.

Initium *Æræ Nabonnaſſari* A. M. 3023. ante Æ. C. 747. d. 26. Februarii, inſtitutæ in memoriam defectionis Babyloniorum ab Aſſyriis duce *Nabonnaſſaro*.

Diſſertatio *de Origine qvinqve Ephororum apud Lacedæmonios*, qvæ ab *Herodoto* qvidem lib. 1. cap. 5. attribuitur *Lycurgo*; rectius autem ab *Ariſtotele* Politic. lib. 5. cap. 11. & *Plutarcho* in Vita Lycurgi adſcribitur Regi *Theopompo*, ſub qvo A. M. 3207. *bellum* cœpit *Meſſentum*.

Diſſertatio *de Ephororum munere, poteſtate, abuſu poteſtatis & interitu*; ut & eorundem comparatio cum iis, qvi in Republica *Cretenſi* Κόσμοι five *Coſmi*, in *Romana* autem *Tribuni plebis* vocabantur: Ariſtot. Polit. lib. 2. cap. 8.

Finis *Regni Iſraelis* & abductio ultimi Regis *Hoſeæ* cum decem tribubus in *Aſſyriam* per Regem *Salmanaſſarem* A. M. 3227.

Diſſertatio de diſperſione *decem tribuum*; cui inſeretur ספר אלדד הדני h. e. *Liber Eldadi Danitæ de Judæis Sabbatico fluvio clauſis, eorumqve in Æthiopia imperio*; qvem Gilbertus Genebrardus latine translatum cum Chronologia Hebræorum Majori ac Minori edidit.

Prophetæ duo minores, qvi mox poſt abductas decem tribus vaticinati ſunt,

נחום five *Nachum*, alias *Nahum*.

&

חבקוק five *Chabakuk*, alias *Habacuc*.

Hiſtoria *Tobiæ ſenioris*, qvi una cum filio *Tobia juniore* ab Aſſyriorum Rege Salmanaſſare abductus fuit Niniven; Sixt. Senenſ. Biblioth. Sanct. lib. 1. p. 25. & Card. Bellarmin. de ſcript. Eccleſ.

Numa Pompilius, ſecundus Romanorum Rex, qvem Livius lib. 1. vocat *conſultiſſimum virum, ut in illa qviſqvam ætate eſſe poterat, omnis divini atqve humani juris*, & *Commentarios rerum ſacrarum* ſcripſiſſe commemorat. Cœpit autem regnare A. V. C. 40. qvi reſpondet A. M. 3237.

Inſtituta & leges Numæ Pompilii: Valent. Forſter. Hiſt. Jur. Civil. Rom. lib. 1. cap. 7.

SCIA-

Sec. ante Æ. C. VII.

SCIAGRAPHIA CAPITIS X.

De Seculo ante Æ. C. VII. in qvod apud Hebræos Hiſtoria Regum Judæ Manasſis, Amonis, Joſiæ, Joachazi, Jojakimi & Jechoniæ, apud Athenienſes autem creatio primorum novem Archontum annuorum incidit.

I.

Huic capiti decimo, cujus Sciagraphia hic exhibetur, reſpondebit liber duodecimus hujus Prodromi.

AD ſeculi ante Æ. C. VII. *poſteriorem* partem dimidiam pertinent
מנשה ſive *Menaſche*, alias *Menaſſes*, Rex Judæ, cujus *Oratio pœnitentialis* extat inter apocryphos Veteris Teſtamenti libros.

דברי חוזי ſive *Verba Chozai*, qvi ſcripſit hiſtoriam vitæ Manasſis; 2. Paralip. 33. verſ. 18. 19. Sixt. Senenſ. lib. 1. pag. 59.

Martyrium *Iſaiæ* Prophetæ, qvi Manasſis juſſu ſerra lignea diſſectus eſt.

Obitus Prophetarum *Nahum* & *Habacuc*.

Creatio primorum *novem annuorum Archontum Athenienſium* A. M. ſec. Emm. 3262. qvorum primus, cujus nomine annus ſignabatur, vocatus fuit Ἄρχων ἐπώνυμος, ſecundus βασιλεὺς, tertius πολέμαρχος, reliqvi autem ſex θεσμοθέται; Joan. Meurſ. lib. de Archont. Athenienſ.

Poetæ Græci, Ἀλκμὰν ſive *Alcman Lacedæmonius*, Lyricus, diverſus ab *Alcmane Meſſenio*; Voſſ. de Poet. gr. cap. 3.

Μεγαλοστράτη ſive *Megaloſtrate*, poetria, Alcmanis amaſia; Voſſ. ibid.

Ἀρχίλοχος ſive *Archilochus Parius*, diverſus ab *Archilocho Hiſtorico*, qvem Scaliger refert ad tempora Darii Hyſtaſpidæ; Voſſ. ibid. & de Hiſt. gr. lib. 1. cap. 1.

Σιμωνίδης ὁ Ἀμοργῖνος, ἢ ὥς ἔνιοι, Σάμιος h. e. *Simonides Amorginus*, vel ſecundum alios, *Samius*, diverſus à multo juniore *Simonide Ceo*, Lyrico, qvi Xerxis temporibus claruit; Voſſ. de Poet. gr. cap. 3.

Ἀριστόξενος ὁ Σελινούντιος, h. e. *Ariſtoxenus Selinuntius*, qvem Friſius perperam confundit cum multo juniore *Ariſtoxeno Tarentino*, diſcipulo Ariſtotelis: Voſſ. de Poet. gr. cap. 3. & de Hiſt. gr. lib. 1. cap. 9.

Initium tertii Romanorum Regis *Tullii Hoſtilii* A. U. C. 83. ejusdemqve *inſtituta* & *leges*; Forſter. Hiſt. Jur. lib. 1. cap. 8.

II. Ad ſeculi ante Æ. C. VII. *priorem* partem dimidiam pertinent

Diſſertatio de *inſtauratione* veræ religionis ac veri cultus divini per piisſimum Regem Judæ יושיה ſive *Joſchijah*.

צפניה ſive *Tſephaniah*, alias *Sophonias*, nonus ex duodecim prophetis minoribus, qvi vaticinatus eſt temporibus Regis Joſiæ: Card. Bellarm. de ſcript. Eccleſ.

ירמיה ſive *Jirmejah*, alias *Jeremias*, ſecundus qvatuor Prophetarum majorum, qvi cœpit vaticinari anno decimo tertio Joſiæ: Card. Bellarm. ibid.

חלדה הנביאה h. e. *Chaldah Prophetis*, cujus mentio fit 2. Paralip. 34. v. 22.

אוריה ſive *Urjah Propheta*, cujus mentio fit Jerem. c. 26. v. 23.

Diſſertatio de *Legislatione Draconis*, *Archontis Eponymi Athenienſium*, qvæ incidit in annum primum Olympiadis 39. qvi fuit A. M. 3326.

Poetæ Græci, τέρπανδρος ſive *Terpander*; Voſſ. de Poet. gr. c. 3.

Πείσανδρος ſive *Piſander*; Voſſ. ibid.

Τυρταῖος ſive *Tyrtæus*, Dux Lacedæmoniorum in bello Meſſeniaco; Voſſ. ibid.

Δράκων ſive *Draco*, Athenienſium legiſlator, qvi tribus verſuum millibus ὑποθήκας ſive *Præcepta vitæ* ſcripſiſſe dicitur: Voſſ. ibid.

Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος sive *Arion Methymnæus*, Alcmanis Lacedæmonii discipulus, Lyricus:

Sec. ante Æ. C. VI.

Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος sive *Stesichorus Himeræus*, Lyricus:

Σαπφὼ sive *Sappho Lesbia*, Lyrica:

Erinna poetria, amica Sapphus:

Damophila, Sapphûs æqvalis:

Ἀλκαῖος sive *Alcæus Mitylenæus*, Lyricus, qvem Frisius §. 50, perperam confundit cum multo juniore *Alcæo*, qvi *Comicus* græcus fuit, & temporibus vixit Philippi Macedonis:

Initium qvarti Regis Romanorum *Anci Martii*, A. U. C. 115. ejusdemqve *instituta & leges*; Forster. Hist jur. lib. 1. cap. 9.

Initium qvinti Regis Romanorum *L. Tarqvinii Prisci* A. U. C. 139. ejusdemqve *instituta & leges*; Forst. Hist. Jur. lib. 1. cap. 10.

Abductio *Jechoniæ* penultimi Regis Judæ per *Nebucadnezarem, & initium septuaginta annorum Captivitatis Babylonicæ* A. M. 3350.

SCIAGRAPHIA CAPITIS X.

De Seculo ante Æ. C. VI. in qvod apud Hebræos Excidium incidit Urbis Hierosolymitanæ per Nebucadnezarem, & Cyrus victo Dario Medo, captaqve Babylone secundam sive Persicam Monarchiam inchoavit.

II

Huic Capiti undecimo *cujus Sciagraphia hic exhibetur, respondebit liber* decimus tertius *hujus prodromi.*

AD Seculi ante Æ. C. VIti posteriorem partem dimidiam pertinent *Cylonis* seditio Athenis A. M. 3352:

Initium regni *Nebucadnezaris* post mortem Patris *Nabopollassari* A. M. 3354:

Solonis legislatio apud Athenienses A. M. 3356:

Æra excidii Hierosolymitani per Nebucadnezarem, destructionis templi *Salomonis*, excœcationis *Zedekiæ*, & finis regni Judæ A. M. 3360:

Initium tyrannidis *Phalaridis* apud Agrigentinos A. M. secundum Calvis. & Emm. 3378:

Initium tyrannidis *Pisistrati* apud Athenienses A. M. 3383

Defectio *Persarum* à Medis duce Cyro A. M. 3391, & primum regni Cyri initium in Persia:

Finis Regni *Medorum*, & secundum regni Cyri initium in Media victo *Astyage* avo materno A. M. 3399:

ברוך sive *Baruch*, minister & scriba Jeremiæ: Sixt. Senens. lib. 1, pag. 26. & Card. Bellarm. de script. Eccles.

יחזקאל sive *Jechezkel*, tertius qvatuor Propherarum majorum, qvi cœpit vaticinari *trigesimo* & ultimo anno *Nabopollassari*, patris Nebucadnezaris:

דניאל sive *Daniel*, qvartus Prophetarum majorum, qvi vaticinatus est usqve ad finem captivitatis Babylonicæ:

Dissertatio specialis de Prophetia *Danielis*, ejusqve autoritate:

Dissertatio *de qvatuor Monarchiis*, earumqve apud Danielem præfiguratione; una cum refutatione eorum, qvi vel prophetiam de qvatuor Monarchiis omnino rejiciunt, vel perperam interpretantur:

Dissertatio *de conservatione veræ religionis* tempore captivitatis Babylonicæ:

Origo *Synagogarum Judaicarum* derivata à captivitate Babylonica, cujus tempore Judæi templo caruerunt: Sigon. de Rep. Hebr. lib. 2. cap. 8:

Divisio *Philosophiæ* in *Barbaricam & Græcam*; simul etiam refutatio Diogenis Laertii, qvi *Græcam Barbarica* antiqviorem esse asserit, & futilibus qvibusdam argumentis hoc probare annititur:

Sec. ante Æ. C. VI.

Dissertatio de præcipuis Philosophiæ *Barbaricæ* speciebus, qvæ à Laertio recensentur: nempe
- *Persica*; cujus sectatores vocabantur Μάγοι sive *Magi*,
- *Babylonica* & *Assyriaca*, cui qvi addicti erant, vocabantur χαλδαῖοι sive *Chaldæi*;
- *Indica*, cujus sectatores vocabantur Γυμνοσοφισταὶ, *Gymnosophistæ*;
- *Celtica*, qvam qvi docebant, appellabantur Δρυίδαι καὶ Σεμνόθεοι h. e. *Druidæ* & *Semnothei*;
- *Ægyptiaca*, cujus antistites dicebantur ἱερεῖς καὶ Προφῆται h. e. *Sacerdotes & Prophetæ*;
- *Phœnicia*, cujus inter sectatores celebris maxime fuit Ὦχος sive *Ochus*;
- *Thracica*, atque *Getica*, cujus fundatione Ζάμολξις sive *Zamolxis* inclaruit;
- *Mauritanica*, cujus princeps & autor fuit Ἄτλας sive *Atlas*;
- *Judaica* sive *Hebræa*, qvam falso nonnulli scriptores ethnici à Persica oriundam crediderunt.

Dissertatio de vita, dogmatibus & scriptis *Septem Græciæ Sapientum*, qvi à Diogene Laertio hoc ordine recensentur;
- Θάλης Μιλήσιος, *Thales Milesius*,
- Σόλων ὁ Σαλαμίνιος, *Solon Salaminius*,
- Χείλων ὁ Λακεδαιμόνιος, *Chilo Lacedæmonius*,
- Πίττακος ὁ Μιτυληναῖος, *Pittacus Mitylenæus*,
- Βίας ὁ Πριηνεύς, *Bias Prieneus*,
- Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, *Cleobulus Lindius*,
- Περίανδρος ὁ Κορίνθιος, *Periander Corinthius*:

qvibus ab eodem Laertio annumerantur,
- Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης, *Anacharsis Scytha*,
- Μύσων ὁ Χηνεύς, *Myson Chenensis*,
- Ἐπιμενίδης ὁ Κρής, *Epimenides Cretensis*,
- Φερεκύδης ὁ Σύριος, *Pherecydes Syrius*,
- Πεισίστρατος ὁ Ἀθηναῖος, *Pisistratus Athoniensis*:

Origo *nominis Philosophiæ* derivata à *Pythagora*:

Divisio Philosophiæ *Græcæ* in *Jonicam*, cujus princeps & autor fuit *Thales Milesius*, Anaximandri Milesii Præceptor, & *Italicam*, cujus fundator fuit *Pherecydes Syrius*, præceptor Pythagoræ:

Proœmium Operis Laertii de vitis illustrium Philosophorum græce & Latine cum *Notis & Animadversionibus*:

Liber primus Diogenis Laertii græce & latine cum *Notis & Animadversionibus*:

Solonis vita à Plutarcho græce conscripta, cum latina translatione, *Notis & Animadversionibus*:

Anaximandri Milesii, Philosophi Physici & discipuli Thaletis Milesii vita, dogmata & scripta; Laert. lib. 2. cap. 1:

Herophilus Chalcedonius, Medicus insignis, qvi Phalaridem Agrigentinorum tyrannum, gravissimo morbo laborantem sanasse traditur; Voss. de Philosoph. c. 11.

Dissertatio *de arteriarum pulsu ab Herophilo in musicos pedes legesq; metricas per ætatum gradus descripto*; ut & *de Anatomia vivorum hominum*, propter qvam is à Tertulliano lib. de Anima cap. 10. *lanius* appellatur:

Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος, *Aristeas Proconnesius*, Poeta & Historicus, cujus Ἀριμάσπεια sive poema de *Arismaspis Hyperboreis* ab antiqvis autoribus passim citatur; Suid. v. Ἀριστέας, & Voss. de Hist. Gr. lib. 1. cap. 1. & lib. 4. cap. 2:

Θέσπις, *Thespis*, poeta Tragicus, qvem ex Laertio constat Solonis vixisse temporibus; Suid. v. Θέσπις, & Voss. de Poet. Gr. cap. 3:

Archetimus Syracusanus, historicus græcus, qvi citatur à Laertio in vita Thaletis:

Πολύζηλος, *Polyzelus Messenius*, historicus græcus, pater *Ibyci* poetæ; Suid.:

Abaris

Sec. ante Æ. C. VI.

Abaris, Scytharum ad Athenienses legatus, sub cujus nomine epistola etiamnum extat ad *Phalaridem*; Harpocration v. Ἄβαρις, & Voss. de Poet. Gr. cap. 3.

Dropides, poeta græcus, frater Solonis; Voss. ibid.

Chersias Orchomenius, poeta græcus, qvi cum Periandro gessit inimicitias; Voss. ibid.

Mimnermus, Elegiacus Poeta græcus; Voss. ibid.

Dissertatio generalis de fabularum origine, differentia & utilitate:

Dissertatio specialis de *Æsopo* ejusqve fabulis, cui inseretur Vita Æsopi à *Maximo Planude* græce conscripta:

Dissertatio generalis de *Bibliothecis privatis ac publicis*:

Dissertatio specialis *de Bibliotheca publica Athenis à Pisistrato instructa*; A. Gell. lib. 6. cap. 17. & Lips. Syntagm. de Bibliothecis:

Servii Tullii, sexti Romanorum Regis, initium regni A. U. C. 177. ejusdemqve instituta & leges; Valent. Forst. Hist. Jur. lib. 1. cap. 11.

Ad seculi ante Æ. C. VIti priorem partem dimidiam pertinent

Initium *secundæ* sive *Persicæ* Monarchiæ, victo per *Cyrum Dario Medo* captaqve Babylone A. M. secundum Calvis. 3412. ante Æ. C. 538.

Duodecim Reges Monarchiæ secundæ seu Persicæ;

Cyaxares Rex Medorum

Astyages ultimus Rex Medorum — *Cyrus* Persa

Cyaxares — *Mandane* — *Cambyses*

1. CYRUS, fundator secundæ Monarchiæ

2. Cambyses cujus regno septem menses Magorum annumerantur.

3. Darius Hystaspides

4. Xerxes seu Ahasverus

5. Artaxerxes Longimanus — *Darius* qvem Emmius qvintum vocat Persarum Regem, & à fratre occisum scribit.

6. Xerxes II. 7. Sogdianus 8. Darius Nothus

9. Artaxerxes Mnemon — *Cyrus junior* qvi bellum cum fratre gessit, qvod Xenophon descripsit

10. Artaxerxes Ochus qvi ab aliis etiam Darius Ochus dicitur — *Arsames* ex concubina natus

11. Arsames sive Arses — 12. Darius Codomannus tribus præliis ab *Alexandro Magno* victus

L. Tar-

Sec. ante Æ. C. VI.

L. Tarqvinii Superbi ſeptimi & ultimi Romanorum Regis initium A. U. C. 221. A. M. 3418.

Finis *captivitatis Babylonicæ* A. M. 3419. ante Æ. C. 531:

Initium regni *Cambyſis* A. M. 3421. ante Æ. C. 529:

Initium regni *Darii Hiſtapidæ* A. M. 3429. ante Æ. C. 521:

Cædes *Hipparchi* filii Piſiſtrati, perpetrata ab *Harmodio* & *Ariſtogitone* A. M. 3436. ante Æ. C 514:

Finis tyrannidis *Piſiſtratidarum*, ejecto *Hippia* Hipparchi fratre à *Cliſthene* A. M. 3439. ante Æ. C. 511:

Regifugium Romæ & initium *Conſulatus* A. M. 3441. ante Æ. C. 509. V. C. 245:

Legumlatores & Juriſconſulti

Zaleucus Pythagoræ diſcipulus, apud Locrenſes Epizephyrius in Brutiis, Laert.

Charondas Pythagoræ diſcipulus, apud Thurios ſive Sybaritas in Lucania; Laert.

Zamolxis, Pythagoræ ſervus, apud Getas; Laert.

Papyrius Juriſconſultus Romanus, qvi ſacras omnes profanaſqve leges à Regibus latas & ſine ordine in Pontificum commentariis deliteſcentes collegit, & in unum corpus, qvod *Jus civile Papyrianum* poſtea appellatum fuit, redactas, primus in lucem edidit; Pompon. l. *Neceſſarium* 2. ff. *de Orig. Jur.* & Forſter. Hiſt. Jur. lib. 2. cap. 2.

P. Valerius Poplicola, cujus leges vide apud. Forſt. Hiſt. Jur. lib. 1. cap. 15:

Medicus inſignis *Democedes Crotoniata* Calliphontis filius, qvi primum qvidem in Samo apud tyrannum Polycratem, poſtea vero in Perſia, apud Darium Hyſtaſpidem medicinam feliciſſime exercuit; Herodot. lib. 3. & Voſſ. de Philoſoph. cap. 11. §. 10:

Philoſophi illuſtres

Zoroaſtres tertius, qvem Plinius Hiſt nat. lib. 30. cap. 1. *Proconneſium* vocat & paulo ante Xerxis expeditionem in Græciam vixiſſe refert:

Pythagoras Samius, princeps Philoſophiæ *Italicæ*, de cujus vita, dogmatibus, ſymbolis, ſcriptis, inſtituendorum diſcipulorum ratione ac claris diſcipulis amplisſima hic inſeretur Diſſertatio, una cum vita ipſius à *Laertio* lib. 8. & *Porphyrio* conſcripta, aliiſqve aliis multis rebus ad hoc argumentum pertinentibus:

Theano, uxor Pythagoræ, ſub cujus nomine aliqvot epiſtolæ etiamnunc circumferuntur; Laert.

Mneſarchus & *Telauges*, Pythagoræ filii, qvi una cum matre defuncto patri in regimine ſcholæ Pythagoricæ ſucceſſerunt; Laert.

Xenophanes Colophonius, cujus vita extat apud Laertium lib. 9.

Anaximenes Mileſius, Thaletis & Anaximandri Mileſii auditor, cujus epiſtola ad Pythagoram extat apud Laertium in ipſius vita lib 2.

Alcmæon Crotoniata, Pythagoræ auditor, cujus vita extat apud Laertium lib. 8.

Hiſtorici græci celebres

Cadmus Mileſius, de qvo vid. Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 1. c. 1:

Acuſilaus Argivus:

Theagenes Rheginus:

Archilochus, ſub cujus nomine extat liber ſuppoſititius de temporibus, ab Annio Viterbienſi confictus:

Hecatæus Mileſius:

Bion Proconneſius; de qvo vid. Clement. Alexandrin. Strom. lib. 6:

Poetæ Græci illuſtres

Theognis Megarenſis; Euſeb.

Pho-

Hæc tabula pertinet ad Sciagraphiam capitis XImi, & inserenda est inter pag. 206 & 207 Append. IV. prior. Cap. lib. 2. Prodrom. Hist. Lit.

TABULA SUCCESSIONIS ILLUSTRIUM VETERIS GRÆCIÆ PHILOSOPHORUM SECUNDUM DIOGENEM LAERTIUM,

qvæ hîc qvidem in præsens primâ tantùm manu delineata exhibetur, multo autem accuratior auctiorq; suo deinceps loco in hoc Opere secundùm repræsentabitur.

PHILOSOPHIA

duplex est

- **BARBARICA,** cujus præcipuæ species sunt
  - Persica, *Magorum*:
  - Babylonica, & Assyriaca, *Chaldæorum*:
  - Indica, *Gymnosophistarum, Brachmanum, Germanũ, & Hylobiorum*:
  - Celtica, *Druidarum & Semnotheorum*:
  - Ægyptiaca, *Sacerdorum & Prophetarum Ægyptiorum*
  - Phœnicia, *Ochi*:
  - Thracica, & Getica, *Orphei & Zamolxis*:
  - Mauritanica, *Atlantis*:
  - Judaica, sive Hebræa.
- **GRÆCA,** qvæ pro diversitate locorum, ubi primùm inclaruit, dividitur in
  - **JONICAM** cujus Princeps & autor fuit Thales Milesius cui successerunt
    - Anaximander Milesius
    - Anaximenes Milesius
    - Diogenes Apolloniates / Anaxagoras Clazomenius
    - Archelaus Milesius
    - Socrates Atheniensis *Inventor Ethices*, ex cujus schola prodierunt
      - Xenophon Atheniensis:
      - Aristippus Cyrenæus, princeps & autor *sectæ Cyrenaicæ*, cujus successores *Cyrenaici* vocantur. Hunc audiverunt
        - Ptolemæus Æthiops
        - Arete ipsius Aristippi filia, cui successerunt
          - Aristippus cognomento *Metrodidactus*:
            - Theodorus Athæus princeps & autor *sectæ Theodoriæ*, cujus successores *Theodorii*:
              - Bion Borysthenites.
        - Antipater Cyrenæus, cui successerunt
          - Epitimides Cyrenæus.
            - Paræbates:
              - Hegesias cognomine πεισιθάνατος
              - Anniceris princeps & autor *sectæ Anniceriæ*.
      - Æschines Atheniensis:
      - Simmias Thebanus:
      - Euclides Megarensis princeps & autor *sectæ Megaricæ*, cujus successores vocantur *Megarici, Eristici & Dialectici*;
        - Stilpo Megarensis
          - Asclepiades Phliasius,
          - Dryso Stilponis filius
        - Eubulides Milesius
          - Menedemus Eretriensis, qvi relictâ sectâ *Megaricâ* ad *Eliacam* transiit; unde hæc deinceps mutato nomine *Eretrica* ab ipso appellata est, & sectatores ejus *Eretrici*.
          - Alexinus Eliensis
      - Crito Atheniensis
      - Simon Atheniensis Coriarius:
      - Antisthenes Atheniensis, princeps & autor *sectæ Cynicæ*, cui successerunt *Cynici* celebres
        - Diogenes Sinopensis
          - Monimus Syracusanus
          - Onesicritus Æginensis
          - Crates Thebanus
            - Metrocles Maronita
              - Theombrotus
              - Cleomenes
                - Menedemus
                - Demetrius Alexandrinus:
                - Timarchus Alexandrinus:
                - Echecrates Ephesius
            - Hipparchia Metroclis soror & Cratetis uxor
            - Zeno Cittiensis, princeps & autor *sectæ Stoicæ*, cui successerunt *Stoici* illustres
              - Cleanthes Assius
                - Sphærus Bosphoranus
                - Chrysippus Solensis vel Tarsensis.
          - Menippus Phœnix
      - Glaucon Atheniensis
      - Phædon Eliensis princeps & autor *sectæ Eliacæ*, cui successit
        - Plistanus Eliensis
      - Cebes Thebanus
      - Plato Atheniensis princeps & autor *Academiæ Veteris*, cujus successores *Academici* & *Platonici* vocantur.
        - Speusippus filius sororis Platonis, qvi successit Avunculo:
        - Xenocrates Chalcedonius, qvi post Speusippum *Academiæ Veteri* præfuit
          - Crantor Solensis:
          - Polemo Atheniensis:
            - Arcesilaus Pitanæus, princeps & autor *Academiæ mediæ*:
              - Lacydes Cyrenæus, princeps & autor *Academiæ novæ*, cui successerunt
                - Telecles Phocensis:
                - Evander Phocensis:
                - Carneades Cyrenæus:
                  - Clitomachus sive *Hasdrubal Carthaginensis*.
            - Crates Atheniensis
        - Aristoteles Stagirita, princeps & autor *sectæ Peripateticæ*, cui successerunt
          - Theophrastus Eresius:
            - Strato Lampsacenus
              - Lycon Troadensis.
            - Demetrius Phalereus
          - Heraclides Ponticus:
  - **ITALICAM** cujus Princeps & autor fuit Pherecydes Syrius cui successerunt
    - Pythagoras Samius Princeps & autor *sectæ Pythagoricæ*
      - Epicharmus Cous:
      - Hippasus Metapontinus
      - Philolaus Crotoniata
      - Telauges filius Pythagoræ, qvi cum matre sua Theano patri in regimine scholæ Pythagoricæ successit.
      - Xenophanes Colophonius, qvi Telaugi successit, princeps & autor *sectæ Eleaticæ*:
        - Parmenides Eleates
          - Melissus Samius
          - Zeno Eleates Inventor Dialectices:
            - Leucippus Eleates
              - Democritus Abderita vel Milesius:
                - Protagoras Abderita:
                - Metrodorus Chius:
                  - Anaxarchus Abderita:
                    - Pyrrho Eliensis princeps & autor *sectæ Pyrrhoneæ* sive *Scepticæ*; cui successerunt
                      - Nausiphanes Tejus
                        - Epicurus Atheniensis princeps & autor *sectæ Epicureæ*.
                      - Eurylochus
                      - Hecatæus Abderita
                      - Timon Phliasius diversus à *Timone Atheniensi*, cui cognomentum Misanthropi.
                      - Naucydes
          - Empedocles Agrigentinus:
        - Heraclitus Ephesius
      - Alcmæon Crotoniata:
      - Archytas Tarentinus
        - Eudoxus Cnidius

His addendus est
Potamon Alexandrinus
Princeps & autor *sectæ Potamonicæ*, qvæ qvoniam ex singulis supra memoratis hæresibus Philosophicis, qvicqvid placit, eligit, ἐκλεκτικὴ sive *Electica* dicitur.

Phocylides Milesius, qvem Vossius de Poet. Gr. cap. 4. diversum existimat ab eo,, cujus poema νουθετικὸν sive *admonitorium* etiamnunc extat:

Sec. ante Æ. C. V.

Ibycus, poeta Lyricus: unde proverbium, αἱ Ἰβύκου γέρανοι, h. e. *Ibyci Grues*:
Hippωnax; Suid.
Anacreon Tejus, Lyricus:
Chœrillus, Atheniensis, Tragicus; Suid.
Melanippides Melius; Suid.
Onomacritus Atheniensis, de qvo vid. supra lib. 2. cap. 4. pag. 175:
Lasus Χαβρίνου Ἑρμιονεὺς, h. e. *Lasi filius Hermionensis*; Suid.
Cleobulina Lindia poetria, filia Cleobuli, qvi unus fuit ex septem Græciæ sapientibus:
Phrynichus, Atheniensis Tragicus;
Cynæthus Chius; Meurs. de Archont. Ath. lib. 2. cap. 1.
Atossa, uxor *Cambysis* & *Darii* Regum Persiæ, qvam Tatianus initio libri adversus Græcos ex Hellanico refert, primam docuisse ἐπιστολὰς συντάσσειν, h. e. *epistolas componere*:

Dissertatio generalis *de origine, incremento, variaq; natura & constitutione Musices apud Græcos*; ut & *de instrumentis Musicis*:
Dissertatio specialis *de Musica Græcorum*, cujus auctor fertur *Pythagoras*:
Dissertatio de *Physiognomia* ejusqve usu in *schola Pythagoræ*; A. Gell. lib. 1. cap. 9.

SCIAGRAPHIA CAPITIS XII.

De Seculo ante Æ. C. V. in qvod apud Hebræos exstructio secundi templi Hierosolymitani sub Dario Notho, apud profanas autem gentes Persicarum sub Regibus Dario Hystaspide & Xerxe expeditionum in Græciam, & belli Peloponesiaci Historia incidit.

AD seculi ante Æ. C. Vti *posteriorem* partem dimidiam pertinent

II *Huic capiti* duodecimo, *cujus Sciagraphia hic exhibetur respondebit liber* decimus qvartus *hujus prodromi.*

Prima Persarum expeditio in Græciam sub *Dario Hystaspide* pugna & *Marathonia* A. M. 3459. ante Æ. C. 491:
Principium regni *Xerxis*, qvi in sacris literis *Ahasverus* vocatur, A. M. 3465. ante Æ. C. 485.
Secunda Persarum expeditio in Græciam sub *Xerxe* A. M. 3470. ante Æ. C. 480, de qvo commissæ sunt duæ illustres pugnæ, terrestris altera *ad Thermopylas*, altera autem navalis *ad insulam Salamina* in sinu Saronico:
Pugna terrestris *ad Plataeas*
Pugna navalis sub *monte Mycale* in Asia } A. M. 3471 ante Æ. C. 479.
Principium regni *Artaxerxis Longimani* A. M. 3486:
Res Romanæ,
Creatio *primi Dictatoris* T. Lartii Flavi cum *Magistro Eqvitum* Sp. Cassio Viscellino, secundum Livium A. U. C. 253, secundum Dionysium autem Halicarnassensem, cujus opinio probabilior est, A. U. C. 256.
Prima plebis Romanæ *secessio in Sacrum montem* & Tribunitiæ potestatis origo secundum Ciceronem & Asconium Pedianum A. U. C. 260, qvi fuit *decimus sextus* post Regifugium:
Oratio *Menenii Agrippæ* ad seditiosam plebem:
Reditus plebis in urbem & *vera Tribunitiæ potestatis origo* A. U. C. 261. Sp. Cassio Viscellino II. & Posthumo Cominio Aurunco Coss.
Leges sacratæ de Tribunitia potestate & Tribunis plebis:
Lex Cassia agraria, lata à Sp. Cassio Viscellino tertium Consule A. U. C. 268.

 In-

Sec. ante Æ. C. V.

Interitus CCCVI *Fabiorum* ad Cremeram A. U. C. 227. C. Horatio Pulvillo, T. Menenio Lanato Coss.

Lex Publilia, qvam Zasius in Catalogo legum antiqvarum vocat *Voleroniam*, lata à Q. Publilio Volerone Tribuno plebis A. U. C. 282. L. Pinario Rufo, P. Furio Medullino Coss. *ut plebeji magistratus tributis*, non curiatis, *comitiis fierent*:

Comitiorum Romanorum varietas & descriptio:

Lex Terentia, qvæ falso ab aliis *Terentilla* dicitur, *de qvinqve viris creandis, qvi imperium consulare certis legibus circumscriberent*, lata à C. Terentio Arsa Trib. pl. A. U. C. 292. L. Lucretio Tricipitino, T. Veturio Gemino Coss.

Lex Icilia de Aventino monte publicando à L. Icilio Trib. pl. lata A. U. C. 298; Liv. lib. 3. in actis an. 298. & 302.

Lex Tarpeja Ateria de mulcta, qvæ perperam à Zasio, Forstero & aliis *Aterina* dicitur, lata A. U. C. 300. à Sp. Tarpejo, A. Aterio Coss.

Legatio Triumvirorum in Græciam ad cognoscenda & describenda instituta & leges variarum Rerumpublicarum, & speciatim qvidem *Athenensis* atqve *Laconicæ*, A. U C. 300. Sp. Tarpejo, A. Aterio Coss. Liv. lib 3. & §. *Et non ineleganter*. 10. *Proœm. Instit.*

Medici Græci celebres

Acron Agrigentinus, *à qvo*, ut Plinius Hist. nat. lib. 29. cap. 1. loqvi amat, *factio Medicinæ, ab experimentis se cognominans Empiricen, cœpit in Sicilia*; Suid. v. Ἄκρων:

Herodicus, inventor τῆς Διαιτητικῆς, & præceptor Hippocratis; Eustath. in Iliad. I. pag. 763:

Hippocrates Cous, de cujus *vita & scriptis* prolixa hic inferetur dissertatio, una cum *Jurejurando* ipsius, & aliis multis rebus ad hoc argumentum pertinentibus:

Dissertatio generalis *de origine & incremento Medicinæ* apud Græcos & Romanos variisqve *sectis* Medicorum; cui inferetur *caput primum libri vigesimi noni* Historiæ naturalis C. Plinii cum *Notis & Animadversionibus*:

Refutatio eorum, qvi ad seculum hoc ante Æ. C. Vtum referunt *Melampodem Argivum*, qvi revera ad tempora *Præti* Regis Argivorum, cujus filias helleboro à furore liberavit, hoc est, ad seculum ante Æ. C. XIVtum pertinet.

Philosophi Græci insignes

Anaxogoras Clazomenius, Philosophus Physicus, Anaximenis discipulus, cujus vita extat apud Laertium lib. 2. cap. 3.

Diogones Apolloniates. Philosophus Physicus & Anaximenis discipulus cujus vita extat apud Laert. lib. 9. cap. 9.

Epicharmus Cous, auditor Pythagoræ & Poeta Physicus, cujus vita extat apud Laertium lib. 8. cap. 3.

Parmenides Eleates, Xenophanis Colophonii discipulus, cujus vita extat apud Laertium lib. 9. cap. 3.

Zeno Eleates, cujus vita extat apud Laertium lib. 9. cap 5.

Empedocles Agrigentinus, discipulus Parmenidis, cujus vita extat apud Laertium lib. 8. cap. 2:

Melissus Samius, Parmenidis discipulus, cujus vita extat apud Laertium lib. 9. cap. 4.

Archelaus, Philosophus physicus, Socratis præceptor, cujus vita extat apud Laertium lib. 2. cap. 4.

Leucippus Eleates, Zenonis Eleatæ discipulus, cujus vita extat apud Laertium lib. 9 cap. 6.

Heraclitus Ephesius, Xenophanis Colophonii discipulus, cujus vita extat apud Laertium lib. 9. cap. 1.

Democritus Milesius vel *Abderita*, cujus vita extat apud Laertium lib. 9. cap. 7 *Sec. ante Æ. C. V.*

Diagoras Milesius, Philosophus *atheus*, discipulus Democriti, de qvo vide Hesychium Milesium:

Historici Græci illustres

Eugæon Samius; *Dejochus Proconnesius*; *Eudemus Parius*; *Democles Phygalensis*; *Melesagorus* vel *Amelesagaras*, *Chalcedonius*; } de qvibus vide Dionys. Halicarnass. lib. de charactere Thucydidis & Voss. de Hist. Græc. lib. 1. cap. 2.

Charon Lampsacenus, de quo vid. Suid. & Voss. de Hist. Gr. lib. 1. cap. 1. & lib. 4. cap. 3.

Demastes Sigeenses; *Xenomedes Chius*; *Xanthus Lydus*; } de qvibus vid Dionys. Halicarnass. & Voss. jam citatis locis:

Dionysius Milesius, de qvo vid. Suid. v. Ἑκαταῖος & Διονύσιος.

Menecrates Elaita, de qvo vid. Strabon. lib. 12. & Voss. de Hist. Gr. lib. 4. cap. 3:

Glacus Rheginus, de qvo vid. Laert. lib. 9. in vita Democriti, & Voss. de Hist. Gr. lib. 4. cap. 2:

Pherecydes Lyrius, qvi à præcipuo domicilii loco *Atheniensis* etiam fuit cognominatus; Voss. de Hist Gr. lib. 1. cap. 1. & lib. 4. cap. 4:

Poetæ Græci

Hippys Rheginus, poeta & historicus, de qvo vid. Suid. v. Ἵππυς, & Voss. de Hist. Gr. lib. 4. cap. 3. & de Poet. Gr. cap. 4.

Simonides Ceus senior, poeta *Lyricus*, de qvo vid. Suid. v. Σιμωνίδης, & Voss. de Hist. Gr. lib. 4. cap. 3. & de Poet Gr. cap. 4.

Panyasis Samius vel *Halicarnassensis*, de qvo vid. Suid. v. Πανύασις, & Voss. de Hist Gr. lib. 4. cap. 6. & de Poet. gr. cap. 5:

Timocreon Rhodius, *Comicus*; Suid.

Chœrilus Samius, poeta & historicus:

Phormus Syracusanus; *Magnes Atheniensis*; *Dinolochus Syracusanus* vel *Agrigentinus*; *Cratinus*, cujus fragmenta extant in Bibliotheca Veterum Comicorum Jacobi Hertelii. } *Comici.*

Æschylus, qvi in prælio Marathonio fortiter pugnavit. *Pratinas Phliasius*; *Achæus*; *Jon Chius* } *Tragici.*

Melanipes junior; *Myrtis*; *Corinna Thespia*; *Pindarus Thebanus* } *Lyrici.*

Dissertatio *de libro Esther*, qvi מגלת אסתר h.e. *Volumen Esther* inscribitur; ut & de ejusdem *Autore*, qvi à plerisqve *Mardochæus* patruus Estheræ creditur, & *de Græcis ad eundem librum Adjectionibus*.

Ad seculi ante Æ. C. V ti *priorem* partem dimidiam pertinent

Lex Menenia Sestia de modo mulctarum, lata A. U. C. 302. à T. Menenio Lanato, P. Sestio Capitolino Coss. I

Histo-

Sæc. ante Æ. C. V.

Historia *Decemviratus legum scribendarum causa*, qvæ incidit in A. U C. 303, 304 & 305:

Dissertatio cum generalis, tum specialis *de Legibus duodecim tabularum*, earumqve compositione, promulgatione, argumento, stylo & fragmentis, qvæ ad nostram ætatem pervenerunt:

Dissertatio specialis de *Appio Claudio Decemviro*, de qvo Pomponius ait, *maximum ejus in duodecim tabulis scribendis consilium fuisse*:

Hermodorus Ephesius, Jureconsultus, in Italia exulans, qvi primus leges XII. Tabularum interpretatus est; Pompon. l. 2. ff. de Orig. Jur. Plin. l. 34. cap. 5. & Forster lib. 2. cap. 4:

Lex Clodia de liberali causa & vindiciis secundum libertatem dandis: Liv. & Dionys. Hal.

Leges Valeriæ Horatiæ in commodum plebis latæ à Consulibus L. Valerio Potito & M. Horatio Barbato A. U C. 305:

Lex Trebonia de decem Tribunis plebis ita deinceps perpetuò creandis, ut qvi plebem Romanam Tribunos plebis rogaret, is usqve eo rogaret, dum decem Tribunos plebis faceret, lata à L. Trebonio Trib. pl. A. U. C. 306. T. Lartio Herminio, T. Virginio Tricosto Coss.

Lex Canuleja de promiscuo patrum & plebis connubio lata à C. Canulejo Trib. pl. A. U. C. 309. M. Genutio Augurino, C. Curtio Philone Coss.

Lex à novem Trib. plebis, C. Canuleji collegis, A. U. C. 309. lata *de consulatu cum plebe communicando*, qvæ ingentes in Rep. Rom. excitavit turbas usqve ad an. U. C. 390, qvo *L. Sextius Lateranus* primus Consul ex plebe creatus est:

Primi *Tribuni militum consulari potestate* creati A. U. C. 310:

Primi *Censores* Romæ creati A. U. C. 311. T. Qvintio Capitolino V. M. Geganio Macerino II. Coss.

Lex Æmilia de censura, ne ea plus qvam annua & semestris esset:

Initium *belli Peloponnesiaci* A. M. secundum Calvis. 3519. ante Æ. C. 431:

Lex Pinaria de ambitu lata à L. Pinario Trip. pl. A. U. C. 323.

Lex Papiria Julia de mulctarum æstimatione, lata A. U. C. 325. L. Papirio Crasso II. L. Julio Julo Coss.

Principium regni *Darii Nothi*, Persarum Regis, A. M. 3527.

Ædificatio *secundi templi Hierosolymitani*, inchoata *anno secundo Darii Nothi*:

חַגַּי, h. e. *Chaggai* sive *Haggæus* & זְכַרְיָה h. e. *Zechariah*, sive *Zacharias*, Prophetæ duo minores, qvi secundo Darii Nothi, Regis Persarum, anno vaticinari cœperunt, populumqve Hebraicum ad extructionem templi, qvæ sub eodem Rege contigit, instigarunt:

Finis ædificationis secundi templi Hierosolymitani *anno sexto* Darii Nothi:

Dissertatio de forma regiminis Reip. Hebræorum post reditum è captivitate Babylonica, & statu ejus tempore exstructionis secundi templi Hierosolymitani:

Dissertatio *de Synedrio* sive summo Concilio Hierosolymitano aliisqve variis Hebræorum inferioribus conciliis & tribunalibus:

Expugnatio *Athenarum* per *Lysandrum*, *finis belli Peloponnesiaci*, & initium Imperii XXX. *Tyrannorum* A. M. 3546, ante Æ. C. 404:

Initium regni *Artaxerxis Mnemonis* A. M. 3546:

מַלְאָכִי h. e. *Malachi* sive *Malachias*, ultimus duodecim Prophetarum minorum, qvi cœpit vaticinari post ædificationem *secundi* templi Hierosolymitani anno primo Artaxerxis Mnemonis:

Medici Græci illustres

Thessalus & Draco, filii & successores magni Hippocratis Coi:

Polybus discipulus & gener Hippocratis:

Dexip-

Dexippus Cous, diſcipulus Hippocratis: *Sec. ante*

Crito diſcipulus Acronis Agrigentini, qvi docuit etiam artem κοσμητικὴν h. *Æ. C. V.* e. *comtoriam* ſive *exornatoriam*:

Philoſophi Græci

Prodicus Ceus, ex cujus ſcriptis *Xenophon* ſe fatetur deſumpſiſſe fabulam de Hercule in bivio Virtutis & Voluptatis conſtituto, qvæ Ἀπομνημονευμάτων lib. 2. legitur:

Protagoras Abderita vel *Tejus*, cujus vita extat apud Laertium lib. 9. cap. 8.

Socrates Athenienſis, princeps Philoſophiæ *Ethicæ*, cujus vita extat apud Laertium lib. 2. cap. 5.

Cebes Thebanus, diſcipulus Socratis cujus vita extat apud Laert. lib. 2. cap. 17.

Euclides Megarenſis, diſcipulus Socratis, & princeps, *ſectæ Megaricæ*, cujus vita extat apud Laert. lib. 2. cap. 10.

Simon Athenienſis, Coriarius, diſcipulus Socratis, cujus vita extat apud Laertium lib. 2. cap. 14.

Crito, *Æſchines*, *Glaucon*, *Simmias* diſcipuli Socratis, qvorum vitæ extant apud Laertium lib. 2. cap. 7. 13. 15. 16.

Phædon Elienſis, diſcipulus Socratis & princeps *ſectæ Eliacæ*, cujus vita extat apud Laertium lib. 2. cap. 9.

Theætetus, diſcipulus Socratis, cujus nomine inſcriptus eſt à Platone Dialogus περὶ ἐπιστήμης ſive *de Scientia* Θεαίτητος:

Zopyrus Phyſiognomon, Socratis æqvalis:

Hiſtorici Græci

Hellanicus Mitylenæus
Herodotus Halicarnaſſenſis
Thucydides Athenienſis
Steſimbrotus Thaſius
Antiochus Syracuſanus
Cratippus.
Antipho Rhamnuſius
Herodicus Athenienſis
Simonides Ceus junior

} de qvibus præter Dionyſ. Hal. *de Charact. Thucyd.* Marcellin. de vita Thucyd. Plutarch. lib. *de Herodoti malignitate*, Gell. lib. 15. cap. 23. Lucian. in *Herodoto* ſive *Aetione*, Suidam & ſexcentos alios antiqvos auctores, vid. Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 1. cap. 1. 2. 3. 4. & lib. 4. cap. 5. 6. 7.

Poetæ Græci

Plato, diverſus à Platone Philoſopho, cujus fragmenta extant in Bibliotheca vet. Comicor.
Crates, cujus fragmenta extant ibidem;
Hermippus, cujus fragmenta extant ibid.
Ariſtophanes;
Teleclides;
Eupolis, cujus fragmenta extant in Bibl. vet. Comicor.
Phrynichus, Bibl. vet. Com.
Lycus vel *Lycis*,
Amepſias;
Theognis cognomento Χιὼν ſive *Nix*;
Philocles, Æſchyli ſororis filius;
Diocles Athenienſis;
Philyllius;
Sannyrio cognomento *Canabus*;
Æmius;
Philonides Athenienſis; Bibl. vet. Com.
Nicochares Philonidæ filius;

} *Comici*, de qvibus præter Athenæum, Suidam, aliosqve complures antiqvos auctores, ſuis poſthac locis nominatim citandos, conſule Voſſ. de Poet. Gr. cap. 5. 6. 7.

Sec. ante Æ. C. V.

Nicophron Athenienſis ;
Ariſtylus ;
Ariſtomenes Athenienſis ;
Theorus ;
Archippus ;
Strattis ;
Philiſtion Pruſæenſis vel *Sardianus* ;
Chæremon, Bibl. vet. Com.
Theophilus, Medicus Epidaurus ; Bibl. vet. Com.
Antiphanes Caryſtius : Bibl. vet. Com.
} *Comici*

Ariſtarchus Tegeates,
Sophocles,
Euripides,
Euphorion,
Nicomachus Athenienſis,
Cephiſodorus Athenienſis,
Agathon,
Chærophon Athenienſis.
Sthenelus,
Morſimus,
} *Tragici*

Bacchylides Ceus Lyricus, è Simonidis fratre natus :
Dionyſius Pheræus :
Antilochus, qvi Lyſandri laudes carmine ſcripſit :
Euenus, poeta *elegiacus* :
Antimachus Clarius, vel, ſecundum alios, *Colophonius* ; poeta Carminis *heroici* :
Critias, unus è XXX. tyrannis Athenienſium & poeta *elegiacus*,

Teleſilla Argiva
Praxilla Sicyonia
Aſpaſia Mileſia
} Poetriæ

Sophron Syracuſanus Mimographus :

Diſſertatio *de origine Comœdiarum apud Græcos* & differentia inter Comædiam *veterem, mediam* atqve *novam* ; cui inſerentur fragmenta ἐκ τῶν Πλατωνίυ περὶ διαφορᾶς τῶν παρ' ἑλληνικωμῳδίων καὶ διαφορᾶς χαρακτήρων, qvæ reliqviis vetuſtiſſimorum qvinqvaginta Comicorum Græcorum, à Jacobo Hertelio collectis & Veronæ an. 1616. in 8vo editis, præfixa ſunt :

Diſſertatio *de Tragœdiis Græcorum*, & collatio trium illuſtrium Tragicorum *Æſchyli, Sophoclis & Euripidis*

Diſſertatio *de apparatu ſcenico* tam Comœdiarum, qvam Tragœdiarum :

Diſſertatio *de utilitate & abuſu* Comœdiarum & Tragœdiarum :

Judicium de *Comœdiis* & *Tragœdiis*, qvæ *nunc* in Italia, Hiſpania, Gallia, Germania aliisqve variis regionibus in uſu ſunt ; ſimul & confutatio eorum, qvi dramata hujusmodi ſcenica contra unanimem omnium ſuperiorum ſeculorum conſenſum, & contra ipſam Comœdiæ & Tragœdiæ naturam & nomen, *metro* (*) carere poſſe, & libera prorſus atqve *ſoluta* oratione conſcribi debere arbitrantur.

(*) Metro, *inqvam*, *non* rhythmo : *Æqve enim* metrica *eſſe poteſt oratio ſine rhythmo, atq;* rhythmica *ſine metro.*

Pericles, *Orator* præſtantiſſimus & Dux Athenienſium in principio belli Peloponneſiaci, cujus vita extat apud Plutarchum in Parallelis, ubi confertur cum *Q. Fabio Maximo* :

Sophiſtæ Periclis æqvales *Thraſymachus Chalcedonius & Polus Agrigentinus* :

Diſſertatio generalis *de artis ſtatuariæ origine, incremento & variis ſpeciebus* ; ut & de *ſtatuis* : qvo pertinet Pomponii Gaurici Neapolitani liber *de ſculptura* :

Sta-

Statuarii celebres *Sec. ante Æ. C. IV.*

Phidias Athenienſis, qvi, teſte Plinio lib. 34. cap. 8. & lib. 36. cap. 5. Olympiade LXXXIII. floruit:

Alcamenes Athenienſis & Agoracritus Parius, Phidiæ diſcipuli; ut & *Critias, Neſtocles, Hegias, Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon vel Phradmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras Rheginus, Scopas, Perelius, Argius, Aoſopodorus, Alexis, Ariſtides, Phrynon, Dinon, Athenodorus, Dameas Clitorius, & Myron Lycius*; qvorum omnium Plinius jam citatis locis meminit:

Diſſertatio generalis *de Picturæ origine, incremento, variis ſpeciebus & claris pictoribus*; ſimul & recenſio auctorum, qvi de his ſcripſerunt:

Pictores illuſtres

Panæus frater *Phidiæ* ſtatuarii, qvi & ipſe initio Pictor fuit:

Timagoras Chalcidenſis:

Polygnotus Thaſius, filius *Myconis*, qvi itidem pictor fuit:

Apollodorus Athenienſis, de qvo, ut & de præcedentibus, conſulendi ſunt præter complures alios antiqvos & novos ſcriptores *Plinius* lib 35. *Leo Baptiſta de Albertis* libris tribus de pictura, & *Voſſius* libri de qvatuor artibus popularibus capite qvinto, qvod de *Graphice ſive arte pigendi* inſcribitur:

Diſſertatio *de publicis picturæ certaminibus*, qvorum Plinius lib. 35. cap. 9. meminit.

SCIAGRAPHIA CAPITIS XIII.

De Seculo ante Æ. C. IV. in qvod initium tertiæ ſive Græcæ Monarchiæ incidit.

AD ſeculi ante Æ. C. IVti *poſteriorem* partem dimidiam pertinent עזרא, *Hezra* ſive *Eſdras*, de cujus aſcenſu in urbem Hieroſolymitanam anno *ſeptimo* Regis Perſarum Artaxerxis Mnemonis & *ſcriptis*, aliisqve variis rebus, ad hoc argumentum pertinentibus, in pleniori hujus operis elaboratione prolixe diſſeram:

II *Huic capiti decimo tertio, cujus Sciagraphia hic exhibetur, reſpondebit liber decimus qvintus hujus Prodromi.*

Explicatio notabilis loci Hiſtoriæ Livianæ *de differentia inſtitutionis puerorum apud Græcos & Romanos*, qvi extat lib. 5. in actis anni V. C. 362. qvo M. Furius Camillus Trib. mil. conſ. poteſt. Pædagogum, qvi principum Faliſcorum liberos erudiens, puerorum fidei ſuæ commiſſorum clandeſtina in caſtra Romana deductione Falerios prodere voluit, virgis cædendum, & reducendum Falerios pueris tradidit:

Roma à Gallis capta A. U. C. 366. Trib. mil. conſ. poſt VI. in qvibus tres Fabii:

נחמיה, *Nechemiah* ſive *Nehemias*, qvi anno *viceſimo* regni Artaxerxis Mnemonis Regis Perſarum, cujus *pincerna* erat, Hieroſolymam profectus eſt, & muros urbis *duodecim* annorum ſpatio inſtauravit:

Lex Cornelia, ne qvis patricius deinceps unqvam in arce Romana ſive Capitolio habitaret, lata A. U. C. 372.

Leges Liciniæ tres adverſus opes patriciorum & pro commodis plebis latæ à C. Licinio Stolone, L. Sextio Laterano Trib. pl. A. U. C. 380. I. de *ære alieno*, ut deducto eo de capite, qvod uſuris pernumeratum eſſet, id qvod ſupereſſet triennio æqvis portionibus perſolveretur; II. *Agraria* ſive *de modo agrorum*, ne qvis plus qvingenta jugera agri poſſideret; III. ne Tribunorum militum comitia fierent, conſulumqve utiqve alter ex *plebe* crearetur. Liv. l. 6.

Pugna

Sæc. ante Æ. C. IV.

Pugna Leuctrica inter Lacedæmonios & Thebanos A. M. 3580. ante Æ. C. 370.
Xviri Sacrorum è patriciis & plebe Romæ creati A. U. C. 385
Primus Consul ex plebe A. U. C. 390. creatus L. Sextius Lateranus cum L. Æmilio Mamerco; simul & creatio *primi Prætoris Urbani* Sp. Furii Camilli:
Initium antepenultimi Regis Persarum *Artaxerxis* sive *Darii Ochi* A. M. secund. Calvis. 3589
Initium *Philippi*, patris Alexandri M. in Macedonia A. M. secund. Calv. 3590.
Lex Genutia Æmilia de clavo pangendo lata A. U. C, 393. à Coss. Cn. Genutio Aventino, L Æmilio Mamerco II.
Lex Pœtilia de ambitu, lata à C. Poetilio Trib. pl. A. U. C. 398. C. Fabio Ambusto, C. Plautio Proculo Coss.
Lex Duellia Menenia de unciario fœnore lata à. Trib. pl. M. Duellio & L. Menenio A. U. C. 399. C. Martio Rutilo, Cn. Manlio Capitolino II. Coss.
Lex Manlia de vicesima eorum, qvi manumitterentur, lata à. Cn. Manlio Capitolino II. Coss. eodem A. U. C. 399.
Lex de non sevocando populo, lata à Tribunis pl. eodem A. U. C. 399.
Dissertatio de Historia *Judithæ*, qvam Sulpicius Severus ad tempora Regis Persarum *Darii* sive *Artaxerxis Ochi* referendum esse falso arbitratur, cum revera ad *Nebucadnezaris* Babyloniorum Regis ætatem pertineat, ut suo deinceps loco pluribus demonstrabitur:
Medici celebres *Ctesias Cnidius, Theomedon, Chrysippus, Philistio Siculus, Eudoxus Cnidius & Menecrates Syracusanus:*
Philosophi insignis
- *Antisthenes Atheniensis*, Socratis discipulus & princeps *sectæ Cynicæ*, cujus vita extat apud Laertium lib. 6. cap. 1.
- *Aristippus Cyrenaicus*, Socratis discipulus & princeps *sectæ Cyrenaicæ*, cujus vita extat apud Laertium lib. 2. cap. 8.
- *Plato Atheniensis*, Socratis discipulus & princeps *Academiæ veteris*, cujus vita extat apud Laertium lib. 3.
- *Chion* Xenophontis æqvalis, sub cujus nomine extant qvædam epistolæ:
- *Archytas Tarentinus*, *Philolaus Tarentinus*, *Eudoxus Cnidius* } *Pythagorici*, qvorum vitæ extant apud Laertium lib. 8. cap. 4. 7. 8.
- *Philosophus*, discipulus Socratis & Platonis, de qvo vid. Suid. v. Φιλόσοφος:

Historici Græci
- *Xenophon* Socratis discipulus, cujus vita extat apud Laertium lib 2. cap. 6.
- *Ctesias Cnidius*, de cujus historia rerum *Assyriarum, Persicarum & Indicarum* vid. Phot. Biblioth. Cod. LXXII.
- *Anaximander Milesius junior*, cujus meminit Laertius in vita Anaximandri senioris sive Philosophi:
- *Philistus Naucratita*, vel secundum alios, *Syracusanus*:
- *Palæphatus Parius*, auctor libri περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν sive *de Incredibilibus Historiis*:

Oratores Græciæ celeberrimi, qvi κατ' ἐξοχὴν *decem Rhetores* appellantur,
- *Antiphon, Andocides, Lysias, Isocrates, Isæus, Æschines, Lycurgus, Demosthenes, Hyperides & Dinarchus*, qvorum vitas singulari libro descripsit *Plutarchus*:

Poetæ Græci
- *Amphis, Apollophanes, Anaxilas* sive *Anaxilaus, Anaxandrides* Rhodius vel Colophonius, *Eubulus* Cettius, *Mnesimachus, Araros, Philetærus, Agathon, Theopompus* diversus à Theopompo historico, *Nicostratus Ephippus* Atheniensis, *Epicrates* Ambraciota & *Philippus* Comici:

Amphi-

Amphiareus privignus Isocratis, *Asclepiades*, *Astydamas*, *Jophon*, *Melitus*, *Diogenes* qvi & *Oenomaus*, *Melanthius*, *Carcinus*, *Agathon* diversus à Comico, & *Astydamas* junior, Tragici: Sec. ante Æ. C. IV.

Timotheus Milesius, *Philoxenus* Cytherius, *Telestes* Selinuntius & *Polyiedus*, Dithyrambici:

Lysis Pythagoricus, præceptor *Epaminondæ* Thebani, qvi creditur autor *Aureorum Carminum*, qvæ vulgo dicuntur Pythagoræ:

Xenoclides Atheniensis, qvem ut bonum poetam laudat *Demosthenes* in Oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας sive *de Falsa Legatione*, ad qvem locum videsis *Ulpiani* antiqvi græci Commentatoris scholion pag. 394. edit. Wolfianæ Francof. gr. lat. an. 1604. fol.

Dissertatio generalis de Atheniensium *Philomathia* & singulari *amore erga literas & literatos*:

Dissertatio specialis de *Academia* sive *Hecademia*, suburbano urbis Atheniensis Gymnasio, in qvo *Plato* discipulos suos docuit, qvi inde Academici dicti sunt:

Dissertatio specialis de *Cynosarge* Gymnasio Atheniensi, in qvo *Antisthenes* princeps Sectæ Cynicæ philosophatus est:

Dissertatio de vita & scriptis *duorum Dionysiorum*, qvorum prior Syracusis tyrannidem invasit A. U. C. 349. sive belli Peloponnesiaci penultimo, posterior autem ad qvem Plato profectus fuit, & qvi tyrannide exutus, Corinthi *ludimagistrum* egit, imperare post mortem patris cœpit A. U. C. 386.

Pictores clari, *Zeuxis*, *Timanthes*, *Androcydes*, *Eupompus*, *Parrhasius*, *Euphranor* & *Pamphilus* præceptor Apellis.

Ad seculi ante Æ. C. IV. *priorem* partem pertinent

Initium penultimi Regis Persarum *Arsis* sive *Arsamis* A. M. 3611.

Lex sacrata militaris, ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente deleretur, & ne qvis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset, lata à Dictatore M. Valerio Corvino A. U. C. 414. C. Marcio Rutilo IV. Q. Servilio Ahala Coss. Liv. lib. 7.

Rogationes *Genutiæ* qvatuor, eod. an. U. C. 414. promulgatæ à L. Genutio Trib. pl. I. *ne fœnerare liceret*; II. *ne qvis eundem magistratum intra decem an. caperet*; III. *ne qvis duos magistratus uno anno gereret*; IV. *ut liceret Consules ambos plebejos creari*: Liv. l. 7.

Leges Publiliæ tres, latæ A. U. C. 417. à Dictatore Q. Publilio Philone, qvi eodem anno cum T. Æmilio Mamercino Consul fuit; I. *ut plebiscita omnes Qvirites tenerent*; II. *ut legum, qvæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres autores fierent*; III. *ut alter utiqve ex plebe, cum eo ventum sit, ut utrumq; plebejum fieri liceret, censor crearetur*: Liv. lib. 8.

Initium ultimi Persarum Regis *Darii Codomanni* in Persia & *Alexandri M.* in Macedonia A. M. 3614. U. C. 418.

Dissertatio *de Rostris* urbis Romæ, sive de suggesto in foro Romano ex captis *Antiatium* navibus extructo A. U. C. 418. L. Furio Camillo II. C. Mænio Coss. Liv. lib. 8.

Triplex *Alexandri M.* cum *Dario Codomanno* victoriosa pugna,

I. *ad Granicum*; Mysiæ minoris in Asia Minori fluvium, A. M. 3616. ubi Alexander præmium victoriæ obtinuit totam Asiam minorem;

II. *ad Issum* Ciliciæ urbem A. M. 3617. ubi Mater, Uxor & Filiæ Darii in potestatem Alexandri venerunt:

III. *ad Arbela* Assyriæ urbem 3619. ubi *titulus Monarchiæ* à Persis ad Græcos translatus est:

Initium Tertiæ seu *Græcæ Monarchiæ* A. M. 3619. A. U. C. 423. Cn. Cornelio Cethego, Q. Flaminio Coss.

Primum *de veneficiis* publicum judicium Romæ habitum A. U. C. 425. M. Claudio Marcello, C. Valerio Potito Flacco Coss. ubi viginti matronæ in ve-

Sec. ante Æ. C. IV.

veneficio deprehensæ, cum medicamenta à se cocta salubria esse contenderent, epoto jussu ancillæ, qvæ causam publicæ pestis indicaverat, veneno suametipsæ fraude omnes interierunt; & comprehensæ extemplo earum cemites, magnum numerum matronarum indicaverunt, ex qvibus ad CLXX. damnatæ sunt: Liv. lib. 8.

Historia mortis *Calani Gymnosophistæ*, qvi anno ætatis 73. permissu Alexandri M. Susis vivum se combussit A. M. 3624.

Lex Papyria Pœtelia vel *Petilia de Nexis*, ne qvis, nisi qvi noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur, nec corpus, sed bona tantum debitoris pecuniæ creditæ obnoxia essent, lata à Coss. L. Papyrio Cursore, C. Pœtelio Libone II. A. U. C. 430. Liv. lib. 8.

Obitus Alexandri M. A. M. 3627. & divisio Imperii Alexandri in qvatuor præcipua regna, *Asiaticum, Macedonicum, Syriacum & Ægyptiacum:*

Dissertatio *de scriptis Macedoniæ Regum Philippi & Alexandri M.* & de eorundem *amore* ac *liberalitate* erga literas & literatos:

Dissertatio *de templo Samaritano* permissu Alexandri M. in monte *Garizim* extructo à *Manasse* fratre *Jadduæ* summi Pontificis Judæorum: Sigon. de Rep. Hebr. lib. 2. cap. 6.

Lex Flavia, ut in Tusculanos animadverteretur, qvorum ope ac consilio Veliterni Privernatesqve populo Romano bellum fecissent, lata à M. Flavio Trib. pl. A. U. C. 432. qvo Alexander M. decessit: Liv. lib. 8.

Lex Furia de jure Campanorum lata à L. Furio Prætore A. U. C. 437. L. Plautio Vennone, M. Fossio Flaccinatore Coss. Liv. lib. 9.

Lex Ælia vel *Attilia Martia*, ut tribuni militum semideni in qvatuor legiones à populo crearentur, lata à Lucio Ælio vel Attilio & C. Martio Trib. pl. A. U. C. 445. C. Junio Bruto Bubulco III. Q. Æmilio Barbula II. Coss. Liv. lib. 9.

Lex Decia de Duumviris navalis classis ordinandæ reficiendæqve causa à populo creandis, lata à M. Decio Trib. pl. A. U. C. 445. Liv. lib. 9.

Jurisconsulti Romani

- *Ap. Claudius Cæcus*, qvi in Censura sua A. U. C. 444. M. Valerio Maximo, P. Decio Mure Coss. *viam Appiam* à porta Capena Capuam usqve stravit, & Consul primum fuit A. U. C. 448. secundum vero A. U. C. 458.
- *Cn. Flavius*, Appii Claudii Cæci *scriba*, qvi Jus Civile Romanum, qvod cum legis actionibus & fastis in penetralibus Pontificum hactenus latitaverat, clanculum inde subtraxit & publicavit:
- *P. Sempronius Sophus*, qvi Consul cum P. Sulpitio Saverrione fuit A. U. C. 451.

Medici Græci

- *Philippus Acarnan*, Archiater Alexandri M. de qvo vid. Curt. lib. 3. c. 6.
- *Erasistratus Juliates*, qvi Seleuco Nicanori Asiæ minoris & Syriæ Regi persuasit, ut filio suo Antiocho Soteri uxore cederet, cujus clandestino amore in gravissimum morbum inciderat:

Philosophi Græci

- *Aristoteles Stagirita*, præceptor Alexandri M. & princeps *Sectæ Peripateticæ*, cujus vita extat apud Laertium lib. 5. cap. 1.
- *Speusippus* filius sororis Platonis, ejusdemqve in regimine scholæ Academicæ successor, cujus vita extat apud Laertium lib. 4. cap. 1.
- *Xenocrates Chalcedonius*, Speusippi in Academica sive Platonica schola successor, cujus vita extat apud Laert. lib. 4. cap. 2.
- *Diogenes Synopensis, Monimus Syracusanus, Onesicritus Æginensis, Crates Thebanus, & Menippus Phœnix*, Cynici; qvorum vitæ extant apud Laertium lib. 6. cap. 2. 3. 4. 5. 8.

Ari-

Hæc tabula pertinet ad Sciagraphiam capitis XIIIcii. & inserenda est inter pag. 218 & 219. Append. IV. prior. Cap. lib. 2. Prodrom. Hist. Lit.

TABULA SUCCESSIONIS REGUM TERTIÆ SIVE GRÆCÆ MONARCHIÆ

qvæ hîc qvidem in præsens primâ tantùm manu delineata exhibetur, multo autem accuratior auctiorq; suo deinceps loco in hoc Opere secundum repræsentabitur.

A L E X A N D E R   M A G N U S

Philippi Macedoniæ Regis filius, & Amyntæ II. nepos,

victo tertiùm ad Arbela Assyriæ urbem ultimo Persarum Rege *Dario Codomanno*,

T E R T I A M   Seu   G R Æ C A M   M O N A R C H I A M

A. M. 3619 inchoavit, eiqve solus præfuit usqve ad A. M. 3627, qvo in vivis esse desiit.

Post cujus mortem fuit hæc Monarchia divisa in *quatuor* præcipua *Regna*.

ASIATICUM

sive *Asiæ Minoris*, cui præfuerunt

1 Antigonus

2 Demetrius Poliorcetes, qvi à genero suo *Seleuco Nicatore*, Syriæ Rege victus, & Asiæ regno exutus est A. M. 3662.

FINIS REGNI ASIATICI.

MACEDONICUM

sive *Macedoniæ*, cui præfuerunt

1 Aridæus, frater Alexandri M. consangvineus, qvi qvod mentis impos esset, initiò qvidem *Perdiccam*, eo autem occiso, *Antipatrum* curatorem habuit.

2 Cassander, Antipatri filius, occisa post mortem Aridæi *Olympiade* matre Alexandri M. unà cum ejusdem uxoribus *Barsine* & *Roxane*, duobusque filiis *Hercule* & *Alexandro*, titulum assumpsit Regis Macedoniæ.

3 Philippus, qvi patri Cassandro in regno Macedoniæ successit nec multo post obiit:

4 Antipater, 5 Alexander, qvi post mortem fratris Philippi mutuis bellis se confecerunt:

6 Demetrius Poliorcetes, qvi per occasionem belli civilis inter Antipatrum & Alexandrum, Cassandri filios, Macedoniam occupavit:

7 Pyrrhus Rex Epiri:

8 Lysimachus Rex Thraciæ:

9 Ptolemæus Ceraunus:

10 Meleager:

11 Antipater:

12 Sosthenes:

13 Antigonus Gonatas: Demetrii Poliorcetæ filius, qvi recuperavit Macedoniam:

14 Demetrius II: Filius nothus:

16 Philippus, qvi successit Antigono Dosonti:

15 Antigonus Doson, ex tutore fratris patruelis Philippi Rex:

17 Perseus, ultimus Macedoniæ Rex, qvi victus & captivus Romam abductus est à *L. Æmilio Paulo Macedonico* A. M. 3782, A. U. C. 586.

FINIS REGNI MACEDONICI.

SYRIACUM

sive *Syriæ* & *Babyloniæ* usqve ad *Persidem*, cui præfuerunt

1 Seleucus Nicator, qvi, victo socero suo *Demetrio Poliorcete*, Asiæ minoris regnum occupavit & Syriaco conjunxit:

2 Antiochus Σωτὴρ

3 Antiochus Θεὸς

4 Seleucus Καλλίνικος   5 Antiochus Ἱέραξ

6 Seleucus Κεραυνὸς   7 Antiochus Magnus

8 Seleucus Σωτὴρ & Φιλοπάτωρ   9 Antiochus Epiphanes

11 Demetrius Σωτὴρ   10 Antiochus Εὐπάτωρ   12 Alexander Ἐπιφανὴς

16 Antiochus Σιδητης   14 Demetrius Νικάνωρ   15 Antiochus Θεὸς cum *Tryphone*

18 Antiochus Cyzicenus   17 Antiochus Γρυπὸς

20 Antiochus Εὐσεβὴς   19 Seleucus   21 Antiochus   22 Demetrius   23 Philippus

24 Antiochus ultinus *Seleucidarum*, à Cn. Pompejo regno exutus:

25 Tigranes Rex Armeniæ, ob intestina Seleucidarum bella à Syris evocatus & Rex renunciatus; qvem *Cn. Pompejus Magnus* vicit A. M. 3885, A. U. C. 689.

FINIS REGNI SYRIACI.

ÆGYPTIACUM

sive *Ægypti*, cui præfuerunt

1 Ptolemæus Lagi

2 Ptolemæus Philadelphus

3 Ptolemæus Euergetes

4 Ptolemæus Philopator

5 Ptolemæus Epiphanes

6 Ptolemæus Philometor   7 Ptolemæus Physcon, qvi & *Evergetes II.*

8 Ptolemæus Lathurus   9 Ptolemæus Alexander

9 Ptolemæus Auletes

10 Ptolemæus Dionysius

11 Cleopatra, qvæ unà cum M. Antonio Triumviro ab *Imp. Augusto* victa, voluntariâ morte periit A. M. 3920. A. U. C. 724.

FINIS REGNI ÆGYPTIACI & simul TERTIÆ sive GRÆCÆ MONARCHIÆ.

Aristippus Metrodidactes, Epitimedes, Parabates, Theodorus Atheus, princeps Sectæ *Theodoriæ*, *Hegesias* princeps Sectæ *Hegesiacæ*, & *Anniceris* princeps Sectæ *Anniceriæ*, Cyrenaici, de qvibus consulendus est Laertius lib 2. cap. 8. de vita Aristippi: *Sec. ante Æ. C. IV.*

Stilpo Megarensis & Eubulides, Euclidis Megarensis discipuli, de qvibus vid. Laert. lib. 2. cap. 10. & 12.

Theophrastus Eresius, Heraclides, Ponticus, Dicæarchus, Phanias & Aristoxenus Tarentinus; de qvorum duobus prioribus vid. Laert. lib. 5. cap. 2. & 6,

Anaxarchus Abderita, cujus vita extat apud Laert. lib. 9. cap. 10.

Dryso Stilponis Megarensis fillius, Menedemus Eretriensis princeps Sectæ Eretricæ, *Asclepiades Stilponis* Megarensis discipulus & *Alexinus Eliensis* Eubulidis Megarensis discipulus, de qvibus vid. Laert.

Crantor, Polemon & Crates Athenienses, Academici, de qvibus vid. Laert. l. 4.

Euclides Mathematicus, de cujus Geometricis vid. Voss. de scient. Mathem. cap. 15.

Philistus vel *Philiscus Æginetæ*, discipulus Diogenis Cynici vel Stilponis Megarensis: Suid. v. φίλισκ☉:

Generalis *collatio Philosophiæ Platonicæ* sive Academicæ & *Aristotelicæ* sive Peripateticæ, & utriusqve comparatio cum religionis Christianæ dogmatibus:

Dissertatio specialis *de Lyceo*, ubi *Aristoteles* inter deambulandum philosophatus est:

Historici Græci

Theopompus Chius Ephorus Cumanus, Euphantus Olynthius, Simonides, Leo Byzantius, Callisthenes, Hieronymus Rhodius, Clearchus Solensis, Palæphatus Abydenus, Marsyas Pellæus, Aristobulus, Clitarchus, Clitus, Anaximenes Lampsacenus senior, Onesicritus, Nearchus, Ptolemæus Lagi, Strattis Olynthius, Eumenes Cardianus, Diodotus Erythræus, Antipater, Archelaus Chorographus, Chares Mitylenæus, Hieronymus Phœnix vel Ægyptius, Menæchmus Sicyonius, Anaximenes Lampsacenus junior, & Callias Syracusanus,

Poetæ Græci

Myrtillus, Hermippus, Philippides Atheniensis, Lycon, Alexis Archedicus Menander, Philemon, Apollodorus Gelous, Posidippus, Diphilus Sinopensis, Rhinton Tarentinus, Sophilus Sicyonius vel Thebanus, Stephanus filius Alexidis, Comici:

Sosicles Syracusius, Euphantus Olynthius, & Neophon sive Neophron, Tragici:

Philetas Cous, Chœrilus, Agis Argivus, Æschrion Mitylenæus, Euhemerus & Simmias Rhodius:

Rhetores Græci

Demetrius, Perseus, Theodectes, Isocrates junior, Philiscus & Demades:

Musicus insignis *Timotheus Milesius*, cujus meminit Cicero lib. 2. de legibus:

Pictores celebres

Aristides Thebanus, Apelles & Protogenes

Dissertatio *de* differentia inter *Grammatisticam & Grammaticam*:

Dissertatio generalis *de divisione Gramatices* in

μεθοδικήν,	ἐξηγητικήν,	κριτικήν,
qvæ & ὁριστική & τεχνική vocatur;	qvæ & ἱστορική appellatur;	qvæ & μικτή dicitur

Dissertatio specialis *de Grammatica Methodica*, cujus primus autor fuit *Aristoteles*:

Dissertatio specialis *de Grammatica Exegetica*:

Dissertatio specialis de *arte Critica*:

SCIA-

Sec. ante Æ. C. III.

SCIAGRAPHIA CAPITIS XIV.

De Seculo ante Æ. C. III. in qvod translatio Sacræ Scripturæ ex Hebraico in Græcum sermonem sub Ptolemæo Philadelpho incidit.

II *Huic capiti* decimo qvarto, *cujus Sciagraphia hic exhibetur, respondebit liber* decimus sextus *hujus Prodromi.*

AD Seculi ante Æ. C. III. *posteriorem* partem dimidiam pertinent
Rogatio Tribunitia, ut cum qvatuor Augures, qvatuor Pontifices ea tempestate essent, placeretqve augeri sacerdotum numerum, qvatuor Pontifices, qvinqve Augures, de plebe omnes allegerentur, promulgata Romæ à Qv. & Cn. Ogulniis Trib. pleb. A. U. C. 454. M. Valerio Corvo V. Q. Apulejo Pansa Coss.

Lex Valeria de provocatione tertio post exactos Reges per eandem familiam lata à Consule M. Valerio A. U. C. 454.

Rogatio Tribunitia, ut ante comitia magistratuum patres autores fierent, promulgata à Trib. pl. M. Curio A. U. C. 455. M. Fulvio Pœtino, T. Manlio Torqvato IV. Coss.

Lex Hortensia, ut plebiscitis omnes Qvirites tenerentur, lata à Dict. Q. Hortensio A. U. C. 468. M. Valerio Maximo Potito, C. Ælio Pœto Coss.

Lex Hortensia de nundinis, cujus Macrobius meminit Saturnal. lib. 1. cap. 16.

Initium regni *Ptolemæi Philadelphi* post mortem patris A. M. 3665.

Historia *belli Tarentini* Romanorum cum *Pyrrho* Rege Epiri, cujus initium incidit in A. M. 3668. U. C. 472. C. Fabricio Luscino, Q. Æmilio Papo Coss.

Dissertatio *de Bibliotheca Alexandrina* Ptolemæi Philadelphi:

Dissertatio *de Demetrio Phalereo*, qvi Ptolemæo Philadelpho à Bibliotheca fuisse vulgo creditur:

Dissertatio *de græca Sacræ Scripturæ translatione per LXXII. Interpretes*, qvæ secundum Calvis. & Emm. in A. M. 3681. incidit:

Dissertatio *de Judæis Hellenistis*:

Dissertatio *de Musæo Alexandrino*, in qvo publicæ utilitatis gratia viri docti alebantur:

Dissertatio *de Simone Justo*, Oniæ I. summi Pontificis Judæorum filio & *Jadduæ*, qvi Alexandrum M. placavit, nepote:

Initium belli Punici primi A. M. 3686. U. C. 490. Ap. Claudio Caudice, M. Fulvio Flacco Coss.

Jurisconsultus Romanus T. Coruncanus, qvi cum P. Valerio Lævino Consul fuit A. U. C. 474.

Medicus Græcus celebris *Nicias* Pyrrhi Regis Epiri Archiater:

Philosophi Græci

- *Arcesilas* sive *Arcesilaus*, *princeps Academiæ mediæ*, *& Lacydes princeps Academiæ novæ*, Academici, qvorum vitæ extant apud Laertium lib. 4. cap. 6. & 8.
- *Demetrius Phalereus*, *Strato Lampsacenus & Lycon Troadensis*, Peripatetici, qvorum vitæ extant apud Laertium lib. 5. cap. 3. 4. 5.
- *Metrocles Maronita*, *Hipparchia* Metroclis soror, *& Menedemus Coloti Lampsaceni* discipulus, Cynici, qvorum vitæ extant apud Laertium lib 6. cap. 6. 7. 9.
- *Diodorus Jasensis Eretricus*, cujus vita extat apud Laertium lib. 2. cap. 11.
- *Zeno Cittiensis*, *princeps Sectæ Stoicæ*, *& Cleanthes*, Stoici, qvorum vitæ extant apud Laertium lib. 7. cap. 1. 3.

Pyrrho

Pyrrho, princeps Sectæ Pyrrhoniæ sive *Scepticæ*, & *Timon Philiasius*, Sceptici, qvorum vitæ extant apud Laertium lib. 9. cap. 11. 12. *Sec. ante Æ. C. III.*

Epicurus, princeps sectæ Epicureæ, & frater ejus *Neocles*, de qvibus vid. Laert. lib 10.

Dissertatio specialis *de Stoa* sive *Porticu*, unde *Stoica* secta denominata est:

Dissertatio specialis *de Lacydeio*, schola Lacydis, principis Academiæ novæ:

Historici Græci

Megasthenes, qvi ab impudentissimo simul ac imperitissimo impostore Annio Viterbiensi insulse *Metasthenes* appellatur, *Hecatæus Abderita Idomeneus Lampsacenus*, *Euhemerus*, *Demetrius Phalereus*, *Lycus Butheras*, *Daimachus* sive *Deimachus*, *Antigonus Carystius*, *Hegesias Magnesius*, *Timæus Tauromenita*, diversus à Timæo Locro, Philosopho Pythagorico, *Berosus Babylonius*, *Manetho Sebennita Diospolitanus*, *Philostephanus Cyrenæus*, *Aristæus*, *Duris Samius*, *Lynceus Samius*, *Neanthes Cyzicenus*, *Ctesibius*, *Sosibius Lacon*, *Antonius Diogenes*; *Theodectes Phaselites junior*, *Isidorus Characenus*, *Timocrates*, *Cineas*, *Demetrius Byzantius*, *Pytheas Massiliensis* & *Hanno Carhaginensis*:

Poetæ Græci

Anaxippus, *Posidippus* & *Damoxenus*, Comici;

Homerus junior & *Alexander Ætolus*, Tragici;

Theocritus Syracusanus, *Antagoras Rhodius*, *Hermodotus*, *Callimachus Cyrenensis*, *Heraclitus Halicarnassensis*, *Aratus Solensis*, *Myro Byzantia*, *Lycophron* & *Sositheus*:

Grammaticus Græcus insignis *Zenodotus*, Bibliothecæ Alexandrinæ præfectus, unde παροιμιῶδες illud,

En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!

Zoilus Amphipolitanus cognomento *Homeromastix* & *Canis Rhetoricus*, qvi Homeri, Platonis, Isocratis, aliorumqve omnium clarissimorum virorum invida & maligna reprehensione infamem famam meruit. I

Ad Seculi ante Æ. C. III. *priorem* partem dimidiam pertinent

Lex Glicia de qverela inofficiosi testamenti, de qva vid. l. *Non est enim* 4. *ff. de Inofficios. testam.* & Cujac. Observat. lib. 14. cap. 14.

Initium regni *Ptolemæi Evergetæ* A. M. sec. Calvis. 3703.

Dissertatio de *Jesu Siracide*, qvi ab Hebræis בן סירא dicitur, & ut ipse testatur, ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως, h. e. *temporibus Regis Ptolemæi* in Ægyptum venit; simul & de libro V. T. qvi *Ecclesiasticus* inscribitur, & ab ipso ex Hebraica lingua in Græcam translatus est:

Primus *Prætor peregrinus* Romæ creatus A. U. C. 511. C. Sulpitio Gallo, C. Fundanio Fundulo Coss.

Finis belli Punici primi A. U. C. 513. Q. Lutatio, A. Manlio Torqvato Coss. A. M. 3709.

Prima fabula Romæ exhibita à *L. Livio Andronico*, antiqvissimo Romanorum poeta *Tragico*, A. U. C. 514. C. Claudio Centhone, M. Sempronio Tuditano Coss. A. M. 3710.

Dissertatio de Romanorum *ludis secularibus*, qvi primum Romæ celebrati sunt A. U. C. 518. P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coss.

Primum *divortium* Romæ à *Sp. Carvilio* cum uxore factum A. U. C. 527. P. Valerio Flacco, M. Attilio Regulo Coss. *qvia liberi ex ea, corporis vitio, non gignerentur*: Gell. lib. 4. cap. 3.

Initium *belli Punici secundi* A. U. C. 536. P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo Coss.

Lex Claudia contra negotiationem Senatorum; Ne qvis Senator, qvive Senatoris pater fuisset, maritimam navem, qvæ plus qvam trecentarum amphora-

Sec. ante Æ. C. III.

rum esset, haberet; qvod ea ad fructus ex agris vectandos satis ampla, & omnis ex negotiatione qvæstus amplissimo ordini Senatorio indecorus videretur, lata à Trib. pl. Q. Claudio A. U. C. 536. Liv. lib. 21.

Lex Oppia sumptuaria de mundo muliebri ad coercendam mulierum luxuriam; Ne qva mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolori uteretur, neve juncto vehiculo in urbe oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa veheretur, lata à C. Oppio Trib. pl. A. U. C. 539. T. Sempronio Graccho, Q. Fabio Maximo Cunctatore III. Coss.

Lex Cincia de donis & muneribus contra avaros & rapaces causarum patronos, lata à M. Cincio Trib. pl. A. U. C. 550. M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss.

Finis *belli Punici secundi* A. U. C. 553. Cn. Cornelio Lentulo, P. Ælio Pæto Coss.

Jurisconsulti Romani

- *Q. Fabius Pamphilus*, princeps legationis Romanorum ad Carthaginenses propter expugnationem urbis Sagunti in Hispania;
- *P. Sempronius Tuditanus*, Consul cum M. Cornelio Cethego A. U. C. 550.
- *P. Ælius Pætus*. Consul cum Cn. Cornelio Lentulo A. U. C. 553.

Medici celebres

- *Aristogenes Cnidius*, Chrysippi Philosophi Stoici servus, de qvo vid. Suid. v. Ἀριστογένης.
- *Archagathus Peloponnesius*, primus & antiqvissimus Romanorum medicus, de qvo vid. Plin. Hist. nat. lib. 29. cap. 1.

Philosophi Græci

- *Erillus Carthaginensis, Sphærus Bosphoranus, Chrysippus Solensis vel Tarsensis, Aristo Chius & Antipater Tarsensis*, Stoici, de qvibus vid. Laert. lib. 7.
- *Apollonius Pergæus, Archimedes Syracusanus, Eratosthenes Cyrenæus, Conon & Aristarchus Samius*, Mathematici:

Historici Græci

- *Hermippus Smyrnæus, Nymphis Heracleota, Zeno, Euphorion Cherronesiota, Timarchus, Aratus Sicyonius, Timosthenes, Phylarchus, C. Acilius C. F. L. N. Glabrio*, qvi, ut eodem tempore *Numerius Fabius Pictor*, etsi Romanus, Græce tamen scripsit Annales, qvos ex Græco in Latinum sermonem vertit Q. Claudius Qvadrigarius; *Philinus, Sosilus, Charon Lampsacenus junior, Ister Callimachius, & Hannibal* Dux Carthaginensium:

Historici Latini

- *Q. Fabius Pictor & L. Cincius Alimentus*

Poetæ Græci

- *Apollonius Rhodius, Euphorion Chalcidensis, Callimachus junior, Simonides Magnesius*:

Poetæ Latini antiqvissimi

- *L. Livius Andronicus & Cn. Nævius*; qvorum posterior ipse sibi Epitaphium hoc, *Campanæ*, ut Gellius lib. 1. cap. 24. ait, *superbiæ plenum* composuit:

  Immortales mortales si foret fas flere,
  Flerent divæ Camœnæ Nævium poetam.
  Itaq; postqvam Orchio traditus est thesauro,
  Obliti sunt Romæ lingua Latina loqvier.

Dissertatio de vetustissimis Romanorum *hymnis Saliaribus*, & de *carmine malo*, qvod in legibus XII. Tabularum interdicitur:

Genealogia antiqvissimi Romanorum Historici *Q. Fabii Pictoris* secundum Vossium lib. 1. de Hist Lat. cap. 3.

Sec. ante Æ. C. II.

C. Fabius M. F.
qvi primus omnium ex Fabia gente *Pictor* cognominatus est, qvia ædem Salutis pinxit A. U. C. 450. ut testatur Plinius Hist. Nat. lib. 35. cap. 4.

C. Fabius C. F. M. N. Pictor
qvi Consulatum gessit cum Q. Ogulnio Gallo A. U. C. 485.

Q. Fabius C. F. C. N. Pictor
antiqvissimus Romanorum Historicus, qvi post cladem Cannensem, qvæ A U. C. 538. contigit, Legatus Delphos missus fuit, ut sciscitaretur, qvibus supplicationibus Dii à Romanis possent placari.

Servius Fabius Pictor,
qvem Cicero in *Bruto* ait, & juris, & literarum, & antiqvitatis bene peritum fuisse.

Numerius Fabius Pictor,
Q. Fabii Pictoris Patruus, qvem Cicero l. 1. de Divinat. testatur scripsisse Annales Græcos; Voss. de Histor. Gr. l. 2. cap. 13.

Hosce qvatuor Fabios, *proavum* videlicet & *avum, & patrem, & filium*, perperam confundunt & in unum transfigurant hominem Raphael Volaterranus Anthropologiæ lib. 16. Bernardinus Rutilius in opere de Vitis JCtorum. Richardus Streinius lib. de Gentium & famil Rom. stemmatibus, Ubbo Emmius in Append. Genealogica, & Valent. Forsterus Histor. Jur. C. Rom. lib. 2. cap. 18.

SCIAGRAPHIA CAPITIS XV.

De Seculo ante Æ. C. II. in qvod secundi templi Hierosolymitani profanatio per Antiochum Epiphanem incidit.

AD Seculi ante Æ. C. II. *posteriorem* partem dimidiam pertinent

Rogatio tribunitiæ de qvinqve coloniis in oram maritimam deducendis, promulgata Romæ à C. Acilio Trib. pl. A. U. C. 557. C. Cornelio Cethego, Q. Minutio Rufo Coss.

II *Huic capiti* decimo qvinto *cujus Sciagraphia hic exhibetur, respondebit liber* decimus sextus *hujus Prodromi*

Dissertatio specialis de *latinitate & stylo Imp. Augusti*, qvem Suetonius in ipsius vita cap. 86. sic describit: *Genus eloqvendi secutus est elegans & temperatum: vitatis sententiarum ineptiis atqve inconcinnitate*, & reconditorum verborum, *ut ipse dicit*, fœtoribus. *Præcipuamqve curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere, qvod qvo facilius efficeret, aut nec ubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neqvæ præpositiones verbis addere, neqve conjunctiones sæpius iterare dubitavit; qvæ detractæ afferunt aliqvid obscuritatis, etsi gratiam augent. Cacozelos & antiqvarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit. Exagitabat nonnunqvam in primis Mecænatem suum, cujus μυροβρεχεῖς, ut ait*, cincinnos *usqveqvaqve perseqvitur, & imitando per jocum irridet. Sed nec Tiberio parcit & exoletas interdum, & reconditas voces aucupanti. M. qvidem Antonium ut insanum increpat: quasi ea scribentem, qvæ mirentur potius homines qvam intelligant. Deinde ludens malum & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus, addidit hæc:* Tuqve dubitas, Cimberne Annius an Veranius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis, qvæ C. Salustius excerpsit ex originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiis, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda? *Et qvadam epistola Agrippinæ neptis ingenium collaudans*: Sed opus est, *inqvit*, dare te operam, ne moleste scribas aut loqvaris.

Dissertatio *de decremento linguæ Latinæ post Augustum* & causis corruptæ eloqventiæ:

Dissertatio de suspenso, ambiguo & obscuro dicendi genere, qvo Imp. *Tiberius* etiam in rebus, qvas non occuleret, seu natura, sive adsuetudine usus est; Tacit. Annal. lib. I. cap. II.

Dissertatio de Tiberii sub Augusto in Insulam *Rhodum* secessu, ubi Suetonius cap. II. illum refert *circa scholas & auditoria Professorum assiduum fuisse.*

Dissertatio *de Bibliotheca Tiberiana* cujus Gellius lib. 13. cap. 18. meminit:

Dissertatio *de Bibliotheca Epaphroditi Chæronensis Grammatici*, qvi, ut Suidas testatur *Archiæ Alexandrini Grammatici* alumnus fuit, & sub Nerone usqꝫ ad Nervam Romæ vixit; ubi assiduè libros emens, usqve ad *triginta millia* collegit, & optimorum qvidem atqve selectorum:

Dissertatio *de Bibliotheca Pacis* qvam Gellius lib. 16. cap. 8. commemorat, & Justus Lipsius in Syntagmate de Bibliothecis ab *Imp. Vespasiano* instructam esse arbitratur:

Dissertatio *de reparatione Bibliothecarum incendio absumptarum* facta impensissime ab Imp. Domitiano, exemplaribus undiqve petitis, missisqve Alexandriam qvi describerent emendarentqve; ut testatur Suetonius in Vita Domitiani cap. 20.

SCIA-

SCIAGRAPHIA CAPITIS XVIII.

Sec. post Æ. C. II.

De seculo post initium vulgaris Æræ Christianæ II. ab A. M. 4050. usqve ad A. M. 4149. sive ab A. Æ. C. 101. usqve ad A. Æ. C. 200.

Huic Capiti decimo octavo cujus Sciagraphia hic exhibetur, respondebit liber vigesimus hujus Prodromi.

AD seculum post Æ. C. II. pertinent
Dissertatio *de Bibliotheca Ulpia*, qvæ ab Imp. M. Ulpio Trajano instructa est, & ab A. Gellio lib. 2. cap. 27. *Bibliotheca templi Trajani* appellatur:
Dissertatio de *tertia* Christianorum persecutione sub Impp. *Trajano*, *Hadriano & Antonino Pio*, cujus principium ab Ubbone Emmio refertur ad A. Æ. C. 107.
Epistola C. Plinii Secundi junioris, Præsidis Bithyniæ, ad Imp. Trajanum de Christianis scripta A. Æ. C. 108. qvæ est nonagesima septima libri decimi, una cum *responso Imp. Trajani*, qvo statuit conqvirendos qvidem eos non esse, sed si deferantur & arguantur, puniendos esse.
Dissertatio *de Columna cochlide*, cui historia belli Dacici cum Decebalo insulpta est erecta & dedicata Romæ ab Imp. Trajano A. Æ. C. 110.
Imp. *Hadriani* commoratio & legislatio Athenis A. Æ. C. 122.
Senatusconsultum Libonianum, qvod factum est A. U. C. 880. M. Annio Libone, L. Nonio Asprenate Coss. A. Æ. C. 127.
Rescriptum Imp. *Hadriani* ad Proconsulem Asiæ Minutium Fundanum de *Christianis*
Compositio *Edicti perpetui* per *Salvium Iulianum* jussu Imp. Hadriani A. U. C. 884. Sextio Augurino, Arrio Severiano Coss. A. Æ. C. 131.
Fragmenta Edicti perpetui, qvæ supersunt, cum Notis & animadversionibus:
Initium Imperii *T. Aurelii Antonini Pii* A. Æ. C. 137. d. 10 Julii:
Inhibitio persecutionis Christianorum per Imp. *Antoninum Pium* A. Æ. C. 152.
Renovatio *legis de adulteriis* tam contra maritos, qvam contra uxores:
Initium Imperii *M. Aurelii Antonini Philosophi* & *L. Ælii Veri* A. Æ. C. 161.
Initium *qvartæ* persecutionis Christianorum sub Impp. M. Antonino Philosopho & L. Vero A. Æ. C. 166.
Historia miraculosæ conservationis & victoriæ exercitus Romani in bello *Marcomannico* Imp. *M. Antonini Philosophi* per preces *Christianorum*; Baron. Annal. Eccl. Tom. II. ad an. Chr. 176. pag. 208. edit. Plantin.
Columna cochlis in perpetuam memoriam belli Marcomannici ab Imp. *M. Antonino* Romæ errecta.
Initium Imperii *L. Antonini Commodi* A. Æ. C. 180.
Dissertatio generalis *de duplici Judæorum Talmude, Babylonico* videlicet, qvod בבלי תלמוד vocatur, & *Hierosolymitano*, qvod תלמוד ירושלמי dicitur:
Dissertatio de præcipuà *Talmudis Babylonici* parte, qvæ ספר משניות, *Sepher Mischnajoth*, h. e. Liber Traditionum appellatur, & à *Rabbi Jehuda Hakkadosch* sive
Initium Imperii *P. Helvii Pertinacis* Kal. Januar. A. Æ. C. 193.
Sancto A. Æ. C. 190. absoluta & edita est:
Initium Imperii *M. Didii Juliani, C. Pescennii Nigri, D. Clodii Albini & L. Septimii Severi* eodem anno Æ. C. 193.
Secundum Imperii L. Septimii Severi *initium* A. Æ. C. 198. qvo ultimum ex tribus æmulis *D. Clodium Albinum* in Gallia prope Lugdunum vicit, eoqve occiso solus cœpit imperare:
Contentio inter *Romanam & Asiaticam* Ecclesiam *de tempore celebrandi Paschatis*; qvarum *prior* ex Apostolica traditione Pascha in memoriam & honorem resurre-

 ctio-

Sec. post A. C. II.

rectionis Christi, non alio die, qvam *Dominico* celebrandum statuit; posterior autem festum illud celebrandum censuit secundum legem Moysis *decimo qvarto die* mensis Nisan sive Aprilis, in qvemcunqve demum hebdomadis diem is incideret; unde etiam sectatores hujus opinionis *Qvartodecimani* fuerunt appellati:

Pontifices Romani secundum recensionem Anastasii Bibliothecarii, *S. Anacletus*, *S. Evaristus*, *S. Alexander*, *S. Sixtus*, sive *Xystus*, *S. Thelesphorus*, *S. Hyginus*, *S. Pius*, *S. Anicetus*, *S. Soter*, *S. Eleutherus*, *S. Victor*:

Scriptores Ecclesiastici

S. Ignatius Episcopus Antiochenus, *S. Polycarpus* Episcopus Smyrnensis, *S. Dionysius Areopagita*, *S. Qvadratus* Episcopus Atheniensis, & *Papias* Hieropolitanus Episcopus, qvi licet præcedenti etiam seculo cum ipsis SS. Apostolis, qvorum discipuli fuerunt, vixerint, respectu tamen mortis ad hoc seculum pertinent; *S. Aristides* Philosophus Atheniensis, qvi eodem tempore, qvo & Qvadratus, Imp. Hadriano Apologiam pro Christianis obtulit; *S. Agrippa* cognomento *Castor*, qvi contra Basilidem scripsit; *Aqvila Ponticus*, secundus Sacræ Scripturæ Veteris Testamenti Græcus interpres; *S. Justinus Martyr*; *Melito* Episcopus Sardensis; *S. Athenagoras* Atheniensis, cujus etiamnunc extat liber *de resurrectione mortuorum & Apologia pro Christianis* ad Impp. M. Antoninum Philosophum & Commodum; *S. Theophilus* Episcopus Antiochenus; *S. Claudius Apollinaris* Episcopus Hieropolitanus, *S. Hegesippus*, proximus SS. Apostolorum temporibus & diversus ab *Hegesippo*, cujus extant libri qvinqve de rebus Judaicis à Matathia patre Judæ Maccabæi usqve ad excidium urbis Hierosolymitanæ per Titum Imp. Vespasiani filium; *Hermes*, frater Pii I. Pontificis Romani; *S. Dionysius* Corinthiorum Episcopus, *S. Pinytus*, Cnossi in Creta Episcopus; *Tatianus Assyrius* Hæresiarcha; *Philippus* Gortynæ in Creta Episcopus; *Musanus*; *Modestus*; *Bardesanes*; *S. Irenæus*; *Miltiades*; *Serapion* Episcopus Antiochenus; *Apollonius* Senator urbis Romæ; *Theodotion*, tertius Sacræ Scripturæ Veteris Testamenti græcus Interpres; *Eluanus Avalonius*, qvi librum de origine Ecclesiæ Britannicæ scripsisse traditur.

Judæi Kabbalistæ

רבן שמעון בן גמליאל, *Rabban Schimeon filius Gamalielis*, qvi compendiose seu ut vulgo loqvuuntur, abbreviate רשבג sive *Raschbag* appellatur, ר שמעון בן יוחאי sive רשבי h. e. *Raschbi* sive *Rabbi Schimeon filius Jochai*, qvi autor creditur librorum זוהר sive *Zohar* & ספרי sive *Siphre*; ר נתן הבבלי, *Rabbi Nathan Babylonius*, autor libri qvi inscribitur פרקי אבות h. e. *Capitula Patrum*; *R. Jehuda Ben-Gerim*; *R. Meir Ger*; *R. Jehuda Ben-Thema*; ר יוסי בן חלפתה, *Rabbi Jose Ben-Chilpheta*, qvi autor creditur *Chronologiæ Hebræorum majoris*, qvæ סדר עולם רבא sive *Seder Olam Rabba* inscribitur; רבי יהודה הקדוש, *Rabbi Jehudah Sanctus*, qvi alias etiam cognominatur הנשיא sive *Hannasi*, h. e. princeps, & interdum simplicitur & κατ' ἐξοχὴν *Rabbi* vel *Rabbi Hakkadosch* sive *Sanctus* appellatur; *Rabban Gamaliel III. R. Jehudæ Sancti filius*; *R. Eliesér filius R. Jose*:

Hæretici Christiani

Chiliastæ sive *Millenarii*, qvorum princeps *Papias*, S. Joannis Evangelistæ discipulus; *Saturniani & Basilidiani*, qvorum princeps *Saturninus & Basilides* discipuli Menandri, successores Simonis Magi; *Gnostici*, qvorum princeps *Carpocrates*; *Valentiniani*, qvorum princeps *Valentinus* Ægyptius, Philosophus Pythagoricus & Platonicus; *Bardesanistæ*, qvorum princeps *Bardesanes*; *Secundiani*, qvorum princeps *Secundus* Valentini discipulus; *Cerdoniani & Marcionitæ*, qvorum principes

Cerdon-

Cerdon & Marcion; *Sethiani*; *Abeliani*; *Cajani*; *Praxeas*; *Encratitæ* sive *Continentes*, qvorum princeps *Tatianus Assyrius*; *Hermogeniani*, qvorum princeps *Hermogenes*; *Montanistæ*, qvi alias etiam *Qvintiliani Pepuziani & Cataphryges* appellantur & *Montanum* sectæ suæ principem habuerunt; *Proclianitæ*, qvorum princeps *Proclus*, qvi pro Montano scripsit; *Adamiani*, qvi & *Adamæi* atqve *Adamitæ* vocantur: *Sec post Æ. C. II.*

Jurisconsulti Romani

Juventius Celsus pater & filius; *Neratius Priscus*; *Alburnus Valens*; *Salvius Julianus*, autor Edicti perpetui; *Domitius Labeo*; *T. Aristo*; *Priscus Jabolenus*; *Plautius*; *Vindius Verus*; *Ulpius Marcellus*; *L. Volusius Metianus*, cujus meminit Julius Capitolinus; *Servidius Scævola*, præceptor Papiniani; *Cajus*, cujus qvatuor libros Institutionum & septem rerum qvotidianarum libros Imp. Justinianus laudat in procemio suarum Institutionum; *Arrianus*:

Medici celebres

Rufus Ephesius, cujus extant libri tres de Appellationibus partium corporis humani; *Soranus Ephesius*; *Cælius Aurelianus Siccensis*; *Hermogenes*, medicus Imp. Hadriani; *Claudius Galenus Pergamenus*; *Julianus Alexandrinus*:

Philosophi clari

Euphrates; *Palladius*, qvi scripsit de re rustica; *Maximus Tyrius & Taurus Berytius* Platonici; *Imp. M. Antoninus Philosophus*; *Basilides Scythopolitanus*; *Apollonius Chalcedonius*, *Stoicus*; *Claudius Ptolemæus Pelusiensis*; *Sextus Chæronensis*, Plutarchi Chæronensis nepos, cognomento *Empiricus*, cujus extant libri tres Pyrrhoniarum Hypotheseων, & decem adversus Mathematicos; *L. Apulejus Madaurensis* Platonicus; *Julianus Chaldæus junior*, cujus supra libro primo freqvens facta est mentio:

Historici Græci profani

Plutarchus Chæronensis; *Philo Byblius*; *Severus*, qvi libri Philonis de urbibus composuit epitomen; *Phavorinus Arelatensis*; *Ptolemæus Alexandrinus* cognomento *Chennus*; *Imp. Hadrianus*; *Arrianus Nicomediensis*; *Claudius Ælianus*; *Phlegon Trallianus*; *Zenobius*, qvi & *Zenodotus* dicitur; *Cephalæon*; *Dionysius Halicarnassensis junior*; *Hermippus Berytius*; *Nicanor Hermiæ filius*, *Alexandrinus*; *Jason Argivus Grammaticus*; *Appianus Alexandrinus*; *M. Antoninus Philosophus*; *Polienus Macedo*; *Amyntianus*; *Damophilus*; *Pausanias*, Cæsarea Cappadociæ oriundus; *Crator* Imp. M. Antonini Philosophi libertus; *Athenæus Naucratita*; *Julius Cassianus*; *Jamblichus*, diversus ab eo, qvi scripsit vitam Pythagoræ.

Historici Latini profani

C. Cornelius Tacitus; *C. Plinius Secundus Novicomensis* sive, *junior*; C. Plinii Veronensis, qvi Historiam Naturalem scripsit sororis filius; *Pompejus Saturninus*; *C. Fannius*, cujus obitum Plinius luget lib. 5. epist. 5. *Titinnius Capito*; *Imp. Trajanus*; *L. Annæus Florus*; *C. Suetonius Tranqvillus*; *M. Junianus Justinus*, autor epitomes historiarum Tragi Pompeji, qvi sub Augusto vixit; *Neon*.

Poetæ Græci

Serapio Atheniensis, professione medicus; *Caninius Rufus*; *Ptolemæus Alexandrinus*; *Admetus*; *Imp. Hadrianus*; *Mesomedes Cretensis*, Lyricus; *Marcellus Sidites*; *Isagoras* Tragicus.

Poetæ Latini

Virgilius Romanus, Comicus & mimi Jamborum scriptor; *Imp. Hadrianus*; *Florus*, cum qvo Imp. Hadrianus carmine certavit; *Annianus*, cujus A. Gellius lib. 7. cap. 7. meminit; *Julius Paulus*, cujus idem Gellius lib. 19. cap. 7. facit mentionem; *Marcus Marullus*.

Orato-

Sec. post Æ. C. II.

Oratores & Grammatici græci atque latini

Dion Prusæensis cognomento *Chrysostomus*, Rhetor; *Dionysius Milesius*; *Aristocles Pergamenus*; *Archibius* Grammaticus; *Cæcilius Surculus Callantianus* Rhetor; *Polemon & Polæmon* Rhetores; *Numenius* Rhetor; *Nicanor & Orion* Grammatici; *Zenobius* Sophista, cujus proverbia græca extant ex *Tarrhæo* ac *Didymo* exscripta; *Diogenianus Heracleata*, cujus extant proverbia græca; *Apollonius Alexandrinus* cognomento Δύσκολος, Grammaticus; *Lucianus Samosatensis* Rhetor; *Pollio Alexandrinus* Grammaticus; *Sergius & Sabianus*, Sophistæ, *Serapion* Rhetor; *Heliodorus* Epistolographus; *Phavorinus*; *Cornelius Fronto* Orator; *Herodes Atticus*, Sophista; *Lamprias* Grammaticus; *M. Valerius Probus*; *A. Gellius*; *Justinus Julius*, Sophista; *Nicostratus* Rhetor; *Polianus* Rhetor; *Athenæus Naucratita* Grammaticus; *Hermogenes* Rhetor, cujus extant Institutiones artis Oratoriæ; *Aristides* Sophista; *Julius Pollux* Grammaticus, diversus à multo juniore *Julio Polluce*, ex cujus inedito Chronico græco fragmenta aliqvot Animadversionibus meis in Georgii Codini Excerpta de Originibus Constantinopolitanis pag. 143. & 164. inserui; *Aristænetus Byzantius*, diversus ab longe juniore *Aristæneto* Epistolographo.

SCIAGRAPHIA CAPITIS XIX.

De Seculo post initium vulgaris Æræ Christianæ III. ab A. M. 4150. usqve ad A. M. 4249. sive ab A. Æ. C. 201. usqve ad A. Æ. C. 300.

Huic Seculi decimo nono, *cujus Sciagraphia hic exhibetur respondebit liber* vigesimus primus *hujus Prodromi.*

AD Seculum post Æ. C. *IIItium* pertinent

Qvinta Christianorum persecutio sub Imp. *L. Septimo Severo*, cujus principium ab Emmio refertur ad annum Æ. C. 202.

Initium imperii Macrini A. Æ. C. 217. *Heliogabali* A. Æ. C. 218. *Alexandri Severi* A. Æ. C. 222.

Dissertatio de amore *Alexandri Severi* erga Jurisconsultos aliosqve doctos Viros:

Initium imperii *Maximini Thracis & sextæ* persecutionis Christianorum A. Æ. C. 235.

Initium imperii *Gordiani* tertii A. Æ. C. 238.

Initium imperii *Philippi Arabis* A. Æ. C. 244.

Initium imperii *Decii & septimæ* persecutionis Christianorum A. Æ. C. 249.

Initium imperii *Galli & Volusiani* A. Æ. C. 251.

Initium imperii *Valeriani & Gallieni* A. Æ. C. 253.

Initium *octavæ* persecutionis Christianorum sub Valeriano & Gallieno:

Initium imperii *Claudii II.* A. Æ. C. & Aureliani A. Æ. C. 270.

Initium *nonæ* persecutionis Christianorum sub Aureliano L. Æ. C. 275.

Initium imperii *M. Claudii Taciti* A. Æ. C. 275. & singularis ejus amor erga historicum *C. Cornelium Tacitum*, qvem in omnibus Bibliothecis collocari jussit, & singulis annis *decies* describi:

Initium imperii *M. Aurelii Valerii Probi* A. Æ. C. 276.

Dissertatio de *sex* annis Imperii *Probi* contra Em. *Cardinalem Baronium*, qvi in Annalibus suis Ecclesiasticis, ut supputationem temporum ab initio vulgaris Æræ Christianæ cum supputatione à vero tempore nativitatis Christi conjungat, duos Probo aufert annos

Marco Aurelio Probo Imp. III. }
Furio Lupo } COSS.

M. Au-

M Aurelio Probo Imp. IV. } COSS. *Sec. post Æ. C. III.*
Ælio Scorpiano }

Initium Imperii *M. Aurelii Cari* & filiorum ejus *Numeriani & Carini* A. Æ. C. 282.

Initium Imperii *Diocletiani & Æra Martyrum Diocletianeæ* anno secundum Scaligerum, Calvisium & Helvicum 284. secundum Emmium autem 285.

Pontifices Romani secundum recensionem Anastasii Bibliothecarii *S. Zepherinus, S. Calixtus, S. Urbanus, S. Pontianus, S. Antherus, S. Fabianus, S. Cornelius,* (*Novatianus* Antipapa I contra S. Cornelium Papam legitimis suffragiis creatum electus in Schismate) *S. Lucius, S. Stephanus, S. Sixtus* sive *Xystus II. S. Dionysius, S. Felix, S. Eutychianus, S Cajus, S. Marcellinus*:

Synodi variæ propter controversiam de tempore festi Paschalis in variis orbis terrarum partibus habitæ:

Dissertatio cum generalis tum specialis de *Schismate* Ecclesiæ Christianæ:

Scriptores Ecclesiastici

Symmachus Samaritanus, qvartus S. Scripturæ Veteris Testamenti græcus interpres; *Rhodon Asianus*; *Apollonius*, qvi scripsit adversus Montanum; *Theophilus* Cæsareæ Palæstinæ Episcopus; *Bacchylus* Corinthiorum Episcopus; *Polycrates* Ephesiorum Episcopus; *Heraclius*; *Maximus*; *Sextus*; *Brabianus* sive *Arabianus*; *Tertullianus*; *Minutius Felix*; *Candidus*; *Appion* sive *Apion*; *Judas*, qvi scripsit de LXX. apud Danielem hebdomadibus; *Pantænus* Philosophus Stoicus; *Clemens Alexandrinus*; *Ammonius Alexandrinus*; *Origenes Adamantius*; *Ambrosius* Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus; *Tryphon* Origenis auditor; *Julius Africanus* Chronographus; *Alexander* Episcopus Cappadociæ; *Beryllus* Bostrensis Ecclesiæ in Arabia Petræa Episcopus; *Hippolytus*, qvi scripsit Canonem Paschalem; *Geminus* Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter; *Dionysius* Episcopus Alexandrinus; *S. Zeno* Episcopus Veronensis & martyr; *S. Cyprianus*; *Pontius* S. Cypriani diaconus; *S. Gregorius* Neocæsariensis Episcopus cognomine *Thaumaturgus*; *Novatianus* Presbyter Romanus, qvi contra *Cornelium* in schismate Pontifex electus est, & à Joanne Jacobo Frisio cum *Novato* auctore sectæ *Novatianæ* perperam confunditur; *Malchion* Antagonista Pauli Samosateni; *Archelaus* Episcopus Mesopotamiæ; *Anatolius* Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ Episcopus; *Victorinus* Episcopus Pictaviensis; *Pamphilus* Presbyter; *Pierius* Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter; *Lucianus* Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter; *Phileas* Thmuitensis Ecclesiæ in Ægypto Episcopus; *Methodius* Episcopus Tyri; *Arnobius*, cujus extant libri septem adversus gentes; *S. Nilus* Episcopus & Martyr. qvi à Joanne Jacobo Frisio perperam confunditur cum *Nilo* Constantinopolitano Monacho, S. Joannis Chrysostomi discipulo, qvi sub Theodosio juniore vixit, & multa scripsit, qvorum nonnulla etiamnunc extant; *Lactantius Firmianus* Arnobii discipulus; *Pasicrates*, S. Martyris Georgii servus:

Judæi Kabbalistæ

ר׳ יהודה בן אלעאי, *R. Jebudah Ben-Elai*, qvi autor à nonnullis creditur *Commentarii in Leviticum*, qvi inscribitur ספרא sive *Siphra*, & alias etiam vocatur תורת חוהנים sive *Thorath Chohanim*; ר׳ אושעיא, *R. Vschaja*, R. Jehudæ Sancti discipulus, qvi scripsit in *Mischnajoth* Commentarium; qvi appellatur בראשית רבא sive *Bereschit Rabba*; *Anonymus* R. Judæ Sancti discipulus, à qvo compositus est *Commentarius in Exodum*, qvi inscribitur מחילתא sive *Mechiltha*; *Raf*, qvi à nonnullis habetur pro autore libri ספרא; *R. Ismael*, qvi ostendit tredecim modos interpretandi legem; *R. Jochanan*, autor תלמוד ירושלמי sive

Sec. post Æ. C. III.

Talmudis Hierosolymitani, qvod pro Judæis Palæstinam inhabitantibus composuit:

Hæretici Christiani

Tertullianistæ, qvorum princeps *Tertullianus*; *Angelici*; *Origeniani*, qvorum princeps *Origenes*; *Novatiani* sive *Cathari*, qvorum princeps *Novatus*; *Noetiani*, qvorum princeps *Noetus*; *Praxeatici*, qvorum princeps *Praxeas*; *Hermogeniani*, qvorum princeps *Hermogenes*; *Sabelliani*, qvorum princeps *Sabellius*; *Samosateniani* sive *Pauliani*, qvorum princeps *Paulus Samosatenus*, Episcopus Ecclesiæ Antiochenæ; *Manichæi*, qvorum princeps *Manes Persa*; *Berylliani*, qvorum princeps *Beryllus* Episcopus Bostrensis; *Apotactici*; *Rebaptizantes* baptizatos ab hæreticis, qvorum princeps *Agrippinus*, qvi S. Cypriano in Episcopatu successit; *Helcesaitæ*, qvi statuerunt licitum esse, fidem ore negare, dummodo in corde retineretur; *Alogiani*; *Theodotiani*, qvorum princeps *Theodotus*; *Nepos* Episcopus Ægypti:

Jurisconsulti Romani

Æmilius Paulus Papinianus; *Domitius Ulpianus*; *Julius Paulus Patavinus*; *Pomponius*; *Macer*; *Africanus*; *Alphenus junior*; *Callistratus*; *Fabius Sabinus*; *Florentinus*; *Heremius Modestinus*; *Hermogenes*; *Hermogenianus*; *Proculus junior*; *Metianus junior*; *Junius Frontinus*; *Tertullianus*; *autor SC. Tertulliani*; *Taruntius Paternus*; *Terentius Clemens*; *Menander*; *Arcadius*; *Ruffinus*; *Papyrius Fronto*; *Anthius vel Publius Furius Anthianus*; *Maximus*; *Tryphonianus*; *Justus*; *Venulejus Saturninus*; *Celsus*; *Adrianus*; *Puteolanus*; *Gregorius, autor Codicis Gregoriani*:

Medici celebres

Serenus Sammonicus pater & filius; *Philagrius Lycius*; *Sextus Africanus*, *Theodorus Priscianus*:

Philosophi clari

Alexander Aphrodisensis Peripateticus; *Plotinus* Platonicus; *Dionysius Longinus*; *Celsus*, contra qvem scripsit Origenes; *Porphyrius Tyrius*, Pythagoricus; *Joannes Stobæus*:

Historici Græci profani

Imp. Septimius Severus; *Dio Cassius*, qvi & *Coccejus* sive *Coccejanus* vocatur, *& Nicæa* Bithyniæ urbe fuit oriundus; *Imp. Alexander Severus*; *Bardesanes Babylonius*; *Philostratus secundus*, cujus extant libri octo de vita Apollonii Thyanei; *Philostratus tertius*, autor operis de vitis Sophistarum, cujus patruus ac socer præcedens fuisse traditur; *Herodianus*; *Nicagoras*; *Asinius Qvadratus*; *Ephorus Cumanus junior*; *Nicomachus*; *Dexippus Herennius Atheniensis*; *Arrianus junior*, seu potius *Arabianus*; *Callicrates Tyrius*; *Theoclius Zenobia* Palmyrenorum regina:

Historici Latini profani

Julius Titianus senior sive *pater*; *Imp. Septimius Severus*; *Ælius Maurus*; *Lollius Urbicus*; *Aurelius Philippus*; *Encolpius*; *Gargilius Martialis*; *Marius Maximus*; *Censorinus*, cujus extat liber de die natali; *Ælius* sive *Junius Cordus*; *Ælius Sabinus*; *Vulcatius Terentianus*; *Curius Fortunatianus*; *Dionysius*; *Mæonius Astyanax*; *Palfurius Sura*, qvi à Gesnero *Calpurnius Sura* appellatur; *Cælestinus*; *Acholius*; *Julius Aterianus*; *Gallus Antipater*, seu potius *Antipater Gallus*; *Aurelianus Festivus*; *Cornelius Capitolinus*; *Suetonius Optatianus*, sive *Actatianus*; *Gellius Fuscus*; *Onesimus*, *Fabius Cerilianus*; *Aurelius Apollinaris*; *Fulvius Aspianus*; *Asclepiodotus*; *Claudius Eusthenius*; *Ælius Spartianus*; *Vulcatius Gallicanus*; *Trebellius Pollio*; *Julius Capitolinus*:

Poetæ Græci

Nestor Larandensis; *Oppianus Cilix*; *Imp. Alexander Severus*; *Pisander Larandensis*; *Imp. M. Opelius Macrinus*; *Soterichus Oasites*;

Poe-

Poetæ Latini — *Sec. post Æ. C. III.*

Q. Serenus Sammonicus; *Toxotius Senator*; *Imp. Gordianus senior*; *M. Aurelius Olympius Nemesianus*, cujus extant Cynegetica; *T. Calpurnius Siculus*; *Imp. Gallienus*; *Imp. Numerianus*:

Oratores & Grammatici Græci atq; Latini

Titianus junior, Orator; *Fronto Emisenus*, Orator; *Apsines Gadarensis*, Orator; *Nicagoras Atheniensis*; *Lupercus* Grammaticus Berytius; *Major Arabius* Sophista; *Modestus*, cujus extat libellus de vocabulis rei militaris:

Dissertatio *de Bibliotheca 62000. voluminum*, qvam *Q. Serenus Sammonicus senior* collegit, & filius ipsius Q. Serenus Sammonicus junior discipulo suo Imp. Gordiano tertio moriens reliqvit:

Dissertatio de *Notariis* primitivæ Ecclesiæ Christianæ, qvi *gesta SS. Martyrum* literis consignarunt.

SCIAGRAPHIA CAPITIS XX.

De Seculo post initium vulgaris Æræ Christianæ IV. ab A. M. 4250. usqve ad A. M. 4349. sive ab A. Æ. C. 301. usqve ad A. Æ. C. 400.

Huic capiti vigesimo cujus Sciagraphia hic exhibetur respondebit liber vigesimus secundus hujus Prodromi.

AD seculum post Æ. C. IV. pertinent

Decima Christianorum persecutio sub finem imperii *Diocletiani* & *Maximiani*, cujus initium ab Emmio refertur ad A. Æ. C. 303.

Spontanea *abdicatio* Impp. *Diocletiani & Maximiani* & initium imperii *Constantii Chlori & Galerii* A. Æ. C. 304.

Inqvisitio in veram causam voluntariæ abdicationis Impp. Diocletiani & Maximiani, qvæ vulgo creditur fuisse *amor erga studium Philosophiæ*:

Initium imperii *Constantini Magni* Eboraci in Britannia post mortem patris A. Æ. C. 306.

Victoria Imp. *Constantini M.* de *Maxentio* & initium libertatis Ecclesiæ Christianæ A. Æ. C. 312. de 24. Septembris:

Concilium Oecumenicum sive generale *primum* 318. Episcoporum *Niceæ* in Bithynia habitum contra *Arium* A. Æ. C. 325. præsidente Constantino M. nondum baptizato,

Inventio *sanctæ Crucis* Christi per *Helenam* matrem Constantini M. A. Æ. C. 326.

Dedicatio *urbis Constantinopolitanæ* A. Æ. C. 330. d. 11. Maji, & divisio Imperii Romani in *Orientale & Occidentale*:

Dissertatio de *falsa donatione Imp. Constantini M.* qvæ extat in Decreto Gratiani distinct. 96. cap. Constantinus:

Dissertatio de *baptismo* Imp. Constantini M.

Dissertatio de origine, dignitate & constitutione *Academiæ Constantinopolitanæ*:

Edictum Imp. Constantini M. *de gentilium idolis & templis evertendis* promulgatum A. Æ. C. 331.

Initium Imperii *Constantini secundi* sive *junioris*, *Constantii & Constantis* A. Æ. C. 337.

Dissertatio de *Codice Hermogeniano*, qvi sub Imp. Constantino M. compositus est:

Initium Imperii *Juliani Apostatæ* A. Æ. C. 361.

Edictum Imp. Juliani contra *Christianos inclemens*, ut ab Ammiano Marcelli-

no

Sec. post Æ. C. IV.

no lib. 22. vocatur, & *perenni silentio obruendum*, qvo ipsos à *magistris grammaticis, & rhetoricis doceri vetuit*; ut liberalibus disciplinis exarmati Philosophis gentilibus eo minus possent resistere:

Initium Imperii *Joviani* A. Æ. C. 263.

Initium Imperii *Valentiniani I.* sive *senioris* & fratris ejus *Valentis* A. Æ. C. 364. qvorum prior, qvi *orthodoxus* fuit, in *Occidente*, posterior autem, qvi *Arianæ* addictus fuit *hæresi*, in *Oriente* imperavit:

Initium Imperii *Gratiani* A. Æ. C. 367, cum pater Valentiniano & patruo Valente:

Lex prima tituli Codicis Theodosiani *de studiis liberalibus urbis Romæ & Constantinopoleos*, qvæ promulgata est ab Impp. Valentiniano, Valente & Gratiano A. Æ. C. 370. Impp. Valentiniano & Valente III. Coss.

Dissertatio de *Bibliotheca Constantinopolitana*, cujus mentio fit in *lege secunda* jam memorati tituli Codicis Theodosiani, qvæ ab iisdem Impp. Valentiniano, Valente & Gratiano promulgata est, A. Æ. C. 372. Modesto & Arintheo Coss.

Initium Imperii *Gratiani & Valentiniani II.* sive *junioris* post mortem patris Valentiniani I. A. Æ. C. 375.

Initium Imperii *Theodosii I.* qvi etiam *Magnus & Senior* cognominatur, A. Æ. C. 379.

Concilium Oecumenicum secundum Constantinopoli habitum ad versus *Macedonium*, imperante Theodosio Magno A. Æ. C. 381.

Contentio Romæ inter Symmachum & Prudentium *de ara Victoriæ in curia restituenda* A. Æ. C. 382.

Dissertatio de *Clementis Maximi*, qvi occiso Gratiano Imperium in Gallia invasit, severitate in *Priscillianistas*:

Dissertatio de *S. Martino Episcopo Turonensi*:

Excommunicatio *Imp. Theodosii Magni* per *S. Ambrosium* Episcopum Mediolanensem A. Æ. C. 390.

S. Ambrosii oratio funebris in laudem Imp. *Valentiniani junioris*, qui *nondum baptizatus* ab Arbogaste imperio & vita privatus fuit A. Æ. C. 392.

Initium Imperii filiorum Theodosii Magni, *Honorii* in Occidente & *Arcadii* in Oriente A. Æ. C. 396.

Initium irruptionum barbaricarum gentium in provincias Imperii Romani Occidentales A. Æ. C. 400. Fl. Stilicone & Aureliano Coss.

Pontifices Romani secundum Anastasii Bibliothecarii & Onuphrii Panvinii recensionem.

S. Marcellus; *S. Eusebius*; *S. Melchiades*, sive *Miltiades*; *S. Sylvester*; *S. Marcus*; *S. Julius*; *S. Liberius*; (*Felix II. Antipapa*); *S. Damasus*; (*Ursicius Antipapa*) *S. Siricius*; *S. Anastasius*:

Concilia cum generalia, tum provincialia secundum recensionem *Gabrielis Prateoli*

Ancyranum; *Neocæsariense*; *Nicænum I.*; *Romanum secundum* qvod sic cognominatur ad differentiam *primi*, qvod habitum fuit præcedenti seculo sub Pontifice Cornelio contra *Novatum*; *Elibertinum* in Hispania; *Arelatense* in Gallia; *Gangrense* in Paphlagonia; *Arelatense secundum*; *Carthaginense primum*; *Romanum tertium*; *Coloniense*; *Antiochenum*; *Sardicense*; *Hierosolymitanum secundum*; *Sirmiense* in Pannonia; *Laodicense*; *Constantinopolitanum primum*; *Valentinum*; *Telense* in Africa; *Carthaginense secundum*; *Carthaginense tertium*; *Carthaginense qvartum*, *Taurinense*:

Scriptores Ecclesiastici

Eusebius Pamphili, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus; *Reticius* Episcopus Augustodunensis; *Juvencus* Hispanus Presbyter; *Eustathius Sidites*; *Mar-*

cellus

cellus Ancyranus Episcopus; *Esaias*, eqves Saborii Regis Persarum, qvi literis consignavit martyrium SS. *Jonæ & Barachisii*; *Diodorus* Episcopus Tarsensis; *Athanasius* Episcopus Alexandrinus; *Antonius* monachus; *Pachomius* Abbas; *Oresiesis* monachus Ægyptius; *Dorotheus Tyrius*; *Theodorus* Heracliensis Episcopus; *Eusebius* Episcopus Emesenus; *Jacobus* cognomine *Sapiens*, Episcopus Nisibenus; *Julius Firmicus Maternus*; *Triphyllius* Episcopus Cypri; *Macarius* monachus Ægyptius, discipulus S. Antonii; *Donatus* Hæresiarcha; *Asterius* Arianus; *Osius* Episcopus Cordubensis; *Vitellius Afer* Donatista; *Gregorius Bæticus*; *Eusebius Sardus*, Episcopus Vercellensis; *Lucifer* Episcopus Caralitanus; *Fortunatianus Afer*, Episcopus Aqvilejensis; *Fabius Marius Victorinus Afer*; *Serapion* Episcopus Ægyptius; *Hilarius* Episcopus Pictaviensis; *Acacius* Episcopus Cæsareæ Palæstinæ, Eusebii Pamphili successor; *Titus* Episcopus Bostrensis; *Optatus Afer*, Episcopus Milevitanus in Africa; *Pacianus* Episcopus Barcinonensis; *Photinus* hæresiarcha, Episcopus Sirmii; *Phæbadius* Episcopus Agennensis; *Evagrius* monachus, S. Macarii discipulus; *Heliodorus* Presbyter; *Didymus Alexandrinus*; *Ephrem* Syrus; *Macrobius* Presbyter Donatista; *Aqvilius Severus*; *Basilius* Episcopus Cæsareæ Cappadociæ; *Cyrillus* Archiepiscopus Hierosolymitanus; *Gregorius* Nazianzenus; *Euzoius* Episcopus Cæsariensis; *Helvidius*; *Joannes Chrysostomus*, Patriarcha Constantinopolitanus; *Ambrosius* Episcopus Mediolanensis; *Apollinaris* Episcopus Laodiceæ Syriæ; *Prudentius*; *Epiphanius* Salaminæ Cypri Episcopus; *Euagrius* Episcopus Antiochenus; *Gregorius Nyssenus*, Frater S. Basilii Magni; *Maximus*; *Philastrius* Episcopus Brixiensis; *Palladius* monachus; *Amphilochius* Episcopus Iconii; *Cæsarius* Gregorii Nazianzeni frater; *Dexter Paciani filius*; *Diodorus* Episcopus Tarsensis; *Eunomius* Arianæ factionis Episcopus Cyzicenus; *Faustinus Diaconus*; *Gelasius* Episcopus Cæsareæ Palæstinæ; *Lucius* Arianus; *Sophronius*; *Theophilus* Episcopus Alexandrinus; *Theotimus*; *Ticonius Afer*; *Priscillianus*; *Tiberianus*; *Matronianus*; *Paulinus*, discipulus S. Ephremi; *Ambrosius* Presbyter, Didymi discipulus; *Commodianus*; *Idacius Clarus* Episcopus Hispanus; *Joannes* Episcopus Hierosolymitanus; *Ruffinus* Presbyter Aqvilejensis; *Severianus* Episcopus Gabalensis; *Vigilantius*; *Chromatius* Episcopus Aqvilejensis; *S. Hieronymus Stridonensis*; *Palladius Galata*, autor Historiæ Lausiacæ; *Timotheus* Episcopus Alexandrinus; *Heraclides Origenista*; *Euagrius Ponticus*; *Sophronius*; *Sulpicius Severus*; *Virgilius* Episcopus Tridentinus; *Paulinus* Episcopus Nolanus;

Sec. post Æ. C. IV.

Judæi Kabbalistæ

רבא בר נחמוני, *Rabba Bar Nachmoni*, autor Commentariorum in Sacram Scripturam Veteris Testamenti, qvi uno communi nomine appellantur רבות sive *Rabboth*; *R. Ammaj*; *R. Asse*; *Hillel Hanasi*, autor *Æræ Judaicæ*, qva etiamnunc Judæi utuntur pro Epocha creationis Mundi; *Raf Asse*:

Hæretici Christiani

Ariani, qvorum princeps Ἄρειος sive *Arius*, Presbyter Alexandrinus, qvi vulgo perperam correpta penultima syllaba & geminata litera R. *Arrius* vocatur; *Donatiani* sive *Donatistæ*, qvorum princeps *Donatus*, Episcopus Numidiæ in Africa; *Macedoniani*, qvorum princeps *Macedonius* Patriarcha Constantinopolitanus; *Photiniani*, qvorum princeps *Photinus*, Episcopus Sirmiensis in Pannonia; *Eusebiani* sive *Semi-Ariani*, qvorum princeps *Eusebius* Episcopus Nicomediensis; *Aetiani & Eunomiani*, qvorum princeps *Aetius & Eunomius*; *Acaciani*, qvorum princeps *Acacius* Episcopus Cæsariensis; *Duliani*; *Audæani*

Sec. post Æ. C. IV.

five *Anthropomorphitæ*, qvorum princeps *Audæus* Syrus: *Luciferiani*, qvorum princeps *Lucifer* Episcopus Caralitanus in Sardinia: *Enthusiastæ*, qvi etiam *Euchitæ & Massaliani* five *Messaliani* appellati fuerunt: *Apollinaristæ* five *Dimœritæ*, qvorum princeps *Apollinaris* Laodicenus: *Helvidiani* five *Antidicomarianitæ & Antimariani*, qvorum princeps *Helvidius*: *Jovinianistæ*, qvorum princeps *Jovinianus* monachus, contra qvem scripsit S. Hieronymus: *Priscillianistæ*, qvorum princeps *Priscillianus*, Abulæ civitatis Hispaniæ Episcopus: *Collyridiani*:

Dissertatio generalis de *Jurisprudentia*, *Jurisconsultis & scriptis juridicis* hujus seculi

Dissertatio specialis de *Academia Berytiensi* in Phœnicia, qvæ ab Eunapio in vita Proœresi μήτηρ τῆς νομικῆς παιδείας, h. e. *mater legitimæ scientiæ*, five studii juris appellatur:

Medici celebres

Zeno Cyprius, cujus vita extat apud Eunapium: *Philostrogius*, qvi ἄριστος ἰατρῶν five *princeps medicorum* vocatur in Excerptis ex cognominis *Philostorgii* Historia Ecclesiastica: *Philagrius & Posidonius*, Philostorgii filii: *Oribasius Pergamensis*, qvi & *Sardianus* vulgo à præcipuo commorationis ac domicilii loco solet cognominari: *Magnus Antiochenus*: *Jonicus Sardianus*: *Aetius Amidenus*: *Julius Ausonius Vasatensis*, pater Ausonii poetæ: *Vindicianus*, Comes Archiatrorum, cujus extat epistola ad Imp. Valentinianum seniorem, *Octavius Horatianus*: *Marcellus Burdigalensis*:

Historici Græci

Sopater Apamiensis: *Praxagoras Athenienfis*: *Onasimus Cyprius* aut *Spartianus*: *Palladius Methonæus*: *Bemarchius Cæsariensis*: *Eutychianus* Imperatori Constantino M. primus à secretis: *Constantinus* Imperatori Constantino M. ab epistolis: *Eleusius diaconus*: *Troilus*: *Hesychius* ὁ ταχυγράφος five *Notarius*: *Eustochius Cappadox*: *Imp. Julianus Apostata*: *Jamblichus*: *Eunapius*: *Heliconius*: *Heliodorus* Episcopus Tricensis in Thessalia autor, librorum decem de amoribus Theagenis & Charicleæ, qvi *Æthiopica* inscribuntur:

Historici Latini

Ælius Lampridius: *Tatius*, five potius *Statius Cyrillus*; *Flavius Vopiscus*; *Fabius Sosianus*: *Cejonius Julianus*: *Rufus Celsus*: *Sextus Aurelius Victor*: *Eutropius*, qvem græce vertit *Capito Lycius*: *Sextus Rufus*: *Ammianus Marcellinus*:

Philosophi, Sophistæ & Oratores

Julius Firmicus Maternus: *Themistius*: *Jamblichus*: *Ædesius*: *Maximus Epirota*: *Priscus*: *Julianus Cappadox*: *Proæresius*: *Epiphanius Syrius*: *Diophantus Arabs*; *Sopolis*: *Himerius*: *Parnasius Aristænetus* natione *Bithynus*, patria *Nicænus*, professione Rhetor, cujus extant elegantissimarum *Epistolarum* græcarum libro duo, qvos qvindecim abhinc annis *Commentario* illustravi, qvem cum hactenus varias ob causas edere nondum potuerim, huic cum capiti suo tempore inseram, una cum duodecim ante hac non editis *Libanii* Sophistæ Epistolis, qvarum decem ad ipsum *Aristænetum*, duæ autem de illo ad *Entrechium & Acacium* scriptæ sunt, & multa ad historiam vitæ Aristæneti pertinentia continent; *Libanius Sophista*: *Palladius Methonæus*: *Nazarius*: *Paulus Ægyptius*: *Eumenius*: *Eustochius*: *Mamertinus*: *Acacius*: *Nymphidianus*: *Chrysanthius*: *Epigonus*: *Beronicianus*: *M. Flavius Vegetius*: *Theon Alexandrinus*; *Pappus Alexandrinus*: *Chalcidius*: *Q. Aurelius Symmachus*: *Minervius*:

Poetæ

Poetæ Græci & Latini *Sec. post Æ. C. IV.*

Apollinaris Laodiceæ Episcopus in Syria; *Eudæmon Pelusiota*: *Callistus*: *Milesius* Smyrna Joniæ urbe oriundus: *Gregorius Nazianzenus*: *Amphilochius* Episcopus Iconiensis: *Rhemnius Fannius*; *Tiberianus*: *P. Optatianus Porphyrius*: *Juvencus Presbyter*: *Lactantius Firmianus*: *Hilarius Pictaviensis*: *Marius Victorinus Afer*: *Aqvilius Severus*: *Ausonius Burdegalensis*: *Imp. Gratianus*: *Rufus Festus Avienus*: *Damasus Papa*: *Latronianus Hispanus*: *Titianus*: *Marcellus*: *Ambrosius* Episcopus Mediolanensis: *Aurelius Prudentius Clemens*: *Pontius Paulinus Aqvitanicus*, Episcopus Nolanus: *Flavius*, qvi scripsit carmine hexametro de re medica.

Dissertatio de celebribus *Academiis*, qvæ circa hæc tempora fundatæ, vel instauratæ, vel alias ob causas hic commemorandæ sunt; nempe *Augustodunensi* in Gallia; *Cantabrigiensi & Banchorensi* in Anglia; *Cliviensi*, cui præfuit *Eumenius* Rhetor, cujus extat Oratio pro instaurandis scholis; *Trevirensi*: *Burdigalensi*, de cujus illustribus *Professoribus* peculiare extat *Ausonii* poema, qvod hic inseretur & Commentario à me illustrabitur.

SCIAGRAPHIA CAPITIS XXI.

De seculo post initium vulgaris Æræ Christianæ V. ab A. M. 4350. usqve ad A. M. 4449. sive ab A. Æ. C. 401. usqve ad A. Æ. C. 500.

Huic capiti vigesimo primo, cujus Sciagraphia hic exhibetur respondebit liber vigesimus tertius hujus Prodromi.

AD seculum post Æ. C. V. pertinent

Initium Imperii *Theodosii II.* sive *junioris* post mortem Arcadii A. Æ. C. 409.

Expugnatio urbis *Romæ* per *Alaricum Gothorum Regem* A. Æ. C. 410. qvæ occasionem *S. Augustino* præbuit scribendi libros viginti duos de Civitate Dei:

Dissertatio de *lege Salica* Francorum, ut & de *Wisigothorum*, *Ostrogothorum*, *Burgundionum*, *Anglorum*, *Frisiorum*, aliorumqve ejus generis barbarorum populorum legibus, qvæ Codice legum Antiqvarum Friderici Lindenbrogii continentur:

Initium Imperii *Valentiniani tertii* A. Æ. C. 425.

Lex tertia Tituli Codicis Theodosiani *de studiis liberalibus Urbis Romæ & Constantinopoleos*, promulgata A. Æ. C. 425. Impp. Theodosio & Valentiniano Coss.

Lex unica Tituli Codicis Theodosiani *de Professoribus, qvi in urbe Constantinopolitanâ docentes, ex lege meruerunt comitivam*, promulgata eodem A. Æ. C. 425.

Expugnatio *Hipponis* in Africa per Vandalos A. Æ. C. 430.

Absolutio & publicatio *Codicis Theodosiani* A. Æ. C. 435.

Initium Imperii *Marciani* A. Æ. C. 450.

Origo urbis *Venetæ* A. Æ. C. 452.

Initium Imperiii *Leonis Thracis*, cognomento *Senioris*, *Magni & Macellæ* A. Æ. C. 457.

Initium Imperii *Leonis junioris*, eoqve extincto *Zenonis Isaurici* A. Æ. C. 474.

Finis Imperii Romani in Occidente A. Æ. C. 477. qvo ultimus Imperator Romanus Occidentalis *Momyllus Augustulus* ab *Odoacro* Herulorum Rege victus & imperio exutus est:

Theodoricus Amalus Ostrogothorum Rex:

Initium Imperii *Anastasii Dicori* in Oriente A. Æ. C. 491.

Clodovæi Franco Gallorum Regis ad Christianam religionem conversio A. Æ. C. 500,

Pon-

Sec. post Æ. C. V.

Pontifices Romani secundum Anastasii Bibliothecarii & Onuphrii Panvinii recensionem

S. Innocentius; *S. Zosimus*; *S. Bonifacius*; (*Eulalius Antipapa*) *S. Cælestinus*; *S. Sixtus* sive *Xystus III.* *S. Leo I.* sive *Magnus*; *S. Hilarius*; *S. Simplicius*; *S. Felix II.* *S. Gelasius*; *Anastasius II.* *S. Cælius*; (*Laurentius Antipapa*):

Concilia cum *generalia* tum *provincialia* secundum recensionem *Gabrielis Prateoli*,

Carthaginense qvintum; *Toletanum primum*; *Milevitanum*; *Carthaginense sextum*; *Carthaginense septimum*; *Ephesinum* contra Nestorianam hæresin, qvod fuit Oecumenicum sive Generale tertium *Rhegiense*; *Agathense*; *Aqvilense*; *Arausicanum*; *Vasense*; *Carpentoractense*; *Arelatense tertium*; *Chalcedonense* contra hæresin Eutychianam, qvod fuit Oecumenicum sive Generale qvartum; *Veneticum*; *Turonense*; *Romanum tertium*; *Tarraconense*; *Epauriense*:

Scriptores Ecclesiastici

S. Augustinus Episcopus Hipponensis; *Bonifacius*, cujus extant epistolæ ad S Augustinum; *C. Cælius Sedulius*; *Petronius* Episcopus Bononiensis; *Dioscorus*, cujus extat epistola ad S Augustinum; *Hilarius* & *Longinianus*, qvorum extant epistolæ ad S. Augustinum; *Nestorius* Patriarcha Constantinopolitanus Hæresiarcha; *Pelagius* Hæresiarcha; *Gennadius* Patriarcha Constantinopolitanus; *Proclus* Patriarcha Constantinopolitanus; *Socrates* & *Hermias* Sozomenus Historici Ecclesiastici; *Atticus* Patriarcha CP. *Lucianus* Presbyter; *Eudocia* uxor Imp. Theodosii junioris; *Avitus* Presbyter Hispanus, *Eucherius* Episcopus Lugdunensis; *Eusebius* Episcopus Cremonensis; *Fastidius* Episcopus Britanniæ; *Flavianus* Episcopus Antiochenus; *Joannes Cassianus* Diaconus Constantinopolitanus; *Isidorus* Episcopus Cordubensis; *Julianus* Episcopus Campanus; *Maximus* Episcopus Taurinensis; *Niceas*; *Nonnus Panopolita*; *Olympius* Episcopus Hispanus; *Simplicianus* Episcopus Mediolanensis; *Theodorus* Episcopus Ancyranus; *Theodorus* Presbyter; *Vigilius* Diaconus; *Proba Falconia*; *Cyrillus* Episcopus Alexandrinus; *Leporius* Presbyter; *Palladius* Episcopus Scotiæ & Hiberniæ; *Paulus* Episcopus Emesenus; *Philippus Sidetes*; *Philippus* Presbyter Hierosolymitanus; *Possidius Afer*; *Vicentius Lirinensis*; *Hilarius* Episcopus Arelatensis; *Isaac* Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ; *Isidorus Polusiata*; *Paulus Pannonius*; *Polychronius* Episcopus Apamiensis; *Sabbatius* Episcopus Gallicanus; *Syagrius*; *Timotheus* Episcopus, qvi composuit librum de nativitate Domini; *Ursinus* monachus; *Eusebius* Episcopus Mediolanensis; *Flavianus* Patriarcha Constantinopolitanus; *Hilarius* Episcopus Viennensis; *Marcus Eremita*; *Nilus* monachus Constantinopolitanus; *Paschasius* Episcopus Siciliensis; *Petrus Chrysologus* Archiepiscopus Ravennas; *Bracharius* sive *Bachiarius*, natione Britannus; *Prosper* Aqvitanicus; *Praterius* Episcopus Alexandrinus; *Paulinus* diversus à Paulino Episcopo Nolano; *Musæus* Presbyter Massiliensis; *Theodoretus* Episcopus Cyri; *Eutropius* Presbyter: *Victorianus Voconius* vel *Buconius*: *Victorinus* vel *Victorius Aqvitanicus*: *Timotheus* Episcopus Alexandrinus: *Selvianus Massiliensis*: *Servus-Dei*: Episcopus: *Claudius Marius Victor*, Rhetor Massiliensis: *Victor*, Episcopus Uticensis: *Mochimus*, Antiochenus Presbyter: *Petrus* Presbyter Edessenus: *Vincentius* Presbyter Gallicanus: *Asclepius Afer*: *Cerealis* Episcopus Africanus: *Cyrus* vel *Syrus* monachus Alexandrinus: *Theodulus*: *C. Sollius Apollinaris Sidonius*, Arvernorum Episcopus: *Eugenius* Episcopus Carthaginensis: *Joannes* Presbyter Antiochenus:

Pastor

Pastor Episcopus; *Pomerius Maurus*; *Samuel* Presbyter Edessenus; *Vigilius*, diversus à *S. Vigilio* Episcopo Tridentino & martyre; *Alcimus Avitus*; *Æneas Gazæus*; *Claudianus Mamertus*; *Faustus* Episcopus; *Pascasius* Romanus Diaconus; *Gildas Sapiens*; *Gennadius Massiliensis*:

Sec. post Æ. C. V.

Judæi Kabbalistæ

Maremar; *Mar filius Raf Asse*; *Raf Avina*:

Dissertatio cum generalis, tum specialis *de arte Critica Judæorum*, qvæ מסורה, vel מסורת *Masora*, vel *Masorath*, & *Criticis Tiberiensibus*, qvi בעלי המסורת sive *Masorethæ* appellantur:

Hæretici Christiani

Nestoriani, qvorum princeps *Nestorius*, initio Antiochenus, deinde Constantinopolitanus Patriarcha; *Eutychiani*; qvorum princeps *Eutyches*, Archimandrita sive Abbas Constantinopolitanus, & *Dioscorus* Cyrilli in Episcopali sede Alexandrina successor; *Pelagiani*, qvorum princeps *Pelagius* monachus ex magna Britannia oriundus, adjuvantibus *Cœlestino* & *Juliano*; *Semipelagiani*; *Vigilantiani*; qvorum princeps *Vigilantius*, qvem *Dormitantium* vocat S. Hieronymus; *Nudipedes* sive *Nudipedales*; *Metangismonitæ*; *Prædestinati*; *Abelonii* sive *Abelani* vel *Abelionitæ*; *Paterniani* sive *Venustiani*, qvorum princeps *Paternus*.

Dissertatio generalis de *Jurisprudentia*, *Jurisconsultis* & *scriptis Juridicis* hujus seculi:

Dissertatio specialis de *Codice Theodosiano*, qvi ab *Imp. Theodosio juniore* editus est Constantinopoli A. Æ. C. 435. Imp. Theodosio XV. Valentiniano IV. Coss.

Dissertatio specialis de *libro Novellarum Constitutionum Imp. Theodosii junioris*, qvi confirmatus & editus est Constantinopoli Kal. Octobris A. Æ. C. 447. Ardaburio & Alypio Coss.

Dissertatio specialis de *Novellis Constitutionibus Imp. Valentiniani III. Marciani, Majoriani, Severi & Anthemii*.

Dissertio generalis de *Medicina* & *Medicis* hujus seculi:

Philosophi illustres

Urso, sub cujus nomine extat liber de Somniorum interpretatione; *Hypatia* filia Theonis Alexandrini; *Syrianus* Procli Diadochi Magister; *Æneas Gazæus*; *Proclus Lycius Diadochus*, Platonicus; *Joannes Grammaticus* cognomine *Philoponus*:

Historici Græci, partim profani, partim Christiani, præter eos, qvorum paulo ante inter Scriptores Ecclesiasticos facta est mentio,

Anianus monachus Ægyptius; *Joannes*, discipulus Epiphanii; *Marcus*, Diaconus Gazensis; *Panodorus* monachus Ægyptius; *Anonymus* autor vitæ S. Pachomii; *Theodoretus* Episcopus Cyrensis; *Zosimus Comes*; *Olympiodorus*; *Philostorgius Cappadox*; *Sabinus*, Episcopus Heracleæ Thraciæ; *Jacobus* Heliopolitanus in Phœnicia diaconus; *Pamprepius* Thebis Ægyptiis, vel secundum alios, Panopoli oriundus, Procli discipulus; *Joannes* Presbyter, Ægeates; *Gelasius Cyzicenus*, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus; *Cyrillus* monachus, discipulus S. Euthymii Archimandritæ in Palæstina; *Candidus Isaurus*; *Eustathius Epiphaniensis*; *Malchus* Sophista; *Timotheus Gazæus* Grammaticus; *Basilius Cilix*:

Historici Latini præter eos, qvorum supra inter Scriptores Ecclesiasticos facta fuit mentio

Paulinus Presbyter Mediolanensis, diversus à *Paulino* Episcopo Nolano; *Paulus Orosius* Hispanus; *Euodius* Episcopus Uzalensis; *Severus* Minoris insulæ Balearis Episcopus; *Avitus* Presbyter, natione Hispanus, diversus ab *Alcimo Avito*; *Sextus Aurelius Victor*, cujus extat liber de vitis

Sec. post Æ. C. V.

Imperatorum Romanorum usqve ad obitum Imp. Theodosii junioris: *Claudius Rutilius Numatianus Gallus*: *Patricius* Hibernorum Apostolus; *Constantinus* Episcopus, qvi vitam *S. Germani* scripsit: *Uranius* sive *Uraninus*: *Antonius*, qvi vitam scripsit *Simeonis Stylitæ*: *Honoratus* Episcopus Massiliensis: *Dinamius* patricius, qvi *S. Maximi* Episcopi Rhegiensis vitam scripsit:

Oratores, Poetæ & Grammatici præter eos, qvi supra inter Scriptores Ecclesiasticos enumerati sunt,

Claudianus: *Licentius Hipponensis*: *Cyrus Panopolita*: *Synesius* Episcopus Ptolemaidos: *Nonnus Panopolita*: *Isaac* Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ: *Petrus* Edessenæ Ecclesiæ Presbyter: *Pelagius* Patricius: *Qvintus*, qvi vulgo Calaber cognominatur: *Coluthus* Lycopolita: *Tryphiodorus*: *Musæus*, autor poematis de amoribus Herus & Leandri: *Marianus Marsi filius*: *Decius* Satyricus: Autor Comœdiæ, qvæ *Plauti Qverolus* inscribitur: *Turcius Rufus Asterius*; *Helladius* Alexandrinus Grammaticus: *Orion* Thebanus: *Plutarchus junior* sive *Nicolaus Rhetor*: *Pancratius* Sophista: *Severianus* Epistolographus: *Eugenius* Grammaticus: *Zosimus Gazæus*: *Timotheus Gazæus*:

Dissertatio de *Academiis*, qvæ hoc seculo fundatæ creduntur, qvarum præcipua *Bononiensis*, cujus fundatio *Imp. Theodosio II. attribuitur.*

SCIAGRAPHIA CAPITIS XXII.

De Seculo post initium vulgaris Æræ Christianæ VI. ab A. M. 4450. usqve ad A. M. 4549. sive ab A. Æ. C. 501. usqve ad A. Æ. C. 600.

Huic capiti vigesimo secundo, cujus Sciagraphia hic exhibetur respondebit liber vigesimus qvartus hujus Prodromi.

AD seculum post Æ. C. VI. pertinent

Initium imperii *Justini Thracis* in Oriente A. Æ. C. 518.

Interitus *Boetii & Symmachi*; ut & obitus *Theodorici* Ostrogothorum Regis, cujus præcipiti sententia interempti illi fuerunt A. Æ. C. 526.

Initium Imperii *Justiniani I*, sive *Magni* A. Æ. C. 527.

Historia vitæ Imp. *Justiniani*, qva præter alia complura, ad Historiam Literariam pertinentia, continentur

Constitutio *de novo Codice faciendo*, promulgata Constantinopoli Idib. Febr. A. Æ C. 528. Imp Justiniano II. Coss.

Absolutio *Codicis Justinianei primæ prælectionis*, & Constitutio *de Justinianeo Codice confirmando*, Constantinopoli VII. Idib. Apr. Decio V. CL. Cos.

Constitutio *de Conceptione Digestorum*, qvæ est *lex I. C. de Vet. Jur. enucl.* & promulgata fuit XVIII. Kal. Jan. A. Æ. C. 530. Lampadio & Oreste Coss.

Prooemium *Institutionum Justinianeorum*, qvo illæ, post Digesta qvidem compositæ, ante Digesta tamen confirmatæ sunt Constantinopoli Imp. Justiniano III Coss.

Constitutio *de Confirmatione Digestorum ad Senatum & omnes populos* promulgata Constantinopoli XVII Kal. Jan. A. Æ. C. 533. Imp. Justiniano III. Coss.

Constitutio *de Confirmatione Digestorum ad Magnum Senatum & Populum & omnes orbis Romani civitates*, promulgata eodem loco, eodem die, eodemqve Consule:

Con-

Constitutio *de studio Juris ad Antecessores* Theophilum, Dorotheum, Theodorum, Isidorum, Anatolium, Thallileum, Cratinum & Salaminium, promulgata eodem loco, eodem die, eodemqve Consule: *Sec. post Æ. C. VI.*

Constitutio *de emendatione Codicis Justinianei & confirmatione Codicis repetitæ prælectionis*. promulgata Constantinopoli, XVI. Kal. Decemb. A. Æ. C. 534. Imp. Justiniano IV. & Theodoro Paulino V. CL. Coss.

Novellæ Constitutiones CLXVIII. qvas Imp. Justinianus post promulgationem Codicis repetitæ prælectionis ab A. Æ. C. 535. usqve ad. A. 565. edidit, & incertus autor post ejus mortem in singulare aliqvod redegit Syntagma, qvod *Authenticum* appellatur:

Edicta Imp. Justiniani, qvæ Codici repetitæ prælectionis subjuncta sunt:

Dissertatio cum generalis, tum specialis de *Jurisconsultis*, qvorum opera Imp. Justinianus in reformando Jure Civili Romano usus est:

Dissertatio specialis de *Triboniano*:

Dissertatio de *Pandectis Florentinis*:

Judicium de reformatione Juris Civilis Romani per Imp. Justinianum:

Judicium de *Historia arcana* Procopii Cæsariensis:

, S. *Cyrillus*, Archiepifc. Hierofolym. S. *Gregorius Nazianzenus*, S. *Joannes Chryfoftomus*, S. *Ambrofius*, Ep. *ronius, Sulpicius Severus, Paulinus* Ep. Nolanus, &c. Scriptores Ecclefiaftici. *Rabba Bar-Nachmoni, R. Hil-* *s*, &c. Medici. *Jamblichus, Eunapius, Heliodorus*, &c. Hiftorici Græci. *Ælius Lampridius, Flavius Vopifcus,* *etus, Libanius, Nazarius, Eumenius, Vegetius, Theon Alexandrinus, Pappus Alexandrinus, Chalcidius, Sym-* *onius Burdegalenfis, Avienus, Damafus Papa*, &c. Poetæ. Reliqvos hujus feculi illuftres Scriptores videfis	4250 4299	
	4300 4349	44
Sozomenus, Eudocia, Avitus, Eucherius, Eufebius, Ep. Cremonenfis, *Joannes Caffianus, Ifidorus* Ep. Corduben- *inenfis, Hilarius*, Ep. Arelatenfis, *Ifidorus Pelufiota, Polychronius, Petrus Chryfologus, Profper Aqvitanicus, Vi-* *udianus Mamertus, Gennadius Maffilienfis*, &c. Scriptores Ecclefiaftici. *Hypatia, Syrianus, Proclus, Diado-* *us Aurelius Victor*, &c. Hiftorici. *Claudianus, Rutilius Numatianus, Licentius Hipponenfis, Cyrus Panopolita,* ores videfis Lib. 2. Prodrom. Hift. Lit. Sciagr. c. 21. p. 252. 253. 254.	4350 4399	
	4400 4449	45

Sec.	Anni	Scriptores
6	501 550 551 600	*Cæsarius*, Ep. Arelatensis, *S. Fulgentius*, Ep. Ruspensis, *Godelbertus*, *Petrus* Tripolit. Abbas, *Procopius Gazæu* *dorus*, *Petrus* Ep. Cæsar. Cappadociæ, Imp. *Justinianus I. Junilius*, *Primasius*, *Victor* Ep. Cartennensis, *Aprigiu* *Joannes Basilianus*, *Justinianus* Ep. Valentinus, *Justus* Ep. Urgelitanus, *Mutianus Victor* Ep. Tununensis, *J* Malacitanus, *Joannes* Patriarcha CP, *Joannes* Ep. Gerundensis, *Eutropius* Ep. Valentiæ, *Evagrius Scholast* *Marcus monachus*, *Anastasius Sinaita*, *Columbanus* Abbas, Scriptores Ecclesiastici. *Alexander Trallianus*, *M* *chius illustris Milesius*, *Procopius*, *Agathias*, *Joannes Lydus*, *Plutarchus*, *Hermolaus*. *Theophanes Byzantius*, *M* tini, *Paulus Silentiarius*, *Tribonianus Sidetes*, *Eunomianus*, *Priscianus*, *Corippus*, *Martianus Capella*, &c. Or c. 22. p. 256. 257.
7	601 650 651 700	*Leontius* Ep. Cypri, *Hesychius* & *Sophronius* Ep. Hierosolymitani, *Antiochus* monachus, *Isidorus*, *Hispalensis*, *Fe* Ecclesiastici. *Theophylactus Simocatta*, *Anonymus Autor Chronici Alexandrini*, *Georgius Pisides*, *Eleusius* sive Historici Græci & Latini. Reliqvos hujus seculi Scriptores illustres videsis Lib. 2. Prodrom. Hist. Lit. Sciagr.
8	701 750 751 800	*Marcellinus* Presbyter, *Germanus*, Patriarcha CP. *Beda* cognomine *Venerabilis*, *S. Joannes Damascenus*, *S. Will* *cuinus Albinus*, *Paulinus*, Ep. Aqvilejensis, &c. Scriptores Ecclesiastici. *Theodorus Studites*, *Georgius Syncel* Latini. Reliqvos hujus Seculi illustres Scriptores, videsis Lib. 2. Prodrom. Hist. Lit. Sciagr. c. 24. p. 259. 260.
9	801 850 851 900	Imp. *Carolus Magnus*, Imp. *Ludovicus Pius*, *S. Ansgarius*, *Walafridus Strabo*, *Claudius Clemens Scotus*, *Joannes* *culphus*, *Theodulphus*, *Theganus*, *Photius* Patriarcha CP., *Lupus Servatus*, *Anastasius* Bibliothecarius, *Hincma* *phorus* Patriarcha CP., *Nicephorus C. Prus junior*, *Hippolytus Thebanus*, *Petrus Siculus*, *Usuardus*, *Nithardus*, *chus S. Germani Pratensis*, &c. Historici Græci & Latini. Reliqvos hujus Seculi Scriptores illustres videsi
10	901 950 951 1000	*Rathodus* Ep. Trajectensis, *Marcus Eremita*, *Radulphus Flaviacensis*, *Hilduinus* Abbas Lobiensis. *Odo* Abba Scriptores Ecclesiastici. Imp. *Constantinus Porphyrogennetus*, *Nicephorus Autor Vitæ Antonii Patriarchæ* CP., *Presbyter Remensis*, *Witichindus monachus Corbejensis*, *Rosvitha* sive *Rosuida*, *Lamfridus Angelus*, *Herigeru* illustres videsis Lib. 2. Prodrom. Hist. Lit. Sciagr. cap. 26. p. 263. 264.
11	1001 1050 1051 1100	*Fulpertus* Ep. Carnutensis, *Berno*, *Haymo monachus Floriacensis*, *Guido Aretinus*, *Anshelmus monachus Remensis*, burgensis, *S. Bruno fundator Ordinis Carthusiani*, *Ivo Carnutensis*, Scriptores Ecclesiastici. *Georgius Cedrenus*, *Berta*, *Glaber Radulphus*, *Lambertus Schafnaburgensis*, *Marianus Scotus*, *Adamus Bremensis*, *Guido Ambienen* desis Lib. 2. Prodrom. Hist. Lit. Sciagr. cap. 27. p. 264. 265. 266.

inus Ep. Conſtantinienſis, *Ennodius*, *S. Brigida* Scota, *Joannes Maxentius*, *Epiphanius Scholaſticus*, *Caſſio-* *edictus* Abbas Caſinenſis, *Facundus*, *Martinus* Abbas Dumienſis, *Arator*, *Dracontius*, *Dionyſius Exiguus*, *Climacus*, *Aretas*, Imp. *Juſtinus II Venantius Fortunatus*, *Leander* Ep. Hiſpalenſis, *Licinianus*, *Severus* Ep. *ſychius* Ep. Hieroſolymit. *Claudius* Abbas Claſſitanus, *Paterius*, *Gregorius Turonenſis*, *Fauſtus Monachus*, *Boetius*, *Martinus Neapolitanus*, *Damaſcius*, *Simplicius*, Philoſophi celebres. *Theodorus Anagnoſtes*, *Heſy-* *r Protector*, &c. Hiſtorici Græci. *Marcellinus Comes*, *Paulus Florus*, *Jornandes* ſive *Jordanus*. Hiſtorici La- Poetæ & Grammatici. Reliqvos hujus Seculi Scriptores illuſtres, videſis Lib. 2. Prodrom. Hiſt. Lit. Sciagr.	4450 4499	45
	4500 4549	46
rgundio, *Audoenus*, *Hildefonſus* Ep. Toletanus, *Smaragdus* Abbas, *Julianus* Ep. Toletanus, &c. Scriptores *ius presbyter*, *Trajanus Patricius*, *Elbodus Britannus*, *Anonymus autor vitæ S. Arnulphi* Ep. Metenſis, &c. p. 258.	4550 4599	
	4600 4649	47
Ep Trajectenſis, *S. Bonifacius Winfriedus* Archiep. Moguntinus, *Coſmas Hieroſolymitanus*, *Flaccus Al-* *orgius Theophanes*, *Paulus Diaconus*, *Turpinus* ſive *Tulpinus*, Archiep. Rhemenſis, &c. Hiſtorici Græci &	4650 4699	
	4700 4749	48
oſius, *Amalarius Metenſis*, *Amalarius Fortunatus*, *Luitpertus*, *Rabanus Maurus*, *Hilduinus*, *Anſegiſus*, *Fre-* *tfridus*, *Paſchaſius Rathbertus*, *Guido Ravennas*, *Simeon Metaphraſtes*, &c. Scriptores Eccleſiaſtici. *Nice-* *nius*, *Landulphus Sagax*, *Wandelbertus*, *Rembertus Archiep. Hamburgenſis*, *Ado Viennenſis*, *Abbo*, *mona-* Prodrom. Hiſt. Lit. Sciagr. c. 25. p. 261. 262.	4750 4799	
	4800 4849	49
iacenſis, *Ratherius* Ep. Veronenſis, *Hildebertus* Archiep. Moguntinus, *Odo Severus*, *Abbo Floriacenſis*, &c. *lphus* monachus Benedictinus, *Joannes* Abbas Caſinenſis, *Rhegino*, *Luitprandus Ticinenſis*, *Frodoardus* s Lobienſis, *Notgerus* Ep. Leodienſis, &c. Hiſtorici Græci & Latini. Reliqvos hujus Seculi Scriptores	4850 4899	
	4900 4949	50
cridanus, *Petrus Damiani*, *Anshelmus* Archiep. Cantuarienſis, *Benno Cardinalis*, *Willeramus* Abbas Merſ- *ael Pſellus*, *Ioannes Curopalates*, *Jo .nnes Xiphilinus*, *Suidas Lexitographus*, *Arnoldus Saxo*, *Bertrada* ſive *ualdo monachus Corbejenſis*, &c. Hiſtorici Græci & Latini. Reliqvos hujus Seculi Scriptores illuſtres vi-	4950 4999	
	5000 5049	51

Hhhhh

Sec.	Anni	Scriptores
12	1101 – 1150 / 1151 – 1200	*Marbodæus, Ep, Redonensis, Leo Marsicanus, Euthymius Zigabenus, Rupertus Abbas Tuitieosis, S. Bernardus Ab*… clesiastici. *R. Isaac Bar-Nathan, R Aben-Ezra, R. Abraham Ben Dior, R Benjamin Bar-Iona, R. Mosche B*… *rottus, Azo, Rofredus, Joannes Basianus,* JCti. *Joannes de Mediolano, autor Scholæ Salernitanæ, Joannes* … *annes Zonaras, Anna Comnena, Michael Glycas, Constantinus Manasses, Joannes Tzetzes, Isaacius Tze*… *Guntherus, Autor Ligurini, Guilielmus Archiep. Tyrius, Gotfridus Viterbiensis, Saxo Grammaticus, Dodichi*… videsis Lib. 2. Prodrom. Hist. Lit. Sciagr. cap. 28. p. 266, 267. 268. 269.
13	1201 – 1250 / 1251 – 1300	*S. Antonius de Padua, Guilielmus* Ep. *Antisiodorens. Guilielmus* Ep. *Paris. Alexander Halensis, Robertus Sorbona*… *Florentinus, Jacobus Balduini, Joannes de Blanasco, Gregorius IX. PP, Innocentius IV, PP. Odofredus Beneve*… *xiensis, Albertus Galeotti, Joannes de Deo, Jacobus de Bellovisu, S. Ivo, Bonifacius VIII. PP. Dinus Magellan*… *Florentinus, Alphonsus Rex Castellæ, Rogerus Baconus, Alexander de Villa Dei, Joannes de Sacrobosco,* &c. … *nuator Helmoldi, Ludolphus* sive *Lupuldus de Babenberg, Conradus Abbas Uspergensis, Matthaus Paris, Gu*… *Polonus, Haitonus Armenius,* &c. Historici Græci & Latini. Reliqvos hujus seculi illustres Scriptores vide…
14	1301 – 1350 / 1351 – 1400	*Joannes Duns Scotus, Augustinus Anconitanus, Guilielmus Ockam, Nicolaus Liranus, Guido Carmelita, La*… Ecclesiastici. *Guido de Baypho Archidiaconus Bononiensis, Ganfredus de Trano, Jacobus de Ravani, Petru*… *tolomaus de Saliceto,* &c. JCti. *Arnoldus de Villanova, Dinus de Garbo, Mundinus, Petrus Aponensis, Ma*… losophi. *Nicephorus Callisti Xanthopulus, Theodorus Metochita, Nicephorus Gregoras, Joannes Cantacuze*… *Albertus Argentinensis,* &c. Historici Græci & Latini. Reliqvos hujus seculi illustres Scriptores videsis Li…
15	1401 – 1450 / 1451 – 1500	*Franciscus Zarabella, Petrus ab Alliaco, Joannes Gerson, S. Bernardinus Senensis Æneas Sylvius,* sive *Pontifex* … *Savanarola,* &c. Scriptores Ecclesiastici. *Petrus de Ancherano, Franciscus Ramponius, Raphael Comensis* … *Panormitanus, Guido Papa, Alexander Tartagnus, Bartolomæus Cæpolla, Marianus Socinus, Nicolaus Boe*… *ranta, Bartolomæus Montagna, Hugo Senensis, Reymundus Sebundus, Joannes Sermoneta, Georgius Valla,*… *giomontanus, Georgius Trapezuntius,* &c. Medici & Philosophi. *Georgius Gemistus Pletho, Georgius Phra*… *Argyropolus, Joannes Frossardus, Hermannus de Leerbeke, Theodoricus à Niem, Ericus X. Rex Daniæ, Ba*… *Palmerius, Blondus Flavius, Platina, Joannes Jovianus Pontanus, Joannes Annius Viterbiensis, Joannes N*… *Sabellicus, Americus Vespucius,* &c. Historici Græci & Latini. Reliqvos hujus Seculi illustres Scriptores …
16	1501 – 1550 / 1551 – 1600	
17	1601 – 1650 / 1651 – 1700	De duabus hisce Chronographiæ Universalis Tabulis, Qvisqvis es, qvi fortè in eas incidis, noli temerè judica…

allensis, *Gratianus*, *Petrus Lombardus*, *Theodorus Balsamon*, *Bernardus Morlanensis*, &c. Scriptores Ec- *ni*, *R. David Kimchi*, *R. Mosche Kimchi*, Rabbini Judæorum. *Irnerius* sive *Wernerus*, *Placentinus*, *Bago-* *mascenus*, *Averroes Cordubensis*, *Albertus Magnus*, *Rodulphus Brugensis*, &c. Medici & Philosophi. *Jo-* *tus Gemblacensis*, *Sigfridus*, *Joannes Sarisberiensis*, *Otto*, *Ep. Frisingensis*, *Radevicus Canonicus Frisingensis*, *us Archiep. Thessalonicensis*, &c. Historici Græci & Latini. Reliqvos hujus Seculi illustres Scriptores	5050 5099	51
	5100 5149	52
s Aqvinas, *S. Bonaventura*, *Raymundus Lullus*, *Henricus Gandavensis* &c. Scriptores Ecclesiastici. *Accursius* *Henricus de Segusia*, *Cardinalis*, *Hostiensis*, *Guilielmus Duranti*, cognomine *Speculator*, *Bartolomæus Bri-* *scus Accursius junior*, *Richardus Senensis*, JCti. *Demetrius Pegagomenus*, *Guilielmus Placentinus*, *Thaddæus* & Philosophi. *Nicetas*, *Acominatus Choniates*, *Georgius Logotheta*, *Georgius Pachymerius*, *Arnoldus Conti-* *hilippus Castellionius*, *Conradus*, *autor Chronici Rerum Moguntinarum*, *Albertus Abbas Stadensis*, *Martinus* , Prodr. Hist. Lit. Sciagr. c. 29. p. 270. 271. 272.	5150 5199	
	5200 5249	53
arthusianus, *Nicolaus Cabasilas*, *Alphonsus Vargas*, *Joannes Taulerus*, *Henricus de Hassia*, &c. Scriptores *ertica*, *Joannes Andreæ Cynus*, *Olradus de Ponte*, *Barolus de Saxoferrato*, *Baldus de Ubaldis Perusinus*, *Bar-* *vaticus*, *Jacobus de Dundis*, cognomine *Aggregator*, *Petrus de Dacia*, *Barlaam*, *monachus*, &c. Medici & Phi- *icus de Erfordia*, *Joannes Boccacius*, *Facius de Ubertis*, *Joannes de Buka*, *Albertus Comes ab Hohenberg*, *M.* rom. Hist. Lit. Sciagr. cap. 30. p. 273. 274. 275.	5250 5299	
	5300 5349	54
ssarion, *Nicolaus Cusanus*, *Dionysius Carthusianus*, *Thomas de Kempis*, *Ambrosius Camaldulensis*, *Hieronymus* *Fulgosius*, *Joannes de Imola*, *Paulus de Castro*, *Dominicus de Sancto Geminiano*, *Nicolaus Siculus Archiepisc.* *eas Barbatia Siculus*, *Claudius Seisellius*, *Joannes Sadoletus*, *Bartolomæus Socinus*, &c. JCti. *Valescus de Ta-* *Vicinus*, *Joannes Picus Comes Mirandulæ*, *Franciscus Barbarus*, *Georgius Purbachius*, *Joannes Mulserus Re-* *icus Chalcocondylas*, *Manuel Chrysoloras*, *Georgius Codinus*, *Theodorus Gaza*, *Leonardus Chiensis*, *Joannes* *Facius Anonymus autor Magni Chronici Bellici*, *Bernardus Breitenbach*, *Hartmannus Sceder*, *Matthæus* *Albertus Krantzius*, *Jacobus Philippus Bergomas*, *Joannes Stella*, *Robertus Gaguinus*, *Marcus Antonius Coccius* ib. 2. Prodrom. Hist. Lit. Sciagr. cap. 31. p. 276. 277. 278. 279. 280.	5350 5399	
	5400 5449	55
	5450 5499	
	5500 5549	56
	5550 5599	
	5600	
usqvam ipsum Historiæ Literariæ Prodromum diligenter pervolveris.	5649	57

PETRUS LAMBECIUS
BENIGNO LECTORI S.

PRæter *ſecundum Prodromi Hiſtoriæ Literariæ Tomum*, qvo *triginta duorum* poſteriorum Capitum Libri ſecundi plenior elaboratio continebitur, brevi à me expecta hæc, partim jamdudum integre abſoluta, partim ad umbilicum ferè perducta & exiguo temporis ſpacio abſolvenda Opera:

Ariſtæneti, (1) antiqvi Græci Rhetoris *Nicæni* Epiſtolas, Commentario illuſtratas, unâ cum diſſertatione de *vita* ipſius, aliiſqve veteribus *Epiſtolographis*, cui *Libanii Sophiſtæ* duodecim Epiſtolæ elegantisſimæ, hactenus ineditæ, qvarum decem ad ipſum *Ariſtænetum*, duæ autem de illo ad *Entrechium* & *Acacium* ſcriptæ ſunt, inſerentur:

(1) *Vid. ſupra pag.* 250.

Rerum Hamburgenſium Librum ſecundum ab A. Æ. C. 1225. uſqve ad annum 1292. cui inſertæ ſunt *qvadraginta novem* hactenus, qvod ſciam, nondum editæ *Tabulæ antiqvæ*, qvibus tam Eccleſiaſtica, qvam Civilis illorum temporum Hiſtoria plurimum, poteſt illuſtrari:

Anonymi cujusdam *Presbyteri Bremenſis Continuationem Chronici Slavorum Helmoldi*, ab A. Æ. C. 1164. uſqve ad annum 1448. nunc primum è tenebris erutam & *Notis* illuſtratam.

Antiqvitatum Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Librum ſingularem, qvo continentur pluſqvam *centum* antehac non edita variorum privilegiorum, fundationum, donationum, aliarumqve ejus generis materiarum Eccleſiaſticarum *diplomata*, ex pervetuſto Codice membranaceo MSto, qvem in Bibliotheca mea aſſervo, deſumpta, & *Notis* illuſtrata.

Prodromi Lucubrationum in A. Gellii Noctes Atticas editionem ſecundam, primâ illâ, qvæ Lutetiæ Pariſiorum typis Cramoiſianis A. Æ. C. 1647. in 8vo prodiit, qvadruplo auctiorem:

Spicilegium Notarum & Indicem accuatisſimum in Georgii Codini Exſerpta de Originibus Conſtantinopolitanis, qvæ cum latina verſione & Animadverſionibus meis Lutetiæ typis Regiis A. 1655. in folio excuſa ſunt.

Hiſtoriæ Auguſtæ Imperatorum ex Serenisſima Familia Auſtriaca oriundorum *Librum primum*, ſive Annales vitæ & rerum geſtarum *Imp. Rudolphi I.*

Vitam fortisſimi Herois *Chriſtiani IV.* Regis Daniæ & Norwegiæ:

Qvinqve Centurias Epiſtolarum ineditarum, qvas qvidem hujus ſeculi ſolide docti Viri de variis lectu dignisſimis argumentis, & præcipuè qvidem de re literariâ, elegantisſimo ſtylo ad ſe invicem ſcripſerunt:

Philippi Cluveri introductionem in univerſam Geographiam, tam veterem, qvam novam, utilisſima methodo in *Synopticas* redactam *Tabulas*.

Orationes tres publicè in Gymnaſio Hamburgenſi ex ſuperiori cathedra habitas: nempe *primam* de inſigni Hiſtoriarum cum reliqvis Facultatibus, Scientiis & Artibus commercio A. Æ. C. 1652. d. 13. Januarii, cum publicam Hiſtoriarum Profesſionem ſolenniter ſuſciperem; *ſecundam* vero & *tertiam* A. Æ. C. 1653. d. 10 Junii & 7. Octobr. cum librum primum & ſecundum Hiſtoriæ Romanæ *T. Livii* publice explicare aggrederet:

Bibliothecæ Chronologicæ Clasſicorum Autorum Joannis Jacobi Friſii Tigurini novam editionem cum accurata emendatione ſupputationis temporum, aliiſqve neceſſariis *Animadverſionibus* & locupletisſimo *Indice*:

Analyſin & Selecta publicarum & privatarum Prælectionum in *Joannis Sleidani libros tres de qvatuor Summis Imperiis*, unà cum emendatione ingentium errorum, qvi in iis latitant:

Analyſin & Selecta publicarum & privatarum Prælectionum *in Ubbonis Emmii deſcriptionem Rerumpublicarum Athenienſis & Laconicæ*, cum non contemnendo ejuſdem argumenti *Spicilegio*.

Analyſin & Selecta privatarum Prælectionum in *Polydori Vergilii libros octo de rerum inventoribus*, cum uberrimo ejusdem argumenti *Spicilegio*:

Analyſin & Selecta publicarum Prælectionum in *Diogenis Laertii libros decem de illuſtribus veteris Græciæ Philoſophis*, cum accuratisſimo *Indice* omnium Scriptorum, qvi in eo opere citantur, ſecundum Alphabeti ſeriem.

Analyſin & Selecta privatarum Prælectionum in *Caroli Sigonii libros ſeptem de Republica Hebræorum*, cum non mediocri ejusdem materiæ *Spicilegio*:

Analyſin & Selecta publicarum Prælectionum in *primam Decadem Hiſtoriæ Romanæ T. Livii*, cum *Gnomologia Ethico-Politicâ* & accuratis ſingulorum librorum *tabulis Chronologicis*.

Analyſin & Selecta publicarum Prælectionum in *C. Cornelii Taciti Annalium libros duos priores*, cum *Gnomologia* & *Monitorum Politicorum* Sylloge:

Analyſin & Selecta Prælectionum privatarum in *Valentini Forſteri Hiſtoriam Juris Civilis Romani*, cum diligenti emendatione *Chronologiæ*, aliiſqve neceſſariis *Notis & Animadverſionibus*.

Theophili Golii Ethica & Politica, facilioris cognitionis & repetitionis gratia in *Synopticas* redacta *Tabulas*:

Analyſin & Selecta privatarum Prælectionum in *Inſtitutiones Juſtinianeas*, cum *Synopticis* aliqvot *Tabulis* totius reliqvi *Juris Civilis Romani*, nec non *Juris Canonici*.

Bibliothecæ meæ ter mille circiter ſelectisſimorum *voluminum*, qvâ in publicis atqve privatis hiſce laboribus adornandis uſus ſum, *Catalogum duplicem*, nempe & ſecundum *nomina Autorum*, & ſecundum *varietatem materiarum*, ordine alphabetico compoſitum.

Hæc igitur omnia, BENIGNE LECTOR, lubentisſime tecum communicabo, qvamprimum largius otium & Bibliopolam, qvi ſumptus ſuppeditet, nactus fuero. Interea autem, ſi qvid forte eorum præter ſpem, vel nolente, vel inſcio ſaltem me, uſpiam ſub nomine meo imprimeretur, palam & publicè hic proteſtor, me id non tantum non agniturum pro meo, verum etiam eum, qvi hoc fecerit, pro *falſi* pariter ac *plagii* reo habiturum. Etiam atqve etiam vale.

F I N I S.

PETRI

PETRI LAMBECII
HAMBURGENSIS

DIARIUM
SACRI ITINERIS
CELLENSIS,

INTERRUPTI ET REPETITI,

QVOD

SACRATISSIMUS GLORIOSISSIMUSQVE PRINCEPS ET DN.

IMP. CÆS.

LEOPOLDUS I.

PIUS, FELIX, INCLYTUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR SEMPER

AUGUSTUS,

ANNO Æ. C. MDCLXV.

PRIMUM QVIDEM DIE XXVII. JUNII SUSCEPIT IRRITE, POSTEA AUTEM FELICITER PERGEGIT A DIE XI. AUGUSTI USQVE AD DIEM EJUSDEM MENSIS VIGESIMUM.

HAMBURGI,
Impensis CHRISTIANI LIEBEZEITII,
LEOBURGI, Typis PFEIFFERIANIS, MDCCX.

C. *PLINIUS JUNIOR*
in Panegyrico ad Imp. Trajanum.

QVOD ENIM PRÆSTABILIUS EST AUT PULCHRIUS MUNUS DEORUM, QVAM CASTUS, ET SANCTUS, ET DIIS SIMILLIMUS PRINCEPS? AC, SI ADHUC DUBIUM FUISSET, FORTE CASUQVE RECTORES TERRIS, AN ALIQVO NUMINE DARENTUR, PRINCIPEM TAMEN NOSTRUM LIQVERET DIVINITUS CONSTITUTUM.

PERILLUSTRI ET GENEROSISSIMO

DOMINO,
D. EMERICO FRIDERICO,
LIBERO BARONI DE WALDERDORF,
AUGUSTISSIMI TRIBUNALIS SPIRENSIS ADSESSORI CÆSAREO DIGNISSIMO.

PETRUS LAMBECIUS HAMBURGENSIS, J. U. D. & S. Cæſ. Majeſt. Conſiliarius, Hiſtoriographus, ac Bibliothecarius S.

VT propter complures eximias virtutes Tuas, qvas niſi modeſtiæ Tuæ parcendum eſſet, nominatim hic recenſerem, ſummo jure felicisſimum me judico, qvod, cum (1) ſuperiori menſe Julio una cum fratre Tuo Reverendisſimo & Generoſiſſimo Dn. *Joanne Philippo* Metropolitanæ Eccleſiæ Treverenſis Archidiacono, alterum fratrem Tuum Reverendiſſimum & Excellentisſimum Dominum, Dn. *Wildericum*, S. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarium Intimum, & S. Romani Imperii Pro-Cancellarium *Vindobonæ* inviſeres, & hac occaſione inter cætera, qvæ ibi ſpectatu digna ſunt, *Auguſtiſſimam* qvoqve *Bibliothecam Cæſaream* perluſtrares, haud vulgarem amicitiam mecum contraxeris, ita pariter mea plurimum intereſſe arbitror, ut qvam maxime ſolicitus ſim, ne ulla res, qvæ ad conſervationem Tuæ erga me benevolentiæ facere poſſit, negligentia vel deſidia mea intermittatur. Qvandoqvidem igitur bene adhuc memini, rogatum me tunc à Te fuiſſe, ut *Sacrum Iter Cellenſe*, qvod Sacratisſimus ac Glorioſiſſimus Imperator Noſter LEOPOLDUS, primum qvidem irrito conatu paulo ante adventum tuum in Urbem, ſpe autem melioris ſucceſſus octiduo ante tuum ex Urbe diſceſſum ſecundum inchoavit, redux per literas Tecum communicarem, ſatisfaciam nunc deſiderio tuo & meæ promiſſioni, ac, qvæ præcipue huc pertinere videbuntur, & coram à me obſervata ſunt, qvam potero fideliſſime referam.

(1) *Anno* 1665.

II. Cum superiori anno *millesimo sexcentesimo sexagesimo qvarto* barbara Tyranni
3 Turcarum feritas per celeberrimam illam *Kalendis Augusti* haud procul à *S. Gothardi* oppido commissam pugnam adeo fortiter & fortunate repulsa esset, ut superbissimus hostis ultro pacem petere coactus fuerit, præcipua dein Piissimo Imperatori Nostro LEOPOLDO cura fuit, ut DEO OPT. MAX. & *Beatissimæ Ipsius Genitrici* pro concessa tam insigni victoria singulari aliqvo sacræ devotionis exemplo debitas ageret & referret gratias. Exeqvendo autem sancto huic proposito is potissimum *Styriæ Superioris* locus, qvi vulgo MARIÆ CELLA appellatur, visus est convenientissimus, partim qvidem propter celebritatem freqventium miraculorum per imaginem *Beatissimæ Virginis* ibi editorum, partim vero respectu sævissimæ devastationis, qvæ præ aliis omnibus regionibus Styriæ potissimum imminuerat, si barbarus hostis in *Gothardiano* prælio victor evasisset. Primam Sacri hujus Itineris mentionem CÆSAR erga me fecit, cum præcedentis anni *die secundo Octobris* Sacram Ipsius Majestatem in Arce *Ebersdorfiensi* inviserem, eodemqve tempore solita humanitate adjunxit, *placere* SIBI, *ut ego qvoqve in illo itinere comitatui suo interessem.* Qva perbenigna invitatione qvantum exhilaratus fuerim, incredibile dictu est, cum qvod natura ad peregrinandum proclivis sim, & qvæ-
4 cunqve *Beatissimæ DEI-Genitricis* Templa singulari cultu venerer, tum qvia satis prævidebam, fore, ut in hoc itinere multa observarem, qvæ ad Chorographicam *Cetii* montis & *Pannoniæ Superioris* ac *Norici Ripensis* pertinerent notitiam, & in conscribendis *Rerum Austriacarum Annalibus* plurimum mihi in posterum possent inservire. Cæterum licet CÆSAR itineris hujus faciendi esset cupidissimus, necessario tamen id eousqve differendum fuit, donec pax cum *Turcis* per mutuas
III. legationes utrinqve esset confirmata. Publicum ejus rei principium incidit in anni *hujus* 1665. *diem septimum Maji*; qvippe qvo Excellentissimus atqve Illustrissimus Comes *Walterus Leslæus*, S. Cæs. Majestatis Consiliarius Intimus, qvi præcedenti die *Eqves Inclyti Velleris aurei* creatus erat, se suumqve integrum comitatum, Turcico more magnificentissime vestitum, solenni in Aulam eqvitatione Imperatori spectandum exhibuit, eodem prorsus ordine eademqve pompa, qva tanqvam *Magnus S. Cæs. Majestatis Legatus*, vel *Hadrianopolim*, vel *Constantinopolim* esset introiturus. Cum ergo is *die vigesimo qvinto* ejusdem mensis *Maji* Vindobona discedens, Legationis suæ iter per Danubium inchoasset, vice versa Turcicus
5 qvoqve Legatus, qvi in confinio Christianæ ditionis jam expectaverat, fine mora contendit Vindobonam, & *die octavo Junii* ibidem appulit. Introitus à parte *Turcarum* minime respondit expectationi, nec alia ulla re notabilis fuit, præterqvam truculenta qvadam sordidæ disciplinæ militaris specie & affectatæ elegantiæ negligentia: at *nostri*, qvi ad hunc actum splendide pariter ac sumptuose se præparaverant, illis ipsis, ad qvorum se ornaverant exceptionem, propter nimiam munditiem fuere ludibrio. Plura hac de re in præsens non addo; utpote cum utriusqve jam memoratæ Legationis Historia *peculiari Syngram-*
IV. *mate* digna sit. Post adventum itaqve *Legationis Turcicæ* in Urbem, & primam illi concessam publicam audientiam, cum omnia, qvæ ad confirmandam pacem necessaria visa fuerant, rite ordinata essent, omni dein studio & incredibili pietate CÆSAR ad propositum *Iter Sacrum* se accinxit, & tandem (1) *die vigesimo septimo Junii Vindobonâ* bene mane profectus est. Sacrum eo die audivit primo ab Urbe milliari Germanico in pago *Hitzing*, seu potius *Hiezing*, qvi Beatissimæ Dei-Genitricis templo & crebris ibi editis miraculis est percelebris: qvo facto perrexit ad celeberrimam *Carthusiam Maurbacensem*, qvæ unum milliare inde distans, ad radices *Cetii* montis in meridionali *Pannoniæ Superioris* limine sita est.
6 Cingitur ea undiqve *Sylva* (2) *Vindonensi*, vulgo der Wiener-Wald/ & primam fundationem suam debet Archi-Duci Austriæ FRIDERICO III. cognomine PULCHRO, Imp.

(1) *Anno* 1665.
(2) Vindonensis *ea appellatur à* Vindone *amne vulgo* die Wien, *qvi in ea oritur, & ipsi urbi* Vindobonæ, *juxta cujus mœnia* Danubio *miscetur, nomen dedit.*

Imp. *Alberti I.* filio, qvi anno Æræ Christianæ 1314. die decimo octavo Octobris à parte Septem-Virorum electus fuit Imperator contra *Ludovicum Bavarum*, & ab eodem anno 1323. die vigesimo nono Septembris prælio superatus, triennalem captivitatem subiit; deinde autem in pristinam dignitatem restitutus, anno demum 1330. ex hac vita migravit, & ibidem sepultus est. Incredibiliter profecto hoc mihi placuit monasterium, tam propter ipsum *Carthusianum* ordinem; qvippe qvem ut exactissimum perfectæ vitæ Asceticæ exemplar præ aliis omnibus sacris Ordinibus ex animo semper amavi; qvam ob ædificii nitorem ac magnificentiam, utpote cujus respectu non pro domicilio monachorum, sed pro Imperiali Palatio habendum sit. Jure merito igitur CÆSAR prandium hic sumpsit: pomeridianum vero tempus impendit venationi, læto qvidem principio, sed fine præter spem haud æqve jucundo. Inter ipsam enim venatoriæ exercitationis oblectationem nuntius ecce adest ex *Aula Oenipontana* cum literis prorsus inopinati argumenti, Serenissimum Archiducem *Sigismundum Franciscum* ex venatione reducem, derepente in gravissimum incidisse morbum, & absqve sensuum & loqvelæ usu per integras aliqvot horas mente alienatum jacuisse, vitæqve spem vix ullam superesse. Perculsus CÆSAR tristi hoc & improviso nuntio, venatione confestim destitit, & instituta super hac re cum Primoribus Aulæ extemporanea deliberatione, properavit ad pagum *Königsteten*, unum milliare Germanicum inde distantem: qvo cum sub principium noctis pervenisset, ablegavit continuo Illustrissimum Comitem *Franciscum Christophorum Kefenhullerum Oenipontem*, ut is, qvo in statu res esset, coram intueretur. Seqventi die *vigesimo octavo Junii* Concioni & Sacro CÆSAR publice interfuit in Parœciali templo jam memorati pagi *Königsteten*; inde autem regrediens domum, cum inter cæteros, qvi honoris & obseqvii causa præsto erant, me qvoqve in Antecamera vidisset, propria voce in transitu jussit, ut ad SE redirem post prandium. Qvod cum debita fecissem obedientia & sermonem hinc orsus essem, *ex animo me dolere, qvod Sacra Ipsius Majestas statim in principio hujus itineris turbata esset periculo novi luctus, per Serenissimi Archi-Ducis Oenipontani improvisum æqve ac ancipitem morbum Augustissimæ Domui Austriacæ imminente*, magno animo CÆSAR respondit, *fragilitatem vitæ humanæ, etsi floridissimæ fraterno Regis Romanorum Ferdinandi IV, nedum aliis domesticis exemplis, jam satis sibi cognitam, ideoqve adversus ejus generis fortuita qvælibet animum se firmasse; meliora tamen sperare, &, qvia à vomitu morbus Archiducis Sigismundi Francisci cœpisset, probabile sibi videri, in variolas eum erupturum: qvod si fieret, nihil SE magis optare, qvam ut in eo morbo exantlando eadem Illi contingeret felicitas, qvæ SIBI contigisset.* Digresso deinde ad alia, & inter hæc ad Geographiæ Veteris & Novæ Synonymiam, non potui, qvin paucis indicarem, præcedenti die ex *Pannonia Superiori* nos transiisse in *Noricum Ripense*, utriusqve vero regionis communem terminum esse *Cetium* montem, qvi à dextra *Danubii* ripa surgens, primo qvidem appellatur der Kalenberg; deinde autem sæpius nomen mutans, meridiem versus procurrit usqve ad *Dravum* fluvium, atqve hinc porro usqve ad *Savum* juxta *Celejam*, vulgo *Cilley*, omnium *Norici* urbium ab ista parte ultimam: *Maurbachium* itaqve, cum cis *Cetium* montem sit, ad *Pannoniam Superiorem*, pagum autem *Konigsteten*, cum trans *Cetium* sit, ad *Noricum* pertinere. Addidi insuper, me ejusdem diei summo mane cum hospite meo *Cetium* montem conscendisse, & ex eo illam *Norici Ripensis* partem, qvæ *Campus Tulnensis*, sive vernaculo sermone das Tulnerfeld nuncupatur, ut & *Danubii* cursum, & *Qvadorum* regionem trans *Danubium Norico Ripensi* objacentem, summa diligentia considerasse. Rogavi deniqve, ut Majestas Sua clementissime permitteret, *Tulnam* me qvam primum præcedere, ut istinc secundo *Danubio* aliqvantisper devectus, veram contemplarer distantiam *Comagenorum Norici* ab *Asturis Qvadorum*; qvæ duo loca in *Itinerario Antonini Augusti* & veteri *Notitia Dignitatum utriusqve Imperii*, nec non in *Vita S. Severini* Noricorum Apostoli ab *Eugippio* conscripta, aliqvoties memorantur, & à præstantissimo Geographo *Philippo Cluverio* verisimiliter habentur pro Langenlebet & Sto-

7

V.

8

9

Stockerau. Annuit CÆSAR non tantum haud gravatim petitioni meæ, verum etiam calcar, ut vulgo dicitur, currenti addidit, ferio monens, ut *pergerem fine mora, nec qvid temporis inutiliter præterlabi finerem.* Properavi itaqve *Tulnam*, pervetuftam *Auſtriæ Inferioris* Urbem & florentisfimum olim Cis-Danubianum Emporium, ubi *Hartmannus* Imp. *Rudolphi I.* filius in monafterio Sacrarum Virginum cognomine *S. Crucis*, inchoato qvidem à patre, à fe autem exædificato, una cum fratre *Friderico* fepultus eft: fed, priusqvam eo pervenirem, vehementisfimus ventus derepente ortus propofitum meum reddidit irritum. Adeo enim procellofum & tumidum deprehendi *Danubium*, ut omnes nautæ navigationem, tanqvam nimis periculofam, unanimiter & fummopere diffuaferint. Advenit poftea CÆSAR circa vefperam, & à civibus armatis honorificentiffimo pro exiguitate loci obfeqvio exceptus, haud prius in hofpitium SIBI præparatum divertit, qvam IPSE fuis oculis & prorfus paterna folicitudine confideraffet, qva ratione *Danubius*, indies magis ac magis in dextram ibi penetrans ripam, & ipfis urbis mænibus ruinam minitans, averti poffet aut faltem cohiberi. Qvo facto, cum in primarii cujusdam civis domum, manfioni nocturnæ deftinatam, fe recepiffet, accerfi me non multo poft curavit per fatellitem, &, cum debita obedientia ftatim comparuiffem, perbenigne indicavit, *gratum* SIBI *eſſe, qvod navigatione Danubii tempeſtate periculoſa abſtinuiſſem.* Leniter dein fubridens, *Bibliothecam*, inqvit, *in Cubiculo meo repperi, qvam velim mecum excutias.* Ingreffus animadverti CÆSARIS jocum. Nam *triginta* circiter erant libri fermonis vernaculi, & ii qvidem omnes fqvalidi, laceri, & præ pulverulento fitu vix tractabiles. Perluftrato igitur hoc tam lepido thefauro, CÆSAREM ego non minus reliqvi hilarem, qvam ipfe hilaris à Majeftate Sua dimiffus fum. Atenimvero vixdum Reverendisfimus Pater *Philippus Millerus*, Confcientiæ S. Cæf. Majeftatis religiofiffimus arbiter, Nobilisfimusqve Dn. *Chriſtophorus Abele*, Confilii Intimi S. Cæf. Majeftatis Secretarius exercitatiffimus, ut & Excellentiffimus Dn. *(1) Rumoldus von der Burg*, S. Cæf. Majeftatis experientiffimus Archiater, una mecum accubuerant cœnæ, cum præter omnem expectationem nobis indicatur, rediiffe Comitem *Kefenbullerum* Oeniponte, & de morte Sereniffimi Archiducis certum attuliffe nuntium; fimul & ab Illuftrisfimo Comite *Joanne Georgio de Königſeck*, Oenipontanæ Aulæ Supremo Præfecto, nec non ab aliis ejusdem Aulæ primariis Miniftris, qvibus animæ & corporis cura præ cæteris incubuerat, redduntur literæ, qvarum unanime argumentum, *Sereniſſimum Principem in ſummo ætatis flore apoplexia correptum, intra paucas horas præmaturam mortem obiiſſe.* Obftupefcentibus itaqve omnibus adeo miferando, adeoqve magni ponderis cafu, fubita momento temporis fit rerum converfio, & qvæ læto apparatu pofita fuerat menfa, luctu tollitur. Fit inde partim folatii, partim confilii caufa concurfus ad CÆSAREM: fed IS tunc qvoqve fibi conftans, &, ut adverfus utramqve fortunam immotus, juftiffimam doloris vehementiam recta temperans ratione, fine multa deliberatione prudentisfime decrevit, craftino die *Vindobonam* fe reverfurum, cum qvod indecens & refpectu defuncti Principis injuriofum videretur, lugubri principio infauftum iter fine lugubri apparatu continuare, tum vero etiam, qvod haud ignoraret, qvam matura præparatione opus effet ad fubeundam novi regiminis molem, qvæ illo obitu ad SE devolveretur. Poftero igitur die *XXIX. Junii*, adeo mane difcesfit *Tulna*, adeoqve celeriter per *Norici Ripenſis* pagum nomine *Tulbing in Pannoniam Superiorem* convertit iter, ut ante confuetum prandii tempus *Vindobonam* redierit. Ex qvo tempore licet variis gravisfimisqve negotiis incredibiliter fuerit obrutus, nulla tamen cujuscunqve momenti occupatio impedire potuit, qvominus de interrupto *Sacro Itinere Cellenſi* qvam-primum repetendo fæpius cogitarit, & donec illud

(marginal notes: VI. 10 11 VII. 12 VIII.)

(1) *Differunt prænomina* Rumoldus & Romualdus, *ut & ipſi eorundem nominum Sancti. Nam* S. Rumoldi *Martyris, qui Scotorum Regis filius & Archiepiſcopus fuit Dublinenſis, ac* Machliniæ *commoratus eſt, memoria celebratur* Kalend. Julii, *Sancti autem* Romualdi, *qui Anachoreta fuit, & Monachorum Camaldulenſium Abbas, memoria colitur* d. 7. Febr. & d. 19. Junii; *uti in* Martyrologio Romano *videre eſt.*

illud repeteretur, erga *Bibliothecam* qvoqve *suam Vindobonensem* varia non vulgaris affectus ediderit exempla; qvorum unum, cujus notitiam rei literariæ inservire posse existimo, obiter, hic inseram. Die videlicet *decimo qvarto Julii* invisit 13 IPSE jam memoratam *Aulæ suæ Bibliothecam*, & qvidem transeundo per novum illud ambulacrum pensile, qvod paulo ante inchoationem *interrupti Sacri Itineris Cellensis* fieri curaverat, qvo commodius inæstimabili isto librario Gazophylacio perfrui posset, ac immediate & sine arbitris ex Cubiculo suo illuc transgredi. Antea enim aliud qvidem ejus generis erat ambulacrum, sed loco minus idoneo, nec poterat S. Cæsarea Majestas *Bibliotheca sua* uti, nisi via obscura ac difficili per *Cameram Ærarii Aulici* & scribarum aliorumqve hominum plerumqve ibi degentium multitudinem transiret. Jam dicto igitur die *decimo qvarto Julii* intravit CÆSAR *Bibliothecam* circa horam tertiam pomeridianam, eamqve Excellentissimo atqve Illustrissimo Comiti Maximiliano *de Martiniz*, Consiliario Suo Intimo & (1) Regiæ Bohemicæ Aulæ Supremo Præfecto Provinciali, qvi tunc in Urbe commorans, videndæ ejus desiderio, flagraverat summa benignitate spectandam exhibuit; simul etiam propriæ curiositati satisfaciens, antiqvum Codicem membranaceum manuscriptum, in qvo Gloriosissimus Romanorum Imperator *Fridericus*, Imp. *Maximiliani I.* Pater, qvi vulgo qvidem *Tertius* vel *Qvartus* cognominatur, revera autem ejus nominis fuit *Qvintus*, diurna vitæ suæ acta, aliasqve varias miscellaneas observationes propria exaravit manu, adeo diligenter & attente à capite ad calcem pervolvit, ut ad probandam ejus, si ita loqvi liceat, genuinitatem *archetypas* nonnullorum ejusdem Imp. *Friderici* diplomatum *subscriptiones* cum altera illa scriptura studiose contulerit; admirantibus interim juxta mecum tantam tanti Principis industriam Illustrissimis Comitibus *Francisco Augustino de Waldstein*, (2) Satellitum prætorianorum Præfecto, & *Paulo Sixto Trautsonio de Falckenstein*, Consiliario Regiminis Austriæ Inferioris, qvi præter supra memoratum Excellentissimum *Comitem de Martiniz* una tunc aderant. Cæterum qvandoqvidem ipsa S. Cæs. Majestas Codicem istum tam accurata perlustratione dignata est, operæ prætium me facturum arbitror, si qvalis sit, & qvid majori ex parte contineat, paucis aliqvot inde excerptis fragmentis indicavero. Et principio qvidem verisimile mihi videtur, *Imp. Fridericum* ad componendum hoc *vitæ suæ Diarium* non alia de causa animum appulisse, qvam laudabili æmulatione secundi Romanorum Imperatoris re & nomine *Augusti*, de qvo, cum adhuc adolescens humanioribus literis daret operam, vel ipse legerit, vel ex Præceptoribus suis audiverit, eum omnia fere tam privata, qvam publica acta sua propria annotasse manu, & in *diurnos Commentarios* retulisse. Hoc igitur, ut ego opinor, exemplum *Imp. Augusti* imitaturus *Fridericus*, nondum qvidem Romanorum Imperator, sed tantum Archi-Dux Austriæ, similem qvandam rerum ad se pertinentium privatam Annotationem orsus est anno *millesimo qvadringentesimo trigesimo septimo*, & qvidem proximo die Sabbati post festum *S. Georgii*, ut ipse *primi* folii, qvod compacturæ agglutinatum est, pagina *secunda* testatur his verbis:

14 · IX. · 15

> *Dis Puech ist angefangen nach Kristi gepurd tausend jar, vir hundert jar, darnach in dem siben und dreissigen jar, amb Sambstag nach* (3) *Sand Jorgen tag mit mein Selbs hand.*

X. Hæc ipse *Fridericus*: qvæ qvidem cum propria manu scriberet, annum egit ætatis *vigesimum secundum*: utpote cum A. M. CCCC XV. XI. Kal. Octobris natus sit. Seqvitur deinde eadem *secunda* pagina eademqve *Imp. Friderici* manu explicatio vera ac genuina ænigmatici istius qvinqve latinarum vocalium symboli, ab Ipso primum inventi & constanter usurpati, qvod cum aliis plurimis locis, tum inprimis *Vindobonæ* in ipsa (4) Areæ Palatinæ porta ab utroqve latere visitur inscriptum, hisce singularibus literis aureis.

A.E.

(1) *Vulgo* Obrister Land-Hofmeister.
(2) *Vulgo* Trabanten Hauptmann.
(3) *Sand* pro *Sanct.* (4) *Vulgo* der Burg-Platz.

16

A. E. I. O. V.

Qvibus qvinqve vocalibus qvid *Imp. Fridericus*, tunc temporis, ubi hoc ænigma Symbolicum excogitavit, Archidux tantum Auſtriæ, innuere voluerit, à variis curioſiſſimis ingeniis ſolicite fuit indagatum, ut ex ſubjunctis diverſis interpretationibus videre eſt.

Auſtria Erit In Orbe Vltima.
Auſtriacum Erit Imperium Orbi Vltimum.
Auſtria Extenditur In Orbem Vniverſum.
Auſtria Extremis Imperabit Oppidis Vrbibusq;.
Auſtria Eccleſiæ Imperioq; Obſervantiſſima Vsq;.
Auſtria Exterminabit Iſmaëlis Oppugnationem Validam.
Auſtria Et Imperium Optime Vnita.
Auſtria Eſt Imperii Oculus Venuſtus.
Auſtria, Exoſis Invidioſa, Odio Vireſcit.
Auſtria Excipit Inimicos Obviis Vlnis.
Archidux, Electus Imperator, Optamus Vivat.
Archidux, Electus Imperator, Optimè Valeat.
Aqvila Electa Iuſte Omnia Vincit.
Aqvila Eſt Imperatrix Orbis Vaſti.
Aqvila Eſt Invictiſſima Omnium Volucrum.
Aqvila Exſuſcitata Inimicis Oſtendet Virtutem.
Aqvila Evolat In Orbem Vniverſum.

17 *Aqvila Ex Iſtro Ovanter Volat.*

Aqvila { *Expergiſcens* / *Evigilans* / *Eveſtigans* } *Iugulat* { *Omnia* / *Orbem* / *Oculate* } *Vincendo.*

Augur Exiſtimabitur Interpretans Ordinem Vocalium.
Ars Eſt Ignaris Odioſa Viris.
Avaritia Eſt Inſatiabile Oſtium Voraginis.
Absqve Efficacia Ira Omnis Vana.
Amici Erunt Ibi, Opes Vbi.
Auro Eſſe Ignoras Omnia Venalia?
Argentum Exponenti Innumeri Occurrunt Vernæ.
Amici Eſtote Ipſi Opportuni Vobis.
Alienata Eſt Imperatoris Optimi Vendicare.
Amico Eget Intimo Omnis Vir.
Amicus Eſt Immenſa Opulentia Verus.
Amor Eſt Ibi, Oculus Vbi.
Amor Elaboratioqve Improba Omnia Vincunt.
Aurum Examinat Ignis, Oracula Veritas.
Aula Exulat Integritas, Oditur Veritas.
Aula Exeat Integre Optans Vivere.
Aller Ehren Iſt Oſterreich Vol.

Sed ohe, jam ſatis eſt. Piget enim me ac pudet plures ejusmodi ſuppoſititias, & majori ex parte ineptas expoſitiones recenſere. Audiamus ergo ipſum *Imp. Fridericum*, iſtius ænigmatici Symboli primum inventorem; utpote qvi in jam memorati *Diarii* ſui principio mentionem ejus facit his verbis:

(1) *Bey*

(1) *Bey welchem bau, oder auff welchem Silbergeschir, oder andern Klainoten, der strich und die funf buechstaben stehen.* 18

A. E. I. O. V.

Das ist mein Herzog Fridrichs des jungern gewesen, oder ich hab dasselbig bauen oder machen lassen.

Explicatio autem hujus Symboli vera & genuina, qvæ eadem ipsius *Imp. Friderici* manu, tam *latine*, qvam *germanice*, ibidem adscripta cernitur, est hæc:

AUSTRIÆ EST IMPERARE ORBI UNIVERSO;

ALLES ERDREICH IST ÖSTERREICH VNTERTHAN.

Haud sum ignarus, *Augustissimam Domum Austriacam*, licet præ aliis omnibus maximæ dignitatis illustribus familiis piissimam, & ab omni superbia ac fastu longe alienam, immerito tamen multiplici invidiæ obnoxiam esse, ideoqve malevolis ejus obtrectatoribus hanc qvinqve vocalium interpretationem primo intuitu falsam & nimis ambitiosam visum iri; sed si iidem bona fide & sine maligno præjudicio consideraverint, primum qvidem, qvod *Augustissima Domus Austriaca* per integra jam aliqvot secula præfuerit & etiamnunc præsit *Imperio Romano*, hoc est, ultimæ ex *qvatuor* illis *Monarchiis* sive *Summis Imperiis*, qvæ usqve ad finem mundi duratura esse sacra Danielis Prophetia certo indicat; deinde vero, qvod eadem 19 Augustissima Domus amplitudinem sui generis eousqve extenderit, ut omnibus fere totius Christiani Orbis Regibus & Principibus vel *sanguinis necessitudine*, vel *affinitatis nexu* conjuncta sit; demum autem, qvod *Potentia Hispanica*, qvæ ejusdem Augustissimæ Domus altera, ut Imperii Romani regimen prima, qva nititur, columna est, in utroqve Orbis terrarum Hemisphærio, non titulo tenus tantum, sed re ipsa longe lateqve dominetur; si, inqvam, bene hæc consideraverint, & justi rerum æstimatores velint haberi, qvo jure aut qva fronte magis reprehendere poterunt, qvod *Imp. Fridericus*, ait, *Austriæ Esse Imperare Orbi Vniverso*, qvam qvod *S. Lucas Evangelista* dicit, *Imp. Augusti edicto* πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, hoc est secundum versionem vulgatam, *Universum Orbem census causa descriptum fuisse.* Certe qvippe constat, *Imp. Augustum* ne qvartæ qvidem Universi Orbis parti revera imperasse, multoqve latius nunc dominari duas illas, in qvas *Augustissima Domus Austriaca* divisa est, masculinas stirpes, *Germanicam* & *Hispanicam*, qvam *Monarchia Romana* dominata est, ubi vel sub *Imp. Augusto*, vel sub *Imp. Trajano* qvam maxime floruit. *Universus* itaqve *Orbis* in Symbolo *Imp. Friderici* non generatim & politice interpre- 20 tandus est, sed speciatim & Theologice secundum metonymicum sacræ Scripturæ sensum, qvo summum Orbis terrarum regimen à creatione Mundi usqve ad ejusdem finem *qvatuor* tantum attribuitur *Monarchiis*; (2) qvarum prima *Babylonica*, qvæ à *Nimrodo* fundata, diverso respectu etiam *Assyriaca*, *Chaldaica* & *Medica* appellari potest; secunda *Persica*, qvam victo *Dario Medo* inchoavit *Cyrus*: tertia *Græca*, qvæ post obitum *Alexandri Magni*, qvi eam, *Dario Codomanno* ad *Arbela* victo, fundaverat, in qvatuor regna, *Asiæ* videlicet *propriæ dictæ*, *Macedonicum*, *Syriacum* & *Ægyptiacum*, fuit divisa; qvarta autem & ultima *Romana*, à secundo Romanorum Imperatore *Augusto* post pugnam *Actiacam* & voluntarium *Cleopatræ* ultimæ Ægypti Reginæ interitum inchoata, qvæ in Oriente qvidem à Tyranno Turcarum *Mahometo II.* A. 1453. extincta est, in Occidente autem etiamnunc durat, & à Gloriosissimo Imperatore Nostro LEOPOLDO I. laudabiliter administratur. Qvamvis enim nulla ex hisce qvatuor Monarchiis revera, seu, ut in scholis loqvuntur,

(1) *Hoc est*: Qvo in Ædificio, qvave in supellectili argentea, qvibusve aliis in cimeliis, linea hæc & hæ qvinqve literæ extant, ea ad me Ducem Fridericum Juniorem pertinuerunt, aut Ego extruenda ea vel facienda curavi.

(2) *Vide sis* Historiam meam Literariam *l. 1. c. 4. §. 5. p. 21. 22. 23. 24. 25. l. 2. c. 11. p. 207. l. 2. c. 13. p. 218. & eod. lib p. 286.*

actu toti terrarum Orbi unqvam imperaverit, tanta tamen uniuscujusqve earum, vel in principio, vel alio aliqvo durationis suæ tempore, dignitas fuit & potentia, ut singulæ singula eorundem temporum magna Imperia non splendore tantum superaverint, sed & armis subjugare potuerint. Qvam communem & Sanctorum Catholicæ Ecclesiæ Patrum unanimi consensu approbatam Prophetiæ *Danielis* interpretationem uti Historiæ meæ Literariæ (1) Tomo primo secutus sum, ita eandem etiamnunc tueor, &, siqvando per alias occupationes licuerit, peculiari posthac dissertatione defendam, cum contra qvoscunqve alios ejus oppugnatores, tum præcipue contra *Joannem Bodinum Andegavensem*, qvi capite septimo Opusculi, qvod *Methodum ad facilem Historiarum cognitionem* inscripsit, ex ingenerato erga Germanos & Imperium Romano-Germanicum odio, frivolis qvibusdam & nullius momenti argumentis eos confutare annititur, qvi secundum *Danielis* prophetiam *qvatuor Monarchias* statuunt. Hac igitur de re in præsens satis. Redeundum enim est ad *Imp. Friderici Diarium*, qvod mentionis de Imperii Romani Monarchia faciendæ occasionem præbuit. Eadem nempe *secunda* ejus Codicis pagina, qva jam memoratum Symbolum A. E. I. O. V. cum vera ipsius *Imp. Friderici* interpretatione latina & germanica extat, inter alias complures miscellaneas annotationes etiam de morte Dn. (2) *Wilhelmi de Perneck*, qvi Aulæ Ipsius supremus fuit Præfectus, & A. 1439. obiit, hæc leguntur verba:

21 · XII. · 22

> *An dem Freytag vor dem* (3) *Aufertag* 1439. *ist mein Hofmeister Wilhelm ven Perneck tod.*

Continentur qvoqve eadem pagina variæ sententiæ ethicæ & politicæ, inter qvas sunt hæ:

> (4) *Rerum irrecuperabilium summa felicitas est oblivio.*
> *Ubi Amor ibi oculus; ubi dolor ibi manus.*
> *Wer da* (5) *bil, daß im geling,*
> (6) *Der sich selb zu seinem ding.*
> *Lieb ist Laid.*
> *Spero nescio qvid; suspiro nescio qvo.*

XIII. Pagina *tertia* de morte Serenissimi Archiducis Austriæ *Ernesti* cognomine *Ferrei*, qvi *pater* Ipsius fuit & A. 1424. obiit, nec non de obitu *matris* Ipsius *Cimburgæ*, seu, ut ibi scriptum est, *Cinburgæ*, qvæ *Alexii* sive *Ziemoviti* Ducis Massoviæ ex *Alexandra* sorore *Jagellonis* Poloniæ Regis filia fuit, & A. 1429. cum *sacrum* faceret *Iter Cellense*, in monasterio *Campililiorum* obiit & ibidem sepulta est, hæc leguntur:

> *Mein Vater Ertzherzog Ernst ist gestorben amb Pfingstabend* 1424.
> *Mein Mueter Frau Cinburga ist gestorben an* (7) *Sand Michels abent* 1429.

23 Seqvuntur deinde ibidem aliæ complures Annotationes; nempe de initio regiminis Ipsius in *Austria* A. 1435.

> *Als man zalt* 1435. *jar, hab ich angefangen* (8) *ze regieren meines alters im* 20. *jar.*

De Morte *Imp. Alberti II.* qvi d. 27. Octobris Anno 1439. obiit:

> *An dem abent Simonis und Judæ ist gestorben Her Albrecht mein Vetter, der Romisch ze Ungern, ze Bohem, Dalmatzen* (9) *Grabatzen, &c. Kunig, und Margraf ze Merhern, und Hertzog ze Osterreich.*

De

(1) *Prodiit is in lucem Hamburgi typis Michaelis Pipari Anno* 1659. *in fol.*
(2) *Vid.* Laz de Migrat. Gent. *lib.* 6. *pag.* 244. & 245.
(3) Aufertag *pro* Auffahrttag.
(4) *Pereruditam hujus sententiæ explicationem vide apud* Nicolaum Reusnerum *in Opere de Symbolis Imperatorum Romanorum, ubi agitur de Imp.* Friderico *Imp.* Maximiliani *patre.*
(5) bil *pro* wil.
(6) sich *pro* sehe.
(7) Sand *pro* Sanct.
(8) ze *pro* zu: *ut aliàs infra.*
(9) Grabatzen *pro* Croatien.

De electione ipsius *Friderici* in Romanorum Imperatorem A. 1440. die festo Purificationis Beatissimæ Virginis sive *die secundo Februarii*, anno ætatis *vigesimo qvinto*:

An dem Lichtmeßtag unser Frauen 1440. *pin ich zum Römischen Künig* (1) *erbelt worden, meines alters in dem XXV. jar.*

Corrigendus igitur est *Onuphrius Panvinius*, qvi *Romanorum Principum* libro tertio electionem illam factam scribit *Calendis Januarii*. Corrigendus qvoqve est *Sethus Calvisius*, qvi in *Opere* suo *Chronologico*, non tantum qvod ad *mensem* & *diem* electionis, verum etiam qvod ad *annum* ætatis attinet, errat, dum sic scribit: *Fridericus Archidux Austriæ anno ætatis vigesimo sexto eligitur Imperator ab Electoribus mense Martio*. Pro *mense* enim *Martio* scribendum est mense *Februario*, & pro *anno ætatis* 26. scribendum est *anno ætatis* 25. Eadem insuper *tertia* pagina, æqve ac præcedenti, variæ leguntur ejusdem Imperatoris manuscriptæ sententiæ ethicæ & politicæ, inter qvas sunt hæ: 24

Veteri inimico reconciliato non confidas in æternum.
Felix, qvem faciunt aliena pericula cautum,
Dominium & Connubium nolunt habere socium.
Justitia sine misericordia est severitas.
Misericordia sine justitia est pusillanimitas.

Es sey kurtz oder lang,
Lieb ist laides anfang:
Wer lieb hat (2) *an laid,*
Dem ist wol auf meinem aid.

XIV. Pagina *qvarta* tota olim repleta fuit variis propriæ manus ejusdem Imp. *Friderici* annotationibus; sed illas omnes scalpello erasit vetus qvidam hujus libri possessor, ut ipse sua manu testatum relinqveret, se Codicem hunc A. 1621, mense Majo, cùm una cum Illustrissimo Comite *Friderico de Solms*, ad Invictissimum Romanorum Imperatorem *Ferdinandum II.* victi & proscripti Electoris Palatini *Friderici* causa, Legatus & deprecator missus esset, *Vindobonæ* fortuito inventum emisse, & ex legatione reducem, Celsissimo Duci ac Domino suo *Joanni Friderico* Duci Wirtembergensi dono dedisse. Pagina *qvinta* & *sexta* continentur enumeratio & pretium variarum rerum, qvas *Fridericus* Archiducali tantum dignitate adhuc præditus, emit *Venetiis* A. 1436. cum in *Palæstinam* sive *Terram Sanctam* navigaturus, aliqvantisper ibi commoraretur. Ipsa ejus verba, qvæ tituli locum obtinent, hæc sunt: 25

Vermerckt, was ich zu Venedig gekaufft hab 1436.

Seqvitur hinc ipse rerum emptarum Index una cum pretio & aliis qvibusdam miscellaneis annotationibus, inter qvas etiam hæ duæ sunt sententiæ:

Grata superveniet, qvæ non sperabitur hora.
Ich hab nie hören sagen,
Daz (3) *zwen hund* (4) *an greinem nagent:*
Doch nagent oft zwen hund umb ain pein, 26
Daz jeder maint, er habs allain.

XV. Pagina *septima* Comites, Barones ac Nobiles, qvi anno 1436. cum ipso Archiduce *Friderico* Sacrum Iter *Hierosolymitanum* peregerunt, & in sodalitium *Cyprii Ordinis Eqvestris* fuerunt recepti, recensentur hoc modo:

Vermerckt die da mit mir Ritter vorden sind, und mit mir gefaren sind 1436.

Von erst Marinus (5) *Pisolf von Triest.*
Graf (6) *Eberhart von Kirkberg der junger.*
Graf (7) *Pernhart von Schaunberg,* —
Albrecht von (8) *Neiperg: fecit me cre.*

Jorg

(1) erbelt *pro* erwelt. (2) an *pro* ohn. (3) *In MSto legitur* zben *pro* zwen. (4) an *pro* ohn.

(5) Pisolf *pro* Pischolf, *uti passim in antiqvis ejus ætatis Germanicis Codicibus MStis legitur; hoc est*, Episcopus, *vulgo nunc* Bischof. *Hic nempe est* Marinus de Coroninis Arbensis, *qvi à Summo Pontifice* Martino V. *Episcopus* Tergestinus, *creatus fuit A.* 1424. *die* 22. *Dec.* & *A.* 1441. *obiit.* *Vide* Ferdinandi Vghelli Italiam Sacram *Tom. V. pag.* 507.

(6) *Vid.* Wolfg. Laz. de Migrationibus Gentium *lib.* 8. *pag.* 549. 550.

(7) *Vid.* Laz. de Migrat. Gent. *lib.* 7. *pag.* 397. 398. *Sed ibi pro* Schaunberg *legitur* Schaunburg.

(8) *Alias* Neidperg. *Vid.* Laz. de Migrat. Gent. *lib.* 6 *pag* 219.

27 *Jorg von* (1) *Pucham.*
Hans von (2) *Neiperg.*
Sigmund von (3) *Eberſtorf.*
Leutoldt von (4) *Stubenberg.*
Hans von (5) *Kunringen.*
Otto von (6) *Stubenberg.*
Paul von Potendorf.
Hans von Puechaim.
Perchtold von Loſſenſtain.
Wilhelm von Pernek.
Hans von Starenberg.
Ludweig von Ekertzau.
Ulreich von Polhaim.
Wolfgang von (7) *Winden.*
Barones præſcripti.

Hans Ungnad Hofmarſchalk.
Wolfart Fux von Fuxberg.
Purchart von (8) *Ellerbach.*
Gamaret (9) *Silberberger.*
Hainreich Entzerſtorffer.
Ulreich Saurer der älter.
Jorg Fux von Fuxberg.
Ludwig von Ratenſtain.
Andre Holeneker.
Niclas von Pollonz.
Tryſtram (10) *Teufenpechk.*
Veit Wolkenſtainer.
Leupold Trauner.
Jorg Apphalterer.
Leinhart Harracher.
28 *Fridreich Tunner.*
Pernhart Tchenſtainer.
Ulreich Fledennizer.
Hans Waldſtainer.
Jorg Scharnommel.
Hans Saurer.
Pangraz Vinkchſchad.
Haidenreich Zebinger.
Wilhelm von der Alben.
Sigmund Windiſchgrezer.
Wilhelm Reiſperger.
Antoni Holeneker.
Fridreich Lugaſter.
Jorg Stainreuter.
Hans Lampoltiner.
Leinhart Vilſekker.
Sigmund (11) *Kirperger.*
Hans (12) *Greiſſeneker.*

XVI. Hucusqꝫ Catalogus Comitum, Baronum ac Nobilium, qvi A. 1436. cum Archiduce *Friderico* in *Palæſtinam* ſive *Terram Sanctam* profecti ſunt & in ſodalitium *Cyprii Ordinis Eqveſtris* recipi meruerunt. Notandum autem hic eſt, *Wilhelmū de Pernek* ſive *Berneck*, cujus ibi fit mentio, eundem eſſe, de qvo pagina *ſecunda* ejusdem *Diarii* legitur, 29 eum Archiducis *Friderici Supremum Aulæ Præfectum* fuiſſe, & A. 1439. ex hac vita migraſſe. Meminit etiam illius *Wolfgangus Lazius* libro ſexto de Migrationibus Gentium, pagina 244. 245. his verbis. *Wilhelmus Dominus de Styra & Berneck, ex vetuſtiſſima apud Styros familia ab eodemqve fonte, qvo Principes Styriæ, deſcendens, tres habuit uxores; primo, filiam Domini Udalrici à Starenberg; ſecundo, Adelhaidem Thomæ Comitis à Corbau filiam, Croatam, tertio deniqve natam Domini Camerarii à Lichtenſtain: ex qvibus reliqvit Wilhelmum qvartum & binas filias; Wandalam conjugem Wolfgangi de Winden & Barbaram Georgii Dichtemberger, qvæ poſtea nupſit Volkardo ab Aurſperg. Erat autem Wilhelmus Præfectus Aulæ apud Fridericum III.* (immo V. & tunc temporis Archiducem tantum, nondum autem Imperatorem) *qvem Magiſtrum Curiæ* (Germ. Obriſter-Hofmeiſter) *vocant.* Hæc *Lazius* de *Wilhelmo de Bernek:* qvæ *Hieronymus Henningius* more ſuo redegit in tabulam &, omiſſa *Lazii* mentione, *Operi* ſuo *Genealogico* inſeruit. Notandum porro eſt, *Joannem à Greyſneck*, qvi inter eos, qvos Archidux *Fridericus* in Sacro Itinere *Hieroſolymitano* comites habuit, ultimo loco memoratur fuiſſe

(1) *Aliàs* Puechaim; *ut paulo poſt.*
(2) *Alias* Neidberg. *Vid.* Laz. *loco ſupracitato.*
(3) *Vide* Laz. de Migrat. Gent. *lib.* 8. *pag.* 561.
(4) *Vide* Laz. de Migrat. Gent. *lib.* 6. *pag.* 241. & 242.
(5) *Vide* Laz. de Migrat. Gent. *lib.* 8. *pag.* 615.
(6) *Vide* Laz. de Migrat. Gent. *lib.* 8. *pag.* 615.
(7) *In MSto legitur* Bolfang *pro* Wolfgang: *item paulo ante* Ludbeig *pro* Ludweig.
(8) *Aliàs* Ollerbach. *Vid. Laz. de Migrat. Gent. lib.* 8. *pag.* 596.
(9) *Aliàs* von Silberberg. *Vid. Laz. de Migrat. Gent. lib.* 6. *pag.* 249.
(10) *Aliàs* Triſtamus von Tieffenbach. *Vid. Laz. de Migrat. Gent. lib.* 6. *pag.* 271.
(11) *Aliàs* von Kirchperg. *Vid. Laz. de Migrat. Gent. lib.* 6. *pag.* 264.
(12) *Aliàs* von Greyſneck. *Vid. Laz. de Migrat. Gent. lib.* 6. *pag.* 265.

fuiſſe Ipſius *Camerarium* hoc eſt, ut ego interpretor, *Supremum Cubiculi Præfectum*, & A. 1438. obiiſſe. Teſtatur enim hoc ipſe *Fridericus* pagina *ſecunda Diarii* ſui his verbis:

1438. *amb Mitwochen vor Lætare in der faſten umb erſten ſchlaf ze Grætz obiit Hans Greiſſeneker mein Camerarius.* 30

Notandum præterea eſt, manu *Alberti à Neiperg* ſive *Neidperg*, qvi inter *Hieroſolymitani* Itineris comites *qvarto* loco recenſetur, Archiducem *Fridericum* in Sodalitium *Cyprii Ordinis Eqveſtris* fuiſſe cooptatum, idqve ſignificari tribus hiſce verbis nomini ejus adjunctis: *Fecit me Eqveſtrem.* Prolixior autem hujus rei commemoratio extat pagina *undecima* ejusdem *Diarii*; qvippe ubi *Fridericus* refert, ſe A. 1436. pridie feſti *S. Laurentii Tergeſte* navim conſcendiſſe, & *Palæſtinam* verſus inchoaſſe iter; nocte autem proximæ diei Dominicæ poſt feſtum Nativitatis *Beatiſſimæ Dei-Genitricis* anno ætatis ſuæ *vigeſimo primo* à jam memorato *Alberto à Neiperg* ſive *Neidperg* in Eqveſtrem Ordinem receptum eſſe. Ipſa ejus verba hæc ſunt: XVII.

14. *in dem ſex und dreiſſigſten jar an Sand Laurentzen abent pin ich zu Trieſt auf das mer geſeſſen: und pin Ritter geslagen an der Suntagnacht nach unſer Frauen tag dergepurd, von Herrn Albrechten von Neiperg meines alters* 21. *jar.*

Qvod vero per *Ordinem Eqveſtrem*, cujus hic fit mentio, non alius intelligendus ſit, qvam qvi cognominatur *Cypri*, & inter diverſas ad defenſionem *Sancti Sepulchri Hieroſolymitani* & recuperationem *Terræ Sanctæ* inſtitutas Sodalitates haud poſtremum locum obtinet, eam præcipue ob cauſam veriſimile mihi videtur, qvoniam ipſe Archidux *Fridericus* tota præcedenti pagina decima de Ordinis iſtius inſignibus ac ſtatutis tanqvam ex profeſſo agit his verbis: 31

Wer die Geſellſchaft zu Cipern hat, das iſt (1) *ein Swert blos mit einem reim auf einem plaben poden, und ſol getragen werden ob der gurtel. Der reim iſt Frantzöſiſch, und heiſt Die gerechten zu beſchirmen. Vnd was die Geſelſchaft in hat, das mus ein jeder, der ſie hat, geloben zu verſweigen, und ſweren, daz er davon mit niemand reden, noch das iemand ſagen, dan den, die auch in der Geſelſchaft ſind, und auch die ſtuck alle zu halten.*

Dem erſten, ſol ein jeder, der in der Geſelſchaft iſt, an dem Heiligen Kreutztag Exaltationis amb herbs vier Meſſen und ein geſungen Ampt laſſen und frummen zu halten in den eren des Heiligen Kreutz, und ſol dazu opfern, doch nach ſeinem gefallen; und in den eren der Heiligen fünf Wunden.

Vnd wan der Obriſt, der in der Geſelſchaft iſt, das iſt der Künig von Jeruſalem, Cipri und Armeniæ, auſziehen wil wieder die Haiden, das Heilig Grab zu gewinnen, ſo ſol ein jeder der in der Geſellſchaft iſt, mit ſein ſelbs leib mit ziehen auf ſein ſelbs zehrung. 32

Iſt dan ein ander, der da ziehen wolt, und ſein nicht vermocht, dem ſüllen die andern zu hilf nach iren ſtaten kommen.

Er ſol die gerechtigkeit beſchirmen, und wittib und waiſen.

Was einen verhindern mag rechtleich zu ſolchem zug nicht zu kommen, noch mit zu ziehen: Gots gewalt, ehaft, und krankheit leibs; ob ſein Landfürſt rechtleichen Krieg het; oder er ſelber rechtleichen Krieg het; oder ob ſein Landfürſt ein vermeſſen veldſtrait vorhanden het; oder ob er in kampf gegen einen andern ſtund von ſeiner ern wegen: ſo bedarf er zu ſolchem zug nicht zu ziehen.

Hæc de *Cyprio Ordine Eqveſtri* ipſe Imp. *Fridericus.* Cæterum etſi incognitum ſit, qvo tempore, & à qvo Principe hic *Ordo Equitum Cypri* inſtitutus fuerit, certo tamen conſtat, inſtitutionis ejus gloriam deberi Illuſtrisſimæ familiæ *Luſinianæ*, *Luſiniano*, Galliæ *Aqvitanicæ* apud *Pictones* antiqvo pariter ac fabula *Meluſinæ* celebri oppido, oriundæ, qvæ *Hieroſolymis*, *Armeniæ* ac *Cypro* diu & glorioſe imperavit. Qvare haud mirum eſt, *Symbolum Ordinis Cyprii*, utpote à Gallis inſtituti, *Gallicum* eſſe, nempe hoc: XVIII 33

POUR LOYAVTE MAINTENIR.

(1) *In MSto legitur* Sbert *pro* Swert, *& paulo poſt* plaben *pro* blauen.

qvod qvidem *Franciscus Menenius* Antverpiensis in librô, qvem *Delicias Eqvestrium Ordinum* inscripsit, vertit, *Pro* (1) *fide servanda*; Imperator autem *Fridericus* jam citato loco germanice reddidit: *Die Gerechtigkeit zu beschirmen*; hoc est, *Ad justitiam defendendam*, sive *Justitiæ tuendæ & propugnandæ causa*. Fuit nempe Ordini isti Eqvestri pro insigni collare seu Baltheus eqvestris, aureis literis S. exornatus, intercurrentibus laciniis aureis, qvibus inferne appendebat gladius nudus, lamina argentea capuloqve aureo insignitus. Huic itaqve gladio jam memoratum Gallicum Symbolum instar literæ S. erat circumvolutum, uti ex subjunctis *Lusinianæ* familiæ gentilitiis insignibus, qvorum exemplum in jam citato *Francisci Menenii* de Eqvestribus Ordinibus Opusculo extat, videre est.

34 Qvod restat, minime dubium est, qvin primus hujus Ordinis institutor per literam S. qva hoc insigne exornatum est, SECRETUM SOCIETATIS SILENDUM esse innuerit. Confirmat certe hoc ipse Imp. *Fridericus*, dum jam citato loco testatur, Eqvites istius Ordinis *Silentium Secreti Societatis* solenni juramento promisisse. Verum hac de re satis. Redeo ad paginam *Diarii undecimam*:

XIX. qvippe qva *Fridericus* non tantum de proprio suo Itinere *Hierosolymitano* agit, verum etiam, qvi cum patre suo Archiduce *Ernesto* cognomine *Ferreo* adierint *Palæstinam*, & *Eqvites Sancti Sepulchri Hierosolymitani* creati fuerint, his exponit verbis:

35 *Vermerkt die Ritter, die mit meinem Herrn und Vater Ritter worden sind zu dem Heiligen Grab.*

Graf Paul von dem Fortenstain.	*Ulreich Starkkenberger.*
Leupold von Kreig.	*Francisk Strassauer.*
Rudolf vou Liechtenstain.	*Jorg Furstenvelder.*
Albrecht von Neiperg.	*Hans Laun.*
Ulreich von Stubenberg.	*Wolfgang Jorger.*
Hainreich von Potendorf.	*Colman Windischgrezer.*
Wolfgang Drauner.	*Hans Zink.*
Wilhelm von Zelking.	*Ulreich Wurffel.*
Hans von Eberstorf.	*Wolfgang Jorger.*
Ulreich Wilhelm Smaurer.	*Conrad Nempsi.*
Ulreich Velber.	*Hans Sweinpekch.*
Hans Sweinwarter.	*Caspar Pelkendorfer.*
Hans von Spaur.	*Ulreich der Lang.*

36

Hucusqve Catalogus *Eqvitum Sancti Sepulchri* qvi Archiducis Austriæ *Ernesti Ferrei* in Sacro Itinere *Hierosolymitano* fuere comites. De Statutis vero ejusdem Ordinis Eqvestris, & de solenni Juramento in susceptione illius præstando, eadem pagina *undecima* hæc leguntur.

Welcher Ritter wirt zu Jerusalem auf dem Heiligen Grab, der mues sweren drey stuck: das erst, Wittib und Weisen zu beschirmen; das ander, recht gericht zu fueren dem armen, als dem reichen; das drit, wan man das Heilig Grab mit gewalt auz den henden der haiden und der unglaubigen gewinnen und nemen wolt, so sol ein jeder der da Ritter wirt, daselbs hinkommen, und darzu mit allem seinen vermügen helfen ungeferlich.

XX. Pagina *duodecima* & *decima tertia* ejusdem *Diarii* continentur Annotationes qvædam *œconomicæ* de diversis modis acqvirendæ pecuniæ, si Princeps ea indigeat;

37 nec non de gravissimo qvodã furto, qvod A. 1439. tempore qvadragesimalis Jejunii, in ipso Archiducali *Gazophylacio* & *Cimeliarchio* à scelerato qvodam homine, cujus nomen manus nescio qvæ erasit, commissum est. Pagina *octava*, *nona*, *decima qvarta* & *decima qvinta*, præter *cryptographicum* hoc ab ipso Imp. *Friderico* A. 1431. excogitatum *Alphabetum*

e c b f a d h g o l k n m i q p f r u t y x z w:
a b c d e f g h i k l m n o p q r f t u w x y z:

præterqve alias nonnullas miscellaneas annotationes, continentur qvoqve varia lin-

(1) *Seu potius* fidelitate.

linguarum Orientalium Alphabeta, nempe *Hebraicum, Arabicum, Turcicum, Armeniacum, Syriacum* & *Græcum*, propria ejusdem Principis manu exarata; unde apparet, Ipſum hiſce linguis, qvarum prima elementa in *Hieroſolymitano* itinere didicerat, etiam poſt reditum in patriam non mediocriter fuiſſe delectatum, ideoqve haud mirum eſſe, qvod etiamnunc in *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi* non pauci extant jam memoratarum linguarum Autores, qvi Ipſius juſſu & impenſis vel deſcripti, vel in alias linguas primum translati ſunt. Et hactenus qvidem ſatis, ut opinor, copioſo ſpecimine indicavi, qvale ſit illud Imp. *Friderici*, vulgo *Tertii* vel *Qvarti* revera autem ejus nominis *Qvinti, Diarium*, qvod Sacratiſſimus Imperator Noſter LEOPOLDUS I. cum anni hujus M DC LXV. die XIV. Julii *Bibliothecam ſuam aulicam* inviſeret, accuratisſima diligentia perluſtrare dignatus eſt. Revertor itaqve nunc ad Sacrum Ipſius Iter *Cellenſe*, à qvo per occaſionem deſcriptionis jam memorati *Diarii* aliqvantiſper digreſſus ſum. Qvadrageſimus nempe tertius à reditu ex *Interrupto Itinere* jam agebatur dies, qvi qvidem *undecimus* erat menſis *Auguſti*, cum S. Cæſ. Majeſtas, longioris moræ impatiens, *repetendo* eidem Sacro Itineri meliori ſucceſſus ſpe felix fecit initium; diſcedens *Vindobona* paulo ante meridiem, & à via ordinaria lævam verſus per (1) *Carinthiacum* pontem (2) *Vindonenſem* pauliſper deflectens, ut in amœnisſimo ſuburbano Horto, qvi à *favore aulico* nomen habet, Sereniſſimæ Imperatrici ELEONORÆ in prandio valediceret. Qvo facto, contendit recta per *Cetium* montem ad *Norici Ripenſis* pagum *Kônigſteten*, cujus, uti & *Hiezingæ* ac *Maurbachii*, qvæ duo loca eodem pomeridiano tempore prætermeavit, in ſuperiori itinere jam facta eſt mentio. Nocte igitur ibi transacta, & audito ſeqventi mane, ut ſingulis deinceps totius Itineris diebus, *duplici* Sacro, perrexit inde per qvatuor milliaria Germanica ad pagum *Capellam*, via plana ac perjucunda, qvæ à læva qvidem vitiferas haberet *Cetii* montis radices, à dextera vero fertiliſſimum *Campum Tulnenſem*, (vulgo *das Tunnerfeld*) qvi usqve ad *Danubii* & *Trigiſami* (vulgo *die Traſam*) confluentes longe lateqve extenditur. Poſt prandium *Capella* profectus CÆSAR, tria alia eodem adhuc die confecit milliaria; transgreſſus videlicet jam memoratum fluvium *Trigiſamum* apud *Oppidum S. Hippolyti* (vulgo *Sanct Pölten*) qvod licet non intraverit, cives tamen, ne officio ſuo deeſſent, debiti honoris & obſeqvii cauſa ante portam urbis Ripenſem armatos ſe exhibuerunt; atqve hinc porro juxta eundem fluvium à læva comitem continuans iter usqve ad Oppidum *Guilielmiburgum*, (vulgo *Wilhelmsburg*) ubi proximam noctem ſubſiſtere placuit. Poſtero die, qvi *decimus tertius* erat *Auguſti*, circa horam decimam antemeridianam, pervenit CÆSAR ad ſplendidiſſimum pariter atqve opulentiſſimum Auſtriæ Inferioris Monaſterium *Ciſtercienſe*, qvod *Campus Liliorum*, (vulgo *Lilienfeld*) appellatur, & Anno *milleſimo ducenteſimo ſexto* fundatum eſt à *Leopoldo*, cognomine *Glorioſo*, qvi *Septimus* ejus nominis ex *Svevica familia Babenbergenſi, qvartus* autem *Ducis* titulo, *Auſtriam* tenuit, ejusqve uxore *Theodora*, Imp. Conſtantinopolitani *Manuelis Comneni*, qvi A. 1180. obiit, filia, cum qva A. M CCII. *Vindobonæ* celebravit nuptias. Annum fundationis Monaſterii iſtius reperi apud *Wichardum de Polhaim*, qvi A. M CCC XII. Archiepiſcopus *Saltzburgenſis* electus eſt, & A. M CCC XV. obiit, in *Chronico* ipſius hactenus *inedito*, cujus antiqvus Codex membranaceus Manuſcriptus in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea extat, & inter Hiſtoricos Latinos MStos *qvadringenteſimus qvintus* eſt. Verba ejus hæc ſunt: *Anno M CC VI. fundata eſt domus in Campo liliorum.* De nuptiis vero Ducis *Leopoldi* & *Theodoræ* ibidem hæc leguntur: *Anno M CC II. Leupoldus Dux Auſtriæ & Styriæ Theodoram natam Regis Græcorum duxit uxorem, & nuptias Wiennæ, multis Principibus ibi convenientibus, pompoſiſſime celebravit.* Hæc *Wichardus de Polhaim.* Nomen autem Imperatoris Conſtantinopolitani, qvi pater fuit *Theodoræ*, extat apud *Joannem Ennichel*, Eqvitem Auſtriacum, patria *Vindobonenſem*, in Chronico ipſius Auſtriaco hactenus *inedito*, cujus antiqvus Codex membranaceus manuſcriptus

38 XXI. 39 XXII. 40

(1) Die Kärner-Brücke über die Wien.
(2) Vindo *amnis*, *vulgo* die Wien.

ptus in Auguſtisſima Bibliotheca Cæſarea adſervatur. Rhythmi germanici, qvibus id memoriæ tradidit, ſunt hi:

Daz iſt Herzog Leupolt,
Do das Got wolt,
41 *Daz er im ein frawen nem;*
Die im wol gezem,
Do ſant er im in ſeinen mut,
Als er noch hewt manigen tut,
Als Got ſprach zu dem Weyſſagen,
Semen tuum multiplicabo,
Das ſpricht in der deuſch alſo:
Ich wil deinen ſam merem,
Als an dem Himmel die ſteren.
Ein frawe er zu kan nam,
Die von tugent ein pluem derſtam,
Vnd geporen aus Kriechnlant,
Der frawn vater waz ſogenant,
Chunig Emanuel,
Si waz im lieb ſam ſein ſel,
Vnd waz gehaißen Theodora,
Man hiez ſi ze Oſterreich her na,
Nach dewſcher ſprach Gedrawt,
Si ſchuf paide ſtill und laut;
Wer ſi erchant oder ſach
Daz er ir nicht wan tugent jach,
Do wol waz an ir ſchein,
Vnd an iren Herren ain.
Das Kloſter zu Liligenveld
Stiften ſi durch ir ſeld:
42 *Vnd er wart auch da pegraben,*
Vnd ſein gepain (1) *auz Pullenwart getragen:*
Ze Newnburch auf den kor vil werden.
Peſtat man ſi auch zu der erden.

XXIII Hucusqve *Joannes Ennichelius.* Corrigendus itaqve eſt *Joannes Cuſpinianus*, qvi in ſua *Deſcriptione Auſtriæ*, pagina 613. ubi de *Leopoldo Septimo* cognomento *Glorioſo* agit, uxorem ejus *Theodoram* falſo appellat, *Emanuelis Conſtantinopolitani Cæſaris conſanguineam*, cum ea revera fuerit *Emanuelis filia.* Ipſa Cuſpiniani verba hæc ſunt: *Hic Dux Wiennæ habitabat,* (2) *Burgumqve, qvod jam regiis ædificiis exornatum eſt, extruit. Nam Heinrici primi Ducis Auſtriæ* (3) *habitatio Carmelitis ceſſit. Multum enim Wiennenſes amabat, pluresqve illis immunitates conceſſit, & privilegia, qvia illum viciſſim devotiſſime obſervabant, illiqve fideliter obtemperabant. Ob id nuptias hic præſente Rege Romanorum Philippo aliisqve Principibus magnificas regiis ſumptibus cum Theodora Emanuelis Conſtantinopolitani Cæſaris expulſi conſanguinea celebravit honorificentiſſime.* Hæc Cuſpinianus. Ubi reliqva omnia bene ſe habent, dummodo deleatur vox *expulſi*, & pro *conſanguinea* ſcribatur *filia.* Cæterum notatu dignum eſt, qvod ex eodem jam citato *Joannis Ennichelii* fragmento diſcimus) licet Dux Auſtriæ & Styriæ *Leopoldus* 43 *Glorioſus* in *Apulia*, A. MCCXXX. obierit, corpus tamen ejus in *Auſtriam* translatum, & in Monaſterio *Campililiorum*, à ſe ædificato, fuiſſe ſepultum; uxorem autem ejus *Theodoram* in Monaſterio *Neoburgenſi*, vulgo *Cloſter Neuburg*, conditam eſſe. Confirmat enim hoc *Joannes Cuſpinianus* jam citati Operis pagina 615. his verbis:

(1) Ex Apulia. *Sic hodieqve Itali dicunt* Puglia *pro* Apulia.
(2) *Notabilis locus de origine Imperialis Palatii Viennæ.*
(3) Auf dem Hof, *ubi nunc eſt loco Monaſterii Carmelitani Collegium Jeſuitarum.*

bis: *Cum exitiales inimicitiæ sub id tempus essent inter Gregorium IX. Pontificem Maximum & Fridericum II. Imperatorem, qvem diris devovit Pontifex Maximus, ob amorem Imperatoris concessit Dux Leopoldus in Apuliam cum Patriarcha Aqvilejensi, Bertoldo Archiepiscopo Saltzburgensi, Udalrico Pataviensi, Hermanno Duce Carinthiæ, accersitisqve nonnullis alii Principibus, Imperatorem Pontifici conciliavit, pacemqve fecit anno à nato Christ M CC XXX. qvo anno lethali morbo correptus in Apulia ad S. Germanum vitam suam finivi cum jam Styriam annis XXXVII. Austriam unum & triginta annos gubernasset, intestinis su sepultis in monte Casino: ossa vero delata in Austriam, in cœnobio Campililiorum à se fu dato & constructo conduntur in sarcophago elato, qvi hodie in Choro cernitur D. Andreæ A stoli, cui ab Archiepiscopo Saltzburgensi templum cœnobii est consecratum. Habuit aute uxorem Theodoram, Alexii Constantinopolitani Cæsaris* (1) *consanguineam, è qva tres filios & qvatuor filias procreavit, Leopoldum scilicet VIII. cognomento Infantem; qvi puer ex negligentia pædagogi sui, cum in horto ex arbore præcipitatus periret nono ætatis suæ anno, patri vehementem dolorem excitavit. In Cœnobio Noviburgi sepultus est anno Christi M CC XVI. cum matre sua Theodora, qvæ etiam illic qviescit.* Hæc Cuspinianus. Ubi notandum est, per *Alexium* Cæsarem Constantinopolitanum, cujus ibi fit mentio, intelligendum esse Imp. *Manuelis Comneni*; qvi A. M CLXXX. obiit, ex filio *Alexio Comneno II.* sive *Juniore* nepotem *Alexium Comnenum* cognomine *Angelum*, qvi A. MCXCV. cœpit imperare, & A. MCCIII. amisit *Constantinopolim*; qvippe qvæ ejus anni d. xx. Julii à *Balduino* Comite Flandriæ & *Venetis* capta est. Hujus nempe Imp. *Alexii amita* fuit Ducis Austriæ & Styriæ *Leopoldi Gloriosi* uxor *Theodora*; uti ex subjuncto diagrammate Genealogico videre est. 44

45

Imp. *MANUEL COMNENUS*,
qvi successit patri suo Imp. *Joanni Comneno* A. 1143. mense Aprili, & 1180. obiit.

Imp. *Andronicus Comnenus*, qvi occiso Imp. *Alexio II.* sive *Juniore*, invasit Imperium A. 1183.	Imp. *Alexius Comnenus II.* sive *Junior*, qvi sucessit Patri suo *Manueli* A. 1180. & ab *Andronico Comneno* occisus est A. 1183.	*Theodora* Imp. *Manuelis Comneni* filia, & Impp. *Isaacii Angeli* atqve *Alexii Angeli* amita, cum qva Austriæ & Styriæ Dux *Leopoldus* cognomine *Gloriosus* nuptias celebravit *Vindobonæ* sive *Wiennæ* A. C. 1202.	*Leopoldus Septimus* hujus nominis ex Svevica Comitum Babenbergensium familia, qvi in Ducatu qvidem *Austriæ* successit patri *Leopoldo VI.* A. 1193. in Ducatu autem *Styriæ* fratri natu majori *Friderico* A. 1198. Condidit is præter *Neapolim* sive *Novam Civitatem* Austriæ & *Burgum Vindobonensem* sive *Wiennensem*, qvi nunc Palatium Cæsareum est, *Cœnobium* qvoqve *Lilietanum*, vulgo *Lilienfeld*, & uxorem habuit *Theodoram* Imp. *Manuelis Comneni* filiam.

Children of *Alexius Comnenus II.*:

Imp. *Isaacius Angelus*, qvi occiso *Andronico Comneno* successit An. 1185. d. 12. Sept.	Imp. *Alexius Angelus*, qvi successit fratri *Isaacio* excœcato An. 1195. d. 10. Aprilis. Hoc imperante *Constantinopolis* à *Balduino* Comite Flandriæ & *Venetis* capta est A. 1203. d. 20. Julii.
Imp. *Alexius*, qvi cum patre cœco per aliqvot menses imperavit.	

In celeberrimo igitur illo *Monasterio Lilietano* qvod Austriæ Dux *Leopoldus Gloriosus* & uxor ejus *Theodora* A. MCC VI. fundarunt, excepit S. Cæs. Majestatem Reveren- XXIV

(1) *Nempe* amitam.

verendisſimus Dn. Abbas *Matthæus* cognomine *Colweitz* non tantum ſolenni Sacro, verum etiam lautisſimo prandio; nec minorem totus comitatus aulicus, qvam ipſe CÆSAR, humanisſimi iſtius Antiſtitis hoſpitalitatem ac munificentiam expertus eſt. Qvo minus tamen hæc recreatio ab omni parte beata eſſet, continua impedivit ejus diei pluvia, per qvam amœnitate jucundisſimæ iſtius Eremi integre frui non licuit. Finito prandio, continuavimus iter aliqvamdiu in perangusta & ſaxoſa *Trigiſami* amnis valle inter montes utrinqve peraltos: nec ſine periculo ſubverſionis curruum. Unus certe, qvo duo S. Cæſ. Majeſtatis Ephebi vehebantur, in præterfluentem aqvam, qvæ diuturnis imbribus aucta, exundaverat, præceps decidit, ita ut tam de Ephebis iſtis, qvam de auriga & eqvis actum foret, niſi ripæ infixa arbor non tam fortuito, qvam, uti ego arbitror, Dei ac Beatiſſimæ Dei-Genitricis præſenti auxilio, ruentes ſuſtinuiſſet. Qvin etiam tertius Ephebus, currui cadenti obeqvitans, in non minori fuit diſcrimine, dum ſociis ſuis opitulari cupiens, etiam ipſe cum eqvo lapſus eſt. Supervenit fortunato huic infortunio, ſupra memoratus Reverendiſſimus Abbas *Lilietanus*, qvi, ut CÆSARI viam præpararet, eqvitando anteverterat, &, cum ſubverſum ac arbori impendentem conſpexiſſet currum, derepente ex eqvo deſiliens, ipſe propria manu ſtrenue adjuvit, ut omnia qvamprimum reſtituerentur in integrum. Seqvebatur enim jam CÆSAR, &, niſi erigendo curru feſtinatum eſſet, obſtructam repeririſſet viam, qva oportebat prætereqvitare. Sic ergo, ſuperata hac difficultate, pervenimus ad pagum *Tyrnitz*, ubi CÆSAR pernoctavit, & qvidem in tam anguſta ac pauperima domo, ut, cum poſt cœnā colloqvii cauſa eſſem accerſitus, & præter lectū vix exiguæ menſæ & uni ſellæ in cubiculo locum eſſe vidiſſem, IPSE per jocum me interrogaverit, *Anne nocturnum diverſorium meridiano hoſpitio egregie reſponderet?* Subjunxit deinde prorſus generoſe ac ſapienter: *Ita nempe vel præcipuus peregrinationis fructus eſt, cuicunqve rerum conditioni aſſueſcere.* Seqventi die XIV. Auguſti ex mediocri planitie, in qva jam memoratus pagus *Tyrnitz* ſitus eſt, intravimus paulatim aliam qvandam convallem, utrinqve montibus cinctam, qvæ poſt duorum milliarium difficilem & anfractuoſam viam, in cujus circiter medio notisſimus ille ad dexteram locus eſt, qvi à *Septem* diverſis *fonticulis*, ex *una* eadem rupe prorumpentibus, vernaculo ſermone *Die ſieben Brünlein* appellatur, tandem nos deduxit ad transverſum *Cetii* montis jugum, vulgo *Monte S. Annæ* ſive *Annæberg* dictum; qvod licet altisſimum ſit, neceſſario tamen ſuperandum eſt, ſi qvis iſthac ex ea *Norici* parte, qvæ *Auſtria Inferior* appellatur, transgredi velit in eam partem *Pannoniæ Superioris*, qvæ *Styriæ* nomine comprehenditur. Errant enim *Wolfgangus Lazius* & nonnulli alii, authoritate ejus decepti, recentiores Scriptores, qvi *Ducatum Styriæ*, (vulgo *die Steyrmarck*,) *Norico* attribuunt: reclamante ipſa rerum natura; qvippe qvæ *Cetio* monte *Pannoniam Superiorem* ſeparavit à *Norico*; ut libri ſecundi Commentariorum meorum de Auguſtisſima Bibliotheca Cæſarea duobus prioribus capitibus, qvibus de ſitu Urbis *Wiennæ* in *Pannonia Superiori*, & vero ejusdem Urbis antiqvo nomine VINDOBONA ex profeſſo acturus ſum, ſolidisſime demonſtrabitur. Qvod autem *Cetii* montis nomine non tantum ſignificetur *primum* ejus jugum, qvod à dextera *Danubii* ripa ſurgens, vulgo vocatur *der Kalenberg*, verum etiam qvod eadem appellatione comprehendantur *der Wienerwald*, *der Caumberg*, *der Annæberg*, *der Sauruſſel*, *der Teufelsſtaig*, *der Golach*, *der Schneberg*, *der Simmering*, & alia varia, diverſis nominibus inſignita ejusdem montis juga, qvæ à *Danubio* usqve ad *Savum* fluvium juxta oppidum *Celejam* pertingunt, id profecto certius ac manifeſtius eſt, qvam ut probatione ulla indigeat. Qvin etiam ipſe *Lazius* aperte ſibi contradicit, dum *Styriam* ait eſſe ſitam in *Norico*, & tamen eandem eſſe aſſerit atqve regionem illam, qvam antiqvi Scriptores vocant *Valeriam*. Certo enim & ſine controverſia conſtat, nec ab ipſo *Lazio* negari poteſt, per *Valeriam* ab antiqvis Scriptoribus intelligi eam *utriusqve Pannoniæ*, *Superioris* ſcilicet & *Inferioris*, partem, qvæ eſt inter *Dravum* & *Savum* fluvios ſita, ideoqve alias *Riparenſis* & *Interamnia* dicitur. Qvicqvid ergo *Styriæ* in *Valeria* eſt ſub *Dravo*, id eſt in *Pannonia*, non autem in *Norico*: & ſimiliter qvoqve, qvicqvid *Styriæ* extra *Valeriam* inter *Dra-*

Margin notes: 46 (at "tiam expertus eſt"); 47 (at "tur enim jam CÆSAR"); XXV. (at "fructus eſt"); 48 (at "Pannoniæ Superioris"); 49 (at "enim & ſine controverſia").

Dravum & *Cetium* montem eſt, id eſt in *Pannonia*, non autem in *Norico*. Cum itaque CÆSAR, ut ſupra memoravi, die XIV. Auguſti ad radicem celeberrimi iſtius *montis S. Annæ* perveniſſet, IPSE qvidem per admodum arduam & longa ambage moleſtiſſimam viam in ſupremum montis faſtigium eqvitando eluctatus, fortitudinis ſimul ac pietatis inſigne reliqvis exemplum præbuit: qvotqvot autem currus itineri inſervierant, ii omnes incredibili boum, ex variis locis ibi congregatorum, multitudine ſurſum tracti ſunt, vectoribus maxima ex parte vacui: utpote qvi per compendioſam ſemitam, ſed continua præcedentis diei pluvia adhuc madentem, ideoqve non ſine periculo lubricam, manibus pedibusqve in altum perreptarunt. Qvi qvidem aſcendendi labor egregium fuit condimentum ſubſecuti in monte prandii, adeo ut nullus ex toto aulico comitatu excitandi appetitus cauſa Medico indiguerit. Secutus hinc eſt poſt meridiem facilior ex monte deſcenſus, & via partim in ipſa valle, partim per modicos qvosdam colles paulo, qvam ante, commodior, donec uno circiter abſoluto milliari Germanico ventum eſt ad locum, qvi vulgo *Die Wiennerbrücke*, hoc eſt, *Pons* (1) *Vindobonenſis* appellatur, & limitaneo ex *Auſtria* in *Styriam* tranſitu, qvi haud procul inde diſtat, eſt notabilis. Mox enim aliud transverſum *Cetii* montis jugum ſe conſcendendum obtulit, qvod olim qvidem *der Saurüſſel*, hoc eſt, *Roſtrum ſuillum*, vocabatur, nunc vero ab Eccleſia in eo ædificata *Mons S. Joſephi* dicitur. Qvo per eqveſtrem qvidem ac pedeſtrem ſemitam mediocri, curribus autem multa difficultate ſuperato, tranſivimus non multo poſt in profundo qvodam crepidinis montium flexu *Molendinum* cognominatum *Diaboli*, vulgo *die Teufelsmühl*; & ſtatim rurſus aſcendentes per viam aſperam & ipſo nomine ſuo terribilem; qvippe qvæ in antiqvis tabulis Chorographicis nuncupatur *Der Teufelſtaig*, hoc eſt, *Semita Diaboli*; tandem aliqvando contigimus verticem montis ab altera parte ſenſim & æqvaliter declivem: ex qvo paulatim deſcendimus ad illam diu aptatam MARIANAM CELLAM, cujus vel primus è longinqvo conſpectus omnem totius itineris difficultatem abundantiſſime compenſavit. Vergebat jam in occaſum dies, cum CÆSAR inclytum hunc Pagum ingreſſus, principio qvidem recta adiit Templum, &, dum veſpertinæ decantarentur preces, DEO ac Beatisſimæ Ipſius *Matri Semper-Virgini* pro felici itineris ſucceſſu & adventu incolumi ſalutationis loco devotisſimas egit gratias: deinde autem in *Monaſterium* templo contiguum, qvod Reverendiſſimus *S. Lamberti* Abbas Dn. *Franciſcus à Kaltenhauſen* Sacræ Ipſius Majeſtati pro hoſpitio magnifice apparari curaverat, divertens, ſancto jejunio aliisqve piis exercitiis ad inſtantem ſeqventis *diei XVti Auguſti*, qvi à Sancta Eccleſia Catholica *Beatiſſimæ Dei-Genitricis Aſſumptioni* in cœlum dicatus eſt, ſolennitatem rite & cum vero Sacræ peregrinationis fructu, non tantum propriæ, ſed & publicæ utilitatis cauſa celebrandam, ſe accingere orſus eſt. Qva de re priusqvam plura addam, necesſitas poſtulat, ut originem & incrementum religionis iſtius loci paucis indicem. Anno Chriſti *milleſimo ſeptuageſimo qvarto*, imperante *Henrico, qvarto* ejus nominis Romanorum Imperatore, primus celeberrimi iſtius, & ab omni Jurisdictione Epiſcopali prorſus exempti Monaſterii *Benedictini*, qvod in *Superiori Styria* ſitum eſt, & *S. Lamberti* appellatur, fundamenta jecit *Marqvardus Carinthiæ Dux tertius, ſecundus* autem *Marchio Styriæ*, qvi cum morte præventus, inchoatum Monaſterium non abſolviſſet, filium ſuum *Henricum*, Ducatus *Carinthiæ* hæredem, teſtamento obſtrinxit, ut imperfectum hunc piæ voluntatis ſuæ conatum pro virili adimpleret. Is igitur tam paterni mandati reverentia, qvam propriæ pietatis impulſu, erectionem jam memorati Monaſterii, & ſimul etiam Templi, ſecundus aggreſſus eſt, tantamqve impendit diligentiam ac liberalitatem, ut ante annum *milleſimum centeſimum vigeſimum ſecundum*, qvo præmature mortuus eſt, utramqve ſtructuram feliciter abſolverit; ut teſtatur hæc ſepulchri Ipſius, qvæ in illa ipſa *S. Lamberti* æde extat, Inſcriptio:

XXVI. 50 51 XXVII. 52

Sacra

(1) Vindobonenſis *hic pons nominatur, qvia Mariana Cella reſpectu* Vindobonam *ſive* Wiennam *verſus ſitus eſt.*

Sacra sub hoc saxo tenet ossa Carinthius Heros
HEINRICUS, *qvondam gloria summa Ducum:*
Inclyta qvi Divo hæc LAMBERTO *Claustra dicavit,*
MARQVARDI *exeqvitur dum pia vota patris.*
Prætulit humanis Divina, DEOqve caducas
Obtulit Orbis opes, cælica regna tenens.

Inter cætera itaqve amplisſima bona, qvibus *Carinthiæ* Dux *Henricus* Monasterium *S. Lamberti*, inchoatum qvidem à patre suo *Marqvardo*, à se autem exædificatum, 53 ditavit, inclyta qvoqve illa fuit *vallis*, *Cellana* nunc sive *Cellensis*, & vernaculo sermone *das Cellthal* dicta; utpote qvam cum omnibus prædiis, sylvis, pascuis, fluminibus, piscinis & lacubus eidem Monasterio assignavit. Etsi autem hæc vallis uno circiter & viginti milliaribus Germanicis à Monasterio *S. Lamberti* distet, ipsi tamen Abbates tam Ecclesiasticam, qvam Civilem vallicolarum per se gesserunt curam, & freqventer eo profecti, necessaria inspectione functi sunt, donec circa annum *millesimum centesimum qvinqvagesimum septimum sextus* eorum nomine *Otto* à Summo Pontifice *Adriano IV.* impetravit, ut sibi liceret vicariam ejus loci administrationem committere uni ex Conventus sui religiosis Viris, qvi perpetuo ibi commorans, non tantum proventuum annuorum ageret Oeconomum, verum etiam vel præcipue rudes vallicolarum animos rerum divinarum imbueret notitia, & salutari propriæ vitæ exemplo ad virtutem dirigeret. XXVIII Hoc ergo munus primo omnium commissum fuit cuidam Monasterii istius alumno, cujus qvidem *nomen* vetustate jam obliteratum est, pietas autem, cujus uberrimus fructus à qvibuscunqve tam advenis, qvam indigenis, etiamnunc percipitur, æternum erit clarissima. Is enim ex Asceterio suo *Lambertino*, tanqvam ex gremio matris, in 54 longinqvam illam proficiscens vallem, solatii simul ac devotionis causa eo secum detulit cubitalem statuam *Beatissimæ Virginis Deiparæ*, suavissimum suum JESULUM brachio sustentantis, ex tiliæ ligno ita sculptam, ut Filius Matri pomum, Mater Filio pyrum porrigat. Cui sacræ Imagini, qvam in cellula sua Monasterii *S. Lamberti* singulari qvodam affectu coluerat, cum in nova sibi concredita provincia novam qværeret domicilii sedem, præ cæteris, qvæ ad hoc ibi se offerebant, locis, collem qvendam elegit, ad duorum amnium (1) *Golradi* & (2) *Salczæ*, qvorum posterior in *Anasum* se exonerat, confluentes situm, & nubiferis montibus undiqvaqve circumdatum. Congesta deinde adjumento vallicolarum ex vicinis sylvis materia, paupertinam & asceticæ vitæ convenientem istic sibi extruxit casam, in cujus intimo recessu super parva qvadam lapidea ara jam memoratam Christi *Servatoris nostri* & *Magnæ Ipsius Matris* ligneam statuam summa veneratione deposuit. Ab hac itaqve monastica cella, qvam cum propter non vulgarem fundatoris sui sanctitatem vitæ, tum vel inprimis ex pietate erga DEUM ac Beatissimam Dei-Genitricem, & crebra experientia efficaciæ piarum precum ibi conceptarum, non tantum ab accolis sed & aliis longius remotis hominibus in dies magis ac magis contigit fre- 55 qventari, tota illa *vallis*, qvæ parum antehac fuerat cognita, & certo caruerat nomine, *Cellana* deinceps sive *Cellensis*, & germanica lingua *das Cell-thal* cœpit appellari. XXIX. Crevit porro insigniter Sacri istius loci celebritas & eo peregrinandi fervor anno *millesimo ducentesimo octogesimo sexto*, cujus occasionem breviter, sed optima fide referam. Cum anno *millesimo ducentesimo octogesimo qvarto* Moraviæ Marchio *Henricus* ejusqve uxor *Agnes*, ambo uno eodem tempore, in gravissimum incidissent morbum, & omnium membrorum usu per paralysin privati, integrum jam biennium miserrime decubuissent, ita ut nulla humanæ opis vel spes, vel ratio superesset, universalis deniqve per omnem *Moraviam* non solum Ecclesiastici ordinis

(1) *Alias* Goldradt.
(2) *Aliàs* Salze. *Oritur autem hic amnis* Salcza *sive* Salza *in* Cetii *montis jugo dicto* Golach, *& influit in* Anasum *sive* Anisum, *vulgo* die Ens. *Confundendus itaqve non est, cum fluvio olim* Juvano, *nunc autem* Saltza *dicto; qvem* Oenus *recipit.*

nis, sed totius qvoqve populi instituta fuit supplicatio, ut omnes conjunctim, ad utriusqve Principis salutem extraordinario Omnipotentis DEI auxilio impetrandam, à *Beatissima Virgine Deipara* & tutelari *Moraviæ* Patrono *S. Wenceslao* cœlestes obtinerent suppetias. Qvo facto, apparuit seqventi nocte *S. Wenceslaus* Marchioni *Henrico* per somnium, digito commonstrans iter ad MARIANAM *Styriæ* CELLAM, & Sacram qvæ ibi coleretur imaginem, exhibens, his additis verbis: *Exauditas esse Ipsius & Uxoris ejus perunanimem universi Cleri & Populi comprecationem corroboratas preces; irent igitur, & pro recuperata pristina sanitate Beatissimæ DEI-Genitrici, cujus efficacissimæ intercessioni Divinum Numen clementissime annuisset, debitas agerent gratias.* 56 Excitus somno Princeps *Henricus*, dubitare de veritate nocturnæ visionis non potuit, qvod non modo seipsum morbo liberatum esse, & membris qvasi demortuis novam rediisse vitam sentiret, sed etiam *Uxori* idem intelligeret miraculosum beneficium eadem nocte contigisse. Qvamobrem, ut cœlesti admonitioni debita obedientia satisfaceret, & pro inæstimabili sanitatis dono condigne gratum se præberet, suscepit is sine mora una cum Conjuge sua *Agnete* divinitus sibi mandatum *Iter Sacrum Cellense*, stipatus partim ordinario suo comitatu aulico, partim vero etiam numerosissima aliorum cujuscunqve conditionis hominum caterva, qvos tanto miraculo attonitos, videndæ MARIANÆ CELLÆ cupido incesserat. Certo constat, & testatur etiam nunc marmorea tabula, qvæ super *Templi Cellensis* portam visitur, Marchionem *Henricum* in illo itinere à recta aberasse viâ, sed sub specie cujusdam peregrini, sive ab *Angelo* aliqvo, sive à *S. Wenceslao*, in eam reductum esse. Superata hac ratione itineris incogniti difficultate, cum tandem perventum esset ad cœlitus indigitatam CELLAM, & pius Marchio cum ipsam, tum qvoqve Sacram Imaginem, per somnium sibi monstratam, agnovisset, ineffabili perfusus gaudio, & cum Conjuge sua ac tota comitantium multitudine demississime in terram prostratus, *Potentissimæ Reginæ Cœli* & *Benignissimæ Humani Generis Patronæ*, pro sanitate recuperata multiplices persolvit gratias. 57 Neqve vero verbis duntaxat gratum se præbuit, sed, præterqvam qvod ipsam Sacram Imaginem pretiosissimis exornavit muneribus, pro lignea qvoqve ista casula, qvæ illi hactenus sacelli loco fuerat, tanqvam nimis vili & incendii periculis obnoxia, sumptibus suis integrum à fundamentis extruxit templum, & insigni hoc pietatis suæ exemplo effecit, ut adeo illustris miraculi fama non per *Moraviam* modo & *Styriam*, sed per omnem qvoqve *Bohemiam*, *Austriam*, *Carinthiam*, *Hungariam*, aliasqve conterminas regiones longe lateqve emanaverit, ideoqve paralytici, claudi, cœci, muti, epileptici, energumeni, & alii qvicunqve miseri ad MARIANAM *Styriæ* CELLAM, veluti ad recens apertum misericordiæ fontem, auxilii gratia supplices confugerint. XXX. Ex illo igitur tempore, nempe ab anno *millesimo ducentesimo octogesimo sexto*, votorum pariter atqve miraculorum numerus adeo auctus est, ut seqventi post Christum seculo XIV. Hungariæ Rex *Ludovicus I.* jam memoratum Marchionis Moraviæ *Henrici* templum, tanqvam nimis angustum, nec majestati religionis ejus loci satis respondens, aboleverit, ut pro eo magnificentius aliud ac splendidius erigeret. 58 Cum enim anno *millesimo trecentesimo sexagesimo tertio* Turcarum Tyrannus *Amurathes I.* ex *Asia* per *Hellespontum* & *Thraciam*, *Mœsiamqve inferiorem* & *superiorem* cum numerosissimo exercitu in *Pannoniam* irrupisset, magno qvidem animo illi occurrit Rex *Ludovicus* cum *viginti millibus* militum, qvos per angustias temporis vix ægre collegerat: sed, posteaqvam in conspectu fuere barbari, labare cœpit, &, exiguam suorum manum cum qvadruplo vel qvintuplo majoribus hostium copiis comparando, nocturnam fugam meditari. Venit tamen Ipsi inter hæc opportune in mentem admirandi auxilii, qvod *Diva Virgo Cellensis* constanti fiducia se implorantibus sæpe in extremis vitæ periculis, immo in ipsa morte præstitisset. Hujus igitur expertæ benignitati cum se suumqve exercitum precibus ac suspiriis qvam ardentissime commendasset, & reficiendi corporis causa aliqvantulum recubuisset, apparuit IPSA defatigato, nimioqve ex labore ac cura in somnum delapso, &, dissuasa fuga, certam victoriam promisit, si intrepide 59

capeſſeret pugnam, & Omnipotentiæ Divinæ eventum committeret. Simul etiam, ne Rex Ludovicus cœleſte hoc monitum pro inani haberet phantaſmate, impoſuit dormientis pectori imaginem ſuam elegantiſſime pictam, qvam is devotisſime venerari, & in omnibus itineribus ſecum circumferre conſueverat. Interrupto hac ratione ſomno, & deprehenſa ſuper pectus ſacra illa à ſe adamata imagine, recepit extemplo animum Rex *Ludovicus*, &, convocato univerſo exercitui, qvid ſibi contigiſſet, ſumma confidentia indicans, ut pollicitationi divinæ haberetur fides, verbis ſimul & fiduciæ ſuæ exemplo admonuit; ſubſeqvente confeſtim tanto omnium aſſenſu & dimicandi deſiderio, ut hic ipſe concors animorum ardor luculentum fuerit omen futuræ victoriæ. Committitur ergo prælium: pugnatur utrinqve fortiter: funduntur tandem barbari; & CHRISTUS campum obtinet. Parta hac prorſus ſtupenda victoria, haud immemor Rex *Ludovicus*, cui tantum deberet beneficium, gratiarum actionis cauſa victorem exercitum ad MARIANAM deduxit CELLAM, ubi, ut hodieqve videre eſt, *enſem* & *calcaria*, qvibus in prælio uſus fuerat, *coronam argenteam inauratam gemmisqve diſtinctam*, cum *paludamento Regio*; *calicem ex puro auro* aliaqve varia Eccleſiaſtica ornamenta; pretioſiſſimam præterea *thecam* diverſis *Sanctorum reliqviis* repletam, qvam collo appendentem geſtaverat: ut & illam ipſam *Sacram Imaginem*, qvæ dormientis pectori fuerat impoſita, *Invictiſſimæ Chriſtiani nominis Patronæ*, & *Mahometicæ Lunæ Conculcatrici* ad perpetuam poſteritatis memoriam venerabundus dono obtulit. Totum inſuper templum, ab *Henrico* Moraviæ Marchione olim exſtructum, tanqvam Majeſtati *Divinæ Virginis*, & devotæ ad Ipſam confugientium multitudini, ſplendore & magnitudine impar, abolevit, ejusqve loco magnificentius aliud ex ſolidis lapidibus ad amuſſim perpolitis condidit, qvod qvidem pro baſi habet nativum ſaxum artificioſe excavatum, ſuperne autem arcuato opertum eſt tecto, qvod decem ingentibus columnis innititur. Meminit liberalitatis hujus vere regiæ *Joannes*, *Archidiaconus de Kykullew*, & in Transſylvana Eccleſia Strigonienſis rerum Spiritualium Vicarius Generalis, in Chronico, qvod de geſtis Regis *Ludovici*, cujus ipſe fuit *Secretorum Notarius*, compoſuit, & *Joannes Turocius* ſive *Turocenſis*, qvi aliàs de *Thwrocz* ſeu *Thurocz*, à *Trithemio* autem minus recte *Thuroth* appellatur, Syntagmati ſuo Hiſtoriæ Hungaricæ verbotenus inſeruit. Ipſa *Joannis, Archidiaconi de Kykullew* verba, qvæ ea de re capite qvadrageſimo qvarto extant, ſunt hæc: *Item Rex Ludovicus unam capellam Aqvisgrani; & aliam CELLIS ad Beatam Virginem pulchro & miro opere conſtruxit; ſufficienter & largiter dotavit, ac pretioſis utenſilibus ad cultum divinum, vaſis, calicibus, libris & ornamentis diverſis, ac calice de puro auro decoravit.* Hæc *Joannes, Archidiaconus de Kykullew.* Qvod autem is jam citato loco templum à Rege *Ludovico* extructum *Capellam* tantum ſive *Sacellum* vocat, non fit ratione magnitudinis, ſed reſpectu *primæ originis* à Monaſterio *S. Lamberti* derivatæ. Perſuaſiſſimum etiam habeo, Hiſtoriam vitæ Regis *Ludovici*, à *Joanne Archidiacono de Kykullew* compoſitam, qvam *Joannes Turocenſis* edidit, non eſſe integram, ſed abbreviatam tantum & æqve interpolatam, qvam ſunt *prima & ſecunda pars* ejusdem Syntagmatis *Turociani*, qvæ res geſtas Hungarorum ab origine gentis usqve ad annum Chriſti *milleſimum trecenteſimum qvadrageſimum ſecundum*, ſeu mortem Regis *Caroli*, patris Regis *Ludovici* complectuntur. Falſo qvippe hactenus à qvibusdam creditum eſt, *Joannem Turocium* ſive *Turocenſem*, qui ſub Rege *Matthia Corvino* potisſimum floruit, Operis iſtius, qvod ſub titulo *Chronicæ Hungarorum*, edidit, partem *primam* & *ſecundam* ſuo marte & ſuopte ingenio conſcripſiſſe. Contrarium enim demonſtrat *Auguſtisſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſis*, utpote in qva etiamnunc adſervatur antiqvus Anonymi cujusdam Autoris Codex membranaceus MStus in folio, inter Hiſtoricos Latinos MStos *qvadringenteſimus qvinqvageſimus ſextus*, ſcriptus Anno *milleſimo trecenteſimo qvinqvageſimo octavo*, & ſpectatu digniſſimis inauratis picturis exornatus, ex qvo *Joannes Turocenſis* omnia, *qvæ duabus* illis *prioribus* partibus continentur, partim ſimpliciter, partim interpolate mutuatus eſt.

XXXII Immorarer nunc diutius Hiſtoriæ incrementi MARIANÆ CELLÆ, & ex miraculis

culis fere innumeris, qvibus Beatisſima *Virgo* Deipara *ſecundum Cellenſe templum*, à Rege *Ludovico* exſtructum, inde à jam memorato anno *milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio*, usqve ad hunc diem illuſtrare dignata eſt, notiora qvædam recenſerem: nempe

qvomodo A. 1370. fœmina qvædam ab integra Dœmonum legione liberata fuerit.
qvomodo A. 1406. capite plectendus tres carnificis ictus exceperit ſine ullo vulnere.
qvomodo A. 1410. puero à nativitate muto ſolutum fuerit vinculum linguæ.
qvomodo A. 1420. puer ex arcis in rupe altiſſima ſitæ feneſtra decidens, ſervatus fuerit incolumis. 63
qvomodo A. 1430. Sacerdos ab impiis Judæis in ardentem rogum conjectus, ardorem flammæ & periculum mortis evaſerit.
qvomodo A. 1440. duo, monomachia ſive ſingulari certamine congreſſi, vulnerari neqviverint.
qvomodo A. 1450. infans in vaſe aqva repleto ſubmerſus, vitam receperit.
qvomodo A. 1460. eqves profundum & cœnoſum fluvium per imprudentiam trajiciens præſentiſſimo vitæ diſcrimini ereptus fuerit.
qvomodo A. 1464. fœmina ob ingentes capitis dolores amens ſanitatem recuperaverit.
qvomodo A. 1465. & alias ſæpius, cujusdam in carcerem incluſi vincula mirabiliter ſoluta fuerint.
qvomodo A. 1470. duo infantes ſubverſis cunis oppreſſi, revixerint.
qvomodo A. 1471. latro, confractis oſſibus in rotam actus, retinuerit vitam, & priſtinam corporis integritatem receperit.
qvomodo A. 1472. puella ex arbore delapſa, & triduum mortua, revixerit.
qvomodo A. 1473. præciſa fœminæ manus brachio rurſus accreverit. 64
qvomodo A. 1474. infanti epileptico, ex gremio matris in terram prolapſo, & caſu extincto vita reſtituta fuerit.
qvomodo A. 1475. fœdiſſimo Gallico morbo incurabiliter qvis laborans ſine ullo remedio humano ſanatus fuerit.
qvomodo A. 1477. puerperæ in ipſo partu cum prole jam fere expiranti ſubventum ſit.
qvomodo A. 1479. fœmina, totis qvatuordecim annis cœca, viſum receperit.
qvomodo A. 1480. infanti in utero matris mortuo, donec baptiſmum ſuſciperet, vita conceſſa fuerit.
qvomodo 1484. fœmina à ſedecim dæmonibus liberata fuerit.
qvomodo 1486. excœcatum par conjugum viſu donatum fuerit: & infans, ex gravisſimo caſu ruptus, præter omnem ſpem convaluerit.
qvomodo A. 1488. puerpera paralytica, & A. 1489. juvenis paralyticus, membrorum ſuorum uſum recuperaverint.
qvomodo A. 1493. duo cœci Sacerdotes viſum receperint.
qvomodo A. 1494. duo infantes, qvorum alterum propria mater per inſaniam occiderat, revixerint. 65
qvomodo A. 1498. 1500. 1501. 1502. 1504. & ſæpius alias, lethaliter vulneratis ſubventum fuerit.
qvomodo A. 1507. lapſus in puteum vivus conſervatus, & A. 1509. ſerpens corpore hominis expulſus fuerit.
qvomodo A. 1510. & ſæpius alias, peſtifera lue infecti præſentisſimam mortem evaſerint.
qvomodo A. 1514. Serenisſima Auſtriæ Archidux *Maria*, Imp. *Caroli V.* ſoror & *Ludovici II.* Hugariæ & Bohemiæ Regis ſponſa, in *Rheno* periclitans, ſervata fuerit.

qvo-

qvomodo A.1529. Turcæ MARIANAM CELLAM everſuri, partim cœcitate, partim aliis modis divinitus puniti fuerint; eodemqve tempore corona ſplendida faſtigium templi in argumentum cœleſtis tutelæ ambierit; & ſagittæ Turcarum igniferæ tecto infixæ, ſine incendio *Sacræ Ædis*, ſolæ propriis flammis conflagraverint.

hæc, inqvam, & alia ejusmodi complura notisſima verisſimaqve miracula ex illis 66 fere innumeris, qvibus Beatisſima Virgo Deipara *ſecundum Cellenſe Templum* ab anno *milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio* usqve ad hoc tempus illuſtravit, recenſerem, niſi id abunde jam præſtitum eſſet partim qvidem à *Chriſtophoro Andrea Fiſchero*, cujus *Hiſtoria Eccleſiæ Cellenſis Vindobonæ* ſive *Wiennæ* typis *Ludovici Bonnobergeri* A. 1604, in 4to impreſſa eſt; partim vero etiam, & qvidem multo accuratius atqve prolixius, ab anonymo qvodam Divæ Virginis Cliente, cujus Hiſtoria, BENEDICTA VIRGO CELLENSIS inſcripta, cum multis figuris æri inciſis *Grætii* typis *Widmanſtadianis* A. 1645. in 8vo excuſa eſt. Qvicqvid ergo de inclyti iſtius Loci non tantum freqventisſimis miraculis, verum etiam pretioſiſſimis donis votivis & amplisſimis Sacris Indulgentiis, nec non de ingenerato *Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ* erga eundem affectu, tanqvam narratu nimis prolixum, de induſtria hic à me omittitur, id omne à jam memoratis duobus Autoribus, qvorum XXXIII. uterqve argumentum hoc peculiari Syngrammate pertractavit, petendum eſt. Revertor nnnc ad CÆSAREM. Appetebat nempe annuum *Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis* feſtum, cum IS, ut (1) ſupra narravi, *die XIV. Auguſti* poſt meridiem multa adhuc luce ad MARIANAM CELLAM feliciter pervenit; eaqve de cauſa ac-67 celeraverat iter, ut jam dictæ Solennitati IPSE ibi intereſſet. Eſt enim hoc feſtum omnium *Divæ Virginis* celeberrimum, ideoqve per excellentiam olim *Dies Dominæ* fuit appellatum, ut teſtatur Epiſcopus *Chartuitius* ſive *Chartuitus* in (2) Vita *S. Stephani* Hungarorum Regis his (3) verbis: *Erat ſane Rex ille fidelis & integer in omnibus factis ſuis, DEO toto pectore deditus & addictus: ſeipſum qvoqve & regnum ſuum per votum & oblationem in perpetuæ Virginis MARIÆ tutelam aſſiduis precibus contulit. Cujus ſacratisſimæ Virginis honor & gloria tam eſt celebris apud Hungaros, ut feſtum Aſſumptionis ejus tacito proprio nomine ſua lingua DIEM DOMINÆ appellent.* Et aliqvanto (3) poſt, ubi de morte ejusdem Sancti Regis agitur: *Inſtabat*, inqvit, *tunc præcipua ſolennitas, celebris Angelis & hominibus, ASSUMPTIONIS Beatiſſimæ MARIÆ dies: in cujus gaudiis ut ſui corporis fieret diſſolutio precibus à Domino contendit, lachrymis & gemitibus impetravit, ſperans cumulationis miſericordiæ ſe ſpem habiturum. Aderat ergo felix ille dies, ejus obitu mox felicitatis aliqvam acceſſionem habiturus: circumſtabant cum Clero Epiſcopi, cum miniſtris Principes & Comites: Rex in medio jacens ſacram percepit unctionem, ſanctamqve animam, Corporis & Sanguinis CHRISTI recreatam viatico, anno Dominicæ In-*68 *carnationis milleſimo trigeſimo* (4) *qvarto, in manus perpetuæ Virginis & ſanctorum Angelorum, æternæ qvietis beatitudini inferendam, tradidit.* Hæc *Chartuitius* ſive *Chartuitus* Epiſcopus Hungarus, qvi jam citatam *S. Stephani* vitam dicavit *octavo* Regi Hungariæ *Colomanno*, qvi regnare cœpit A. 1095. & A. 1114. obiit. Memini etiam ego, ex parentibus meis me audiviſſe, avorum ſuorum memoria in *Saxonia* qvoqve noſtra, priusqvam ea à Catholica fide ad Lutheraniſmum deficeret, *Aſſumptionis D. Virginis feſtum*, eadem ratione atqve apud *Hungaros*, vulgo appellatum fuiſſe *der* XXXIV. *Groſſe Frauwentag*, hoc eſt, *Magnum Diem Dominæ*. Prima qvippe hujus ſolennitatis inſtitutio adeo antiqva eſt, ut origo ejus ignoretur, ideoqve ipſorum *Chriſti Diſcipulorum*, qvi *D. Virgini* ſuperſtites fuerunt, piæ, ſed privatæ, devotioni veriſimiliter poſſit

(1) *Segmento XXVI. pag. 53.*

(2) *Extat apud* Laur. Surium, *ſed mutato ſtylo, Tomo IV. de probatis Sanctorum Viris, d. 20. Auguſt. & in Corpore* Rerum Hungaricarum *Francofurti typis* Wechelianis *A.* 1600. *edito, à pag.* 268. *usq; ad pag.* 280.

(3) *pag.* 273.

(4) *Corrigenda itaq; eſt* Joannis Piſtorii *Genealogia Regum Hungariæ, quæ extat in Corpore* Rerum Hungaricarum, *ubi pagina* 551. *mendoſe legitur,* S. Stephanum *Hungariæ Regem ex hac vita migraſſe anno* milleſimo trigeſimo octavo.

poſſit attribui. Publica enim ejus confirmatio & præceptio inſtitutione ipſa recentior eſt, nec uno eodem tempore in omnibus Catholicæ Eccleſiæ provinciis fuit promulgata: ſed *Romæ* qvidem ſeculo Æræ Chriſtianæ *qvarto*, non multo poſt initium libertatis, Religioni Chriſtianæ ab *Imp. Conſtantino Magno* conceſſæ; tardius autem *Conſtantinopoli*, nempe ſeculo *ſexto* ſub Imperatore *Mauricio*; ac demum ſeculo nono ſub Imperatore *Carolo Magno* in *Germania* atqve *Gallia*. Certe qvod ad jam memoratam hujus feſti in Eccleſia *Romana* antiqvitatem attinet, ne illi ipſi qvidem, qvi à Catholica fide ſunt alieni, eam negare poſſunt; ideoqve *Matthæus Dreſſerus*, impius hujus feſti calumniator, in Opuſculo ſuo *de feſtis* refert, à *S. Damaſo* Papa illud A. 364. inſtitutum fuiſſe. Qvæ traditio licet nullo, qvod ego ſciam, idonei cujusdam antiqvi ſcriptoris autoritate nitatur, atqve inſuper Chronologiæ ſucceſsionis Summorum Pontificum manifeſte repugnet; qvia nimirum A. 364. *S. Liberius* geſſit Pontificatum, non vero *S. Damaſus*, utpote qvi A. 367. electus eſt: attamen inde, ut dixi, apparet, ne illos ipſos qvidem, qvibus *feſtum Aſſumptionis* qvam maxime inviſum & odioſum eſt, negare poſſe, qvod ſeculo poſt Chriſtum *qvarto Romæ* illud jam in uſu fuerit. Nos autem primam hujus feſti inſtitutionem ſeculo etiam *qvarto* ſtatuimus *antiqviorem*, & ab ipſorum *Chriſti diſcipulorum* privata devotione derivamus. Qvis autem Romanorum Pontificum annuam ejus celebrationem publica promulgatione primus præceperit, id, tanqvam nimia vetuſtate obliteratum, in medio relinqvimus. Qvamobrem recte *S. Bernhardus* Epiſtola *centeſima ſeptuageſima qvarta, qvam de Conceptione Beatiſſimæ Virginis* ad *Canonicos Lugdunenſes* ſcripſit, *feſtum Aſſumptionis* non aliunde ſe accepiſſe teſtatur, qvam *ab Eccleſia*. Ipſa ejus verba (1) hæc ſunt: *Honora Matris Domini & Reginæ Virginum integritatem carnis, vitæ ſanctitatem. Mirare fœcunditatem in virgine; prolem venerare divinam. Extolle neſcientem vel in concipiendo concupiſcentiam, vel in pariendo dolorem. Prædica reverendam angelis, deſideratam gentibus, Patriarchis Prophetisqve præcognitam, electam ex omnibus, prælatam omnibus. Magnifica gratiæ inventricem, mediatricem ſalutis, reſtauratricem ſeculorum. Exalta deniqve exaltatam ſuper choros Angelorum ad cœleſtia regna. Hæc mihi de illa cantat Eccleſia, & me eadem docuit decantare. Ego vero, qvod ab illa accepi, ſecurus & teneo & trado, qvod non ſcrupuloſius fateor admiſerim. Accepi ſane ab Eccleſia illum diem cum ſumma veneratione colendum, qvo ASSUMPTA de ſeculo neqvam, Cœlis qvoqve intulit celeberrimorum feſta gaudiorum.* Hæc S. Bernhardus de prima feſti *Aſſumptionis B. Virginis* origine. De dignitate autem & præſtantia ejusdem ſolennitatis integri *qvinqve* apud eundem extant *Sermones*, pleni Spiritus DEI & cœleſtis gratiæ; in qvorum primo, cauſam lætitiæ generis humani, huic feſto debitæ, commemorans, ita (2) exclamat: *Præceſſit nos Regina noſtra; præceſſit, & tam glorioſe ſuſcepta eſt, ut fiducialiter ſeqvantur Dominam ſervuli clamantes: Trahe nos poſt Te; in odore unguentorum tuorum curremus. Advocatam præmiſit peregrinatio noſtra, qvæ tanqvam Judicis Mater, & Mater Miſericordiæ ſimpliciter & efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractabit. Pretioſum hodie munus terra noſtra direxit in Cœlum, ut dando & accipiendo felici amicitiarum fœdere copulentur humana divinis, terrena cœleſtibus, ima ſummis. Illo enim aſcendit fructus terræ ſublimis, unde datæ optima & dona perfecta deſcendunt. Aſcendens ergo in altum Virgo beata, dabit ipſa qvoqve dona hominibus. Qvidni daret? ſi qvidem nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas. Regina cœlorum eſt; miſericors eſt: deniqve Mater eſt unigeniti Filii DEI. Nihil enim ſic poteſt poteſtatis ejus ſeu pietatis magnitudinem commendare; niſi forte aut non creditur DEI Filius honorare Matrem, aut dubitare qvis poteſt omnino in affectum charitatis tranſiſſe MARIÆ viſcera, in qvibus Ipſa, qvæ ex DEO eſt Charitas, novem menſibus corporaliter reqvievit.* Hucusqve *S. Bernhardus*. Cujus authoritate ſi qvis nolit eſſe contentus, adeat *S. Gregorii Primi* ſive *Magni*, qvi A. 590. Pontificatum Romanum adeptus eſt, (3) *Librum Sacramentorum*, ſeu potius

69 70 71 XXXV.

(G) *Sacra-*

(1) *Tomo ſecundo, pag. 206. editionis Regiæ Pariſinæ Operum S. Bernardi A. 1586. in fol.*

(2) *Operum S. Bernardi Tomo ſecundo, pag. 321. ſupra citatæ editionis.*

(3) *Extat Tomo V. Operum* S. Gregorii Magni *Antverpiæ editorum A. 1615. apud Petrum & Joannem Bellerum in fol. Plura de eo vide infra Segmento hujus Diarii qvadrageſimo pag. 92. 93.*

72 *Sacramentarium*, & inveniet ibi *solennes preces* in *Vigilia* & *Festo Assumptionis D. Virginis* seculo post Christum *sexto* secundum antiqvam Sedis Apostolicæ consuetudinem recitari solitas Inspiciat *Anastasii* S. R. E. Bibliothecarii (1) *Historiam de Vitis Pontificum Romanorum*, & mirabitur insigne miraculum, qvod in ejusdem festi solennitate sub *S. Leone IV.* A. 847. qvo is Pontifex Romanus electus est, Romæ contigit, & dignissimum profecto est, ut ipsis *Anastasii*, illius ævi scriptoris, verbis hic inferatur. *Hic*, inqvit, *præcipuus & insignis Præsul divinarum scripturarum scientia & eruditione probatissimus extitit prædicator, qvi fama tantæ beatitudinis atqve sanctitatis claruit, ut in conspectu universæ istius in Christo fundatæ Ecclesiæ populi miracula operaretur. In primo qvidem Pontificatus sui anno juxta Basilicam B. Luciæ Martyris, qvæ in* (2) *Orphea sita est, in qvibusdam terris abditisqve cavernis diri generis serpens, qvi Basiliscus græce, latine Regulus dicitur, ortus est, qvi flatu suo ac visione omnes, qvi ad easdem properabant cavernas, celeriter necabat, mortisqve tradebat periculo, ita ut omnes stupor ac timor invaderet, serpentis virtutes mirantes & cladem. Ipse vero beatissimus & præclarus Pontifex hanc populi necem, audiensqve perniciem, ad orationes se convertit cum jejuniis, Dominum deprecari*
73 *non cessans, ut ab hujusmodi omnes interitu liberaret. Dum hæc agerentur, præclarus & celeberrimus dies advenit, in qvo Beatæ Dei-Genitricis semperq; Virginis MARIÆ ASSUMPTIO celebratur. Tunc præfatus & universalis Papa à Patriarchio cum hymnis & canticis spiritualibus sancta præcedente icona ad Basilicam S. Hadriani Martyris, sicut mos est, propriis pedibus cum omni Clero perrexit. De qva regressus, cum omni fidelium cœtu ad Basilicam Beatæ Genitricis DEI & Domini nostri JEsu Christi, qvæ ad Præsepe dicitur, cum Dei laudibus magna comitante caterva populi properabat. Qvi cum pervenisset ad locum, in qvo ipse sævissimus Basiliscus terris, ut jam superius diximus, jacebat cavernis, omnem Clerum & populum stare præcepit, atqve juxta easdem cavernas properans super foramen ipsius ubi pestiferi flatus egrediebatur serpentis, intrepidus stetit, & oculos ad cœlum pariter tetendit & palmas, Christumqve, qvi est super omnia DEUS, profusis lachrymis deprecatus est, ut ab eodem loco diri serpentis genus sua potentia effugaret. Et data super populum oratione, Dei laudes ad Basilicam, qvam superius memoravimus, profectus est exhibere. Ab eodem vero die ipse pestifer basiliscus ita effugatus, atqve ab ipsis projectus est antris, ut ultra in illis locis*
74 *nulla læsionis ejus macula appareret.* Hucusqve Anastasius. Consulat deniqve Pontificis *Nicolai I.* qvi A. 858. electus est, (3) *Responsa ad Consulta Bulgarorum*, & cognoscet, inter antiqvissima Ecclesiæ Catholicæ *Jejunia* illud qvoqve recenseri, qvo etiam nunc *Vigilia Festi Assumptionis B. Virginis* honoratur. Ipsa Pontificis *Nicolai I.* verba capite *sexto* hæc sunt: *Qvot temporibus vel diebus in circuitu sit anni à carnibus abstinendum, nunc vobis, qvi rudes estis, & in fide qvodammodo parvuli, superflue ducimus exponendum. In diebus jejuniorum, in qvibus per abstinentiam & lamentum pœnitentiæ præcipue Domino supplicandum est, modis omnibus est à carnibus abstinendum. Qvoniam licet omnibus orare & abstinere conveniat, jejuniorum tamen temporibus amplius abstinentiæ inservire oportet, videlicet, ut qvi se sciverit illicita perpetrasse, secundum sacra decretalia in his etiam à licitis se qvibusdam abstineat; Qvadragesimali videlicet tempore, qvod est ante Pascha, jejunio post Pentecosten, jejunio ante solennitatem ASSUMPTIONIS Sanctæ Dei Genitricis & semper Virginis Dominæ nostræ MARIÆ, nec non jejunio ante natalis Domini nostri JEsu Christi festivitatem; qvæ jejunia sancta Romana suscepit antiqvitus & tenet Ecclesia.*

XXXVI. Hæc Pontifex *Nicolaus Primus*. Qvod porro ad ejusdem festi Assumptionis B. Virginis celebrationem, publico Imp. *Mauritii*, qvi A. 582. imperare cœpit, edi-
75 cto promulgatam attinet, ea de re apud *Nicephorum Callistum* Historiæ Ecclesiasticæ lib. 17. cap. 28. hæc leguntur: Τάττει δὲ (ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς μετὰ τὴν ἁγίαν πέμπτην οἰκουμενικὴν Σύνοδον) καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ὑπαπαντὴν ἄρτι πρώτως ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ἑορτάζεσθαι· ὥσπερ Ἰουστῖνος τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν γέννησιν· καὶ Μαυρίκιος οὐ πολλῷ ὕστερον τὴν τῆς (4) πανάγνου καὶ Θεομήτορος κοίμησιν κατὰ τὴν πεντεκαιδεκάτην τοῦ Αὐγούστου μηνός.

(1) *Pag. 178. & 179. editionis Regiæ Parisinæ A. 1649. in fol.*

(2) *Apud* Platinam *legitur* in Orthea.

(3) *Extant Tomi III. Syntagmatis omnium Conciliorum, à* Severino Binio *editi, parte prima, p. 770.*

(4) Joannes Langus, *qui Nicephori Callisti Historiam Ecclesiasticam primus latine vertit, pro* πανάγνου *sine dubio hic legit* παναγίας, *Vertit enim* sacrosanctæ.

μηνός. Hoc eſt, ut ego interpretor: *Promulgavit etiam Imp. Juſtinianus tunc primum, nempe poſt ſanctum Concilium Conſtantinopolitanum II. ſeu Univerſale Qvintum, h.e. A. C. 553. edictum, ut ſolennitas, qvæ à Græcis qvidem* ἑορτὴ τῆς τοῦ Σωτῆρος ὑπαπαντῆς, *id eſt, Feſtum Occurſus Servatoris ſive feſtum Obviationis & Exceptionis Dominicæ, à Latinis autem feſtum Simeonis & Annæ, feſtum Præſentationis & feſtum Purificationis B. MARIÆ Virginis appellatur, toto terrarum orbe celebraretur; qvemadmodum Imp. Juſtinus ſanctam Chriſti Nativitatem, & non multo poſt Imp. Mauricius caſtiſſimæ Virginis ac Dei Genitricis Obdormitionem ſive obitum decimo qvinto die menſis Auguſti præcepit celebrari.* Hæc Nicephorus Calliſtus. Qvibus verbis *Rudolphus Hoſpinianus* atqve alii nonnulli à fide Catholica alieni, ut *feſtum Aſſumptionis B. Virginis* tanqvam novitium criminentur, perperam confirmare annituntur, ſolennitatem illam ab Imp. *Mauritio* primum 76 inſtitutam, nec antea unqvam in uſu fuiſſe. Sed manifeſte reclamat jam citati loci contextus. Uti enim ibi nec de Imp. *Juſtiniano* ſimpliciter dicitur, ipſum primum omnium præcepiſſe, ut feſtum *Hypapantes* ſive *Purificationis* celebraretur, nec de Imp. *Juſtino*, ut celebraretur feſtum *Nativitatis Chriſti*; utriusqve enim feſti ſolennitas ante Imp. *Juſtinianum* & *Juſtinum* in Eccleſia Catholica tam Orientali, qvam Occidentali fuit uſitata; ſed hoc tantum illis *Nicephori* verbis ſignificatur, jam memoratos duos Imperatores edixiſſe, ut duo illa feſta, nempe *Nativitatis* & *Purificationis*, qvæ antea nec omnibus locis, nec uno eodem tempore qvotannis æqvaliter celebrata fuerant, impoſterum πανταχοῦ τῆς γῆς, hoc eſt, *toto terrarum orbe*, tum reſpectu loci, tum temporis, uniformiter celebrarentur: ſic etiam ibidem de Imp. *Mauritio* non ſimpliciter traditur, qvod celebrationem feſti *Aſſumptionis B. MARIÆ Virginis* primus omnium publico edicto præceperit, ſed qvod ſolennitatem ejus feſti, multo ante qvidem inſtitutam, non tamen ubivis, nec eodem tempore æqvaliter obſervatam, novo edicto ita confirmaverit, ut deinceps & toto terrarum orbe, & uno eodem tempore, nempe *die decimo qvinto Auguſti*, perpetuum 77 celebraretur.

XXXVII. Cæterum notabile eſt, feſtum *Aſſumptionis Beatiſſimæ Dei-Genitricis* tam ſupra citato *Nicephori Caliſti* loco, qvam apud reliqvos Græcos Scriptores Eccleſiaſticos κοίμησιν, hoc eſt, *feſtum Dormitionis* ſive *Obdormitionis* vocari; nempe qvia τὸ κοιμάομαι, qvod proprie *dormio, obdormio, obdormiſco, qvieſco*, ſignificat, in Novo Teſtamento metaphorice etiam pro *morior* uſurpatur: uti apud *S. Joannem Evang.* cap. 11. v. 11. 12. 13. 14. Ταῦτα εἶπε ὁ Ἰησοῦς καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς. Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται· ἀλλὰ πορεύομαι, ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. Εἶπον οὖν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται. Εἰρήκει δὲ ὁ Ἰησοῦς περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν, ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει. Τότε οὖν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς παῤῥησίᾳ. Λάζαρος ἀπέθανε. Hoc eſt ſecundum vulgatam verſionem latinam: *Hæc ait JEſus, & poſt hæc dixit eis: Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado ut à ſomno excitem eum. Dixerant ergo diſcipuli ejus: Domine, ſi dormit, ſalvus erit. Dixerat autem JEſus de morte ejus: illi autem putaverunt, qvia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo JEſus dixit eis manifeſte: Lazarus mortuus eſt.* Item Epiſtolæ ſecundæ *S. Petri* cap. 3. verſ. 4. ποῦ 78 ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ᾽ ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίσεως. Hoc eſt ſecundum vulgatam verſionem latinam: *Ubi eſt promiſſio aut adventus ejus? ex qvo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturæ.* Hinc etiam *Sepulchreta* ſive loca circum templa mortuis ſepeliendis conſecrata vocantur κοιμητήρια, *Cæmeteria*, hoc eſt, *Dormitoria*. *Qvid enim*, ut in *Dialogo de Senectute* recte ait *Cicero, tam ſimile morti eſt, qvam ſomnus?* Qvo qvidem reſpectu & ipſe verbum obdormiſcere, æqve ac Græci κοιμᾶσθαι, *libro primo Tuſculanarum Qvæſtionum* uſurpat pro *mori*. *Qvid melius*, inqvit, *qvam in mediis vitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniventem ſomno conſopiri ſempiterno?*

XXXVIII. Qvamvis itaqve Sancta Eccleſia Catholica tam in *Oriente*, qvam *Occidente*, beatisſimam Sanctisſimæ Dei-Genitricis *mortem*, & glorioſiſſimam Ejusdem *Aſſumptionem in Cœlum* uno eodem die *decimo qvinto Auguſti* celebret, *Græci* tamen hanc ſolennitatem, qvam Latini feſtum *Aſſumptionis* appellant, maluerunt nominare ἑορτὴν τῆς κοιμήσεως, hoc eſt, *feſtum Obdormitionis* ſive *Obitus*; non qvidem, qvod Beatisſimæ Virginis ἀνά-

λη ψιν

79 λῆψιν εἰς οὐρανὸν, h. e. *Assumptionem in Cœlum*, minus qvam Ejusdem *Obitum* vel crediderint, vel coluerint: contrarium enim docent *Joannes Damascenus*, *Andreas Cretensis*, *Epiphanius Presbyter*, atqve alii Græci Scriptores Ecclesiastici, qvorum *Sermones* de eadem celebritate habiti, etiamnunc extant: sed ut κοιμήσεως, hoc est, *Obdormitionis* sive *Obitus* nomine indicarent, alienos se esse à *Collyridianorum hæresi*, qvi, ut *S. Epiphanius* in Opere suo adversus octoginta Hæreses testatur, Sanctissimæ Virgini *Deitatem* sive *divinam naturam* attribuentes, *mortis* eam prorsus fuisse *expertem*, & instar *Henochi* ac *Eliæ* in Cœlum translatam crediderunt; & ne Sacræ Scripturæ deesset autoritas, seu potius obtentus, traxerunt eo locum *Apocalypseos S. Joannis* cap. 12. v. 13. & 14. ubi legitur, *Draconem adversus mulierem properasse, qvæ marem, pepererat, & datas illi esse pennas aqvilæ, & translatam esse in desertum, ne eam Draco comprehenderet.* Ipsa *Apocalypseos* verba hæc sunt: Καὶ ὅτε εἶδεν ὁ δράκων, ὅτι ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, ἐδίωξε τὴν γυναῖκα, ἥτις ἔτεκε τὸν ἄῤῥενα. Καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ δύο πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον εἰς τὸν τόπον αὐτῆς, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν καὶ καιροὺς, καὶ ἥμισυ καιροῦ ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως. Hoc est secundum vulgatam versionem latinam: *Et postqvam vidit draco, qvod projectus esset in*
80 *terram, persecutus est mulierem, qvæ peperit masculum: & datæ sunt mulieri alæ duæ aqvilæ magnæ, ut volaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.* Hucusqve verba Apocalypseos. Verumenimvero licet erroneam hanc opionem *S. Epiphanius*, qvod ad *divinitatem* B. Virginis attinet, abunde refutet, de *morte* tamen *nihil certi* affirmare audet, sed in medio eam relinqvit his verbis: Ζητήτωσι τὰ ἴχνη τῶν γραφῶν, καὶ εὕρωσιν ἂν οὔτε θάνατον Μαρίας. οὔτε εἰ τέθνηκεν, οὔτε εἰ μὴ τέθνηκεν, οὔτε εἰ τέθαπται, οὔτε εἰ μὴ τέθαπται· οὐ πάντως δὲ ὁρίζομαι τοῦτο, καὶ οὐ λέγω ὅτι ἀθάνατος ἔμεινεν, ἀλλ᾽ οὔτε διαβεβαιοῦμαι εἰ τέθνηκεν· ὑπερέβαλε γὰρ ἡ γραφὴ τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἐν μετεώρῳ εἴασε διὰ τὸ σκεῦος τὸ τίμιον καὶ ἐξοχώτατον, ἵνα μή τις ἐν ὑπονοίᾳ γένηται περὶ αὐτῆς σαρκικῶν πραγμάτων. κἄν τε οὖν τέθνηκεν, οὐκ ἔγνωμεν· καὶ εἰ τέθαπται, οὐ συνήπται σαρκί· μὴ γένοιτο. Hoc est: *Scrutentur vestigia Sacrarum Scripturarum, & nullam in iis de obitu MARIÆ mentionem invenient; nempe utrum mortua sit, nec ne; utrum sepulta, an non sepulta fuerit.*
81 *Non autem omnino definio hoc, neqve dico, qvod immortalis permanserit, neqve affirmo, qvod sit mortua. Supergressa qvippe Scriptura Sacra humanæ mentis captum, rem in inserto reliqvit propter vas illud pretiosum & excellentissimum, ne qvis ullam de ea carnalium rerum suspicionem concipiat. An igitur mortua sit, haud eqvidem novimus: si autem sepulta est, absit, ut eam carni copulatam fuisse arbitremur.* Hæc S. Epiphanius in refutatione septuagesimæ octavæ hæreseos *Antidicomarianitarum*, qvi *Virginitatem* Sanctissimæ
XXXIX. & ab omni labe purissimæ Dei-Genitricis infamare ausi sunt. Ut enim omnem calumniandi causam illis adimeret, negavit (1) Beatissimam Virginem apud *S. Joannem*, cui à Christo commendata fuerat, perpetuo mansisse, eumqve in *Asiam Minorem* proficiscentem comitasse. Abutebantur enim nonnulli eo exemplo in occasionem peccati, dum *devotas Virgines*, qvas συνεισάκτους καὶ ἀγαπητάς, hoc est,
82 *Contubernales* & *Dilectas* vocabant, apud se retinere concessum putarent. Ipsa *S. Epiphanii* verba hæc sunt: Λέγει δὲ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν. εἰ δὲ εἶχεν ἄνδρα, εἰ εἶχεν οἶκον, εἰ εἶχε τέκνα, εἰς τὰ ἴδια ἀνεχώρει, καὶ οὐ πρὸς τὸν ἀλλότριον. Ἀλλὰ μὴ τοῦτο γραφῇ εἰς βλάβην τισὶ, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λάμβανειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν, διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. ἐκεῖσε γὰρ τὰ πράγματα ἐτελεῖτο, κατ᾽ οἰκονομίαν δὲ διηρημένων

(1) *Qvæstionem hanc, an* B. Dei-Genitrix *cum* S. Joanne *Evangelista in* Asiam Minorem *profecta sit, & apud eundem habitaverit* Ephesi, *affirmative persolvit Concilium Generale* Ephesinum *A.* 431. *celebratum, in cujus* Synodica *ad Clerum Constantinopolitanum* Epistola *expresse legitur*, S. Joannem Theologum *&* S. Virginem Deiparam *Civitatem* Ephesiorum *qvandoqve incoluisse, ideoqve eo potissimum loco Hæresiarcham* Nestorium, *qvi* B. Virginem MARIAM non DEI-Genitricem, *sed tantum* Christi-Genitricem *appellandam censuit, merito condemnatum esse. Vid. Em. Card.* Baron. *Annal. Eccles. Tom. I. ad A. C.* 44. *&* Francisci Bivarii *Comment. ad* Fl. Lucii Dextri *Chronicon omnimodæ Historiæ, qvod à* Gabriele Pennoto, Auberto Miræo, *& aliis creditur suppositium.*

μένων τῶν πραγμάτων ἀπὸ τῆς ἄλλης ἁπάσης κατὰ Θεὸν ὀφειλούσης φυλάττεσθαι ἀκριβείας. καὶ γὰρ ὅτε τοῦτο γεγένητο, καὶ παρείληφεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν, οὐκέτι παρέμεινε παρ' αὐτῷ. καί τοι γε τοῦ Ἰωάννου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐνστειλαμένου τὴν πορείαν. καὶ οὐδαμοῦ λέγει, ὅτι ἐπηγάγετο μεθ' ἑαυτοῦ τὴν ἁγίαν Παρθένον· ἀλλ' ἁπλῶς ἐσιώπησεν ἡ γραφή. Hoc eſt, R. P. *Dionyſio Petavio* interprete: *Ex illo die, inqvit Evangelium, accepit eam Diſcipulus ad ſeſe. Atqvi ſi & virum haberet, & domum, & liberos, ad ſua potius, qvam ad alienum ſeſe conferret. Vereor ne hoc ipſum, qvod dicimus, fraudi ſit aliqvibus, ut ad Contubernales & Dilectas, qvas vocant, fœminas retinendas, qvod genus peſſimo ſibi animi errore machinati ſunt, fucum inde aliqvem & colorem acceſſiſſe videantur. Verum illic certa qvadam providentiæ ratione adminiſtrata ſunt omnia; ita ut totum hoc negotium ab aliorum omnium, qvæ ex Dei mandato præſtanda ſunt, officiorum lege eſſet, ac neceſſitate ſejunctum. Præterea, poſteaqvam illud ita geſtum eſt, & ad ſeſe illam accepit, non amplius apud ipſum permanſit. Ac cum Joannes interim in Aſiam profectus ſit, nusqvam tamen B. Virginem itineris comitem ſecum illum habuiſſe ſignificat; ſed de ea re penitus Scriptura conticeſcit.* Poſtqvam igitur *S. Epiphanius* jam citatis verbis negavit, Sacræ Scripturæ teſtimonio probari poſſe *B. Virginem* licet eam *S. Joannes* ad ſe receperit, perpetuo apud eundem manſiſſe, tranſit ea occaſione ad alteram illam qvæſtionem, an de ejusdem Sanctiſſimæ Virginis *obitu* ulla in ſacris literis extet mentio; cumqve ex illis, nec qvod mortem obierit, nec qvod absqve morte in cœlum aſſumpta ſit, manifeſte probari qveat, ipſe deciſionem ejus dubii in medio reliqvens, neutrum definit, ſed contentus eſt, ſublimem *Beatiſſimæ Dei-Genitricis* excellentiam & ab omni corporis illecebra munditiem *Antidicomarianitis* vel hoc ipſo demonſtraſſe, qvod, an mortua fuerit, ex *divinis Scripturis* non poſſit elici. Atenimvero etſi *Scriptura Sacra* hic ſileat, & *Epiphanius* dubitet, nos tamen ſine ulla hæſitatione cum *Sancta Eccleſia Catholica* firmiter credimus & conſtanter profitemur, *Beatiſſimam Dei-Genitricem* ut humanæ naturæ conſortem, humanam pariter re ipſa ſubiiſſe moriendi neceſſitatem; ſingulari autem Omnipotentis Filii ſui gratia è morte ſuſcitatam, & cum ſacratiſſimo illo corpore, in qvo & ex qvo DEus carnem ſuſceperat, in cœlum aſſumptam fuiſſe. Teſtantur enim hoc *vetuſtiſſimæ preces* in ſolennem memoriam beatiſſimi *obitus* & glorioſæ *Aſſumptionis* Sanctisſimæ Virginis conceptæ, qvarum duas ex *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* perantiqvo Codice membranaceo manuſcripto, inter Theologicos Latinos MStos trecenteſimo ſexageſimo, qvo *S. Gregorii Magni*, qvi A. 590. in Romanum Pontificem electus eſt, & A. 604. obiit, (1) *Liber Sacramentorum* ante *mille & ſexaginta* annos compoſitus, continetur, ſpeciminis loco hic ſubjungo:

83

84

XL.

> *Veneranda nobis Domine, hujus eſt diei feſtivitas, in qva ſancta Dei genitrix mortem ſubiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, qvæ filium tuum Dominum noſtrum de ſe genuit incarnatum:* (2) *cujus interceſſione qvæſumus ut mortem evadere poſſimus animarum; per Chriſtum Dominum noſtrum.*
>
> *Subveniat Domine plebi tuæ Dei genitricis oratio, qvam etſi pro conditione carnis migraſſe cognoſcimus, in cœleſti gloria apud te pro nobis orare ſentiamus; per Chriſtum Dominum noſtrum.*

85

Extat etiam in jam memorato pervetuſto Codice manuſcripto hactenus *ineditum* ejusdem *S. Gregorii Magni Benedictionale*, ſive *Syntagma ſolennium ſacrarum Benedictionum*, in Sancta Eccleſia Catholica ante *mille & ſexaginta* annos uſitatarum, inter qvas etiam hæc eſt.

BENEDICTIO IN ASSUMPTIONE S. MARIÆ.

Deus, qvi beatiſſimam virginem Mariam, Domini noſtri Jeſu Chriſti glorioſiſſimam genitricem, hodierna die ad cœlos voluit evocare, & ſuper choros angelorum ſublimiter exaltare,

(1) *Vide Tomum V. ſupra citatæ Antverpienſis editionis omnium Operum* S. Gregorii Magni, *pag.* 142. & 143.

(2) *Hæc* clauſula *in utraqve editione, tam* Romana, *qvam* Antwerpienſi, *culpa depravatorum Codicum manuſcriptorum perperam omiſſa eſt.*

altare suæ vos benedictionis gratia per intercessionem ejus & merita dignetur taliter ditare, qvaliter à vitiis ad virtutes mereamini transmigrare, AMEN.

Concedatqve vobis in hoc seculo sic fide vigere, spe gaudere, & charitate pollere, castitatis jugiter eminentia fulgere, & humilitatis etiam excellentia splendere, qvo ipsi per omnia bonis operibus adornati valeatis placere, AMEN.

86

Faciatqve vos omnia præterita flagitia & facinora, ita die noctuqve gemitibus & fletibus expiare, præsentia & futura tam salubriter evitare, qvatenus cum ipsa possitis æternaliter in cœlestibus emicare, AMEN.

Qvod ipse præstare dignetur, cujus regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum, AMEN.

XLI. Hactenus igitur demonstrasse sufficiat, errasse *Collyridianos*, qvi Sanctissimam *Dei-Genitricem* pro *Dea* habentes, morti eam *non* fuisse *obnoxiam* falso crediderunt, ideoqve *Græcos*, ut ab eorum hæresi alienos se ostenderent, solennitatem illam, qvæ à *Latinis* festum *Assumptionis* vocatur, ἑορτὴν τῆς κοιμήσεως, h. e. festum *Obdormitionis* sive *Obitus* maluisse appellare. Est insuper & alia causa, propter qvam Ecclesia *Græca* nomine κοιμήσεως ea in re uti voluerit; nempe qvia κοίμησις *lenioris* significationis vox est, qvam θάνατος &, stricte sumpta metaphora, non qvamlibet denotat *mortis* speciem, sed eam tantum, qvæ instar *somni* sive *obdormitionis* est *placidissima*. Fuerunt enim olim, qvi, ut *S. Epiphanius* in supra citata *Antidicomarianitarum* refutatione testatur, Sacrosanctam Virginem *Deiparam* crediderunt *cruentum* Christianæ fidei subiisse martyrium, & *gladio* occubuisse; idq; apud *S. Lucam* Evangelistam cap. 2. v. 34. & 35. significari, dum eam *S. Simeon* prophetico Spiritus Sancti impulsu alloqvitur his verbis: ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί. Hoc est secundum vulgatam versionem latinam: *Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Ut itaqve Ecclesia *Græca* hanc qvoqve falsam opinionem à se improbari innueret, merito dulcissimam minimeqve violentam Beatissimæ *Virginis* mortem significantissimo vocabulo κοίμησιν sive *Obdormitionem* appellandam censuit.

87

XLII. Similiter etiam Ecclesia *Occidentalis* sive *Latina* eandem illam solennitatem diei *decimæ qvintæ Augusti*, qva Beatissimæ *Dei-Genitricis* naturalis simul mors, & supranaturalis cum corpore in cœlum receptio celebratur, non temere nec sine certo consilio, sed duas potissimum graves ob causas *Festum ASSUMPTIONIS* nuncupat: nempe primo qvidem, ut hoc ipso nomine damnet eorum hæresin, qvi Sanctissimæ *Dei-Genitricis* receptionem in Cœlum ad *animam* Ipsius tantum, non vero simul etiam ad *corpus* pertinere existimant; secundo autem ut differentiam indicet inter CHRISTUM, ut Θεάνθρωπον, hoc est, *DEUM & hominem*, cujus anima una cum corpore non aliena, sed propria virtute in Cœlum ascendit, unde & ea solennitas proprie *Ascensio* dicitur; & inter Beatissimam Virginem MARIAM, ut Θεοτόκον ἀνθρωπείαν sive *Dei-Genitricem humana natura præditam*, qvæ non suapte virtute à mortuis resurrexit & conscendit Cœlum, sed à Filio suo & è morte suscitata, & in cœlum translata est.

88

XLIII. Qvod deniqve ad ejusdem festi *Assumptionis* celebrationem seculo post Christum *nono* sub Imp. *Carolo Magno* in *Germania* & *Gallia* publica autoritate confirmatam & præceptam attinet, ea præcipue debetur *Concilio Moguntiaco primo*, sub *Richolpho* Archiepiscopo Moguntiæ in Claustro Basilicæ *S. Albani* Martyris A. 813. jussu Imp. *Caroli M.* celebrato, in cujus *Statutis* capite 36. hæc leguntur: *Festos dies anno celebrare sancimus; hoc est, diem Dominicum Paschæ cum omni honore & sobrietate venerari: similiter tota hebdomada illa observari decrevimus: diem Ascensionis Domini pleniter celebrare: item Pentecosten similiter ut in Pascha; & natali Apostolorum Petri & Pauli diem unum: nativitatem S. Joannis Baptistæ: Assumptionem Sanctæ MARIÆ,* Hucusqve verba *Concilii Moguntiaci primi*; cujus decreto omnis controversia, qvæ ante annum 813. in *Germania* & *Gallia* de festo

89

Assum-

Assumptionis B. Virginis fuerat, penitus sublata est. Qvod enim festi hujus celebrandi ratio usqve ad illud tempus à nonnullis maligne impugnata fuerit, satis apparet ex libro *primo Capitulorum* sive Legum Ecclesiasticarum ac Civilium Imperatoris *Caroli Magni*, ubi capite 164. de festivitatibus anni hæc traduntur: *Hæ sunt festivitates in anno, qvæ per omnia venerari debent: Natalis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ, Innocentum, Octavæ Natalis Domini, Epiphania, Octavæ Epiphaniæ, Purificatio S. Mariæ, Paschæ dies octo, Lætania major, Ascensio Domini, Pentecoste, S. Joannis Baptistæ, SS. Petri & Pauli, S. Martini, S. Andreæ. De Assumptione S. Mariæ interrogandum relinqvimus.* Hæc ipse Imp. *Carolus Magnus*. Ubi notandum est, reliqvorum qvidem, qvæ ibi commemorantur, festorum solennem celebrationem non *simpliciter* tantum præcipi, sed *per omnia*, hoc est, ut supra citatis Nicephori Callisti verbis ego interpretor, πανταχȢ τῆς γῆς sive *toto terrarum* orbe: festi autem *Assumptionis B. Virginis* celebrationem, non improbari, præceptum tamen ejus *per omnia* sive *universaliter* d. XV. Augusti celebrandi eousqve differri, donec accuratior ea de re instituta esset interrogatio. Hæc igitur interrogatio jussu Imp. *Caroli M.* in supra memorato *Concilio Moguntiaco* A. 813. proposita est: in qvo cum definitum ac conclusum esset, solennitatem *Assumptionis B. Virginis*, æqve ac solennissima qvæqve totius anni festa, non pro lubitu tantum privato, sed ex præcepto *ab omnibus* & *per omnia die* (1) *decimo qvinto Augusti* celebrandum esse, lubens illud recepit Imp. *Carolus Magnus*, & suo qvoqve edicto confirmavit, ut jam citati Ecclesiasticarum & Civilium legum Syntagmatis libro *secundo*, capite *trigesimo qvinto*, videre est. *Festos*, inqvit, *dies in anno celebrare sanximus: hoc est, diem Dominicum Paschæ cum honore & sobrietate venerari: simili modo totam hebdomadam illam observare decrevimus: diem Ascensionis Domini pleniter celebrare: in Pentecoste similiter ut in Pascha: in natali Apostolorum Petri & Pauli diem unum: nativitatem S. Joannis Baptistæ: Assumptionem S. MARIÆ.* Item lib. 6. cap. 186. *Diem Dominicum secundum reverentiam colite. Opus servile, id est, agrum, pratum, vineam, vel si qva graviora sunt, in eo non faciatis, nec causas, nec calumnias inter vos dicatis, sed tantum divinis cultibus serviatis: & à vespera usqve ad vesperam dies Dominicus servetur. Has siqvidem præcipuas festivitates adnuntient Presbyteri, & diebus Dominicis sabbatizare: id est, in Natali Domini dies qvatuor,* VIII. *Kalend. Januariarum; in Circumcisione Domini Kalend. Januarii diem unum; in Epiphania* VIII. *Idus Januarii diem unum; in Purificatione S. MARIÆ* IV. *Non. Februar. diem unum; in Pascha Domini usqve in octavas Paschæ, post Dominicam dies tres; in Ascensione Domini diem unum; in Natali S. Joannis Baptistæ* VIII. *Kal. Jul. diem unum; in passione SS. Apostolorum Petri & Pauli* III. *Kal. Julii diem unum: in ASSUMPTIONE Sanctæ MARIÆ* XVIII. *Kal. Septembr. diem unum.* Ex jam citatis itaqve duobus locis satis elucet, Imp. *Carolum Magnum*, ejusqve filium Imp. *Ludovicum Pium*, antiqvam Sacræ Ecclesiæ *Romanæ* traditionem de festo *Assumptionis B. MARIÆ Virginis* simpliciter approbasse, & conseqventer non *animæ* tantum, sed & *corporis* ejus translationem in cœlum credidisse. Nec aliter interpretandus est *Usuardi* sive *Husuardi* locus subdifficilis, qvi extat in *Martyrologio* ipsius qvod jussu qvidem Imp. *Caroli Magni*, sed ante *Concilium Moguntiacum primum*, sive A. 813. composuit. *Decimo octavo*, inqvit *Kalendas Septembris* (id est, die XV. Augusti) *ASSUMPTIO Sanctissimæ Dei-Genitricis MARIÆ, ad cujus venerandas exeqvias, sicut in libro de Divinis Nominibus legitur, Princeps Apostolorum Petrus, & alii Apostoli convenerunt. Affuit etiam Timotheus, Areopagita Dionysius, & magister ejusdem Dionysii Hierotheus, & qvam plures alii viri sancti, divinam proseqventes laudibus bonitatem. Cujus qvidem Sacratissimum corpus, etsi non inveni-*

90 91 92 XLIV

(1) *Antea enim hoc festum in* Germania & Gallia *à nonnullis celebratum est* medio mense Novembri, *ut testatur* S. Gregorius Magnus *de Gloria Sanctorum Martyrum lib. 1. c. 9. his verbis:* Hujus (*nempe Assumptionis B. Dei-Genitricis*) facta mediante mense undecimo celebratur. *Hæc S. Gregorius Turonensis. Ab aliis autem idem festum celebratum est,* die octavo Novembr. *ut videre est ex hoc* Albini Flacci Alcuini *disticho:* Virginis alma caro tumulata octo Novembris; Nec putet in tumulo Virginis alma caro. *Extat hoc in Poemate ipsius XLVIII. cujus principium:* Alma DEUS Trinitas, &c. *pag. 1686. editionis Operum Alcuini Lut. Paris. typ. Nivell. apud Sebast. Cramoisy A. 1617. in fol.*

venitur super terram, tamen pia mater Ecclesia venerabilem ejus memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Qvo autem illud venerabile Spiritus Sancti templum nutu & consilio divino occultatum sit, plus eligit sobrietas Ecclesiæ nescire, qvam aliqvid frivolum & apocryphum inde tenendo docere. Hæc Usuardus. Ubi *primo* notandum est, qvod clare & expresse affirmat, Sacratissimum Beatissimæ Virginis Corpus non inveniri *super terram* h. e. *in terra*, sed venerabile illud Spiritus sancti templum nutu ac consilio divino occultatum esse. Notandum *secundo* est, qvod itidem luculente testatur, *piæ matris Ecclesiæ traditionem* se hac in re seqvi, & cum ea non dubitare, qvin Sanctissima Virgo pro conditione carnis ex hac vita migraverit. His enim verbis respicit ad antiqvam illam ejus festi solennem precationem, qvæ ex *Libro Sacramentorum S. Gregorii Magni* supra qvidem à me integre jam est citata, sed necessario tamen hic repetenda est.

93

Subveniat, Domine, plebi tuæ Dei genitricis oratio, qvam etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in cœlesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus; per Christum Dominum nostrum.

Tertio notandum est, qvod *Usuardus* non simpliciter ait, Ecclesiam *nescire*, ubi Corpus B. Virginis, qvod super terram non invenitur, nutu ac consilio divino occultatum sit, sed hoc tantum dicit, Ecclesiam *eligere*, hoc est, malle, *PLUS nescire* de Assumptionis istius mysterio, qvam *frivolum ALIQVID* & *apocryphum* docere. Nam per illud *ALIQVID frivolum* & *apocryphum* intelligitur sine dubio *Liber de transitu B. MARIÆ Virginis*, qvi falso attribuitur Melitoni Episcopo Sardensi, & Decreto *Romani Concilii*, cui Pontifex *Gelasius I.* A. C. 494. præfuit, ut suppositititius, & multa insulsa, atqve ipsis adeo Apostolorum actis repugnantia continens improbatus ac rejectus est. Sub finem istius spurii & apocryphi opusculi, capite videlicet 17. & 18. speciatim memoratur, qvomodo *Christus Michaeli* Archangelo præceperit, ut animam *B. Virginis*, corpori rursus jungendam, deferret è cœlo: qvomodo Archangelus *Gabriel* revolverit lapidem ab ostio monumenti: qvibus verbis *Christus* in suscitanda *Matre*, *Mater* vero post resurrectionem gratias ipsi agens usa sit: qvomodo *Christus* Matrem osculatus, ab ea recesserit, & angeli jussu Ipsius eandem adminiculo nubis in Paradisum transtulerint: de his nimirum Assumptionis B. Virginis in Cœlum & commorationis in cœlo specialibus circumstantiis, qvæ supra memorata supposititia *de Transitu B. Virginis* narratione continentur; ut & de aliis ejusdem generis apocryphis traditionibus, eadem narratione non contentis, inter qvas etiam hæc est, qvod Sanctissima *Dei-Genitrix S. Apostolo Thomæ*, tempore exeqviarum suarum (1) absenti, cingulum, qvo usa fuerat, à cœlo miserit: de his, inqvam, aliisqve ejusmodi Assumptionis B. Virginis in cœlum & commorationis ejusdem in cœlo specialibus circumstantiis, *sobrietas Ecclesiæ*, ut *Usuardus* loqvi amat, *PLUS eligit nescire, qvam ALIQVID frivolum & apocryphum inde tenendo docere*. Credidit ergo *Usuardus*, ut ex ipsius verbis manifeste apparet, sacratissimum sanctissimæ *Dei-Genitricis MARIÆ* corpus & venerabile Spiritus sancti templum, in qvo & ex qvo DEUS carnem suscepit, non inveniri *super terram*, hoc est, non extare & asservari in terra, sed nutu & consilio divino extra terram occultari. At si qvis ex eo qværat, ubi illud à conspectu nostro occultatum sit, ipse qvidem silet, at pro ipso *Sancta Ecclesia Catholica*, cui ut *piæ matri* se assentiri profitetur, respondet, *in cœlesti gloria*: &, si qvis porro ex eodem qværat, in qvanam parte cœli & cœlestis gloriæ, respondet eadem pro ipso, *super choros angelorum.* Hæc certe vel ipsius *Usuardi*, cum supra citatum *Martyrologii* locum scriberet, mens fuit, vel saltem ita locus iste interpretandus est, ne irreprehensibili S. Ecclesiæ Catholicæ autoritati adversetur. Cæterum qvod ad *S. Dionysii Areopagitæ* de exeqviis *B. Virginis* locum, ab *Usuardo* ex libro ipsius *de Divinis Nominibus* citatum, attinet, is non multo post occasione alia integre in medium proferetur, & paucis illustrabitur. Interim necessario hic monendum est, *Adonem* Archiepiscopum Viennensem, qvi sub Rege Francorum *Ludovico* cognomine *Simplici* circa annum Christi

94

95

XLV.

96

(1) *Vid. Niceph. Callist Hist. Eccles. lib. 2. cap. 23.*

sti 879. potissimum floruit, &, præter *Chronicon* ab Orbe condito usqve ad jam memoratum Æræ Christianæ annum, *Martyrologium* etiam & *Libellum de Festivitatibus SS. Apostolorum & reliqvorum, qvi discipuli aut vicini, successoresqve ipsorum Apostolorum fuerunt*, composuit, caute admodum legendum esse, ubi *Assumptionis B. Virginis* meminit. Perperam enim is contra unanimem totius Ecclesiæ Catholicæ Occidentalis consuetudinem festum *Assumptionis* B. Virginis cum *Græcis* festum *Dormitionis* appellare amat, & falso nobis persuadere conatur, S. Ecclesiam Catholicam de corporali *S. Virginis Assumptione in cœlum* nec scire qvidqvam, nec, ut qvidqvam sciret, unqvam fuisse solicitam. Ipsa ejus verba in libello de *Festivitatibus SS. Apostolorum* hæc sunt: *Sexto Idus* (id est, die octavo) *Septembris Natalis Beatissimæ Dei-Genitricis Mariæ perpetuæ Virginis: cujus Dormitionem* XVIII. *Kal. Septembr.* (id est, die XV. Augusti) *omnis celebrat Ecclesia. Cujus* (1) *etsi sacrum corpus non invenitur supra terram; sicut nec beati Moysis sepulchrum, qvem Sacra Scriptura dicit à Domino sepultum: tamen pia mater Ecclesia, qvæ suis observationibus integerrima fide fundata consistit, ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet.* 97 *Ubi autem venerabile Spiritus sancti templum illud; id est, caro ipsius beatissimæ Virginis MARIÆ, divino nutu & consilio occultatum sit, MAGIS elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, qvam aliqvid frivolum & apocryphum tenendo docere. Sufficiunt enim ei ad sanctitatem & vitam Virginis & Matris Domini commendandam Evangelistarum testimonia, nec de ea qværere ultra necessarium putat.* Hæc *Ado*: qvæ qvidem, ut res ipsa manifeste indicat, ex supra citato *Usuardi Martyrologio* desumpta sunt, sed adeo interpolate, ut ea *Usuardus* pro suis amplius non possit agnoscere. Utitur enim *Usuardus* cum *Latinis* vocabulo *Assumptionis*; *Ado* autem cum *Græcis*, *Dormitionis*. *Usuardus* simpliciter ait, sacratissimum B. Virginis corpus non inveniri super terram: *Ado* autem de suo addit absurdissimam comparationem *corporis B. Virginis* cum *sepulchro Moysis*. *Usuardus* per venerabile Spiritus sancti templum intelligit *totam* B. Virginem cum anima simul ac corpore; *Ado* autem addit erroneum suum glossema, & per venerabile Spiritus sancti templum solam B. Virginis *carnem* significari asserit. *Usuardus* ait, Ecclesiam *eligere* de Assumptione B. Virginis *PLUS nescire*, qvam *ALIQVID frivolum & apocryphum docere*; *Ado* autem, vel non as- 98 seqvens verum verborum Usuardi sensum, vel male dissimulans, mutat *PLUS* in *MAGIS*, & præsens *ELIGIT* in præteritum *ELEGIT*, & corrupta hac ratione tota istius loci sententia, Ecclesiam scribit *MAGIS elegisse nescire Assumptionem B. Virginis*, hoc est, superioribus jam seculis maluisse nihil omnino de ea scire, qvam aliqvid frivolum & apocryphum docere. Addit deinde hujus falsæ assertionis rationem, qvæ apud *Usuardum* non legitur, de suo, & errorem errore augens, non erubescit affirmare, S. Ecclesiam Catholicam non tantum nihil omnino scire de corporali Assumptione B. Virginis in cœlum, sed nec voluisse scire, aut necessarium putasse de ea ultra qværere, utpote cum ad commendandam Matris Domini sanctitatem & vitam testimonia Evangelistarum ei sufficerent. Hinc itaqve apparet, inter supra citata duo *Usuardi* & *Adonis* loca, qvamvis primo intuitu similia videantur, magnam revera esse differentiam, & *Usuardi* qvidem verba qvalitercunqve, *Adonis* autem non itidem in bonam partem posse explicari. Minime porro dubium est, qvin & *Ado* & *Usuardus*, si is supra citata verba sua secundum *Adonis* interpretationem intelligi voluit, erroneam illam dubitationem de XLVI *corporali B. Virginis Assumptione in Cœlum* hauserint ex suppositio illo ac spurio de 99 Assumptione B. Virginis sermone, à nonnullis *S. Hieronymo*, ab aliis autem *Sophronio*; qvi librum ipsius de *Scriptoribus Ecclesiasticis* in Græcum sermonem transtulit, perperam attributo; cujus exordium, licet satis sit prolixum, qvia tamen ad rem præsentem qvam maxime pertinet, & ad detegendam Autoris, qvi eum composuit, imposturam, aliqvoties deinde citabitur, integrum hic insero.

Cogitis me, ô Paula & Eustochium, imo charitas Christi me compellit, qvi vobis dudum tracta-

(I)

(1) *In Antverpiensi editione Heriberti Rosweidi A.* 1613. *in fol. pro* etsi *perperam legitur* & ; *item paulo post æqve depravate* sic *pro* sicut.

tractatibus loqvi consueveram, ut novo loqvendi genere sanctis, qvæ vobiscum degunt virginibus, latino utens eloqvio, exhortationis gratia sermonem faciam de Assumptione beatæ & gloriosæ semper Virginis MARIÆ, more eorum, qvi declamatorie in Ecclesiis solent loqvi ad populum, qvod utiqve genus docendi necdum attigeram. Sed qvia negare neqveo qvicqvid injungitis nimia vestra devictus dilectione, experiar qvæ hortamini, affectu infantium more balbutientium, qvi, qvæcunqve audierint, fari gestiunt, cum necdum possint ad plenum verba formare: maxime qvia propter simpliciores quasqve id me depromere compellitis, ut habeant sermone latino, qvibus se occupent laudibus eadem die, qvibusve divinis vacent lectioni-
100 *bus, præsertim cum & eadem in multis festivitatibus multorum sanctorum Patrum studia miro cuderint eloqvio, qvæ de hac qvidem uberius ubiqve in scripturis divinis prædicata leguntur. Qvid enim aliud sonant Evangelia, nisi nascentem Dominum ex MARIA virgine? & omnia incrementa ejus, qvousqve fuit in mundo duntaxat, divinis efferunt præconiis. Porro ab exordio sancti Evangelii Gabrielem Archangelum colloqventem MARIÆ audistis, & deinceps reliqva omnia plenius legistis. Ad præsepe qvoqve, ô Paula, te teste, nato puero, multitudinem angelorum inter crepundia novi partus, & querelas nescii ploratus, pro fescenninis, (1) Gloria in excelsis DEO, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, cantantem audisti, & radiantem stellam vidisti, pastoribus insuper evangelizantibus credidisti. Magos præterea tria deferentes munera in visione beatis oculis conspexisti, ipsa eadem munera bene intelligendo, votis omnibus fide DEO obtulisti. Nam & cum eisdem Magis DEUM puerum in præsepi adorasti. Sed forte conqvesta, me delatorem, qvod te prodiderim, clamabis: Ad qvod ego: Si celatum esse volebas teste conscientia, mihi narrare ante præsepium, ubi plurimum lachrymata es, non deberes; qvod, ut verum fatear, Christi præconia, etiamsi vo-*
101 *luero adjuratus, neqve tuas laudes, omnino tacere qveo. Idcirco tuæ te interrogent filiæ, qvas lacte nutris; tu ea melius referabis, qvæ nescio si per speciem aliqvam, aut certe in spiritu vidisti. Unde vos, ô filiæ, pulsate matrem precibus, pulsate ad ostium invitantis amici, si qvo modo vobis tandem aperiantur, qvæ referata sunt matri. Veruntamen de his quid plura dicam. Omnia Salvatoris gesta & beata MARIÆ obseqvia, nec non & actus vitæ ex Evangelio didicistis. Et nunc qvid superest, ut ab aliqvo doctorum reqviratis? De assumptione tamen ejus, qvaliter assumpta est, (qvia vestra id deposcit intentio) præsentia absens scribere vobis curavi, qvæ absentia præsens devotus obtuli: ut habeat sanctum collegium vestrum in die tantæ solennitatis munus latini sermonis, in qvo discat tenera infantia lactis experiri dulcedinem, & de exiguis eximia cogitare; qvaliter favente DEO, per singulos annos tota hæc dies expendatur in laudem, & cum gaudio celebretur: ne forte si venerit vestris in manibus illud apocryphum de transitu ejusdem virginis, dubia pro certis accipiatis: qvod multi Latinorum pietatis amore, studio legendi charius amplectuntur; præsertim cum ex his nihil aliud experiri possit pro certo, nisi qvod hodierna die gloriosa migravit à corpore. Monstratur autem sepulchrum ejus cernentibus nobis usq; ad præsens in vallis Josophat*
102 *medio, qvæ vallis est inter montem Sion, & montem Oliveti posita; qvam & tu Paula oculis conspexisti: ubi in ejus honorem fabricata est Ecclesia miro lapideo tabulatu, in qva sepulta fuisse, ut scire potestis, ab omnibus ibidem prædicatur, sed nunc vacuum esse Mausoleum cernentibus ostenditur. Hæc idcirco dixerim, qvia multi nostrorum dubitant, utrum assumpta fuerit simul cum corpore, an obierit relicto corpore. Quomodo autem, vel qvo tempore, aut à quibus personis sanctissimum corpus inde ablatum fuerit, vel ubi transpositum, utrumve resurrexit, nescitur: qvamvis nonnulli astruere velint eam jam resuscitatam, & beata cum Christo immortalitate in cœlestibus vestiri. Qvod & de beato Joanne Evangelista ejus ministro, cui virgini à Christo (2) virgo commissa est, plurimi asseverant, qvia in sepulchro ejus, ut fertur, non nisi manna invenitur, qvod & scaturire cernitur. Veruntamen quid horum verius censeatur ambigimus, melius tamen DEO totum, cui nihil impossibile est, committimus, quam aliquid temere definire velimus authoritate nostra, quod non probamus; sicuti & de his, qvos cum Domino, teste Evangelio resurrexisse credimus, sed utrum redierint in terræ pulverem, certum non habemus: nisi quod legimus, quia (3) multa corpora sanctorum, qvi dormi-*

(1) Luc. cap. 1 2.
(2) Joan. cap. 19.
(3) Matth. cap. 27.

dormitant, surrexerunt, ac venerunt in sanctam Civitatem, scilicet Hierusalem, apparuerunt multis. De qvibus profecto nonnulli doctorum senserunt, etiam & in suis reliqverunt scriptis, qvod jam in illis perpetua sit completa resurrectio. Fatentur enim, qvod veri testes non essent, nisi & vera esset eorum resurrectio. Unde & B. Petrus (1) *dixisse legitur, cum de David loqveretur in testimonium: Et sepulchrum, inqvit, ejus apud nos est: qvasi non sit ausus dicere; qvod ipse, aut corpus ejus apud nos est, sed tantum sepulchrum, qvo conditus fuerat. Hinc ajunt resurrexisse & ipsum cum cæteris sanctis, & ideo vacuum remansisse Mausoleum, uti nunc Beatæ MARIÆ cernitur. Qvod sane factum & de aliis qvibuslibet locis scripturarum affirmare conantur, qvod hi jam cum Christo regnent, resuscitati in æterna societate. Qvod qvia DEO nihil est impossibile, nec nos de Beata MARIA factum abnuimus; qvanqvam propter cautelam, salva fide, pio magis desiderio opinari oporteat, qvam inconsulte definire, qvod sine periculo nescitur. Unde de his, ex qvibus certi sumus, tantisper loqvamur, ad exhortationem vestram qvalicunqve sermone ad ædificationem & laudem nominis DEI, ut & religio conservetur pro famulatu, & devotio augeatur pro affectu: qvoniam hæc est Virgo, qvæ sola interemit universam hæreticam pravitatem; sola post DEUM, qvæ nos confirmet in omni veritate, suisqve commendet meritis, & precibus auxilietur, ut & ipsi digni inveniamur ejus laudibus.* Hucusqve exordium suppositititii istius Sermonis, qvi (2) *Adoni*, & forte etiam *Usuardo*, de corporali Assumptione B. Virginis in cœlum dubitationis ansam præbuit. Autor ejus olim creditus fuit *S. Hieronymus*, propter mentionem videlicet *Paulæ* & *Eustochii*; ut in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Codice membranaceo, ante *sexcentos* circiter annos scripto, & inter Codices Theologicos Latinos MStos *nonagesimo nono* videre est, ubi Inscriptio sive titulus ita se habet: *Epistola Hieronymi Presbyteri ad Paulam & Eustochium de Assumptione Sanctæ MARIÆ.* Falsum autem hoc esse meridiana luce clarius apparet ex ipso supra citati Exordii principio; qvippe ubi Autor ejus non *Latinum*, sed *Græcum* se esse profitetur, dum & *Latinum eloqvium sibi* testatur *esse inconsuetum*, & in *Latinos* invehitur, qvod multi eorum *apocryphum de transitu B. Virginis libellum* studiose amplectantur. Item paulo post: *Multi*, inqvit, *NOSTRORUM*, hoc est, *Orientalium* sive *Græcorum* dubitant, *utrum assumpta fuerit simul cum corpore, an abierit relicto corpore.* Cum igitur certo hinc constet, *S. Hieronymum* Sermonis istius autorem non esse, placuit nonnullis, & inter eos *Erasmo* etiam *Roterodamo*, attribuere illum *Sophronio*, qvi & *S. Hieronymo* fuit æqvalis, & librum ipsius *de Scriptoribus Ecclesiasticis* in *Græcam* linguam transtulit. Nam qvod huic qvoqve cum *Paula* & *Eustochio* familiaritas fuerit, vel ex eo patet, qvod teste ipso *S. Hieronymo*, peculiare aliqvod opusculum *de Virginitate* ad *Eustochium* composuit. Atenimvero recte jam pridem animadvertit Eminentissimus Cardinalis (3) *Baronius*, ne *Sophronium* qvidem Sermonis istius autorem esse, sed verum ejus autorem post Concilia Generalia *Ephesinum* & *Chalcedonense*, in qvibus A. 431. & 451. *Nestorii* atqve *Eutychetis* hæretica dogmata damnata sunt, vixisse, &, ut Homiliæ suæ autoritatem concilians, vel pro *S. Hieronymo*, vel pro *Sophronio* haberetur, dolo malo finxisse, se illam scribere ad *Paulam* & *Eustochium.* Elucet enim hoc inprimis ex hisce verbis: *Alia est natura, qva DEUS Pater secundum se honoratur, alia qva idem parentibus subditur. In utraqve tamen unus idemqve Christus recte creditur, eo qvod Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, unus*

103 104 XLVII. 105 106

(1) *Ema-*

(1) Actor. cap. 2.

(2) *Cum hæc jam scripsissem, observavi postea, non solum* Adonem, *& forte etiam* Usuardum, *sed ante utrumqve etiam* Venerabilem Bedam, *qvi A. C. 735. obiit eandem ob causam in eundem errorem incidisse; uti videre est cap. 7. Libelli* de Locis sanctis, *ubi hæc leguntur*: In eadem valle Josophat S. MARIÆ rotunda est Ecclesia, lapideo tabulatu discreta; cujus in superioribus qvatuor altaria, in inferioribus unum habetur in Orientali plaga & ad ejus dexteram monumentum vacuum, in qvo sancta MARIA aliqvamdiu pausasse dicitur: sed à qvo, vel qvando sit ablata, nescitur. *Hæc Beda: qvæ profecto non scripsisset, nisi & ipse suppositititium istum Sermonem de Assumptione B. Virginis, qvi* S. Hieronymo *vel* Sophronio *perperam attribuitur, pro genuino habuisset. Ex istius enim Sermonis jam citato exordio ultima hæc verba*: Sed à qvo, vel qvando sit ablata, nescitur; *sine ulla controversia desumpta sunt.*

(3) *Annal. Eccles. Tom. I. ad an. 48. & in Annotat. ad Martyrolog. Roman. d.* XV. *Augusti.*

(1) *Emanuel, qvod est, Nobiscum DEUS. Hanc qvippe unitionem divinitatis atqve humanitatis inconfusam atqve indivisam fides Catholica servat, qvam sane intelligendo cognoscit naturalis, atqve secundum substantiam conventio unitatis, ut neqve conversio in alterutram duarum substantiarum partem recipiatur, nec divisio. Sic namqve credere est honorare Matrem Domini, qvæ & DEUM nobis genuit* & *hominem, neqve hominem sine DEO, neq; sine homine DEUM, sed DEUM & hominem unum & verum JEsum Christum; alioqvi Dei-Genitrix dici non posset* (QVOD MULTI HÆRETICORUM NEGARE CONATI SUNT) *nisi DEUM vere genuisset incarnatum: & propterea duas in Christo recte confitemur nativitates; unum videlicet de Patre sine initio, & sine tempore, sempiternam & coæternam DEO Patri; alteram de Matre cum tempore, qvando miserationem induens & misericordiam, spontanea voluntate ad nos descendit homo natus DEUS, ac per hoc juxta veri-*
107 *tatem & matris gestatur utero, qvi semper DEUS agnoscitur. Hinc etiam* THEOTOCON *eam veraciter confitemur, DEI scilicet Genitricem, nec non &* CHRISTOTOCON, *non qvod Verbum carnem secum detulerit, neqve olim præfatæ carni copulatum sit; sed tunc qvando Verbum caro factum est ex carne Virginis, divinitatis atqve humanitatis substantia in utero ita inconfuse unitur, ut una persona sit DEUS & homo Christus.* Item aliqvanto post: *Intelligendæ* inqvit, *sunt ipsorum Christi operum qvalitates, contemplandumqve semper, ad qvæ provehatur humilitas carnis, & ad qvæ inclinetur altitudo divinitatis; ita ut per omnem textum sancti Evangelii videatur nihil caro sine Verbo agere, neqve Verbum sine carne qvidqvam efficere. Unde qvod concipit & parit Virgo, sicut non sine potentia Verbi est, ita non sine veritate carnis, qvod nascitur, qvod pannorum fasciis jacet involutum, & in præsepio reclinatur. Porro qvod stella duce à Magis adoratur, sicut Deitatis est, ita & humanitatis, cum in Ægyptum per fugam, ne capiatur, abducitur. Sic itaqve omnia virtutum opera consideranda sunt, ut reddamus DEO, qvæ DEI sunt, & homini, qvæ sunt hominis. Qvoniam sicut est unus, qvi Lazarum verbo potentiæ suæ vocat, ut exeat foras à monumento; sic idem ipse unus est, qvi flevit humanitatis affectu. Sic qvippe cuncta oportet conside-*
108 *rare, qvatenus & plena divinitas in Christo intelligatur homini unita, & plena humanitas in DEUM assumpta. Hæc idcirco dixerim tantisper de fide* INCARNATIONIS *Christi, Carissimæ, qvia, qvod* PLURES ORIENTALIUM *circumeunt suis* FÆCIBUS OBVOLUTI, *moneri debuistis; ne suo obnubilare vos velint* OBSCURITATIS *eloqvio, vel* GRÆCO *turbine* LATINAM *confundere puritatem.* Hucusqve supposititii istius Sermonis verba, qvæ præ cæteris hic inserere mihi libuit, qvoniam *Nestorii* simul & *Eutychetis* hæresis conjunctim ibi refellitur. Etenim nemo in Historia Ecclesiastica vel leviter versatus ignorat *Nestorium* docuisse, Christum duabus à se invicem separatis constare personis, divina nempe & humana; & respectu qvidem divinitatis, qvæ propter inculpatam vitæ ipsius sanctitatem in eo habitare dignata sit, appellari *Filium DEI* respectu autem humanitatis *filium hominis*: ideoqve MARIAM Χριστοτόκον, hoc est, *Christiparam* sive *Christigenitricem* tantum, non autem Θεοτόκον, hoc est *Deiparam* sive *Deigenitricem* nominandam esse. Similiter etiam de *Eutychete* notissimum est, qvod Christum crediderit unica tantum natura, nempe divina, præditum esse, corpusqve ipsius, qvod è cœlo in uterum Virginis detu-
109 lisset, ipso Incarnationis momento in divinitatem mutatum fuisse asseruerit. Qvandoqvidem igitur jam memoratæ duæ hæreses, *Nestoriana* videlicet & *Eutychiana*, in supposititio illo sermone non tantum evidenter, sed & satis prolixe refutantur, rectissime profecto Eminentissimus Card. *Baronius* inde collegit, nec *S. Hieronymum*, nec *Sophronium* autorem ejus esse, utpote cum uterqve ante duo illa Concilia Generalia, qvæ A. C. 431. & 451. contra *Nestorium* & *Eutychetem* celebrata sunt, decesserit. Autor autem supposititiæ istius Homiliæ, qviscunqve demum fuerit, post illa vixit & scripsit Concilia. Idcirco enim, ubi hæreticorum meminit,

(1) *Ita appellatur* Christus Esaiæ *capite septimo. Qvem locum Hæresiarcha* Nestorius *non hoc sensu interpretatus est, qvod Christus simul & verus* DEUS *sit & verus homo, sed qvia in humanitate divinitas habitaret: qvare etiam Christum appellavit* hominem, Θεοφόρον *h. e.* Deiferum, *non significatione Catholica, qva Sancti Patres ante* Nestorianam *hæresin ea voce usi sunt, sed abusu hæretico, propter qvem SS. Patres post* Nestorianam *hæresin ab ea voce, tanqvam ambigua abhorruerunt; ut pluribus docet* S. Cyrillus Alexandrinus *in libro* de Incarnatione Unigeniti *cap.* 22. & 23.

nit, qvi *B. Virginem* Θεοτόκον appellandam esse negarunt, non utitur verbo præsentis temporis, dicendo, qvosdam hoc CONARI negare, sed, tanqvam de re vetusta loqvens, MULTOS ait *hæreticorum id negare* CONATOS *esse.* Cæterum, qvod ad me attinet, persuasissimum habeo, suppositittiam illam Homiliam compositam fuisse seculo post Christum *septimo*, & qvidem paulo ante annum 681. qvo sub *Agathone* Papa & Imp. *Constantino Pogonato* ejusqve filiis hæresis *Monothelitarum*, qvi alias etiam *Monophysitæ* & *Theopaschitæ* dicebantur, in Concilio *Generali VI.* sive *Constantinopolitano III.* damnata est. Tribuebant illi Christo unam tantum voluntatem & unam actionem, nempe *divinam*, sine voluntate & actione humana; ita videlicet ratiocinantes: si duas in Christo voluntates esse concedatur, necessario etiam duas esse statuendas naturas; si vero duæ naturæ statuantur, pari necessitate concedendas esse duas personas, & duas virtutes operatrices inter se prorsus contrarias. Hos ergo *Monothelitas*, ut novam *Eutychianorum* progeniem, refellit incognitus ille autor in dissertatione sua de Incarnatione Christi, qvam Homiliæ suæ de *Assumptione B. Virginis* inseruit; summo studio admonens, ne voluntates & actiones Christi Θεανθρώπου confundantur, sed omnium operum ejus qvalitates, & omnia virtutum ejus opera ita considerentur, ut reddantur DEO qvæ sunt DEI, & homini, qvæ sunt hominis. Neqve vero simpliciter hoc monet, sed rationem reddit, cur hunc de duplici voluntate & actione Christi articulum adeo diligenter inculcet; nempe qvod *Monothelitæ* illo ipso tempore, cum Homiliam istam scriberet, non tantum in *Orientali* sive Græca Ecclesia valde crescerent, sed & *Occidentalem* sive *Latinam* Ecclesiam eadem hæretica pravitate clanculum inficere anniterentur. Ipsa ejus verba, supra qvidem jam citata, sed necessario hic repetenda, hæc sunt: *Hæc idcirco dixerim tantisper de fide Incarnationis Christi, Charissimæ, qvia, qvod* PLURES ORIENTALIUM CIRCUMEUNT SUIS FÆCIBUS OBVOLUTI, *moneri debuistis, ne suo obnubilare vos velint obscuritatis eloqvio, vel* GRÆCO *turbine* LATINAM *confundere puritatem.* Ubi primo qvidem notandum est, qvod, tanqvam de re præsenti loqvens, CIRCUMIRE ait *Orientales illos hæreticos*; innuitur enim hac ratione, eos, cum hæc scriberentur in Concilio *Constantinopolitano III.* sive *Generali VI.* qvod contra illos A. C. 680. & 681. ex professo celebratum est, nondum fuisse condemnatos: secundo autem notandum est, qvod eosdem ait *circumire suis* FÆCIBUS OBVOLUTOS. Qvænam enim illæ FÆCES, nisi *Manetis*, *Apollinaris*, *Eutychetis*, *Dioscori*, *Petri Cnaphæi*, & aliorum ejus generis ab Ecclesia Catholica jampridem damnatorum Hæresiarcharum reliqvæ sive excrementa residua? Cur *fæcibus* SUIS, *non* autem *alienis* dicuntur *circumire obvoluti*, nisi qvia jam memorati *Monothelitarum* primi & antiqvissimi Antesignani æqve fuerunt *Orientales* sive *Græci*, qvam recentiores illi *Monothelitæ*, qvi propter eandem hæresin in Concilio *Constantinopolitano III.* damnari meruerunt? Hæc itaqve, ut dixi, mea est sententia, verum suppositititii istius Sermonis de Assumptione B. Virginis autorem integris *duobus* post *S. Hieronymum* & *Sophronium seculis*, nempe seculo Æræ Christianæ *septimo*, vixisse, & Homiliam suam scripsisse non multo ante annum Christi 681. qvo nova *Monothelitarum* hæresis in peculiari eam ob causam instituto Generali Concilio *sexto* FÆCIBUS SUIS EVOLUTA, & publice condemnata est. Qvæcunqve ergo de *Paula* & *Eustochio* veluti adhuc viventibus scribit, mera figmenta sunt, qvibus Homiliæ suæ, tanqvam *S. Hieronymi* ævo scriptæ, apud imperitos falsam vetustatis autoritatem conciliare voluit. Qvam enim egregie mentiatur, dum in supra citato exordio refert, *sepulchrum sanctæ Dei-Genitricis* eo tempore, qvo *Paula* & *Eustochium* vivebant, palam & ante oculos omnium extitisse in medio vallis *Josaphat*, & Ecclesia in honorem ejus fabricata fuisse conspicuum, solidissime demonstrat Em. Cardinalis *Baronius* his verbis: *Qva ratione S. Epiphanius, Jerosolymis sæpe versatus, (ut de eo tradit S. Hieronymus) se ambigere ait, an mortua fuerit, si ejus sepulchrum ob oculos omnium positum, perspicuum omnibus factum esset? Vel qvomodo de eo mentionem facere Hieronymus prætermisisset, qvi relegens cuncta Palæstinæ loca, qvæ S. Paula Romam veniens invisit, & ut taceam de Christi sepulchro, alia cuncta,*

XLVIII. 110 111 112 XLIX.

113 *qvæ ibi erant memoria digna monumenta recenſet, ut duodecim Patriarcharum, Joſue, Eleazari filii Aaron, Eliſai, Abdiæ, Michææ, Joannis Baptiſtæ, Lazari, nec non & mauſoleum Helenæ Adiabenorum Reginæ, qvæ tempore Claudii populum fame laborantem pavit? Qvis adduci poteſt, ut credat, unum tantum Dei-Genitricis ſepulchrum à Paula ſpretum, ut non inviſerit, vel S. Hieronymo mente excidiſſe, ut non meminerit, cum præſertim agens de Gethſemani in libro de locis Hebraicis, unam tantum illic erectam Eccleſiam, ubi Dominus in horto oravit, affirmet, nec de contiguo eidem loco Dei-Genitricis ſepulchro vel verbum faciat? Ex his igitur manifeſtior redditur hominis impoſtura, qvi nomine ejusdem S. Hieronymi dictam epiſtolam ſcribit ad Paulam, dum hæc ait: Monſtratur autem ſepulchrum ejus cernentibus nobis usqve ad præſens in vallis Joſaphat medio, qvæ eſt vallis inter montem Sion & montem Olivetipoſita; qvod tu, ô Paula, oculis adſpexiſti: ubi in ejus honorem fabricata eſt Eccleſia miro lapide tabulata, in qva ſepulta fuiſſe, (ut ſcire poteſtis) ab omnibus ibidem prædicatur, ſed nunc vacuum eſſe mauſoleum cernentibus oſtenditur. Hæc egregius ille mendaciorum concinnator, qvi non ex his tantum, qvæ diximus, arguitur patentis mendacii, ſed etiam ex Euſebio, & aliis, qvi egerunt de locis ſanctis, Conſtantini temporibus repertis, & ædificiis illu-*
114 *ſtratis, cum nullus eorum vel levem ſaltem de ſepulchro Virginis fecerit mentionem.* Huc-
L. usqve Em. Cardinalis *Baronius*. Judicet nunc unus qvisqve æqvus rerum æſtimator, utrum anonymo iſti ſemigræco & ſemilatino tenebrioni, qvi à tanto Viro jure ac merito *mendaciorum concinnator* appellatur, major habenda ſit fides de *corporali Aſſumptione B. Virginis* in cœlum dubitanti, an *S. Gregorio Magno* & antiqviſſimis S. Eccleſiæ Catholicæ publicis precibus, qvibus ea ſolenniter confirmatur. Notabile enim inprimis eſt, qvod incognitus ille impoſtor *corporalem B. Virginis Aſſumptionem in cœlum* non ſimpliciter negat, ſed tantum de ea dubitat: & qvidem adeo frivole & inconſtanter, ut vel ex illa ipſa dubitatione veritas antiqvæ traditionis affirmativæ poſſit elici. *Multi*, inqvit, NOSTORUM *dubitant, utrum aſſumpta fuerit ſimul cum corpore, an obierit relicto corpore.* Hic certe ſi qværatur, qvinam ſint illi, qvos NOSTROS vocat, & reſponſi loco ſive *Orientales* hoc eſt *Græci* ſive *Occidentales*, hoc eſt *Latini* intelligantur, nemo negaverit, ex eo, qvod *multos* ait *dubitare*, recte colligi, contra etiam fuiſſe, qvi *non dubitarent*, ſed corporalem B. Virginis Aſſumptionem in cœlum indubitanter crederent. Qvare etiam ipſe ſtatim ſubjungit: *Qvamvis* NON-
115 NULLI *aſtruere velint eam jam reſuſcitatam, & beata cum Chriſto immortalitate in cæleſtibus veſtiri.* Recenſet deinde, qvædam eorum argumenta, & tandem concludit his verbis: *Davidem ajunt reſurrexiſſe & ipſum cum cæteris ſanctis, & ideo vacuum remanſiſſe mauſoleum, uti nunc B. MARIÆ cernitur. Qvod ſane factum & de aliis qvibuslibet locis ſcripturarum affirmare conantur, qvod hi jam cum Chriſto regnent reſuſcitati in æterna ſocietate. Qvod, qvia DEO nihil eſt impoſſibile,* NEC NOS DE BEATA MARIA FACTUM ABNUIMUS: *qvanqvam propter cautelam,* SALVA FIDE, *pia magis deſiderio opinari oporteat, qvam inconſulte definire, qvod ſine periculo neſcitur.* Hæc ille. Ubi notandum eſt, qvod expreſſe ait, ſe NON ABNUERE idem factum de *B. MARIA,* hoc eſt, eam jam reſurrexiſſe à mortuis, & cum corpore in cœlum aſſumptam eſſe. Si ergo *non abnuit* hoc factum eſſe, cur ſupra dicit *ſe dubitare & neſcire?* aut cur mox addit, *propter cautelam pio magis deſiderio ſe opinari, qvam inconſulte definire.* Si enim, ut ipſe *non abnuit*, de facto conſtat, qvid opus eſt *cautela* dubiæ opinationis? aut qvi poteſt *inconſulta* appellari *definitio,* ſi qvis factum affirmet, qvod factum eſſe *non* poteſt *abnui?* Qvid porro opus eſt *privata definitione,* ubi
116 S. Eccleſia Catholica ſolennibus ſuis precibus publice aliqvid teſtatur? aut qvid prodeſt *privatæ dubitationis cautela,* ubi ea per apologeticam formulam SALVA FIDE, hoc eſt, *ſalva S. Eccleſiæ Catholicæ communi & vulgata ſententia*, excuſanda eſt? Profecto non dubitaſſet tantum impoſtor ille de *corporali B. Virginis Aſſumptione in cœlum*, ſed ſimpliciter eam negaſſet, ſi id potuiſſet facere SALVA FIDE CA-
LI. THOLICA, hoc eſt, niſi obſtitiſſet S. Eccleſiæ Catholicæ autoritas. Valeat igitur is cum frivola ſua & inconſtanti dubitatione; nos autem cum S. Eccleſia Catholica firmiter credimus & conſtanter profitemur, *Sanctiſſimam Dei-Genitricem* mortem qvidem ſubiiſſe temporalem, mortis tamen nexibus non potuiſſe depri-
mi,

mi, ſed ab omnipotenti filio ſuo è morte ſuſcitatam, & cum corpore in cœlum aſſumptam, ſuper choros angelorum in æterna gloria reſidere, ac pro nobis indefinenter orare ac intercedere. Excellentiſſimum ea de re extat teſtimonium in vetuſtiſſimo illo Sermone de Sanctiſſima *Deipara*, qvi *S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini* Operibus inſertus eſt, ſed ab Eminentiſſ. Cardinalibus *Bellarmino* ac *Baronio* propter refutationem *Neſtorianiſmi S. Cyrillo Alexandrino* potius, qvam ipſi *S. Athanaſio* attribuitur. Verba iſtius Sermonis ad præſens argumentum præcipue pertinentia ſunt hæc: ἐπεὶ αὐτὸς βασιλεύς ἐστιν ὁ ἐκ τῆς παρθένου γεννηθεὶς, καὶ αὐτὸς κύριος ὁ θεὸς, δι' αὐτὸν καὶ ἡ τεκοῦσα αὐτὸν βασίλισσα, καὶ κυρία, καὶ θεοτόκος κυρίως καὶ ἀληθῶς δογματίζεται καὶ ἐφαρμόζεται· κἀντεῦθεν λέγειν ὡς πρὸς αὐτὴν ἀφορῶντας ἡμᾶς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα σαρκοφόρον υἱὸν αὐτῆς· νῦν παρέστη ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ, περιβεβλημένη πεποικιλμένη· καὶ γὰρ καθὸ γυνὴ ἐχρημάτισεν ἡ βασίλισσα, καὶ κυρία, καὶ μήτηρ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ γυναικεῖον αὐτῆς σχῆμα, καὶ νῦν ὡς βασίλισσα παρισταμένη ἐκ δεξιῶν τοῦ παμβασιλέως υἱοῦ αὐτῆς ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ τῆς ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας, περιβεβλημένη πεποικιλμένη ἱερολογεῖται· ἀνθ' ὧν μὴ ἐστὶ καθ' ἁπλότητα πνευματικὴν καὶ ὥσπερ ἄσαρκον καὶ ἀσώματον παρίσταται, ἀλλὰ περιβεβλημένη μὲν κατὰ τὴν παναγεστάτην αὐτῆς σάρκα, τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν, καὶ πεποικιλμένη κατὰ τὰ ἐπερείδοντα αὐτῆς τὴν σάρκα παναγιώτατα ὀστᾶ. καὶ γὰρ ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῆς καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτῆς, ὡς ἐκ τοῦ πάλαι Ἀδὰμ, ὁ νέος Ἀδὰμ κατ' ἀντιπρόσωπον πλάσας ἑαυτῷ τὴν ὡς πλευρὰν σάρκωσιν, φέρει αὐτὸν εἰς τὸ διηνεκές· καὶ ἐντεῦθεν ἡ νέα Εὐὰ μήτηρ τῆς ζωῆς ὀνομαζομένη, μένει περιβεβλημένη πεποικιλμένη, εἰς ἀπαρχὴν ζωῆς ἀθανάτου πάντων τῶν ζώντων. εἴπωμεν τοίνυν καὶ αὖθις καὶ πάλιν καὶ ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς, ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα, κύριον καὶ Θεὸν, ἢ πρὸς αὐτὴν τὴν βασίλισσαν, κυρίαν τε καὶ Θεοτόκον ἀποβλέποντες, κινήσει θεωρίας τοῦ κατὰ νοῦν ἡμῶν διορατικοῦ ὀφθαλμοῦ· παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη πεποικιλμένη. Hoc eſt ſecundum editionis Commelianæ verſionem latinam: *Qvandoqvidem ipſe Rex eſt, qvi natus eſt ex Virgine, idemqve & Dominus & DEus, eapropter & mater, qvæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara proprie & vere cenſetur, licebitqve nobis ita congruentur dicere, dum ad ipſam & ad eum, qvi ex ea genitus eſt, carniferum filium reſpicimus: Nunc ſcilicet adeſt Regina à dextris tuis veſtitu deaurato circumamicta, variegata: eo qvod ſecundum ſexum fœmineum Regina, & Domina, & Mater Dei appellari debeat, Eaqve nunc ut Regina aſſiſtens à dextris Filii, ubiqve regnantis, qvaſi veſtitu deaurato incorruptionis & immortalitatis circumamicta & variegata, ſacris & ſolennibus verbis celebratur, non qvidem ſecundum ſpiritualem ſimplicitatem, aut qvaſi ſine carne & corpore aſſiſtat, ſed qvod induta ſit, qvantum ſpectat ad ſanctiſſimam ejus carnem, incorruptibilitate & immortalitate. Variegata rurſus eſt, qvantum attinet ad oſſa ſanctiſſima, qvæ ejus carnem ſuffulciunt. Nam ex carne ejus & ex oſſibus ejus, veluti ex veteri Adamo, novus iſte Adam, ut vicem ejus expleret, coſtam ſibi finxit, nimirum iſtam Incarnationem, eamqve ſemel indutam perpetuo geſtat. Ac proinde iſta nova Eva mater vitæ appellatur, variegataqve permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viventium.* (1) *Dicimus igitur eam iterum atqve iterum, & ſemper & undeqvaqve beatiſſimam. Sicuti ergo cum ad Ipſum reſpicimus, Regem, Dominum & DEUM appellamus: ita qvoqve cum ad Eam oculos rejicimus, Reginam, Dominam & Deiparam eſſe animadvertimus, idqve contemplatione oculi mentalis. Adeſt Regina à dextris tuis, veſtitu deaurato circumamicta, variegata.* Hæc *S. Athanaſius*, vel ſecundum Eminentiſſ. Cardinales *Bellarminum* & *Baronium*, *S. Cyrillus Alexandrinus* de corporali B. Virginis Aſſumptione in cœlum. Cui inſigni teſtimonio *Græco* aliud addam *Latinum*, qvod extat in appendice Tomi *noni* Operûm *S. Auguſtini* Tractatu *octavo*, cujus principium: *Ad interrogata de Virginis & Matris Domini reſolutione temporali & aſſumptione perenni, qvid intelligam, reſponſurus, &c.*

117 118 119 LII.

Poſt-

(1) *Aberrat hoc loco Interpres à vero contextus Græci ſenſu, utpote qvi hic eſt:* Dicamus igitur iterum atqve iterum, & ſemper & ubiqve ad Ipſum qvidem, tanqvam ad Regem, Dominum & Deum, ad Illam vero tanqvam ad Reginam, Dominam & Deiparam, contemplatione oculi mentalis reſpicientes: Adeſt Regina à dextris tuis, veſtitu deaurato circumamicta variegata.

120 Poſteaqvam enim autor iſtius Tractatus de nobiliſſimo hoc argumento in utramqve partem ſatis prolixe diſſeruit, tandem, qvid ipſe credat, epilogi loco his verbis profitetur: *Conſideratis igitur his univerſis, vera ratione confitendum cenſeo, Mariam in Chriſto & apud Chriſtum eſſe. In Chriſto, qvia in ipſo vivimus, movemur & ſumus: apud Chriſtum glorioſe ad æternitatis gaudia aſſumptam, benignitate Chriſti honoratius ſuſceptam cæteris, qvam hic gratia honoravit præ cæteris, neqve usqve ad communem humilitatem eſſe adductam poſt mortem, putredinis videlicet, & vermis, & pulveris, qvæ ſuum & omnium genuit Salvatorem; in cujus ſi poteſtate eſt, Sanctorum de capite capillum non perire, eſt & illam anima & corpore integram poſſe ſervare. De cujus poteſtate ſi nullus dubitet Eccleſiaſticorum, qvin poſſit matrem ſine corruptione in perpetuum ſervare, cur dubitandum eſt voluiſſe, qvod attinet ad tantæ benignitatis gratiam? Si elegit divina voluntas ſola gratia inter crepitantes vehementium ignium flammas, non ſolum puerorum corpora ſervare illæſa, verum & ipſa veſtimenta ſervare inuſta, cur abnuat in Matre propria, qvod elegit in veſte aliena? Jonam ſervare in ventre ceti præter naturalem uſum voluit incorruptum ſola miſericordia, Mariam incorruptam præter naturam non ſervabit gratia? Servatus eſt Da-* 121 *niel ab intemperatiſſima fame leonum, non ſervanda eſt Maria tantis dotata meritis dignitatum? Hæc cuncta, qvæ diximus, qvia naturam non ſervaſſe cognoſcimus, in Mariæ integritate plus potuiſſe gratiam, qvam naturam non dubitamus. Divinitatis enim ſunt opera, qvæ dicimus, & ideo poſſibilia, qvia ſunt ab omnipotentia. Chriſtus autem Dei virtus eſt & Dei ſapientia, cujus omnia qvæ Patris ſunt, ſua ſunt & velle; velle autem omnia, qvæ ſunt juſta & digna. Sic per hoc digne videtur lætari Maria lætitia inenarrabili anima & corpore, in proprio filio, per proprium filium, nec ullam ſeqvi debere corruptionis ærumnam, qvam nulla ſecuta eſt tantum filium pariendo integritatis corruptio: ut ſit ſemper incorrupta, qvam tanta perfudit gratia; ſit integraliter vivens, qvæ omnium integram perfectamqve genuit vitam, ſit cum illo, qvem in ſuo geſſit utero; ſit apud illum illa, qvæ genuit, fovit & aluit illum, Maria Dei genitrix, Dei miniſtratrix, & Dei ſecutrix: de qva, ut jam dixi,* LIII. *qvia aliter ſentire non audeo, aliter dicere non præſumo.* Hæc ille. Ubi notandum eſt, Tractatum hunc vulgo qvidem attribui *S. Auguſtino*, eamqve opinionem etiam à *Laurentio Surio* Carthuſiano, qvi illum *Albini Flacci Alcuini Homiliario* primus inſeruit, probari, rectius autem à *Theologis Lovanienſibus* in editione ſua Operum *S. Au-* 122 *guſtini*, nec non ab Em. Card. *Baronio* eidem abjudicari. Cui poſteriori ſententiæ ipſe accedo: utpote qvi perſuaſiſſimum habeo, ſcriptum eſſe hunc Tractatum ſub finem ſeculi poſt Chriſtum *octavi*: nempe eodem circiter tempore, qvo *Carolus Magnus*, nondum *Imperator*, ſed tantum, ut ipſe loqvi amat, *Rex & Rector regni Francorum*, Capitulorum ſuorum, ſive Legum Eccleſiaſticarum & Civilium librum *primum* edidit. Qvod enim tunc (1) temporis *Feſtum Aſſumptionis B. Virginis* in *Germania* & *Gallia* publica autoritate nondum confirmatum & ſancitum, ſed partim negligenter ac inæqvaliter cultum, partim impie & maligne à nonnullis impugnatum fuerit, ipſe indicat *Carolus Magnus*, dum cæteris, qvas recenſet, feſtivitatibus anni hanc ſubjungit clauſulam: *De Aſſumptione S. Mariæ interrogandum relinqvimus.* Veriſimillimum itaqve eſt, *Carolum Magnum* interrogationem hanc primum omnium ac præ cæteris Præceptori ſuo *Albino Flacco Alcuino*, qvi A. C. 804. obiit, privatim propoſuiſſe, reſponſi autem loco hunc ab *Alcuino* compoſitum eſſe Tractatum, in cujus principio, tanqvam ad jam citata *Caroli Magni* verba reſpiciens ac alludens, expreſſe teſtatur, ſe, qvid de Virginis ac Matris Domini reſolutione temporali & aſſumptione perenni intelligat, non ſcribere proprio 123 inſtinctu, ſed *ad interrogata reſpondere.* Confirmant enim hanc conjecturam ſupra citata *Caroli M.* verba, & principium hujus Tractatus *Caroli M.* verbis reſpondens. Confirmant eandem *ſtylus Alcuini*, & *qvæſtiones ſacræ à Carolo Magno* eidem alias propoſitæ. Confirmant eandem *aſſertio* de corporali B. Virginis Aſſumptione, in ſcriptis *Alcuini* alias occurrens, & *Index ſcriptorum Alcuini* apud *Joannem Baleum* Centuria ſecunda Scriptorum *Britanniæ*, in qvo per librum, cui titulus, *Reſponſiones ad Interrogata* hunc ipſum de Aſſumptione B. Virginis Tractatum ſignificari exiſtimo.

Con-

(1) *Vide ſupra Segmentum hujus Diarii qvadrageſimum tertium, pag. 88. 89. 90. 91.*

Confirmat deniq; conjecturam istam *Homiliarium* ab *Alcuino* jussu *Caroli Magni* collectum, cui Tractatum illum sive Sermonem de Assumptione sine dubio inseruisset *Alcuinus*, si *S. Augustini* is fuisset, non autem proprius. Primus enim *Homiliarium Alcuini* Sermone isto auxit *F. Laurentius Surius* Carthusianus in editione Coloniensi in fol. qvæ typis Materni Cholini A. 1576. in lucem prodiit. In omnibus enim antiqvioribus ejusdem Homiliarii editionibus, nempe in prima & antiqvissima Lugdunensi typis Joannis Clein A. 1520. in fol. in Coloniensi typis Eucharii Cervicorni A. 1539. in fol. & in duabus Coloniensibus Materni Cholini A. 1557. & A. 1569. in folio, Tractatus hic, qvi perperam *S. Augustino* attribuitur, non reperitur. 124 Supposititius autem ille *S. Hieronymi* vel *Sophronii* sermo de Assumptione in omnibus *Homiliarii* istius extat editionibus: qvem profecto ipse *Alcuinus* ei inseruit; nec inseruisset, nisi & ipse speciosis *Paulæ* & *Eustochii* nominibus deceptus, spurium hoc scriptum pro genuino habuisset. Qvod si tunc temporis alter ille Tractatus, qvi vulgo perperam *S. Augustino* tribuitur, inter Opera ejus jam extitisset, inseruisset *Alcuinus* sine dubio etiam illum *Homiliario* suo, & dubitationi *S. Hieronymi* indubitatam *S. Augustini* affirmationem opposuisset. Hinc apparet, qvanta execratione dignus sit incognitus ille impostor, qvi seculo, ut supra demonstravi, post Christum *septimo*, privatam dubitationem suam de corporali Assumptione B. Virginis in cœlum sub venerando *S. Hieronymi* nomine, tanqvam ad *Paulam* & *Eustochium* scriptam, publicavit, & ipsi etiam *Carolo Magno* interrogationis ansam præbuit. Nondum enim detectis supposititii istius sermonis fraudibus, tanti ponderis apud omnes fuit *S. Hieronymi* prætenta autoritas, ut ipse *Alcuinus*, ne tanto Ecclesiæ Doctori obloqvi videretur, Tractatum illum responsorium, qvo ad interrogationem *Caroli Magni* de corporali B. Virginis Assumptione affirmativam suam sententiam aperuit, non nisi *suppresso nomine suo* ediderit. Unde porro con- 125 tigit, ut, cum *Alcuinus* in componendo illo responso stylum *S. Augustini* de industria valde imitatus esset, seqventibus semibarbaris seculis ipsi *S. Augustino* Tractatus iste adscriptus sit. Qvicqvid autem in *Germania* & *Gallia* post *Albini* consultationem & responsum de corporali B. Virginis Assumptione in cœlum, & solenni ejusdem celebratione secundum Ecclesiæ Romanæ consuetudinem universaliter colenda superfuit dubitationis, id omne penitus sublatum & extinctum est, posteaqvam Imp. *Carolus Magnus* A. C. 813. eandem *Interrogationem* in *Concilio Moguntino* publice curavit proponi, & *decretum Ecclesiasticum Cæsareo edicto suo* confirmavit. Cum igitur *Albinus Responsum suum* de Assumptione B. Virginis scripse- LIV. rit propter *Interrogationem Caroli Magni*, *Carolus* autem *Magnus* interrogationem illam proposuerit propter *dubitationem* supposititii istius *S. Hieronymi* vel *Sophronii*, haud ab re qvis porro qvæsierit, qvam ob rem impostor ille, qvi pro *S. Hieronymo* vel *Sophronio* haberi vult, ad componendum supposititium sermonem, in qvo de Resurrectione B. Virginis & corporali ejusdem Assumptione se *dubitare* profitetur, animum appulerit. Causam autem ejus rei in Exordio ipse indicat his verbis: *Omnia Salvatoris gesta, & Beatæ Mariæ obseqvia, nec non & actus vitæ ex Evange-* 126 *lio didicistis. Et nunc qvid superest, ut ab aliqvo doctorum reqviratis? De Assumptione tamen ejus qvaliter assumpta est, qvia vestra id deposcit intentio, præsentia absens scribere vobis curavi, qvæ absentia præsens devotus obtuli: ut habeat sanctum collegium vestrum in die tantæ solennitatis munus latini sermonis, in qvo discat tenera infantia lactis experiri dulcedinem, & de exiguis exigua cogitare: qvaliter, favente Deo, per singulos annos tota hæc dies expendatur in laudem, & cum gaudio celebretur: ne forte si venerit vestris in manibus illud* APOCRYPHUM DE TRANSITU *ejusdem* VIRGINIS, *dubia pro certis recipiatis: qvod* MULTI LATINORUM *pietatis amore, studio legendi charius amplectuntur: præsertim cum ex his nihil aliud experiri possit pro certo, nisi qvod hodierna die gloriosa migravit à corpore.* Hæc ipse ille Anonymus tenebrio. Causa ergo scribendi hujus sermonis, uti hinc discimus, fuit *apocryphum* illud *scriptum de transitu B. Virginis*, qvod *Melitonis Episcopi Sardensis* nomine falso insignitur. Ubi primo qvidem notandum est, qvod librum illum *de Transitu B. Virginis* vocat *apocryphum*; secundo autem,

qvod non ſimpliciter ait *Latinos*, ſed *multos Latinorum* pietatis amore, ſtudio legendi charius eum amplecti. Hinc enim recte colligitur, Autorem ejus ſermonis 127 hæc ſcripſiſſe poſt annum Chriſti 494. qvo libellus iſte *de Tranſitu B. Virginis* in *Concilio Romano*, cui *S. Gelaſius I.* præfuit, in *apocryphorum* librorum numerum relatus eſt. Ipſa *S. Gelaſii* Papæ verba in *Decreto Gratiani diſtinct. XV. cap. Sancta Romana*, hæc ſunt: *Liber, qvi appellatur Tranſitus S. Mariæ, apocryphus.* Per *multos* autem *Latinorum*, qvos ait eundem librum, licet is à *Concilio Romano* & *S. Gelaſio* Papa *apocryphus* declaratus eſſet, pietatis amore & ſtudio legendi charius amplecti, arbitror tacite ſignificari *S. Gregorium Turonenſem*, qvi A. C. 594. obiit, & libri *primi* de *Gloria ſanctorum Martyrum* capite *qvarto* Aſſumptionem B. Dei-Genitricis commemorat his verbis: *Poſt admirabilem dominicæ Aſcenſionis gloriam, qvæ contrito diabolicæ malignitatis capite, mentes fidelium ad contemplanda cœleſtia animavit, ſancti Apoſtoli Domini & Salvatoris noſtri cum beata Maria matre ejus in unam congregati domum, omnia ponebant in medio, nec qvisqvam ſuum aliqvid eſſe dicebat, ſed unusqvisqve cuncta poſſidebat in charitate, ſicut ſacer Apoſtolicæ Actionis narrat ſtylus. Poſt hæc diſperſi ſunt per regiones diverſas ad prædicandum Verbum Dei. Deniqve impleto à beata Maria hujus vitæ curſu, cum jam vocaretur à ſeculo, congregati ſunt omnes Apoſtoli de ſingulis regionibus ad domum ejus. Cumqve audiſſent, qvia eſſet adſumenda de mundo, vagilabant cum ea ſimul: & ecce* 128 *Dominus JESUS advenit cum Angelis ſuis, & accipiens animam ejus, tradidit Michaeli Archangelo, & receſſit. Diluculo autem levaverunt Apoſtoli cum lectulo corpus ejus, poſueruntqve illud in monumento, & cuſtodiebant ipſum, adventum Domini præſtolantes. Et ecce iterum adſtitit eis Dominus, ſuſceptumqve corpus ſanctum in nube, deferri juſſit in Paradiſum, ubi nunc reſumpta anima cum electis ejus exultans, æternitatis bonis, nullo occaſuris fine, perfruitur.* Hæc *S. Gregorius Turonenſis*, qvæ ſine ulla controverſia ex ſupra memorato libello *de Tranſitu B. Virginis* abbreviate deſumpta ſunt. Cum igitur jam citatus *S. Gregorii Turonenſis* locus ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* apocryphæ iſti narrationi, tam in *Germania*, qvam in *Gallia*, novam conciliaſſet autoritatem, ideoqve ea à multis ſtudioſe legeretur, arripuit incognitus ille Autor ſeqventi ſeculo *ſeptimo* hanc occaſionem dubitationis ſuæ de *corporali Aſſumptione B. Virginis* publicandæ, &, cum ipſe non eſſet tantæ exiſtimationis, ut *S. Gregorium Turonenſem* aperte ac nominatim auderet reprehendere, ſuppoſititium illum compoſuit ſermonem qvaſi ad *Paulam* & *Euſtochium*, ut hac ratione vel pro ipſo *S. Hieronymo*, vel minimum 129 pro æqvali ejus *Sophronio* haberetur. Velatus itaqve ſpecioſo hoc alienæ autoritatis tegmine, non contentus fuit eos culpare, qvi exemplo *S. Gregorii Turonenſis* apocryphæ *de Tranſitu B. Virginis* narrationi nimiam haberent fidem, ſed propter apocryphas illas corporalis Aſſumptionis Ejus circumſtantias de Aſſumptione ipſa dubitare, & dubitatione ſua alios qvoqve in eundem errorem inducere auſus eſt.

LV. De reliqvo, qvod ad *Melitonem*, ſub cujus nomine ſæpius memoratus apocryphus libellus editus eſt, attinet, fuit is *Sardium in Lycia*, *Aſiæ Minoris Provincia*, *Epiſcopus* ſub *Imp. M. Aurelio Vero Antonino Philoſopho*, eidemqve Apologiam pro Chriſtiana religione obtulit; ut præter *Euſebium Pamphili* in Chronico ad annum Chriſti 170. & Hiſtor. Eccleſiaſticæ lib. 4. cap. 25. teſtatur *S. Hieronymus* Catalogi Scriptorum Eccleſiaſticorum capite vigeſimo qvarto: ubi notandum inprimis eſt, qvod *Imp. M. Aurelius Antoninus Philoſophus* ibi appellatur *M. Antoninus Verus.* Ipſa *S. Hieronymi* verba hæc ſunt: *Melito Aſianus, Sardenſis Epiſcopus, librum Imp. M. Antonino Vero, qvi Frontonis Oratoris diſcipulus fuit, pro Chriſtiano dogmate dedit.* Qvæ verba *Aubertus Miræus* in ſuo ad hunc locum *Scholio* ita interpretatur, qvaſi ea non 130 de *Imp. Antonino Philoſopho*, ſed de *Antonino Vero*, qvem is Collegam Imperii habuit, intelligenda ſint. Sed manifeſte reclamat differentia *prænominis*. Uti enim prior ſine ulla controverſia *MARCUS Aurelius Verus Antoninus Philoſophus*, ſic poſterior æqve conſtanter in omnibus antiqvis numiſmatibus *LUCIUS Aurelius Verus Antoninus* nuncupatur. Qvamvis autem jam citatis locis tam ab *Euſebio*, qvam *S. Hieronymo Melitonis* Opera ſtudioſe recenſentur, nulla tamen libelli de *Tranſitu B. Virginis*, vel tanqvam genuini, vel tanqvam apocryphi, inter ea ſit mentio. Ex qvo

qvo utriusqve Autoris unanimi silentio satis, ut opinor, manifeste apparet, apocryphum istum de *Transitu B. Virginis* libellum non tantum à *Melitone* non esse compositum, verum etiam ætate *Eusebii Pamphili* & *S. Hieronymi* recentiorem esse. Confirmat hoc *Juvenalis* Archiepiscopus Hierosolymitanus Oratione sua, qvam A. C. 451. in *Concilio Chalcedonensi* de Assumptione B. Virginis ad *Imp. Marcianum* ejusqve conjugem *Pulcheriam* habuit, utpote in qva expresse ait, Historiam Assumptionis B. Dei-Genitricis non qvidem extare in *sacra Scriptura*, attamen ἀρχαίᾳ τινὶ καὶ ἀληθεστάτῃ πάμπαν παραδόσει, hoc est, *antiqva qvadam & verissima traditione* usqve ad illud tempus propagatam esse. Qvis enim dubitet, si illa ætate libellus aliqvis sub nomine *Melitionis*, vel alterius cujusdam Discipuli SS. Apostolorum, aut sub nomine alicujus ex ipsis SS. Apostolis ea de re extitisset, qvin ex eo *Imp. Marciano* & conjugi ipsius *Pulcheriæ* B. Dei-Genitricis corporalis Assumptio in cœlum fuisset cognita? aut qvis ambigat, qvin Archiepiscopus *Juvenalis* relationem suam de corporali Assumptione B. Dei-Genitricis testimonio hujusmodi scripti æqve stabilivisset, qvam autoritate *S. Dionysii Areopagitæ* ibidem probat, SS. Apostolos propter imminentem B. Virginis obitum ex diversis Orbis terrarum regionibus Hierosolymam convenisse. Verumenimvero qvò hæc clariora sint necessitas postulat ut libri *decimi qvinti* Historiæ Ecclesiasticæ *Nicephori Callisti*, caput *decimum qvartum*, cui jam memorata *Juvenalis* Archiepiscopi Hierosolymitani Oratio inserta est, integrum hic exhibeam, & nonnulla, ad argumenti hujus illustrationem pertinentia, paulo accuratius, qvam ab aliis antehac factum fuit, considerem. Verba itaqve istius capitis hæc sunt: Πουλχερία δὲ ἡ ἀοίδιμος βασιλὶς, πολλὰ μὲν παρὰ πάντα τὸν βίον ἐποίησε κατορθώματα· πολλὰ δὲ καὶ κοινὰ ξένων καὶ πτωχῶν συνεστήσατο καταγώγια, ξενοτάφιά τε καὶ ἄλλα θεοφιλοῦς διανοίας τεκμήρια· ἐν οἷς καὶ ὁ τοῦ μάρτυρός ἐστι Λαυρεντίου ναός· τρεῖς δὲ ὑπερμεγέθεις δόμους καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ μητρὶ ἐξ αὐτῶν ἀνίστη κρηπίδων· ὧν εἷς ὁ τῶν χαλκοπρατείων τῆς ἁγίας σοροῦ ὄνομα ἔχων, ᾧ τὴν ζώνην τῆς Θεομήτορος ἐθησαύριζε. περὶ οὗ μετρίως τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ ἐν δευτέρῳ κεφαλαίῳ εἰρήκαμεν· ἐν ᾧ καὶ παννυχίδα καὶ λιτὴν κατὰ πᾶσαν τετράδα ἐθέσπιζε γίνεσθαι, καὶ αὐτῆς πεζῇ προϊούσης, συνάμα φωτὶ ὅ πηγάζει λαμπάς· δεύτερος ὁ τῶν ὁδηγῶν ἐστίν· ἐν ᾧ τὴν ἐξ Ἀντιόχου σταλεῖσαν εἰκόνα τῆς τοῦ Λόγου μητρὸς ἐνετίθει· ἣν Λουκᾶς ὁ θεῖος ἀπόστολος χερσὶ καθιστόρει, ζώσης ἔτι, καὶ τὸν τύπον ὁρώσης, καὶ τὴν χάριν τῇ μορφῇ ἐνιείσης. ἡ δή τις εἰκὼν ἐν τῷ τριβουναλίῳ λεγομένῳ πρώτως τὸ ἐς δεῦρο τελούμενον αὐτῇ διεπράξατο· ἐφ᾽ ᾧ καὶ κατὰ τὴν τρίτην τῶν ἡμερῶν τὴν παννυχίδα καὶ τὴν λιτὴν ἐνομοθέτει τελεῖσθαι· ὃ δὴ καὶ ἐς δεῦρο ὁρᾶται τηρούμενον· τρίτον δ᾽ ἕτερον κάλλει ἀμυθήτῳ καὶ παντοδαπαῖς ὕλαις κοσμούμενον, τῇ τοῦ Λόγου ἀφιεροῦ μητρὶ, ᾧ Βλαχέρναι ἐπώνυμον. ὃν διαρκῶς εἰς φιλότιμον κάλλος κοσμήσασα, Μαρκιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος, σπουδὴν καὶ ἄμφω πᾶσαν ἐποιοῦντο, καὶ τὸ πάνσεπτον καὶ πανάχραντον καὶ θεοδόχον ἐκείνης σκῆνος εὑρεῖν, καὶ τούτῳ ἐναποθέσθαι· καὶ δῆτα παρόντα τηνικάδε τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιον, καὶ τοὺς ἐκ Παλαιστίνης ἥκοντας ἐπισκόπους διὰ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, μεταστειλάμενοι ἐπυνθάνοντο, εἴ γε τὸ θεῖον τῆς Θεοτόκου κατὰ Παλαιστίνην τέμενος ἐξαίσιον μάλα γε ὂν, καὶ τὸ θεῖον ἐκείνης σκῆνος ἔτι τῇ σορῷ παραμένοι, ᾗ ἐθέτη τὸ κατάρχας· βουλομένοις γὰρ εἶναι ἐκεῖθεν μετακομίζειν παρὰ τὸ ἐκείνοις ἀνεγερθὲν τέμενος, φυλακτήριον ἐσόμενον τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων. ταύτης γὰρ οὔσαν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν νεὼν, χρῆναι ἔφασκον μηδὲ τοῦ ἱεροῦ σκήνους ἐκείνης ἄμοιρα καθεστάναι· πρὸς δὴ ταῦτα ὑπολαβόντα Ἰουβενάλιον, ἀποκρίνασθαι· τῇ μὲν ἱερᾷ καὶ θεοπνεύστῳ γραφῇ οὐδαμῶς τὰ κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς ἁγίας καὶ ἀειπαρθένου Θεοτόκου Μαρίας ἐμφέρεται· ἀρχαίᾳ δὲ τινὶ καὶ ἀληθεστάτῃ πάμπαν παραδόσει πείθεσθαι, ὡς ἐπιστάσης ἐκείνῃ τῆς τελευτῆς, ἀθρόον ἐκ περάτων γῆς ἐπὶ τὸ κήρυγμα τοῖς ἀποστόλοις διεσπαρμένοις, μεταρσίοις νεφέλαις τισίν, εἰς Ἱεροσόλυμα γεγενῆσθαι· ὀπτασία δὲ κρείττονι, ὕμνος θείων δυνάμεων ἐξηχεῖτο· ἀψοφητὶ δὲ πάλιν ὑπερφυῶς τὸν Λόγον καὶ υἱὸν αὐτῆς κατιόντα, τὸ θεῖον ἐκείνης πνεῦμα εἰς χεῖρας λαβεῖν· τὸ δ᾽ ἐκείνης θεοειδέστατον σκῆνος ἀγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ συνάμα ὑμνῳδίᾳ ἐκκομισθὲν, σορῷ τινὶ ἐν χώρῳ Γεθσιμανῆ κατετέθη, καὶ γε εἰς τρίτην ἡμέραν ὁ τῶν ἀγγέλων ὕμνος τῷ χώρῳ διέμεινεν ἀσιγήτοις ὑμνῳδίαις γεραίρων τὴν Θεομήτορα· ὡς δ᾽ ἐκείνη ἐπαύετο, καί τις τοῦ χοροῦ, τῶν ἀποστόλων ἀπολειφθεὶς, ἐπανῆκε μετὰ τρίτην τῶν ἡμε-

131 LVI. 132 133 334

ἡμερῶν βιασάμενος τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον χορὸν, ἀνοίγειν τὴν σορὸν ἐπειρᾶτο, καὶ τὸ εἰκὸς τῇ μητρὶ τοῦ λόγου ἀφοσιοῦν. ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς σφραγῖδος διαλυθείσης ἐνοίγετο, τὸ μὲν θεῖον ἐκείνης σῶμα παντάπασιν ἀνεύρετον ἦν. τά γε μὴν ἐντάφια σπάργανα μένοντα κατὰ χώραν ἀθιγῆ καὶ ἀπρόσψαυστα, ὥσπερ ἄρτι ἀπολελοιπότος ἐκεῖνα τοῦ σώματος, ἀρρήτῳ τινὶ εὐωδίᾳ ἀστράπτοντα. ἧς ἐς μάλλον ἐμφορηθέντες, σφραγῖδι αὖθις τὴν σορὸν ἐπισημηνάμενοι, ἀπηλλάττοντο, ἐκπεπληγμένοι τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος· τοῦτο μόνον ὥς γε ἐχρῆν ἐπιλογισάμενοι, ὡς ἄρα ὁ ἐξ αὐτῆς ἰδίᾳ ὑποστάσει εὐδοκήσας ἀρρήτως καὶ ἀπερινοήτως σάρκα λαβεῖν καὶ γεννηθῆναι Θεὸς Λόγος, καὶ τῆς δόξης ὢν κύριος· εἶτα καὶ μετὰ τὴν ἄρρητον κύησιν ἀλώβητον τὴν παρθενίαν διατηρήσας, αὐτὸς ἠξίωσε καὶ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, τὸ ὑπερφυῶς ἄχραντον καὶ ἀμίαντον ἐκείνης καὶ πανάγιον σῶμα, καὶ πρὸ τῆς νενομισμένης καὶ κοινῆς ἅπασιν ἀναστάσεως ἀφθαρσίᾳ τιμῆσαι· καὶ μεταθέσει ἀγγελικῇ μεταστήσας, εἰς τινὰς ὑπερφώτους καὶ ἀφθάρτους χώρους τῶν ἐπουρανίων μονῶν, γέρας ὥσπερ τι ἐξαίσιον χαριζόμενος, τὸ μὴ τοῖς λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν μάλιστα εὐδοκιμησάντων, συνάμα καὶ ταύτην ἀνίστασθαι. συνῆσαν δὲ τηνικάδε τοῖς ἀποστόλοις ὅ, τε ἁγιώτατος Τιμόθεος, Διονύσιός τε ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ σοφὸς Ἱερόθεος· ὥσπερ αὐτὸς φησὶ Διονύσιος (1) ἐν τοῖς πρὸς Τιμόθεον πονηθεῖσιν αὐτῷ, περὶ τοῦ μακαρίου Ἱεροθέου λέγων οὕτως· ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολήπτοις ἡμῶν ἱεράρχαις, ἡνίκα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἶσθα, καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν· παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης· εἶτα ἐδόκει μετὰ τὴν θέαν, ὑμνῆσαι τοὺς ἱεράρχας ἅπαντας, ὡς ἕκαστος ἦν ἱκανὸς τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς (2) εὐθενείας, πάντων ἐκράτει μετὰ τοὺς (3) θείους λόγους ὡς οἶσθα τῶν ἄλλων ἱερομυστῶν, ὅλος ἐκδημῶν, ὅλος ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα κοινωνίαν πάσχων· καὶ πρὸς πάντων (4) ἠκούετο καὶ ἐγινώσκετο καὶ ἑωρᾶτο θεόληπτος ὑμνος, καὶ θεῖος ὑμνολόγος κρινόμενος· καὶ τί ἄν σοι περὶ τῶν ἐκεῖ θεολογηθέντων λέγοιμι; καὶ (5) εἰ μὴ καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι, πολλάκις οἶδα παρὰ σοῦ καὶ μέρη τινὰ τῶν (6) ἐνθεωτικῶν ἐκείνων ὑμνῳδιῶν ἐπακούσας. Ταῦτα διεξελθόντος Ἰουβεναλίου, οἱ κρατοῦντες τὴν ἁγίαν ἐκείνην ἐδέοντο πέμπειν σορὸν, μετὰ τῶν ἱερῶν ἐκείνων ἀμφίων, ἀσφαλῶς τῇ σφραγῖδι ἐνσημηνάμενον. ἣν δὴ καὶ πρὸς Ἰουβεναλίου ἀποσταλεῖσαν, ἐν τῷ παρ' αὐτῶν οἰκοδομηθέντι μεγίστῳ νεῷ τῶν Βλαχερνῶν ὁσίαις κατεθέντο ταῖς χερσὶν, ἔγγιστα τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τραπέζης, ἔτι τοῖς ζῶσι κατειλεγμένου Μαρκιανοῦ· ἡ γὰρ τιμία ἐσθὴς ἐπὶ Λέοντος οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκομίζετο· ἣ δὴ καὶ ἐν τῷ περιφερεῖ ἀνετέθη νεῷ, ὃν Λέων ὁ μέγας ἐδείματο, ὡς ἐπ' ἐκείνου γενόμενοι λέξομεν. Hoc eſt, *Joanne Lango* & *Frontone*

LVII. 137

Ducæo interpretibus: *Celeberrima hæc (7) Pulcheria multas per vitam præclare res geſſit: multa publica hoſpitum & pauperum condidit domicilia. Advenarum etiam ſepulchra & alia ædificia conſtruxit, piæ mentis ejus indicia: in qvibus etiam eſt Martyris Laurentii delubrum. Tria qvoqve Dei Matri ex ipſis fundamentis templa erexit. Qvorum unum eſt in Chalcopratiis, Sacri loculi nomen habens. In hoc, veluti theſaurum, Deigenitricis depoſuit Zonam: de qva paucis libro proximo, capite ſecundo, mentionem fecimus. Hoc in templo,*

(1) *Lib. de* Divinis Nominibus *cap.* 3.

(2) *Ita qvidem in antiqvo & hactenus unico Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Nicephori Calliſti *Codice MSto Cæſareo, ex qvo non ſolum* Joannis Langi *latina verſio; ſed & ipſe contextus Græcus primum in lucem prodiit, ſcriptum legitur, minime tamen dubium eſt, qvin pro* εὐθενείας, *legendum ſit* ἀσθενείας, *ut non multo poſt in explicatione hujus* Dionyſiani *loci ſolidiſſime demonſtrabitur. Corrigendus etiam eſt idem* Nicephori *Codex lib. 2. cap. 22. ubi pro* ἀσθενείας *mendoſe legitur*, ἁγιαστείας.

(3) *Ita qvidem in Codice MSto Cæſareo hic legitur, ſed ſine ulla controverſia ſcribendum eſt* μετὰ τοὺς θεολόγους. *Intelliguntur enim per* Theologos *antonomaſtice Sancti duodecim* Apoſtoli; *ut paulo ante. Vide eundem* Nicephorum *lib. 2. c. 22.*

(4) *Locus corruptus. Legendum* καὶ πρὸς πάντων, ὧν ἠκούετο καὶ ἑωρᾶτο, καὶ ἐγινώσκετο, καὶ οὐκ ἐγινώσκετο, θεόληπτος εἶναι καὶ θεῖος ὑμνολόγος κρινόμενος.

(5) *Leg.* καὶ γὰρ εἰ μὴ *&c. ut apud eund.* Nicephorum *lib. 2. c. 22.*

(6) *Pro* ἐνθεωτικῶν *ſine controverſia hic legendum eſt* ἐνθεαστικῶν; *uti apud eundem* Nicephorum *lib. 2. cap. 22.*

(7) *Imperatrix ſive Auguſta.*

plo, ut qvarto qvoqve hebdomadis die pervigilium & ſupplicatio ad lucernas & lampades fieret, conſtituit; qvam & ipſa pedes freqventare ſolita erat. Secundum templum Viæ ducum eſt, ubi Antiochiâ miſſam Verbi Matris imaginem dedicavit, qvam divus Apoſtolus Lucas ſuis ipſe manibus depinxit, illa adhuc vivente, & tabulam ipſam vidente, gratiamqve adeo illi formæ ſuæ imminente. Hæc imago primum in loco, qvi Tribunal dicitur, fuit; ubi ea, qvæ nunc qvoqve fiunt, miracula peracta ſunt. Porro in templo iſto, ut tertio qvoqve ſeptimanæ die pervigilium itidem & ſupplicatio perageretur, curavit: qvod ad hunc usqve diem ſervatur. Tertium autem Verbi Matri incredibiliter pulchritudine & omnis generis materia ornatum conſecravit templum, cui Blachernæ cognomen eſt: qvo abunde per ambitionem qvandam & liberalitatem decorato, Marciano Romani Imperii ſceptra tenente, magnopere 138 *una cum eo operam dedit, ut modis omnibus venerandum, immaculatum, Deiferumqve illius corpus inveniret, & in Eccleſia ea reponeret. Itaqve Juvenalem Hieroſolymorum Archiepiſcopum & Palæſtinos Epiſcopos, qvi Concilii celebrandi cauſa Chalcedonem venerant, accitos interrogavit, an divinum Deigenitricis (1) templum & ſacroſanctum corpus adhuc apud Palæſtinos in eo tumulo, qvo primum repoſitum eſſet, reperiretur: velle ſe id inde translatum, in templum hoc ejus inferre, ut imperantis Urbis cuſtodia eſſet & præſidium. Cum enim & Urbs ipſa & templum illi dicatum eſſet, æqvum eſſe dixit, ut ſacrum etiam ejus corpus ab eis non abeſſet. Ad qvæ verba Juvenalis reſpondit: In ſacris divinitusqve inſpiratis ſcripturis obitum ſanctæ ſemperq; Virginis Deigenitricis Mariæ minime referri, antiqvisſima autem & veriſſima omnino traditione receptum eſſe, (2) inſtante illius obitu, Apoſtolos ex ipſis orbis terrarum finibus, ubi ad prædicationem obeundam diſperſi erant, ſublimes in aëre Hieroſolyma veniſſe, viſione auſpicatiore hymnos divinarum poteſtatum exauditos eſſe: & absqve ſtrepitu aliqvo, mirifico modo, Verbum & filium ejus adveniſſe, atqve in manus ſuas divinum illius ſpiritum ſuſcepiſſe. Sacroſanctum autem corpus illius Angelica ſimul & Apoſtolica hymnodia elatum in tumulo qvodam, in regione Getzemani repoſitum eſſe, & in tertium usqve* 139 *diem eo loco carmina angelos perpetua in honorem & laudem Deigenitricis ceciniſſe. Et cum eodem tertio die (3) is, qvi in obitu Virginis Matris choro Apoſtolorum non adfuerat, adveniſſet, & ſacrum illum cœtum, ut tumulum recluderet, qvo & ipſe Verbi matri debitum ſupremumqve perſolveret honorem, precibus ſummopere ſollicitaſſet, atqve ſigillo ablato ſepulchrum apertum eſſet, ſacrum illius corpus prorſus repertum non eſſe, ſed ſepulchrales illius faſcias tantum ſuo loco intactas atqve inviolatas, perinde atqve corpus ea paulo ante reliqviſſet, repertas, & qvidem inenarrabili odoris ſuavitate redolentes; eaqve illos abunde afflatos, ſignaculo rurſum tumulo impoſito abiiſſe ad miraculum tantum conſternatos, atqve illud ſolum, pro eo atqve decebat, animo ſecum meditatos, illum ipſum DEum Verbum & Dominum gloriæ, qvi ſubſiſtentia ſua, pro beneplacito ſuo, eo qvem neqve verbis neqve intelligentia aſſeqvi liceat modo, carnem ex ea ſuſcipere, & deinde poſt ineffabilem illam uteri geſtationem & partum virginitatem illæſam conſervare dignatus ſit: illum, inqvam, ipſum, etiam poſt obitum, & ex vita hac migrationem mirifice immaculatum, impollutum, & modis omnibus ſanctum corpus ejus ante deſtinatam qvoqve & communem omnium reſurrectionem immortalitate cohoneſtaſſe, eoqve per angelorum miniſterium in loca qvædam cœleſtium regionum luc idiſſima, & à corruptione alieniſſima translato, honore præcipuo proſecutum eſſe ne una cum reliqvis vel celeberrimis laudatiſſimisqve hominibus reſurgeret.* 140 *Porro cum diſcipulis ibi tunc adfuiſſe addidit, ſanctiſſimum illum Timotheum, Dionyſium Areopagitam, magnumqve divinum & ſapientem Hierotheum, qvemadmodum hac de re Dionyſius ipſe in (4) ſuis ad Timotheum de beato Hierotheo ſcriptis teſtatus ſit his verbis: Congreſſus etiam eſt cum Hierarchis divino numine afflatis, cum & ego & tu ipſe, aliiqve multi ex ſanctis fratribus noſtris ad ſpectaculum corporis, qvod autorem vitæ Deumqve ſuſcepiſſet, conveniſſemus. Aderat ibi Jacobus qvoqve frater Domini, & item Petrus ſupremum atqve venerandum Theologorum faſtigium. Deinde poſt id ſpectaculum, viſum eſt, ut Hierarchæ omnes, pro ſe qvisqve* "

(M) *ut*

(1) *Explicationem hujus loci vide infra Segmento hujus Diarii ſexageſimo qvarto & ſexageſimo qvinto.*
(2) *Vide eandem* Nicephori Calliſti *Hiſtoriam Eccleſiaſticam lib. 2. c. 21. 22. 23.*
(3) *Rectius verteretur* aliqvis. *Creditur autem hic fuiſſe* S. Thomas *Apoſtolus. Vide* Nicephor. Calliſt. *Hiſt Eccleſ. lib. 2. cap. 23.*
(4) *Libri de* divinis Nominibus *capite ſecundo.*

„*ut posset, hymno cantato, infiniti-potentem divinæ* (1)*virtutis bonitatem concelebrarent. Me-*
„*ministi tu satis, ut ibi secundum* (2) *Theologos ipsos, omnes alios sacros mystas longe supera-*
141 „*rit, totus à seipso secedens, totus mente extra seipsum degens, & prorsus convenientia eis, qvæ*
„*canebat, patiens, ita ut à qvibus audiebatur & conspiciebatur, simul & cognosceretur & non*
„*cognosceretur: numine afflatus & divinus hymnorum cantor judicatus. Sed qvid tibi de iis,*
„*qvæ tum sancti illi viri theologati sint, dicam? cum, nisi mei qvoqve ipsius sim oblitus, memi-*
„*nerim, me multos hymnos & partes qvasdam divinitus inspiratarum illarum laudum, te ca-*
„*nente, audire. Hæc ubi Juvenalis dixit, Principes ipsi ab eo, ut sanctum eum tumulum, una cum sacris vestibus probe obsignatum, ad se mitteret rogarunt: eumqve ita à Juvenali transmissum, in maximo, qvod ab eis constructum est, Blachernarum templo piis consecrarunt atqve deposuerunt manibus, proxime ad sacram divinamqve mensam. Factum id Marciano adhuc superstite. Veneranda enim vestis ejus aliqvanto post sub Leone est allata, & in rotundo templo, qvod Leo Magnus ædificavit, collocata est, sicuti in historia ejus dicemus.* Hucusqve caput XIV. libri XV. Historiæ Ecclesiasticæ *Nicephori Callisti*, cui Archiepiscopi Hierosolymitani *Juvenalis* Oratio, qvam is A. 451. de *Assumptione Deigenitricis* ad Imp. *Marcianum* habuit, inserta est.

LVIII. Qvo loco præterqvam qvod, ut (3) supra monui, notandum *primo* est, nullam vel ipsius, *Melitonis*, vel istius *libelli de Assumptione B. Deigenitricis*, qvi nunc sub nomine ejus extat, mentionem fieri, illud etiam *secundo* observatu est dignissimum, antiqvam illam παράδοσιν sive *traditionem*, 142 secundum qvam Archiepiscopus *Juvenalis* Historiam Assumptionis B. Virginis ibi refert, ab altera illa narratione, qvæ *Melitoni* falso attribuitur, non mediocriter discrepare; uti vel ex hoc uno liqvet, qvod supposititius *Melito* scribit, Christum ad preces Sanctorum Apostolorum, & in eorundem præsentia Beatissimam Matrem suam suscitasse à mortuis, & una cum corpore in Cœlum transtulisse, cum contra *Juvenalis* referat, corporalem illam Assumptionem contigisse insciis Apostolis, eosqve tum demum mysterium hoc animadvertisse, posteaqvam gloriosissimum B. Virginis corpus in sepulchro non amplius invenerunt.

LIX. Notandum *tertio* est, qvamvis antiqva illa *Juvenalis* traditio à suppositititia *Melitonis* narratione jam memorato modo discrepet, miraculosam tamen Sanctorum Apostolorum translationem in Urbem *Hierosolymitanam*, qvæ adminiculo *nubium* facta est, tam à *Juvenale*, qvam à *Pseudo-Melitone* æqve recenseri, nec propterea Orationi *Juvenalis* fidem derogandam, & totam Assumptionis B. Virginis historiam, tanqvam fabulosam, rejiciendam esse. Qvod enim Archiepiscopus *Juvenalis* traditioni isti, qvam *antiqvissimam & verissimam* vocat, miraculosam illam Apostolorum translationem in *nubibus* non de suo addiderit, nec addere potuerit, satis liqvet, par- 143 tim ex conditione vitæ & status ipsius, partim vero etiam ex præsentia reliqvorum Episcoporum *Palæstinæ*, qvam sine dubio esset reveritus, si mendacii ab illis convinci potuisset. Qvod autem *Nicephorus Callistus*, uti forsan qvis suspicaretur, Orationem illam sub nomine Archiepiscopi *Juvenalis* non finxerit, & consеqventer etiam miraculosam illam Apostolorum translationem non commentus sit, abunde apparet, partim ex suppositititio *Melitonis* libello, qvi non tantum *Nicephoro Callisto*, sed & *Concilio Romano*, cui anno 494. Pontifex *Gelasius primus* præfuit, sine controversia est antiqvior, partim vero etiam ex *S. Joannis Damasceni* oratione *secunda* in honorem ac memoriam *Assumptionis B. Dei-Genitricis* habita, ubi de supranaturali isto Sanctorum Apostolorũ conventu *Hierosolymitano* hæc leguntur: (4) τίνα ἢ τὰ ἐπ' αὐτῇ γέρα τότε τελούμενα πρὸς τοῦ γεραίρειν τοὺς τεκόντας θεσμοθετήσαντος; τοὺς μὲν ἁπανταχῇ γῆς πρὸς τῶν ἀνθρώπων ἄλειαν διασπαρέντας, ταῖς πολυαρμονίοις καὶ ποι-

(1) *Immo* divinæ imbecillitatis. *Non enim* εὐσθενείας *in Græco contextu, sed* ἀσθενείας *legendum est; ut in explicatione hujus loci paulo post solidissime demonstrabitur.*

(2) *In Græco perperam hic apud* Nicephorum *legitur* μετὰ τοὺς θείους λόγους *pro* μετὰ τοὺς θεολόγους.

(3) *Vide supra Segmentum hujus Diarii qvinqvagesimum qvintum, pag.* 130. 131.

(4) *Descripsi hunc locum ex Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiqvissimo Codice membranaceo MSto inter Theologicos Græcos* centesimo vigesimo secundo; *fol.* 185. & 186.

ποικίλαις γλώσσαις τοῦ πνεύματος καὶ τῇ τοῦ λόγου σαγήνῃ τοὺς ἀνθρώπους ζωγροῦντας ἐκ τοῦ τῆς πλάνης βυθοῦ πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐπουράνιον τράπεζαν τοῦ δείπνου τοῦ μυστικοῦ τῆς ἱερᾶς πανδαισίας τῶν πνευματικῶν τοῦ οὐρανίου νυμφίου γάμων, οὓς ὁ πατὴρ τῷ ἰσοσθενεῖ καὶ ὁμοφυεῖ υἱῷ λαμπρῶς ἑστιᾷ καὶ λίαν βασιλικώτατα, θεῖον πρόσταγμα πρὸς Ἱερουσαλὴμ, ὥσπερ τις σαγήνη, ἡ νεφέλη κατήπειγεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς, οἷά τινας ἀετοὺς συνωθοῦσα καὶ συναθροίζουσα. ὅπου γὰρ τὸ πτῶμα Χριστὸς ἡ ἀλήθεια ἔφησε τοὺς ἀετοὺς συναχθήσεσθαι. εἰ γὰρ καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ ταῦτα λέξαντος δευτέρας μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς οὐρανόθεν καταφοιτήσεως ἡ ῥῆσις ἥδε προλέλεκται, ἀλλ᾽ οὐ κατόπως ὥσπερ ἥδασμα τι τοῦ λόγου κἀνταῦθα παραληφθήσεται. παρῆσαν τοίνυν οἱ αὐτόπται τοῦ λόγου καὶ θεράποντες κατ᾽ ὀφειλὴν καὶ τῇ τούτου μητρὶ λειτουργήσοντες, καὶ, κλῆρον ὥσπερ πολυτελῆ καὶ ὑπέρτιμον, τὴν εὐλογίαν ἐξ αὐτῆς ἀρυσόμενοι. Hoc eſt ſecundum latinam verſionem, qvæ extat apud *Laurentium Surium* Tomo qvarto (1) de vitis Sanctorum, die XV. Augusti: *Qvinam autem ei* (ſc. B. Deigenitrici) *habiti ſunt honores ab eo* (ſc. Chriſto) *qvi lege ſanxit eſſe honorandos parentes? Eos* (ſc. Apoſtolos) *qvidem, qvi diſperſi erant per univerſum orbem terræ, multiplicibus & variis linguis, Spiritusqve & verbi ſagena captos homines deducebant ex profundo erroris ad ſpiritualem, & cœleſtem menſam cœnæ myſticæ; ſacri, inqvam, convivii ſpiritualium Sponſi cœleſtis nuptiarum, qvas Pater Filio, qvi eſt ejusdem potentiæ & naturæ, ſplendide celebrat & plane regie; eos, inqvam, ad Urbem Hieroſolymitanam juſſus divinus, nempe nubes, tanqvam qvoddam rete, urgebat ex finibus terræ, veluti qvasdam aqvilas cogens & congregans. Ubi enim cadaver, illic congregandas eſſe aqvilas,* (2) *dixit Chriſtus Veritas ipſa. Nam etſi de ipſius, qvi hæc dixit, magno & glorioſo ſecundo adventu id prædictum fuit, non abſurde tamen, tanqvam qvoddam condimentum orationis, hic qvoqve aſſumetur. Aderant ergo ii, qvi Verbum & ipſi viderant, & ei ſervierant, ejus qvoqve Matri, ut debebant, miniſtraturi, & tanqvam præclaram ac precioſam hæreditatem ab ea hauſturi benedictionem.* Hucusqve S. Joannes Damaſcenus. *Germanus* autem *Patriarcha Conſtantinopolitanus* in ejusdem argumenti oratione non tantum miraculoſæ iſtius translationis Sanctorum Apoſtolorum ſimpliciter meminit, ſed & eandem exemplo *Habacuci* confirmat ac tuetur. Ipſa ejus verba hæc ſunt: (3) οὐκ ἀμάρτυρος γὰρ, Θεοτόκε, ἡ μετάστασίς σου· (4) οὐ ψευδὴς ἡ κοίμησις. ὁ οὐρανὸς τῶν ἐπὶ σοὶ τότε συνδραμόντων διηγεῖται (5) τὴν δόξαν· ἡ γῆ τὴν περὶ αὐτῶν παράστησιν ἀλήθειαν· αἱ νεφέλαι τὴν ἐξ αὐτῶν σοι διακονηθεῖσαν βοῶσι τιμήν· καὶ ἄγγελοι τὴν εἰς σὲ τότε γενομένην ἀπαγγέλλουσι (6) δορυφορίαν· τὸ πῶς φημὶ, κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἱ Ἀπόστολοι (7) παραγεγόνασιν πρὸς σε. καθάπερ καὶ (8) Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης ἐκ μερῶν (9) τῆς Ἰουδαίας ἐν ὥρᾳ μιᾷ διὰ νεφέλης ἁρπαγεὶς, καὶ ἀγγελικῆς δεξιᾶς (10) ὑποβληθεὶς ἐν τῇ Περ-

(1) *pag.* 683.
(2) *Matth. cap.* 24.
(3) *Deſcripſi hunc locum ex Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ antiqviſſimo Codice membranaceo MSto, inter Theologicos Græcos* centeſimo vigeſimo ſecundo, *fol.* 169.
(4) *In Auctario Bibliothecæ SS. Patrum græcolatinæ, Pariſiis A.* 1648. *duobus Tomis in fol. editæ, Tomo II. pag.* 1461. *legitur* οὐδέ.
(5) τὴν *deeſt in editione Pariſina.*
(6) *In edit. Pariſ. legitur* δωρυφορίαν *per* ω *in prima ſyllaba.*
(7) *In edit. Pariſ. legitur* παραγένοντο.
(8) *In edit. Pariſ. perperam legitur* Ἀμβρακοὺμ.
(9) *In edit. Pariſ. pro* τῆς Ἰουδαίας *legitur* τῆς Ὀρεινῆς; *è regione autem hæc appoſita eſt latina verſio* ex partibus Orines Judæaqve. *In Codice igitur MSto, qvem interpres ille ſecutus eſt, ſine dubio ſcriptum fuit,* ἐκ μερῶν τῆς Ὀρεινῆς καὶ Ἰουδαίας; *ſed perperam. Nam aut delenda eſt particula* καὶ, *& legendum,* ἐκ μερῶν τῆς ὀρεινῆς Ἰουδαίας, *hoc eſt,* ex partibus montanæ Judææ, *ſive* montanorum Judææ, *aut, omiſſa voce* ὀρεινῆς; *ſimpliciter legendum eſt ut in Codice MSto Cæſareo* ἐκ μερῶν τῆς Ἰουδαίας, *hoc eſt,* ex partibus Judææ. *Qvam lectionem alteri præfero, qvia ſimiliter apud* Danielem *c.* 12. *v.* 32. *ad qvem locum autor hujus Orationis reſpicit; legitur:* καὶ ἦν Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ; *nec additur,* ὀρεινῇ. *Vide tamen de* Montanis Judææ *Annotationem* Chriſtiani Adrichomii *in* Theatro Terræ Sanctæ, *ubi agitur de* Tribu Juda. *Num.* 174.
(10) *In edit. Pariſ. pro* ὑποβληθεὶς *legitur* ὑποληφθεὶς.

Περσικῇ Βαβυλῶνι (1) πρὸς τὸν λάκκον τοῦ Δανιὴλ παρέστη. Hoc eſt: *Non enim teſtibus caret, ô Deipara, tuus tranſitus; nec dormitio tua falſi qvidqvam habet. Enarrat cœlum gloriam eorum, qvæ in Te tunc concurrerunt; terra eorum repræſentat veritatem: nubes honorem, qvem famulatu exhibuerunt, clamant; deniqve Angeli ſatellitium ſuum tunc tibi præſtitum annunciant: ut nimirum Apoſtoli ad Te Hieroſolymam convenerint; qvemadmodum etiam Habacuc Propheta hora una in nube raptus, ſurripiente Angelica dextra, ex* 147 *partibus Judææ Babylone Perſidis ad lacum Danielis præſto fuit.* Hæc Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus. Neqve vero *Habacuci* tantum exemplum aeria illa Apoſtolorum transvectio ab inſimulatione falſitatis vindicari poteſt, verum etiam aliis compluribus Omnipotentiæ Divinæ miraculis, qvæ in Scriptura Sacra recenſentur, & propter ſimulitudinem qvandam haud abſurde huc poſſunt accommodari, ſed nimiæ prolixitatis vitandæ cauſa conſulto hic omittuntur. LX. Notandum *qvarto* eſt, ſupra citatam narrationem de Imp. *Marciano* ejusqve conjuge *Pulcheria* & Hieroſolymitano Archiepiſcopo *Juvenale*, qvam *Nicephorus Calliſtus* capiti *decimo qvarto libri decimi qvinti* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſeruit, deſumptam eſſe ex alia multo antiqvìori Hiſtoria, qvam *S. Joannes Damaſcenus* vocat *Euthymiacam*, 148 non qvidem, ut qvis falſo crederet, qvod (2) ab *Euthymio* qvodam compoſita fuerit, ſed qvia *S. Euthymii Archimandritæ* ſive *Abbatis in Palæſtina*, qvi Anno Chriſti 472. mortuus eſt, vitam & res geſtas continuit. Perſuaſiſſimum autem habeo autorem *Euthymiacæ* iſtius *Hiſtoriæ* fuiſſe *Cyrillum monachum, S. Sabæ Abbatis*, qvi (3) A. C. 531. obiit, diſcipulum, cujus etiam nunc apud *Laurentium Surium* Tomo primo de probatis Sanctorum vitis ad diem XX. Januarii extat Narratio qvædam de Vita & rebus geſtis *S. Euthymii*. Titulus hujus Narrationis apud *Surium* hic eſt: *Vita & res geſtæ S. Patris noſtri, Magni illius Euthymii Abbatis, autore Cyrillo monacho. Fortaſſis autem tota Hiſtoria à Metaphraſte paraphraſtice reddita eſt.* Hæc Surius, Ego vero contra pro certo habeo, *Hiſtoriam* illam *Euthymiacam Cyrilli* non tantum à *Symeone* ſive *Simone Metaphraſte* non *paraphraſtice* redditam, hoc eſt, latiori qvadam & copioſiori expoſitione auctam eſſe, ſed vice verſa eam vel ab ipſo jam memorato *Metaphraſte*, vel ab aliqvo alio *abbreviatam*, & in *Epitomen* redactam eſſe. Hoc enim vel ex ipſo Narrationis iſtius, qvæ nunc extat, exordio patet; qvippe qvod, licet ꝗ ac Hiſtoria ipſa abbreviatum ſit, priſtinæ tamen amplitudinis ſuæ qvalemcunqve retinet umbram; nempe generalem Hiſtorici ſtudii commendationem, qvæ 149 non qvalicunqve narrationi, ſed juſtæ ſive perfectæ Hiſtoriæ conveniat. Huc præter alia multa ejusdem generis argumenta accedit, qvod ex *S. Joannis Damaſceni* ſupra citata Oratione certo conſtat, *Euthymiacam* illam *Cyrilli monachi Hiſtoriam* cum integra adhuc eſſet, tantæ fuiſſe magnitudinis, ut non ſolum in *capita*, ſed & in *libros* diviſa fuerit. Poſteaqvam enim ibi *S. Joannes Damaſcenus* ſatis prolixe & multo ſententiarum ac verborum ornatu expoſuit, qvomodo qvibusqve circumſtantiis ipſe credat glorioſſimam Beatiſſimæ Dei-Genitricis Aſſumptionem contigiſſe, tandem narrationem illam claudit ac confirmat autoritate *Hiſtoriæ Euthymiacæ*; utpote ex cujus capite *qvadrageſimo* libri *tertii* ad verbum recitat totum illum locum, qvo *Juvenalis* Archiepiſcopi Hieroſolymitani Oratio de obitu & Aſſumptione B. Deiparæ, coram Imp. *Marciano* ejusqve conjuge *Pulcheria* in Synodo *Chalcedo-*

(1) *In edit. Pariſ. pro* πρὸς *legitur* εἰς; *qvam lectionem confirmat ſupra citatus* Danielis *Prophetæ locus cap. 12.*

(2) *Notabile hujus erroris exemplum extat apud Eminentiſſ. Card.* Baronium *Annal. Eccleſ. Tom. 1. ad an. Chr. 48. pag. 366. edit. Plantinianæ: nec non apud R. P* Martinum Delrium *in* Vindiciis Areopagiticis, *à R. P.* Balthaſare Corderio, *Plantinianæ Operum* S. Dionyſii Areopagitæ *editioni ſubjunctis; qvippe ubi Tom. 2. pag. 457. hæc leguntur:* Hoc B Juliani teſtimonium profert Euthymius Hiſtoricus lib. 3. cap. 40. citatus à B. Joanne Damaſceno Orat. de Dormitione Deiparæ. *Corrigendus enim eſt hic locus hoc modo:* Hoc B. Juvenalis teſtimonium profert Cyrillus monachus in Hiſtoria ſua de Vita & rebus geſtis S. Euthymii Abbatis lib. 3 cap. 40. *Notandum etiam eſt,* Juvenalem *Archiepiſcopum Hieroſolymitanum ibidem non ſemel tantum, ſed ter perperam vocari* Julianum.

(3) *Vid Baron. Annal. Eccleſ. Tom. VII. an. 531. & ejusdem Notas ad Martyrologii Romani diem V. Decembris.*

donensi habita, continetur. Qvamvis enim in ea, qvæ nunc extat, *abbreviata S. Euthymii vita* jam memoratus locus non amplius inveniatur, minime tamem dubium est, qvin in *integra Historia Euthymiaca* olim extiterit, & culpa Abbreviatoris, tanqvam ad *S. Euthymii* res gestas minus pertinens, omissus sit. Vixit qvippe *S. Euthymius* Archiepiscopi Hierosolymitani *Juvenalis* & Synodi *Calchedonensis* sive 150 *Chalcedonensis* temporibus, ideoqve haud mirum est, qvod *Cyrillus* amplissimæ illi, qvam de *Vita S. Euthymii* scripsit, Historiæ multa qvoqve de rebus gestis *Juvenalis* & Synodo *Chalcedonensi* immiscuerit. Utinam autem ea Historia ad nos pervenisset integra! nunc enim supra memoratam tantum habemus *Epitomen*, in qva licet (1) nonnullis locis Archiepiscopi *Juvenalis* & Synodi *Chalcedonensis* obiter adhuc fiat mentio, pleraqve tamen eodem pertinentia omissa sunt; & inter hæc eximius qvoqve ille locus de *Obitu & Assumptione B. Dei-Genitricis*, cujus conservationem debemus *S. Joanni Damasceno*, ex cujus supra citata Oratione is necessario hic inserendus est, ut ipsa *Euthymiacæ Historiæ* verba cum *Nicephori Callisti* narratione, qvæ, licet sine ulla *Euthymiacæ Historiæ* mentione, ex iisdem tamen ejus verbis desumpta est, conferantur, & qvam mutationis styli licentiam *Nicephorus* sibi arrogaverit, inde perspiciatur. Cæterum qvandoqvidem illa *S. Joannis Damasceni* Oratio in antiqva LXI Operum ipsius editione, qvæ Basileæ typis Henrici Petri A. 1559. in fol. prodiit, omnino non extat, altera autem multo auctior editio, qvæ opera & studio *Jacobi Billii* Lutetiæ Parisiorum A. 1577. in fol. prodiit, & inter alia *duas* etiam Orationes de Obitu & Assumptione B. Dei-Genitricis continet, in præsens mihi ad manum 151 non est, exhibeo hic partem illam Orationis *S. Joannis Damasceni*, cui sæpe memoratus *Euthymiacæ Historiæ* locus insertus est, ex antiqvissimo Codice membranaceo MSto, qvi in Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi inter MStos Codices Theologicos Græcos est *centesimus vigesimus secundus*. Continet is Vitas Sanctorum mensis *Augusti*: inter qvas, postqvam ad diem *decimum qvintum* ejusdem mensis perventum est, etiam extant trium veterum Græcorum Patrum *Andreæ* Archiepiscopi Cretensis, *Germani* Patriarchæ Constantinopolitani, & *Joannis Damasceni* in Obitum & Assumptionem B. Dei-Genitricis Homiliæ sive Orationes sacræ *novem*, qvarum Indicem hic exhibeo.

Τȣ̃ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Κρήτης, τȣ̃ Ἱεροσολυμιτανȣ̃, λόγος εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκȣ καὶ ἀειπαρθένȣ Μαρίας. h. e. *Sancti Patris nostri Andreæ (2) Archiepiscopi Cretæ, cognomento Hierosolymitani, Oratio in omni veneratione proseqvendam Obdormitionem sive placidissimum Obitum Sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ & Semper-Virginis MARIÆ.* 152

Principium: Μυστήριον ἡ παρȣ̃σα πανήγυρις· ὑπόθεσιν ἔχȣσα τῆς Θεοτόκȣ τὴν κοίμησιν. &c. à folii 141. pagina 2. usqve ad folii 147. paginam 2.

Extat hæc Oratio, sed *latine* tantum, apud *Laurentium Surium* Tomo IV. de probatis Sanctorum Vitis d. XV. Augusti. pag. 670. & apud *Laurentium Cumdium* Tomo IV. Bibliothecæ Homiliarum priscorum Ecclesiæ Patrum pag. 631. editionis Lugdunensis apud Juntas A. 1588. in fol.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Τοῦ αὐτȣ̃ εἰς τὴν κοίμησιν τῆς Θεομήτορος λόγος B. *Eadem die. Ejusdem in Obdormitionem Dei-Genitricis Oratio secunda.*

Principium: Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο τῆς Θεοτόκȣ καταλήφατε τέμενος, &c. à fol. 147. pag. 2. usqve ad fol. 156. pag. 2.

Hæc Oratio neqve apud *Surium*, neqve apud *Cumdium* extat, sed, qvod ego 153 sciam hactenus nondum est edita.

(1) *Apud Surium de probatis Sanctorum Vitis Tomo I d. XX. Jan. pag.* 460. 461. 467. 468. 472. 473.

(2) *Apud* Surium & Cumdium *perperam versum legitur:* S. Patris nostri Andreæ Cretensis, Archiepiscopi Hierosolymitani, &c. *Fuit enim* Andreas *hic, cujus diem festum Græci d. 4. Julii celebrant, patria qvidem* Damascenus, *Archiepiscopus autem* Cretæ, *& cognomento* Hierosolymitanus. *qvoniam* Hierosolymis *monasticam vitam iniit. Qva de re præter Ritualem Græcorum librum, qvi* Triodium *inscribitur, consulendus est* Aubertus Miræus *in Auctario de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρα. Τοῦ αὐτȣ̃ εἰς τὴν κοίμησιν τῆς Θεομήτορ☉ λόγος Γ̄. *Eadem die. Ejusdem in Obdormitionem Dei-Genitricis Oratio tertia.*

Principium: Καλεῖ πάλιν ἡμᾶς τὸ συνεχὲς τοῦ λόγȣ πρὸς τὴν πανήγυριν. &c. à fol. 157. pag. 1. usqve ad fol. 163. pag. 1.

Hæc Oratio extat, ſed *latine* tantum, apud *Surium* Tom. IV. pag. 675. & apud *Cumdium* pag. 633.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρα. Τȣ̃ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γερμανȣ̃ Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπόλεως ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκȣ. h. e. *Eadem die. Sancti Patris noſtri Germani Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Encomium in Obdormitionem Sanctiſſimæ Deiparæ.*

Principium: Ὁ χρεωςῶν πάντοτε τὸν ἴδιον εὐεργέτην ἀνυμνεῖ. &c. à fol. 163. pag. 1. usqve ad fol. 166. pag. 2.

154 Hæc Oratio neqve apud *Surium*, neqve apud *Cumdium* extat, ſed *Tomo primo Auctarii Bibliothecæ SS. Patrum græco-latinæ*, Pariſiis A. 1648. in fol. editi, pag. 1445.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρα. Τοῦ αὐτȣ̃ ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς Θεομήτορ☉ Β̄. *Eadem die. Ejusdem Encomium in Obdormitionem Dei-Genitricis ſecundum.*

Principium: Παυσάσθωσαν τῶν αἱρετικῶν ἀμαθεῖς καὶ ἐμβροντητοὶ λόγοι· &c. à fol. 166. pag. 2. usqve ad fol. 169. pag. 2.

Hæc Oratio extat neqve apud *Surium*, neqve apud *Cumdium*, ſed *Tomo primo Auctarii Bibliothecæ SS. Patrum græco-latinæ*, Pariſiis A. 1648. in fol. editi, pag. 1456.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρα. Τȣ̃ αὐτȣ̃ ἐγκώμιον εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς Θεομήτορ☉ Γ̄. *Eadem die. Ejusdem Encomium in omni veneratione proſeqvendam Obdormitionem Dei-Genitricis tertium.*

Principium: Φήμη καλὴ καὶ ἀγαθὴ λιπαίνει κατὰ τὸ γεγραμμένον ὀςᾶ. &c. à fol. 170. pag. 1. usqve ad fol. 174. pag. 2.

155 Hæc Oratio extat neqve apud *Surium*, neqve apud *Cumdium*, neqve in *Auctario Bibliothecæ SS. Patrum græco-latinæ*, Pariſiis edito, ſed, qvod ego ſciam, hactenus nondum eſt edita.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρα. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ τοῦ Δαμασκηνȣ̃ ἐγκώμιον εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς Θεομήτορ☉. *Eadem die. S. Patris noſtri Joannis Damaſceni Encomium in omni veneratione proſeqvendam Obdormitionem Matris Dei.*

Principium: Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων γίνεται, φησὶν ὁ σοφώτατ☉ Σολομῶν· &c. à fol. 175. pag. 1. usqve ad fol. 182. pag. 2.

Hæc Oratio neqve apud *Surium*, neqve apud *Cumdium* extat, ſed, niſi ex *duabus* ejusdem argumenti Orationibus, qvæ in *Billiana* Operum *S. Joannis Damaſceni* editione extat, una fit, hactenus, qvod ego ſciam, nondum eſt edita.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρα. Τȣ̃ αὐτȣ̃ ἐγκώμιον εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς Θεομήτορ☉ Β̄. *Eadem die. Ejusdem Encomium in omni veneratione proſeqvendam Obdormitionem Matris Dei ſecundum.*

156 Principium: Ἐςὶ μὲν ἀνθρώπων ȣ̓δεὶς, ὃς κατ' ἀξίαν τῆς Θεομήτορ☉ τὴν ἱερὰν ἐκδημίαν εὐφημῆσαι δυνήσεται. &c. à fol. 182. pag. 2. usqve ad fol. 193. pag. 1.

Hæc Oratio extat, ſed, *latine* tantum, apud *Surium* Tomo IV. pag. 680. & apud *Cumdium* Tomo IV. pag. 637; *græce* autem & *latine*, niſi fallor, in *Billiana* Operum *S. Joannis Damaſceni* editione. Editio enim hæc, ut ſupra jam monui, in præſens mihi non eſt ad manum.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρα. Τοῦ αὐτȣ̃ ἐγκώμιον εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς Θεομήτορ☉ Γ̄. *Eadem die. Ejusdem Encomium in omni veneratione proſeqvendam Obdormitionem Matris Dei tertium.*

Princi-

Principium: Ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐρωτικῶς πρός τι διακειμένοις, ἐπὶ γλώσσης ἀεὶ τοῦτο φέρειν, καὶ τῷ νῷ νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν φαντάζεσθαι &c. à fol. 193. pag. 1. usqve ad fol. 196. pag. 2.

Hæc Oratio neqve apud *Surium*, neqve apud *Cumdium* extat, sed, nisi ex *duabus* ejusdem argumenti Orationibus, qvæ in *Billiana* Operum *S. Joannis* 157 *Damasceni* editione extant, una sit, hactenus, qvod ego sciam, nondum est edita.

In *secunda* igitur harum trium Orationum, qvas *S. Joannes Damascenus* de Obitu & LXII. Assumptione *B. Dei-Genitricis* habuit, allegatur antiqvum illud *Euthymiacæ Historiæ* de eadem re testimonium hoc modo: Ὁρᾶτε φίλοι Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ, οἷα πρὸς ἡμᾶς ὁ πανευκλεὴς ἀποτείνεται τάφος; Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ἐν τῇ Εὐθυμιακῇ ἱστορίᾳ, τρίτῳ λόγῳ, κεφαλαίῳ τεσσαρακοστῷ, οὕτως αὐτολεξεὶ γέγραπται. Εἴρηται μὲν ἀνωτέρω, ὡς πολλὰς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἤγειρε τῷ Χριστῷ ἐκκλησίας ἡ ἐν ἁγίοις Πουλχερία· (1) μία δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ἡ ἐν Βλαχέρναις οἰκοδομηθεῖσα ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας τοῦ τῆς θείας λήξεως Μαρκιανοῦ. οὗτοι τοιγαροῦν ἐκεῖσε σεβάσμιον οἶκον τῇ πανυμνήτῳ καὶ παναγίᾳ Θεοτόκῳ καὶ ἀειπαρθένῳ Μαρίᾳ οἰκοδομήσαντες, καὶ παντὶ κόσμῳ κοσμήσαντες τὸ ταύτης πανάγιον καὶ θεοδόχον σῶμα ἐζήτουν, καὶ μετακαλεσάμενοι Ἰουβενάλιον τὸν ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων καὶ τοὺς ἀπὸ Παλαιστίνης ἐπισκόπους, τότε τῇ βασιλευούσῃ ἐνδημοῦντας πόλει διὰ τὸ τηνικαῦτα ἐν Χαλκηδόνι γενομένην σύνοδον, λέγουσιν αὐτοῖς. Ἀκούομεν εἶναι ἐν Ἱεροσολύμοις τὴν πρώτην καὶ ἐξαίρετον τῆς παναγίας Θεοτόκου ἐκκλησίαν ἐν χωρίῳ Γεθσιμανῇ καλουμένῳ· ἔνθα τὸ ζωηφόρον αὐτῆς σῶμα κατετέθη ἐν σορῷ. Βουλόμεθα τοίνυν τοῦτο τὸ λείψανον ἀγαγεῖν ἐνταῦθα εἰς φυλακτήριον τῆς βασιλευούσης ταύτης πόλεως. ὑπολαβὼν δὲ Ἰουβενάλιος ἀπεκρίθη. τῇ μὲν ἁγίᾳ καὶ θεοπνεύστῳ γραφῇ οὐκ ἐμφέρεται τὰ κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς παναγίας Θεοτόκου Μαρίας· ἐξ ἀρχαίας δὲ καὶ ἀληθεστάτης παραδόσεως παρειλήφαμεν, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐνδόξου κοιμήσεως αὐτῆς οἱ μὲν ἅγιοι σύμπαντες ἀπόστολοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἐθνῶν τὴν οἰκουμένην διαθέοντες, ἐν καιροῦ ῥοπῇ μετάρσιοι συνήχθησαν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ πρὸς αὐτὴν οὖσιν, ὀπτασία αὐτοῖς ἀγγελικὴ γίνεται. καὶ θεία ὑμνῳδία ἠκούετο κρειττόνων δυνάμεων· καὶ οὕτω θείᾳ δόξῃ καὶ ἐπουρανίῳ εἰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ τὴν ἁγίαν παρέθετο ψυχὴν, ἀρρήτῳ τινὶ λόγῳ· τὸ δὲ θεοδόχον αὐτῆς σῶμα μετὰ ἀγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς ὑμνῳδίας ἐκκομισθὲν καὶ κηδευθὲν ἐν σορῷ τῇ ἐν Γεθσιμανῇ κατετέθη· ἐν ᾧ τόπῳ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἡ τῶν ἀγγέλων χοροστασία καὶ ὑμνῳδία διέμενεν ἄπαυστος. μετὰ δὲ τὴν τρίτην ἡμέραν τῆς ἀγγελικῆς ὑμνῳδίας παυσαμένης, παρόντες οἱ ἀπόστολοι ἑνὸς αὐτοῖς ἀπολειφθέντος, καὶ μετὰ τὴν τρίτην ἐλθόντος, καὶ τὸ θεο- 159 δόχον σῶμα προσκυνῆσαι βουληθέντος, ἤνοιξαν τὴν σορὸν· καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτῆς τὸ πανύμνητον οὐδαμῶς εὑρεῖν ἠδυνήθησαν· μόνα δὲ αὐτῆς τὰ ἐντάφια κείμενα εὑρόντες, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀφάτου εὐωδίας ἐμφορηθέντες, ἠσφάλισαν τὴν σορὸν, καὶ τὸ τοῦ μυστηρίου θαῦμα ἐκπλαγέντες, τοῦτο μόνον εἶχον λογίζεσθαι, ὅτιπερ ὁ εὐδοκήσας κατιδίαν ὑπόστασιν σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι ἐξ αὐτῆς, καὶ γεννηθῆναι σαρκὶ Θεὸς Λόγος καὶ Κύριος τῆς δόξης καὶ μετὰ τὸν τόκον τὴν αὐτῆς ἄφθαρτον παρθενίαν διαφυλάξας, αὐτὸς ηὐδόκησε καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποβίωσιν τὸ ταύτης ἄχραντον καὶ ἀμίαντον σῶμα τῇ ἀφθαρσίᾳ, καὶ μεταθέσει τιμῆσαι πρὸ τῆς κοινῆς καὶ καθολικῆς ἀναστάσεως. Παρῆσαν δὲ τότε σὺν τοῖς ἀποστόλοις ὅτε ἁγιώτατος Τιμόθεος ὁ ἀπόστολος καὶ τῆς Ἐφεσίων πρῶτος ἐπίσκοπος, καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης· καθὼς αὐτὸς ὁ μέγας Διονύσιος μαρτυρεῖ (2) ἐν τοῖς περὶ τοῦ μακαρίου Ἱεροθέου, καὶ αὐτοῦ τότε παρόντος, πρὸς τὸν ῥηθέντα ἀπόστολον Τιμόθεον πονηθεῖσι λόγοις, οὕτω λέγων· Ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολήπτοις ἡμῶν ἱεράρχαις, ἡνίκα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν. παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος 160 καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης. εἶτα ἐδόκει μετὰ τὴν θέαν ὑμνῆσαι τοὺς ἱεράρχας ἅπαντας, ὡς ἕκαστος ἦν ἱκανὸς, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς (3) ἀσθενείας, πάντων ἐκράτει μετὰ τοὺς (4) θεολόγους, ὡς οἶσθα, τῶν

(1) *Vide supra Segmentum bujus Diarii qbinqbagesimum sextum, à pag. 131. usq; ad pag. 136.*

(2) *Lib. de Dibinis* Nominibus *cap. 3.*

(3) *Apud* Nicephorum Callistum *lib. 15. c. 14. pro* ἀσθενείας *perperam legitur* εὐσθενείας.

(4) *Apud* Nicephorum Callistum *lib. 15. c. 14. mendose legitur,* μετὰ τοὺς θείους λόγους.

τῶν ἄλλων ἱερομυστῶν, ὅλος ἐκδημῶν, ὅλος ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα κοινωνίαν πάσχων, καὶ πρὸς πάντων, (1) ὧν ἠκούετο καὶ ἑωρᾶτο, καὶ ἐγινώσκετο καὶ οὐκ ἐγινώσκετο, θεόληπτος εἶναι καὶ θεῖος ὑμνολόγος κρινόμενος. καὶ τί ἄν σοι περὶ τῶν ἐκεῖ θεολογηθέντων λέγοιμι. καὶ (2) γὰρ, εἰ μὴ καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι, πολλάκις οἶδα παρὰ σοῦ καὶ μέρη τινὰ τῶν (3) ἐνθεαστικῶν ἐκείνων ὑμνῳδιῶν ἐπακούσας. Καὶ ταῦτα οἱ βασιλεῖς ἀκούσαντες, ἠτίσαντο αὐτὸν τὸν ἀρχιεπίσκοπον Ἰουβενάλιον τὴν ἁγίαν ἐκείνην σορὸν μετὰ τῶν ἐν αὐτῇ τῆς ἐνδόξου καὶ παναγίας Θεοτόκου Μαρίας (4) σιδόνων καὶ ἱματίων (5) βεβουλλωμένην ἀσφαλῶς ἀποστεῖλαι αὐτοῖς· καὶ ταύτην ἀποσταλεῖσαν κατέθεντο ἐν τῷ
161 LXIII Βλαχέρναις οἴκῳ τῆς παναγίας Θεοτόκου. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Hoc eſt, ſecundum verſionem latinam, qvæ extat apud *Surium : Videtis amici Patres & fratres , quæ nobis porrigit ſepulchrum glorioſiſſimum? Qvod autem hæc ita ſe habeant , in Euthymiacæ qvoqve Hiſtoriæ libro tertio , capite qvadrageſimo , his verbis ſcriptum eſt : Superius qvidem dictum eſt, qvod Conſtantinopoli multas Chriſto erexit Eccleſias ſancta Pulcheria. (6) Ex his autem una eſt, qvæ in Blachernis fuit ædificata in principio imperii divinæ memoriæ Marciani. Ii ergo, ſcilicet Marcianus & Pulcheria, cum illic ædificaſſent domum venerabilem maxime celebrandæ & ſanctiſſimæ Deiparæ & ſemper Virgini MARIÆ, & eam omnibus exornaſſent ornamentis, qværebant ejus ſanctiſſimum corpus, qvod DEUM ſuſceperat. Et cum accerſiviſſent Juvenalem Hieroſolymitanum Archiepiſcopum, & Palæſtinæ Epiſcopos, qvi in regia Urbe verſabantur propter Synodum, qvæ tunc facta eſt Chalcedone; dicunt eis : Audimus eſſe Hieroſolymis primam & egregiam ſanctiſſimæ Deiparæ & ſemper Virginis MARIÆ Eccleſiam in prædio, qvod vocatur Gethſemane, ubi ejus, qvod Vitam portavit , corpus fuit in loculo depo-*
162 *ſitum. Volumus ergo ejus huc adduci reliqvias ad cuſtodiam hujus regiæ Civitatis. Excipiens autem, reſpondit Juvenalis : In ſancta qvidem & divinitus inſpirata ſcriptura de deceſſu ſanctæ Deiparæ MARIÆ nihil traditur; ex antiqva autem & veriſſima accepimus traditione, qvod tempore glorioſæ ejus dormitionis, univerſi qvidem ſancti Apoſtoli, qvi orbem terræ ad ſalutem gentium obibant, momento temporis ſublime ſublati, convenerunt Hieroſolymis. Et cum apud Ipſam eſſent, viſio eis extitit Angelica, & audita fuit divina hymnodia præſtantiorum poteſtatum; & ſic cum divina ſupercæleſti gloria , in manus Dei ſanctam tradidit animam ratione qvadam ineffabili. Qvod vero DEUM ſuſcepit corpus ejus , cum Angelica & Apoſtolica hymnodia elatum, juſtis ei factis, in loculo fuit depoſitum Gethſemane. Qvo in loco Angelorum chorea & hymnodia manſit tres dies perpetuos. Poſt tres dies autem, ceſſante hymnodia, qvi aderant Apoſtoli, cum unus abfuiſſet, & poſt tertium diem veniſſet, & qvod DEum ſuſceperat corpus adorare voluiſſet , loculum aperuerunt , ſed intemeratum qvidem & omni ex parte laudandum corpus neqvaqvam invenire potuerunt. Cum ea autem ſola inveniſſent, in qvibus fuerat compoſitum & poſitum & ineffabili , qvæ ex iis proficiſcebatur, eſſent*
163 *odore repleti , loculum clauſerunt. Qvi myſterii obſtupefacti miraculo, hoc ſolum poterant cogitare, qvod, cui placuit in propria perſona carne indui, & ex ſacroſancta Virgine homo fieri, & naſci in carne DEUS Verbum & Dominus gloriæ, & poſt partum incorruptam ejus conſervavit virginitatem, ei qvoqve viſum eſſet, poſtqvam ea è vivis exceſſit , intemeratum ejus & impollutum corpus honorare incorruptibilitate & translatione ante communem & univerſalem reſurrectionem. Tunc autem aderant cum Apoſtolis ſanctiſſimus Timotheus Apoſtolus & primus Epiſcopus Epheſiorum, & Dionyſius Areopagita, ſicut hic ipſe magnus teſtatur Dionyſius in iis, qvæ de beato Hierotheo, qvi ipſe qvoqve tunc aderat, conſcripſit ad ipſum Apoſtolum Timotheum, ſic dicens : Nam etiam apud ipſos à DEO afflatos ſacrorum antiſtites , qvando nos qvoqve , ſicut ipſe noſti, & multi ex ſacris noſtris fratribus, ad ſpectaculum corporis,*

(1) *Apud* Nicephorum Calliſtum *lib. 15. cap. 14. perperam & corrupte legitur:* καὶ πρὸς πάντων ἠκούετο, καὶ ἑωρᾶτο θεόληπτος ὕμνος καὶ θεῖος ὑμνολόγος κρινόμενος.

(2) *Apud* Nicephorum Calliſtum *lib. 15. cap. 14. particula* γὰρ *perperam omiſſa eſt.*

(3) *Apud* Nicephorum Calliſtum *lib. 15. c. 14. pro* ἐνθεαστικῶν *mendoſe legitur* ἐνθεωτικῶν.

(4) *Sic in MSto legitur* σιδόνων *, ſine* ν *pro* σινδόνων.

(5) βουλλόειν *ſive* βουλλοῦν *hoc eſt* bullare, *vox græco-barbara pro* obſignare *ſive* appoſito ſigillo occludere. *Vid. Matthiæ Martinii Lexicon Philologicum voce* Bulla; *Joan. Kirchmann. de Annulis cap. 8 & Joan. Meurſii Gloſſarium græco-barbarum v.* βοῦλλα *&* βουλλεύειν.

(6) *Vide ſupra Segmentum hujus Diarii qvinqvageſimum ſeptimum, à pag. 136. usq; ad p. 141.*

ris, qvod vitæ principium dedit & DEum suscepit, convenimus, (aderat autem & Domini frater Jacobus, & Petrus suprema & antiqvissima Theologorum summitas) & postqvam illud vidissemus, visum fuit, ut omnes Sacerdotes hymnos canerent & laudarent, prout poterat unusqvisqve infinitam bonitatem divinarum (1) *virium: post Theologos ille, ut scis, vicit* 164 *omnes alios mystas sacrorum, ut qvi plane excederet & à se omnino abduceretur, & in ea, qvam hymnis celebrabat, afficeretur societate & communione, & ab omnibus, à qvibus audiebatur & videbatur, & cognoscebatur & non cognoscebatur, judicaretur esse à Deo afflatus & divinus Hymnologus. Et qvid tibi amplius dixerim de iis, qvæ illic divine dicta sunt? Etenim, nisi mei qvoqve sum oblitus, scio me sæpius, multosqve alios à te audiisse qvasdam partes illorum DEO afflantium hymnorum. Hæc cum audiissent Imperator & Imperatrix, petierunt ab ipso Archiepiscopo Juvenale, ut sanctus ille loculus cum vestibus clarissimæ & sanctissimæ Deiparæ MARIÆ, sigillo munitus, ad se mitteretur. Qvi loculus cum Constantinopolim missus esset, deposuerunt eum in veneranda æde, qvæ ædificata fuerat in Blachernis. Et hæc qvidem sic.* Hucusqve *Euthymiacæ Historiæ* à *S. Joanne Damasceno* citatus locus, unde *Nicephorus Callistus* totam illam narrationem de Obitu & Assumptione B. Deigenitricis, qvæ capite XIV. libri XV. Historiæ Ecclesiasticæ ipsius extat, mutuatus. Notandum *qvinto* est, in jam citato *Historiæ Euthymiacæ* fragmento per τὴν πρώτην καὶ LXIV ἐξαίρετον τῆς παναγίας Θεοτόκου ἐκκλησίαν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν χωρίῳ Γεθσιμανῆ καλουμένῳ; 165 hoc est, per *primam illam & præcipuam Sanctissimæ Deiparæ Ecclesiam*, qvam Imp. *Marcianus* ejusqve conjux *Pulcheria* audierant *Hierosolymis* esse in villa *Gethsemane*, non intelligendum esse templum aliqvod, vel ab Imp. *Constantino Magno*, vel à matre ipsius *S. Helena* supra sepulchrum B. Dei-Genitricis conditum; uti à *Nicephoro Callisto* Historiæ Ecclesiasticæ lib. 8. cap. 30. perperam traditur: sed significari partim ipsam *speluncam* sive cryptam subterraneam, in qva sacratissimum Beatissimæ Dei-Genitricis corpus ab ipsis sanctis Apostolis fuit depositum, partim vero *fornicem sepulchralem*, qvi communi veterum *Hebræorum* more supra speluncam sepulchri fuit exstructus. Qvæ qvidem primi hujus & antiqvissimi sacelli sepulchralis *B. Deiparæ* pars super terram eminens permansit integra usqve ad annum Æræ Christianæ vulgaris *septuagesimum*, qvo Urbs *Hierosolymitana* à *Tito* Imp. *Vespasiani* filio expugnata, & vallis *Josaphat* una cum villa *Gethsemane* Templi à Romanis combusti, aliorumqve ædificiorum ruinis adeo impleta & obruta est, ut simul etiam supra terraneum B. Dei-Genitricis monumentum æqvatum solo, & subterranea ejusdem crypta sine ullius indicii vestigiis prorsus cooperta sit. Testatur hoc *Burchardus Argentoratensis* in Descriptione *Terræ Sanctæ*, A. 1283. composita, 166 his verbis: *In valle Josaphat, non qvidem in ima profunditate, verum in pede montis Oliveti, parum tamen supra ipsam vallem, locatum fuit beatissimæ & Christiferæ Virginis sepulchrum, qvod qvidem ante subversionem Jerusalem per Romanos, supra terram eminens erat, nunc autem terra coopertum est, adeo qvod Ecclesia, ibidem in honorem Virginis constructa, cum sit sublimium parietum, nobilissimeqve testudinata, sicut decens est tantam Virginem honorare, nunc sit tota subterranea, & repletionibus ruinarum templi & atriorum, de qvibus supra diximus, omnino sit cooperta, vallisqve Josaphat ibidem adeo repleta fuit, qvod extat via publica transiens super prædictam Ecclesiam, jam sub terra absconditam.* Hæc *Burchardus* ille, qvi ab illis *Borchardus* & corrupte *Brocardus* appellatur. Ab expugnatione igitur *Hierosolymorum* per *Romanos*, qvæ in annum Christi *septuagesimum* incidit, latitavit sub Hierosolymitani excidii ruderibus *primum* illud & antiqvissimum B. Dei-Genitricis *sepulchrale monumentum* subterraneum usqve ad annum ejusdem Æræ Christianæ *qvadringentesimum qvinqvagesimum primum*, qvo Concilium generale *qvartum Chalcedone* celebratum est, eaqve occasione *Imp. Marcianus* ejusqve conjux *Pulcheria* vehementissimum suum absconditi istius thesauri inveniendi desiderium Ar- 167 chiepiscopo Hierosolymitano *Juvenali*, cæterisqve *Palæstinæ* Episcopis indicarunt. Qvod enim non tantum Imp. *Constantini M.* & matris ipsius *S. Helenæ*, verum etiam *S. Epiphanii* Constantiæ sive Salaminis in Cypro insula Episcopi & *S. Hieronymi*

(O) tem-

(1) *Immo* divinæ imbecillitatis. ἀσθενείας *enim non autem* εὐσθενείας *in Græco* S. Dionysii Areopagitæ *contextu legendum est; ut paulo post solide demonstrabo.*

temporibus, ſepulchrum *B. Dei-Genitricis*, prorſus adhuc fuerit incognitum, ſolidiſſime demonſtrat Eminentiſſ. Card. *Baronius* Annalium Eccleſiaſticorum Tomo primo ad annum Chriſti 48. pag. 370. edit. Plantin. ubi merum eſſe mendacium oſtendit, qvod *Pſeudo-Hieronymus*, vel ſecundum alios *Pſeudo-Sophronius* in ſuppoſititia ſua de Aſſumptione B. Virginis ad *Paulam* & *Euſtochium* Epiſtola refert, ſepulchrum B. Dei-Genitricis eo tempore, qvo *Paula* & *Euſtochium* vivebant, palam & ante oculos omnium extitiſſe in medio vallis *Joſaphat*, & Eccleſia in honorem ejus fabricata fuiſſe conſpicuum. Qvem Cardinalis *Baronii* locum cum (1) ſupra ad verbum integre jam citaverim, ſuperfluum eſt, ut is hic à me repetatur. Id tantum nunc addo, ſi alia deeſſent argumenta, vel ex ſolo Archiepiſcopi *Juvenalis* ad Imp. *Marcianum* ejusqve conjugem *Pulcheriam* reſponſo ſatis elucere, qvod non tantum *ſepulchrum Dei-Genitricis* tunc temporis nondum fuerit inventum, ſed

168 nec antiqviſſima illa traditio de corporali ipſius Aſſumptione in Cœlum plerisqꝫ

LXV. fuerit cognita. Reverſi itaqve in *Terram Sanctam* Archiepiſcopus Hieroſolymitanus *Juvenalis* cæteriqve *Palæſtinæ* Epiſcopi, ſumma diligentia maximoqve ſtudio in eam curam incubuerunt, ut *Imp. Marciani* ejusqve conjugis *Pulcheriæ* pio deſiderio qvamprimum ſatisfacerent; ideoqve adhibita numeroſiſſima foſſorum manu repurgarunt eam vallis *Joſaphat*, & villæ *Gethſemanæ* partem, in qva ſecundum ſupra memoratam antiqviſſimam traditionem *ſepulchrum B. Dei-Genitricis* olim fuiſſe veriſimile viſum eſt, nec prius à labore deſtiterunt, qvam felici perſcrutatione inæſtimabilem illum theſaurum, qvi inde ab anno Æræ Chriſtianæ *ſeptuageſimo* usqve ad illud tempus per *trecentos octoginta annos* ſub terra delituerat, repererint. Qvo reperto, confirmata fuit veritas antiqviſſimæ traditionis de *corporali Aſſumptione B. Dei-Genitricis in Cœlum*; qvippe cum ſepulchrum Ipſius, uti olim à *Sanctis Apoſtolis* vacuum inventum fuerat, ita tunc qvoqve à *Juvenale* Archiepiſcopo Hieroſolymitano, cæterisqve *Palæſtinæ* Epiſcopis vacuum deprehenſum ſit. Qvamvis autem, ut *Hieroſolymis* etiamnunc videre eſt, ſepulchrum *B. Dei-*

169 *paræ*, inſtar ſepulchri *Chriſti*, in petra excíſum ſit, & tanqvam nativus lapis immobiliter ſpeluncæ adhæreat, corpus tamen Ipſius non jacuit in eo immediate, ſed incluſum fuit alteri cuidam loculo *exemptili*, qvi una cum linteis Ejus ſepulchralibus ab Archiepiſcopo *Juvenale* Conſtantinopolim ad Imp. *Marcianum* ejusqve conjugem *Pulcheriam* miſſus, atqve ibidem in templo *Blachernarum*, qvod in honorem B. Dei-Genitricis à fundamentis exſtruxerant, debita veneratione repoſitus eſt. Qvod enim *nativo* B. Dei-Genitricis ſepulchro olim inſertus fuerit loculus *exemptilis*, non ſolum conſtat ex *Euthymiacæ Hiſtoriæ Cyrilli* & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ *Nicephori Calliſti* ſupra citatis locis, verum etiam ex *Bernardi de Breydenbach*, Eccleſiæ Moguntinæ Decani & Camerarii, qvi A. 1483. *Terram Sanctam* inviſit, *Itinerario*; utpote in qvo refert, ſepulchrum B. Dei-Genitricis *latius* eſſe, qvam ſepulchrum Domini; nempe haud aliam ob cauſam, qvam propter loculum *exemptilem* nativo lapidi inſertum, qvo monumentum Chriſti propter tumultuariam ſepulturam caruit. Cæterum uti Imp. *Marcianus* ejusqve conjux *Pulcheria* pro ſingulari ſua pietate primo qvidem anſam præbuerunt qværendi & inveniendi *Sepulchri Dei-Genitricis*, eo autem invento, loculum ſacrum *interiorem*, qvi ſanctiſſimum glorio-

170 ſiſſimæ Virginis corpus immediate, continuerat, & una cum *linteis ſepulchralibus* miſſus fuit *Conſtantinopolim*, tanqvam pretioſiſſimum, immo inæſtimabilem theſaurum, ſumma reverentia & honore in celeberrimo templo *Blachernenſi* religioſiſſime repoſuerunt, ſic qvoqve alteri illi *exteriori* loculo ſepulchrali ex *nativo* lapide, qvi *Hieroſolymis* vacuus remanſit, ſimilem exhibuerunt honorem, & ſubterraneam cryptam, cui etiamnunc immobiliter inhæret, ſuperexſtructa Eccleſia exornarunt.

LXVI Meminit Hieroſolymitani iſtius ſepulchri *nativi Burchardus Argentoratenſis*, &, qvo in ſtatu illud A. 1283. viderit, refert his verbis: *In valle Joſaphat, non qvidem in ima profunditate, verum in pede montis Oliveti, parum tamen ſupra ipſam vallem, locatum fuit beatiſſimæ & Chriſtiferæ Virginis ſepulchrum, qvod qvidem ante ſubverſionem Jeruſalem per Roma-*

(1) *Segmento hujus Diarii qvadrageſimo nono*, pag. 112. 113. 114.

Romanos, supra terram eminens erat, nunc autem terra coopertum est, adeo qvod Ecclesia ibidem in honorem Virginis constructa, cum sit sublimium parietum, nobilissimeqve testudinata, sicut decens est tantam Virginem honorare, nunc sit tota subterranea, & repletionibus ruinarum templi & atriorum, de qvibus supra diximus, omnino sit cooperta, vallisqve Josaphat ibidem adeo repleta fuit, qvod extat via publica transiens super prædictam Ecclesiam, jam sub terra absconditam. Est tamen ibidem in terræ superficie post Urbis reparationem 171 *constructa Ecclesia vel ædificium per modum capellæ: qvod cum ingressus fueris, descendes per gradus plurimos sub terra in Ecclesiam præscriptam, & ad sepulchrum Beatissimæ Virginis; & credo, ni fallor, sunt gradus sexaginta. Est autem sepulchrum in medio chori ante altare marmoreum, & magnifice decoratum; qvod & Saraceni devotissime venerantur, osculantes prostrati, & sacra Virginis suffragia alta voce suo more implorantes. Ego fui in sepulchro ipso, visumqve est mihi hortus aromatum ex fragrantia tantæ Virginitatis, & nesciens præ spiritu & admiratione, qvid dicerem, decantare cæpi: Sicut cinamonum & balsamum aromatizans odorem dedi; lachrymæqve omnium adstantium comitum meorum ubertim effluebant, ac bene nobis erat cum eis. Nolo autem te ignorare studiose Lector, Ecclesiam qvæ jam subterranea effecta est, valde (1) humilem esse, eo qvod torrens Cedron repletionibus prædictis coopertus, sub ipsa decurrit, & ex inundantia aqvarum excrescit aliqvando, ut scaturiens in tantum erumpat, qvod Ecclesiam replet aqvis, & ascendens per omnes gradus, per ostium capellæ superioris extra fluit. In cæmeterio ejusdem non longe ab ejus ostio indigenæ hauriunt aqvam ex fonte, qvi apud Nehemiam Draconis fons appellatur, ante portam gregis sive vallis. Beatissimæ Virginis Ecclesia intus illuminatur ex fenestris orientalibus, dispositis con-* 172 *tra montem Oliveti.* Hæc *Burchardus* Argentoratensis, Ordinis Prædicatorum, qvem Doctissimus *Andreas Masius* Comment. in lib. Josuæ cap. 10. v. 38. *scriptorem* vocat *diligentissimum.* Caute tamen legendum est, qvod jam citato loco ait, Ecclesiam illam, qvæ tempore ipsius visebatur supra sepulchrum B. Dei-Genitricis constructam fuisse *post Urbis Hierosolymitanæ reparationem.* Qvamvis enim hic sine dubio intelligenda sit reparatio Urbis, qvæ tempore Imp. *Constantini M.* studio potissimum & opera matris ipsius S. *Helenæ* contigit, inventio tamen sepulchri B. Dei-Genitricis, & Ecclesiæ super illud ædificatæ structura non ipsi Imp. *Constantino Magno*, vel matri ipsius S. *Helenæ*, sed Imp. *Martiano* ejusqve conjugi *Pulcheriæ* attribuenda est. Meminit ejusdem Ecclesiæ B. Semper-Virginis etiam *Bernardus de* LXVII. *Breydenbach*, in supra citato *Terræ Sanctæ Itinerario* his verbis: *Hinc in vallem Josaphat descendimus ad torrentem Cedron, qvi æstivo qvidem tempore aqvis caret, sed verno tempore, & præsertim circa tempus qvadragesimale copiose illis abundat. Pontem habet lapideum in eo loco, qvem S. Helena construi fecit, ubi lignum illud jacuit, ex qvo crux Christi facta fuit. Dicitur qvod lignum illud fuerit viale sive yta per ripam illam, qvodqve Regina* 173 *Saba noluerit transire, neqve pedibus suis ipsum contingere, eo qvod cognovisset in spiritu, Redemptorem mundi in eo passurum. Inde non procul venimus ad qvandam Ecclesiam B. Virginis titulo & sepulchro insignem, grandem & testudinatam; estqve descensus in ea per gradus qvadraginta octo: & ibi sepulchrum Virginis gloriosæ ex albo marmore factum paulo latius Christi sepulchro, potestqve ibi celebrari, sicut & super sepulchro Christi: & habet duas januas, per qvas ingrediatur vel egrediatur. Illic intemeratum Virginis gloriosæ corpus ejus post mortem ab Apostolis honorifice traditum sepulturæ, sed tertia post die, ut pie creditur, assumptum fuit in Cœlum, animæ Virginis beata resurrectione unitum.* Hæc Bernardus de Breydenbach; à qvo licet fundator istius Ecclesiæ, in honorem sepulchri B. Dei-Genitricis *Hierosolymis* exstructæ, non nominetur, haud alius tamen intelligendus est, qvam Imp. *Marcianus* cum conjuge sua *Pulcheria.* Contra autem corrigendus LXVIII. est *Nicephorus Callistus*, qvi Historiæ Ecclesiasticæ lib. 8. cap. 30. ædificationem istius Ecclesiæ perperam attribuit *S. Helenæ*, Imp. *Constantini M.* matri, his verbis: Ἡ δὲ βασιλὶς Ἑλένη ὑπερφυῆ τινα ἕτερον ἐν τῷ χωρίῳ Γεθσιμανῆ νεὼν τῇ Θεοτόκῳ ἐγείρει· ἔνδον δὲ τοῦ θυσιαστηρίου τὸν ζωηφόρον ἐκείνης τάφον ἀσφαλῶς περιστείλασα. καταφερῆς δὲ ὄντος 174

(1) *Existimo hic pro* valde humilem *legendum esse* valde humidam. *Alioqvi enim ipse sibi contradicit* Burchardus, *utpote qvi paulo ante scribit, Ecclesiam hanc, licet subterraneam,* sublimes *tamen habere* parietes.

τος τοῦ τόπου, ἀναβαθμοὺς ἐκ μαρμάρων ποιησαμένη, τὸν βουλόμενον ἐκ τῆς ἁγίας πόλεως πρὸς ἀνατολὰς κατάγει. λέγεται γάρ τοι καὶ στόμασι πολλῶν περιάγεται, ὡς ἐς τὸ κάταντες ἰὼν ὁ τόπος κοιλὰς κλαυθμῶνος καλεῖται. χειμάῤῥους τε τῶν κέδρων, καὶ κοιλὰς τοῦ Ἰωσαφάτ. Hoc eſt, *Joanne Lango* interprete: *Excitavit qvoqve Imperatrix Helena aliud mirificum templum in prædio Gethſemane Dei-Genitrici; atqve in ſacrario ipſo vivificum ejus ſepulchrum firmiter incluſit. Cum vero declivis is ſit locus, gradus marmoreos fieri curavit, viatores ex ſancta Urbe Orientalem plagam verſus ducentes. Multorum enim ſermonibus circumfertur, decliviorem eum locum, Vallem fletus, & torrentem Cedron, atqve etiam vallem Joſaphat dici.* Hæc Nicephorus Calliſtus; falſo attribuens *S. Helenæ*, qvæ ad Imp. *Marcianum* ejusqve conjugem *Pulcheriam* pertinent. Teſtatur enim *S. Hieronymus* in libro de *locis Hebraicis*, ſua ætate *unam* tantum in villa *Gethſemane* fuiſſe Eccleſiam, ubi Dominus in horto oravit; de contiguo autem *B. Dei-Genitricis ſepulchro* & *Eccleſia nullam omnino* facit mentionem; nempe qvia ipſo adhuc

175 ſuperſtite ſepulchrum illud nondum eſſet inventum: uti contra impoſtorem illum, qvi ſub perſona *S. Hieronymi* vel *Sophronii* ſuppoſititiam de Aſſumptione B. Deiparæ Epiſtolam, qvaſi ad *Paulam* & *Euſtochium* ſcriptam, compoſuit, ſupra jam

LXIX monui. Notandum *ſexto* eſt inſignem illum *S. Dionyſii Areopagitæ* locum, qvem Hieroſolymitanus Archiepiſcopus *Juvenalis* ad probandam antiqviſſimam traditionem de corporali B. Dei-Genitricis Aſſumptione in Cœlum coram Imp. *Marciano* ejusqve conjuge *Pulcheria* publice recitavit, deſumptum eſſe ex ſubtiliſſimi libri de *Divinis Nominibus* capite *tertio*, & in tribus pervetuſtis Operum *S. Dionyſii Areopagitæ* Codicibus membranaceis MStis, qvi in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi inter MStos Codices Theologicos Græcos ſunt *ſexageſimus ſecundus*, *ſexageſimus tertius* & *nonageſimus qvartus*, hujusqve rei cauſa ſumma diligentia à me inſpecti, ac tam inter ſe, qvam cum impreſſis editionibus ſtudioſiſſime collati ſunt, eodem prorſus modo, uti in ſupra citata *Joannis Damaſceni* Oratione de Obitu Deiparæ legitur, ſine ulla vel minima diſcrepantia ſcriptum reperiri. Citatur qvidem etiam idem locus bis in *Nicephori Calliſti* Hiſtoria Eccleſiaſtica, nempe lib. 2. cap. 22. & lib. 15. cap. 14. ſed utroqve loco mendoſe & corrupte;

176 uti (1) ſupra ad poſteriorem locum paucis in margine jam monui. Eſt autem inter illa menda unum, qvod non librarii negligentiæ attribuendum eſt, ſed inſcitiæ & temeritati ipſius *Nicephori*; utpote qvi verum verborum *S. Dionyſii Areopagitæ* ſenſum non aſſeqvens, vocem aliqvam ſuo arbitratu immutare auſus eſt, & hac ratione non tantum ipſe erravit, verum etiam primo interpreti ſuo *Joanni Lango*, ejusqve interpolatori *Frontoni Ducæo* in verſione latina errandi anſam præbuit. Refert nimirum jam citato loco *S. Dionyſius Areopagita*, placuiſſe ſanctis Apoſtolis poſt contemplationem corporis defunctæ Dei-Genitricis, qvod ipſius DEI qvi autor & princeps vitæ eſt, receptaculum fuerat, laudare omnes pro virili τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας, hoc eſt, *omnipotentem bonitatem divinæ imbecillitatis*. Horum igitur verborum verum ac genuinum ſenſum cum *Nicephorus Calliſtus* non potuerit aſſeqvi, ſed abſurdum crediderit τῇ ἀπειροδυνάμῳ θεαρχίᾳ, hoc eſt, *infinitæ divini numinis omnipotentiæ* conjungere τὴν ἀσθένειαν, hoc eſt, *imbecillitatem*, mutavit is Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ lib. 2. cap. 22. vocem ἀσθενείας, tanqvam de mendo ſibi ſuſpectam, in vocem ἁγιαστείας ſeu potius

177 ἁγιασίας, hoc eſt, *ſanctimoniæ*, vel *ſanctificationis*; per τὴν θεαρχικὴν ἁγιασίαν, ni fallor, ſignificari putans ſupranaturalem B. Dei-Genitricis per Spiritum Sanctum ſanctificationem, & ſanctiſſimam ejus tam in partu, qvam poſt partum miraculoſe conſervatam virginitatem: deinde autem, cum ita ſibi nondum ſatis feciſſet, propriam hanc ipſe correxit emendationem lib. 15. cap. 14. & vocem ἀσθενείας mutavit in contrariam vocem εὐσθένεια; exiſtimans, ut ego arbitror, per τὴν θεαρχικὴν εὐσθένειαν, hoc eſt, *divini numinis robur*, ſignificari reconditiſſimum divinæ incarnationis myſterium, tanqvam Omnipotentiæ Dei ſummum apicem & faſtigium. Qvam poſteriorem, ſed æqve falſam ac præcedentem, Dionyſiani iſtius loci

(1) *Segmento hujus Diarii qvinqvageſimo ſexto, pag.* 135. & 136.

loci emendationem ſecuti *Joannes Langus*, & *R. P. Fronto Ducæus* in translatione latina Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Nicephori, tam lib. 2. cap. 22. qvam lib. 15. cap. 14. τὴν θεαρχικὴν εὐθένειαν verterunt *divinam virtutem*; eundemqve errorem commiſit interpres *Vitæ S. Abbatis Euthymii* apud *Laurentium Surium* Tomo primo de probatis Sanctorum Vitis ad diem XX. Januarii, ubi τὴν ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς εὐθενείας interpretatus eſt *bonitatem divinarum virium*. Verumenimvero reclamant pravæ huic *Dionyſiani* contextus immutationi non ſolum omnes antiqvi Codices MSti Græci; utpote in qvibus conſtantiſſime ἀσθενείας, non autem εὐθενείας vel ἁγιαςίας legitur, ſed & *ratio ipſa*, & omnium veterum Græcorum ac Latinorum Scriptorum, qvi *S. Dionyſii Areopagitæ* librum de *Divinis Nominibus*, *Scholiis Græcis*, *Paraphraſi Græca* & *latina translatione* illuſtrarunt, unanimis autoritas. Ἀσθενείας enim ſine ulla diſcrepantia & varietate lectionis *R. P. Balthaſar Corderius* Soc. Jesu ſcriptum reperit in omnibus antiqvis Codicibus MStis Græcis, qvibus ad ultimam & optimam Operum *S. Dionyſii Areopagitæ* editionem græco-latinam qva A. 1634. Antwerpiæ ex officina Plantiniana duobus Tomis in folio prodiit, adornandam uſus eſt: nec aliter legitur in tribus à me ſupra memoratis Codicibus MStis Græcis *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, qvos eam ob rem ipſe meis oculis conſului. Eadem qvoqve lectio extitit in Codice MSto Græco, ex qvo juſſu Regis Francorum *Caroli Calvi*, qvi A. C. 875. Imperator evaſit Romanorum, Opera *S. Dionyſii Areopagitæ* à *Joanne* monacho Ordinis S. Benedicti, qvi à *Sigeberto Gemblacenſi* lib. de Scriptor. Eccleſiaſt. cap. 94. (1) *Erigena* cognominatur, ſed revera *Ivernigena* ſeu *Hibernigena* appellandus eſt, in latinum ſermonem translata ſunt. In antiqvæ enim hujus & hactenus qvod ſciam *nondum editæ* verſionis latinæ duobus Codicibus membranaceis MStis, qvi in *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea* adſervantur, & inter MStos Codices Theologicos Latinos ſunt *vigeſimus ſecundus* & *qvadringenteſimus nonageſimus ſextus*, legitur præclarus ille, de qvo nunc agitur, locus hoc modo: *Qvoniam & cum ipſis Deo acceptabilibus noſtris ſummis ſacerdotibus, qvando & nos*, (2) *ut æſtimatur, & tu, & multi ſanctorum noſtrorum fratrum in viſionem vitam inchoantis & Deum recipientis corporis convenimus. Aderat autem & Dei frater Jacobus, & Petrus, vertex & honorabiliſſima Theologorum ſummitas. Deinde placuit poſt viſionem laudare ſummos ſacerdotes ſimul omnes, qvomodo unusqvisqve erat idoneus, multum potentem bonitatem divinæ infirmitatis. Omnium dominabatur poſt Theologos, ut cognoſcis, aliorum ſanctorum Doctorum; totus* (3) *ex populis, totus exiſtens* (4) *ſemet ipſo, &* (5) *ad laudandam ſocietatem patiens, & ab omnibus, qvibus auditus eſt & viſus, & cognitus eſt & non cognitus, eſt Deo acceptabilis eſſe & divinus laudator judicatus.* Hucusqve antiqva illa latina verſio; ubi, uti videre eſt, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας inter-

LXX. 178 179 180

(P)

(1) *Idem à R. P.* Philippo Labbæo *in Diſſertatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis vocatur* Erigena, *à R. autem P.* Antonio Poſſevino *in Apparatu Sacro nominatur* Eriginus & Erigina: *Eundem teſtatur* Petrus Sifridus *in duobus Codicibus manuſcriptis* Gemblacenſi & Affliginenſi *appellari* Eurigenam. *In uno Codice* Cæſareo *ipſe ſcriptum reperi* Jerugena. *Sed omnes hæ appellationes corruptæ ſunt ac mendoſæ. Verum enim illi cognomen fuit* Hibernigena *ſeu* Ivernigena, *vel* Jernigena, *qvoniam oriundus fuit ex* Hibernia, *qvæ à Ptolomæo* Ivernia, *à Strabone autem* Jerne *ſive* Jernia, & *vulgo Germanice* Irlandia *nuncupatur. Eadem ab* Iſidoro *aliisqve mediæ ætatis ſcriptoribus dicitur* Scotia; *eamqve ob cauſam idem ille* Joannes *à Summo Pontifice* Nicolao I. *in Epiſtola ad Regem Francorum* Carolum Calvum, & *à* Joanne Trithemio *in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis* Scotus *vocatur, à* Conrado *autem* Geſnero, *in Bibliotheca Univerſali* Scotigena. *Ita enim ibi, non autem* Scotigina *legendum eſt; qvod mendum etiam extat apud* Joannem Jacobum Friſium. *Vide infra Segmentum hujus Diarii ſeptuageſimum ſecundum pag.* 184.

(2) ὡς οἶσθα, ut noſti.

(3) *Interpres pro* ἐκδημῶν *perperam legit* ἐκ δήμων. ἐκδημεῖν ἑαυτοῦ Petronius Arbiter *elegantiſſime reddit* à ſe exire. *Ipſa ejus verba hæc ſunt:* Ego qvoqve ſinum meum ſaxis onerabo, ut, qvotiescunqve cœperis à te exire, ſanguinem tibi à capite mittam.

(4) Exiſtens ſemetipſo, *pro* extra ſe ipſum exiſtens.

(5) *In altero Codice MSto Cæſareo legitur;* & laudanda ſocietatem patiens. *Qvare opinor revera ibi olim ſcriptum fuiſſe*, & ad laudanda ſocietatem patiens, ut in Græco καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα κοινωνίαν πάσχων.

terpres reddidit *multum potentem bonitatem divinæ infirmitatis.* Qvænam ergo hæc *infirmitas* ſive *imbecillitas divina*, cujus infinita potentia præditam bonitatem ſancti Apoſtoli poſt contemplationem corporis defunctæ Dei-Genitricis tantopere laudarunt? Haud alia profecto, qvam incomprehenſibilis & cuncta comprehendentis Divinæ Majeſtatis humillima in arctum contractio, qva humanam infirmitatem & imbecillitatem imitari voluit, dum in utero *Beatiſſimæ Semper-Virginis MARIÆ* carnem aſſumpſit, & usqve ad partum per novem menſes tenerrimi inſtar infantis delituit. Qvamvis enim per τὴν θεαρχικὴν ἀσθένειαν, h. e. *divinam imbecillitatem* ſive *infirmitatem* tota Chriſti vita & paſſio recte poſſit intelligi, reſpectu tamen corporis defunctæ *Dei-Genitricis*, cujus contemplatio ſanctos Apoſtolos ad 181 omnipotentem divinæ iſtius imbecillitatis bonitatem laudandam tunc impulit, Incarnationis potiſſimum & Nativitatis myſterium, qvod in utero *B. Semper-Virginis* contigit, hic intelligendum eſt. Confirmat hoc *S. Maximus Martyr*, qvi A. C. 662, obiit, in ſuo ad hunc locum *Scholio* his verbis: Θεαρχικὴν ἀσθένειαν ἐνταῦθα φησὶ τὴν ἑκούσιον τοῦ υἱοῦ ἄχρι σαρκὸς, ἁμαρτίας δίχα, συγκατάβασιν. Ἁμαρτίαν γὰρ πάντη ἀγνοήσας, κατηξίωσεν ὑπὲρ ἡμῶν, μὴ ἐκστὰς τῶν οἰκείων, ἀναμαρτήτως ἁμαρτία γενέσθαι, ἵν᾽ ἡμᾶς τοὺς δουλωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ, διὰ τῆς δι᾽ ἑαυτοῦ ἡμῶν υἱοθεσίας εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπαναγάγῃ ἐλευθερίαν. Πλούσιος γὰρ ὢν θεότητι, πτωχεύει τὴν πλουτοποιὸν πτωχείαν, ἀναλαβὼν ὑπερφυῶς τὴν ἡμῶν σάρκα, ἵνα ἡμεῖς τὴν ἐκείνου πλουτήσωμεν θεότητα· καὶ ἐν μορφῇ θεοῦ, καὶ Θεὸς κατ᾽ οὐσίαν ὑπάρχων, τὴν τοῦ δούλου δι᾽ ὑπερέκχυσιν ἀγαθότητος ὑπέδυ μορφήν. Λόγος ἁπλοῦς ὢν, ἐνυπόστατος καὶ γεγονὼς ἀτρέπτως σάρξ. Hoc eſt: *Divinam imbecillitatem hic vocat voluntariam condeſcenſionem Filii Dei usqve ad corpus absqve peccato. Cum enim peccatum prorſus ignoraret, dignatus eſt pro nobis, propria non deſerens, ſine peccato fieri peccatum, ut nos peccato mancipatos, per noſtri* 182 *adoptionem, qvæ per ipſum facta eſt, in priſtinam aſſereret libertatem. Nam cum dives eſſet divinitate, locupletante nos inopia fit pauper, excellenti qvodam modo carnem noſtram aſſumens, ut nos divinitate ejus ditaremur: & cum in forma Dei, ac ſecundum eſſentiam Deus, exiſteret, propter effuſam bonitatem ſervi formam induit. Cum ſimplex Verbum exiſteret, factus eſt immutabiliter ſubſiſtens caro.* Hæc *S. Maximus* de Myſterio Incarnationis & Nativitatis Chriſti, qvod per τὴν θεαρχικὴν ἀσθένειαν præcipue hic ſignificatur. Eodem modo, ſed aliqvanto brevius, explicat eundem locum *Georgius Pachymeres* in *Paraphraſi* Operum *S. Dionyſii Areopagitæ*, qvæ ſupra memoratæ Plantinianæ editioni una cum *S. Maximi Scholiis* græce & latine inſerta eſt. Hinc itaqve apparet duas illas *Nicephori Calliſti* corruptas lectiones ἁγιαστίας & εὐσθενείας merito abolendas eſſe, antiqvam autem illam Dionyſiani contextus lectionem ἀσθενείας non ſolum veriſſimam eſſe, ſed & elegantiſſimam, propter *implicationem contradictionis* ſive contrarium in προσκειμένῳ, dum *Thearchiæ imbecillitas* ſive *infirmitas* conjungitur. Qvod (1) genus loqvendi veteres Græci autores ὀξύμωρον & σιδηρόξυλον ap-LXXI. 183 pellare conſueverunt. Notandum *ſeptimo* eſt, ex ſola hac oratione, qvam Achiepiſcopus Hieroſolymitanus *Juvenalis* coram Imp. *Marciano* ejusqve conjuge *Pulcheria* A. C. 451. habuit, ſatis elucere, librum de *Divinis Nominibus* genuinum eſſe *S. Dionyſii Areopagitæ* fœtum, & à Patribus, in Generali Concilio *Chalcedonenſi* congregatis, indubitate pro tali fuiſſe habitum. Si enim tunc temporis ulla contra iſtum librum, tanqvam ſuppoſititium & ψευδεπίγραφον, fuiſſet exceptio, qvi auſus eſſet *Juvenalis* teſtimonio inde deprompto antiqvam illam traditionem de obitu & aſſumptione *B. Dei-Genitricis* palam confirmare, & autorem ejus laudare no-LXXII. minatim veluti σύγχρονον & αὐτόπτην? Notandum *octavo* eſt, ex eadem Archiepiſcopi *Juvenalis* Oratione liqvere, qvod ſupracitato *S. Dionyſii Areopagitæ* loco per corpus illud, qvod ab ipſo θεοδόχον, hoc eſt, *Deum recipiens* appellatur, nihil aliud intelligendum ſit, qvam *corpus Beatiſſimæ Dei-Genitricis*, ad cujus obitum ſancti Apoſtoli Hieroſolymam miraculoſe convenerunt. Hujus enim antiqvæ traditionis confirmandæ cauſa locus ille *S. Dionyſii Areopagitæ* ab Archiepiſcopo *Juvenale* fuit

(1) *Vide Athenæum Deipnoſophiſt. lib. 10. Eraſm. Roterodam. Prolegom. in Chiliades Proverbiorum, & Conrad. Ritterhuſ. Comment. in Oppiani Cynegeticorum lib. 1. pag. 29.*

ſuit citatus: qvod profeƈto non feciſſet, ſi qvis cæterorum Patrum, qvi *Chalcedonenſi* Concilio tunc interfuerunt, de vero hoc & genuino *Dionyſiani* iſtius loci ſenſu [184] dubitaſſet. Reƈte igitur *S. Maximus Martyr* in ſuo ad illum locum *Scholio* τὸ ζωαρχικὸν καὶ θεοδόχον σῶμα eadem ratione interpretatur, inqviens: τὸ τῆς ἁγίας Θεοτόκȣ λέγει, τότε κοιμηθείσης, hoc eſt: *De corpore loqvitur Sanƈtiſſimæ Deiparæ, qvæ tunc obiit.* Eandem interpretationem etiam *Georgius Pachymeres* in ſua ejusdem loci *Paraphraſi*, & *Joannes Damaſcenus, Andreas Cretenſis,* ac *Epiphanius Presbyter* in ſuis de obitu B. Deiparæ *Homiliis,* merito unanimiter confirmant ac tuentur. Contra autem ſunt corrigendi, qvi *Dionyſianum* illum locum aliter expoſuerunt. *Joannes* enim monachus Ordinis S. Benediƈti, cognomine (1) *Hibernigena*, in (2) præfatione ad Regem Francorum *Carolum Calvum*, qvam Operibus *S. Dionyſii Areopagitæ* à ſe latine verſis præfixit, per corpus θεοδόχον ſive *Deum recipiens* falſo credidit intelligi *carnem Chriſti*, qvæ Divinitatis ipſius fuit receptaculum, ideoqve perperam hinc col- [185] legit, *S. Dionyſium Areopagitam* præſentem fuiſſe, ubi Chriſtus poſt reſurreƈtionem ſuam Apoſtolis ſuis multisqve aliis ſanƈtis corporaliter apparuit. Ipſa *Joannis Hibernigenæ* verba, uti in duobus ſupra laudatis *Auguſtisſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codicibus manuſcriptis leguntur, hæc ſunt: *Sanƈtus ergo Dionyſius, ut prædiximus, Areopagita ex vico videlicet Martis denominatus, (aris namqve à Græcis bellum vocatur) primis juventutis ſuæ floribus Academiæ ſtudiis eruditus; deinde divino atqve ineffabili miraculo Solaris Eclipſeos, qvæ faƈta eſt confixo Domino noſtro JEſu Chriſto patibulo crucis, commotus, (ipſe ſiqvidem, ut in qvadam ſuarum epiſtolarum commemorat, dum eſſet juxta Heliopolim cum Polycarpo Epiſcopo cæterisqve, qvi tunc aderant divina procurante providentia, mirabilem in modum conſpexerat Lunam Soli ſubeuntem, ac per hoc Solem defeciſſe) moxqve ſanƈtiſſimum Virum, Apoſtolorum diſcipulum, Hierotheum videlicet Epiſcopum ſecutus, cujus in tertio hujus Operis libro memoriam facit, eundemqve Magiſtrum ſuum venerabilem nominat, cæterisqve tunc temporis Coepiſcopis poſt Apoſtolos in Theologia præferre non dubitat: cum qvo, multisqve aliis ſanƈtis in unum convenientibus, Chriſtum poſt reſurreƈtionem corporaliter eſt contemplatus; aderantqve ibi, ut ipſe ait, Jacobus frater Domini & Petrus ver-* [186] *tex Apoſtolorum.* Hæc *Joannes Hibernigena.* Summus autem Pontifex *Nicolaus I.* qvi A. C. 858. eleƈtus eſt, & A. 867. obiit, cum intellexiſſet, *Joannem Hibernigenam*, Opera *S. Dionyſii Areopagitæ* in Latinum ſermonem tranſtuliſſe, ſcripſit ea de cauſa ad Regem Francorum *Carolum Calvum*, &, ut verſio illa cenſuræ ſuæ ſubjiceretur, poſtulavit his verbis: *Relatum eſt Apoſtolatui noſtro, qvod Opus B. Dionyſii Areopagitæ, qvod de Divinis Nominibus vel Cæleſtibus Ordinibus Græco deſcripſit eloqvio, qvidam vir Joannes, (3) Scotus genere, nuper in Latinum tranſtulerit: qvod juxta morem nobis mitti, & noſtro judicio debuit approbari; præſertim cum idem Joannes, licet multæ ſcientiæ eſſe prædicetur, olim non ſane ſapere in qvibusdam freqventi rumore dicatur.* Hæc Nicolaus Papa. Cum igitur is verſionem iſtam accepiſſet, inter cæteros, qvos in illa reperit & improbavit, errores, ſimul etiam damnavit falſam iſtam interpretationem τȣ̃ θεοδόχȣ σώματος, h. e. *Corporis Deum recipientis*, & per hæc verba non *carnem Chriſti reſurgentis*, ſed *corpus defunƈtæ Dei-Genitricis* ſignificari monuit; uti ex antiqvo hoc *Scholio*, qvod in *priori* Codice Cæſareo æqve antiqva manu, ac ipſe contextus, in margine ſcriptum legitur, videre eſt: *Noveris hic translatorem non bene ſenſiſſe in eo, qvod Beatum Dionyſium Chriſtum poſt reſurreƈtionem corporaliter contemplatum aſſtruit,* [187]
ex

(1) *Vide ſupra Segmentum hujus Diarii ſeptuageſimum pag. 179.*

(2) *Hanc* Joannis Hibernigenæ *Præfationem ad Francorum Regem* Carolum Calvum, *perperam attribuit Em. Card.* Baronius Anaſtaſio Bibliothecario *Annal. Eccl. Tom. I. ad an. 48. pag. 366. editionis Plantinianæ. Errandi occaſionem* Baronio *præbuit alia qꝟædam Præfatio eidem antiqꝟæ latinæ veſsioni præfixa, qꝟæ reꝟera eſt* Anaſtaſii Bibliothecarii, *& propter Scholia Operum* S. Dionyſii Areopagitæ, *ab ipſo in latinum ſermonem tranſlata, ad* Carolum Calvum *miſſa eſt* 10. *Kal. April. A. C.* 875. *Indiƈtione oƈtaꝟa. At* Joannes Hibernigena *Opera* S. Dionyſii Areopagitæ, *juſſu* Caroli Calvi *tranſtulit ſub Pontificatu* Nicolai I. *qꝟi A. C.* 867. *obiit.*

(3) *Immo reꝟera Hibernigena; hoc eſt, oriundus ex Hibernia: qꝟæ ab Iſidoro & aliis mediæ ætatis ſcriptoribus perperam Scotia appellatur. Cujus rei etiam hic exemplum habemus. Plura ꝟideſis apud Abrah. Ortelium in Theſauro Geographico ꝟoce Hibernia.*

ex verbis ſcilicet ipſius ſancti Dionyſii, qvi ſcribens ita loqvitur: Qvando & nos, ut æſtimatur, & tu, & multi ſanctorum noſtrorum fratrum in viſionem vitam inchoantis, & Deum recipientis corporis convenimus. Aderat autem & Dei frater Jacobus, &c. Non corpus Chriſti, ſed Beatæ Mariæ vult auctor intelligi, ad cujus obitum Apoſtoli, & ipſe Dionyſius, & alii ſancti fratres convenerunt. Hucusqve antiqvum illud *Scholion*; cui ſuffragatur ipſa *Scriptura ſacra*, utpote ex qvâ certo conſtat, eo tempore, qvo *Chriſtus* crucifixus eſt & reſurrexit, non tantum *Dionyſium Areopagitam* nondum fuiſſe converſum, ſed ne ipſum qvidem *Paulum*, à qvo *Dionyſius* converſus eſt. Reclamat inſuper ipſe *S. Dionyſii Areopagitæ* contextus græcus, *Chriſti* enim *corpus* non poteſt recte appellari σῶμα θεοδόχον, hoc eſt, *corpus Deum recipiens*, ſed σῶμα θεανθρωπικὸν, hoc eſt, *Corpus Dei & hominis*; at *Corpus B. Dei-Genitricis* vere ac proprie σῶμα θεοδόχον h. e. *corpus Deum recipiens* appellatur, qvia nempe Deus carnem, qvam de cœlo non attulerat, ex ipſa & in ipſius aſſumpſit utero. Ut merito igitur *Joannes Hibernigena* à

188 Summo Pontifice *Nicoláo I.* reprehenſus eſt, qvod per σῶμα θεοδόχον ipſum *Chriſti corpus* ſignificari falſo crediderit, ſic multo etiam magis corrigendi ſunt *Hilduinus* S. Dionyſii juxta civitatem Pariſienſem Abbas, & *Matthæus Galenus*, qvi *S. Dionyſii Areopagitæ* vitam, juſſu Imp. Ludovici Pii ab *Hilduino* collectam primus edidit. *Hilduinus* enim per σῶμα θεοδόχον exiſtimavit ſignificari *ſepulchrum Chriſti*: *Matthæus* autem *Galenus* eadem verba rectius accipi poſſe arbitratur *de ædibus S. Joannis Evangeliſtæ*, in qvas B. Dei-Genitrix recepta eſt. Sed utrumqve egregie refutat Eminentiſſ. Card. *Baronius* Annal. Eccleſ. Tom. I. ad an. 48. his verbis: *Dicat velim uterqve qvænam ſubfuerit ratio, ut non tantum Hierotheus ac Dionyſius, ſed & Apoſtoli antea per Orbem diſperſi, ad contuendum ſepulchrum Dominicum, vel Joannis ædes convenerint, atqve ad illa contuenda vel laudanda omne tunc ſtudium & vim ſpiritus adhibuerint; Numqvid non alias ſæpe viderant, atqve uberius laudare potuerant? Eſto qvod Hierotheus & Dionyſius, vel ſi qvi alii Apoſtolorum diſcipuli, qvi nunqvam hactenus vidiſſent, eo convenerint, & ad ejus præconia fuerint divinitus excitati; qvid de Apoſtolis dixerimus, qvi multos annos (ut vidimus) poſt aſcenſionem Domini Hieroſolymis manentes, & ſepulchrum Chriſti & ædes Joannis præ oculis ſemper habentes, tunc potiſſimum ad ea contuenda advenerint, &*

189 *ad laudanda recens excitati fuerint? Sed & in eo Galenus manifeſtiſſime videtur erraſſe, dum eundem Apoſtolorum, & aliorum conventum tunc Hieroſolymis factum exiſtimat, qvando Paulus, ut ipſe ſcribit Galat. 2. aſſumpto Tito profectus eſt Hieroſolymam: nam eo tempore nondum Paulus Athenas acceſſerat, nec Dionyſium ad fidem converterat, ut ex jam dictis apparet. Immo conſulat ipſa Acta à Luca conſcripta, & manifeſte videbit, poſt Dionyſii converſionem nunqvam Paulum veniſſe Hieroſolymam, niſi cum collectam deferens, illuc veniens, à Judæis detentus eſt atqve ligatus.* Hæc *Baronius*. Repugnat inſuper falſis hiſce *Dionyſiani* loci interpretationibus ipſe contextus Græcus. Præterqvam enim qvod *ſepulchrum* aut *ædificium* non niſi improprie σῶμα ſive *corpus* poteſt appellari, minime etiam dubium eſt, qvin *ſepulchrum Chriſti* non θεοδόχον, ſed θεανθρωποδόχον, *ædificium* autem, in qvo *B. Dei-Genitrix* commorata eſt, non θεοδόχον, ſed θεοτοκοδόχον cognominandum ſit. Exploſis ergo *Joannis Hibernigenæ*, *Hilduini Abbatis*, & *Matthæi Galeni* falſis interpretationibus, maximas Archiepiſcopo Hieroſolymitano *Juvenali* debemus gratias, qvod ex ipſius oratione, qvam coram Imp. *Marciano* ejusqve conjuge *Pulcheria* habuit certo nobis conſtet, ſupra citata *S. Dionyſii Areo-*

190 *pagitæ* verba haud aliter, qvam de *corpore defunctæ Dei-Genitricis* intelligenda eſſe.

LXXIII. Cæterum, ut ad ejusdem revertar *corporalem Aſſumptionem in Cælum*, de ea, ut ſupra pluribus jam demonſtravi, Imp. *Marciani* temporibus vel ſub nomine *Melitonis*, vel alterius cujusdam diſcipuli SS. Apoſtolorum, aut ſub nomine alicujus ex ipſis SS. Apoſtolis, peculiaris aliqvis libellus, qvo Archiepiſcopus *Juvenalis* narrationem ſuam confirmare potuiſſet, nondum extitit, ſed memoria ejus rei partim vulgari qvadam *traditione*, partim extraordinaria & ſupranaturali *relatione divina* usqve ad illam ætatem fuit propagata. Et qvod qvidem ad παράδοσιν ſive *traditionem* illam attinet, eam ipſe *Juvenalis* appellat ἀρχαίαν καὶ ἀληθεστάτην, h. e. *antiqvam & veriſſimam*: *revelationis* autem *ſupranaturalis*, qva eadem traditio *divinitus* confirmata eſt,

est, meminit *Eusebius Pamphili* in *Chronico* suo ad annum Christi *qvadragesimum octavum* his verbis: *MARIA Virgo, JESU Christi Mater, ad Filium in cœlum assumitur, ut qvidam sibi fuisse revelatum scribunt.* Qvi Chronici Eusebiani locus in editione *Parisiana* Henrici Stephani A. 1518. in 4to, ut & in editione *Basileensi* Henrici Petri A. 1529. in folio, ac in editione *Burdigalensi Arnaldi Pontaci* Episcopi Vazatensis A. 1604. in folio, eo, ut hic à me citatus est, modo constanter legitur; à *Josepho* autem *Scaligero* in editione *Lugduno-Batava*, Thomæ Bassoni A. 1606. in fol. de industria perperam omissus est. Atenimvero posteaqvam Archiepiscopus Hierosolymitanus *Juvenalis* in Concilio Chalcedonensi coram Imp. *Marciano* ejusqve conjuge *Pulcheria*, qvid sibi de Historia obitus & Assumptionis *B. Dei-Genitricis* cognitum esset, publice indicavit, nec multo post ejusdem Archiepiscopi *Juvenalis*, cæterorumqve *Palæstinæ* Episcoporum cura & studio ipsum Gloriosissimæ istius Virginis *sepulchrum*, sub Vallis *Josaphat* & Villæ *Gethsemanæ* ruderibus feliciter investigatum & vacuum repertum est, haud defuit tam apud *Latinos*, qvam apud *Græcos*, qvi hac occasione antiqvam illam traditionem, cujus Archiepiscopus *Juvenalis* meminerat, novis, ut fieri solet, augeret additamentis, & in formam libelli redactam, sub specioso vetusti cujusdam Autoris nomine publicaret. Apud *Latinos* enim in lucem prodiit *Liber de Transitu S. Mariæ Melitonis Episcopi Sardensis* nomine inscriptus, qvi jure & merito in *Concilio Romano*, cui Pontifex *Gelasius I.* A. C. 494. præfuit, suppositititius declaratus, &, ut multa absurda continens, rejectus est. De qvo *apocrypho* scripto licet supra diversis locis jam egerim, facere tamen non possum, qvin hic addam insignem locum, ex *Venerabilis Bedæ Retractatione in Actorum Apostolicorum caput septimum*, ubi illud ipsum exagitatur his verbis: *Si dispersa Ecclesia Apostoli remanserunt in Hierusalem, ut Lucas ait, constat, qvia mendacium scripsit ille, qvi ex persona Melitonis Episcopi Asiæ, librum exponens de obitu Beatæ Genitricis Dei, dicit, qvod secundo post Ascensionem Domini anno Apostoli fuerint omnes toto orbe ad prædicandum in suam qvisqvam provinciam divisi: qvi universi appropinquante Obitu Beatæ Mariæ de locis, in qvibus prædicabant verbum Dei, elevati in nubibus rapti sunt Hierosolymam, ac depositi ante ostium domus ejus: inter qvos etiam Paulus, nuper ex persecutore ad fidem Christi conversus, qvi assumptus est cum Barnaba in ministerium gentium. Qvæ scriptura etiam specialiter de Joanne Apostolo refert, qvod eo tempore Ephesi prædicaverit. Qvæ cuncta verbis Lucæ aperte contradicunt, qvibus narrat, Apostolos, cæteris fidelibus ab Hierosolymis propulsis, remansisse ibidem, & prædicasse per omnia, donec Ecclesia per totam Judæam & Samariam & Galilæam pacem haberet. Qvod in uno anno perfici non potuisse nulli dubium est. Qvi etiam manifeste insinuat, Paulum non secundo post ascensionem Domini anno, sed longo post tempore in ministerium gentium cum Barnaba ordinatum. Absit autem ut credamus, Joannem Apostolum, cui Dominus in cruce matrem suam virginem virgini commendavit, post unum annum recessisse, & eam reliqvisse solam, ac* (1) *tanto tempore dejectam, ut etiam corpus suum defunctæ timeret ab hostibus esse comburendum, eumqve propter qvam raptus est in nubibus, ad se redisse velut oblitum sive incuriosum sui solicita precaretur dicens: Rogo te, fili Joannes, ut memor sis verbi magistri tui Domini mei JESU Christi, qvi me commendavit tibi. Ecce enim vocata ingrediar viam universæ terræ. Audivi autem consilia Judæorum dicentium: Expectemus diem qvando moriatur, qvæ portavit JEsum Nazarenum, & corpus ejus comburamus. Nunc ergo fili curam habeto exeqviarum mearum. Hæc ideo commemorare curavi, qvia* (2) *nonnullos novi contra autoritatem beati Lucæ incauta temeritate assensum præbere.* Hæc Venerabilis *Beda* de suppositio illo libello, qvi de *Transitu B. Dei-Genitricis* ab homine qvodam *Latino* inter annos Christi *qvadringentesimum qvinqvagesimum primum*, & *qvadringentesimum nonagesimum qvartum* compositus, & sub specioso *Melitonis Episcopi Sardensis* nomine publicatus est, *Manuscripta* ejus Exemplaria, ut & hoc obiter addam, in *Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi* adservantur *duo*, qvorum primum extat in antiqvo Codice membranaceo,

191

LXXIV.

192

193

(Q) naceo,

(1) *Legendum hic videtur* tantopere.
(2) *Inter qvos etiam fuit* S. Gregorius Archiepiscopus Turonensis, *ut supra jam monui, nempe Segmento hujus Diarii qvinqvagesimo qvarto, pag.* 127. 128. 129.

194 naceo, inter MStos Codices Theologicos Latinos *centesimo nonagesima tertio*, ubi *Melito* perperam *Miletus*, nec Episcopus *Sardensis*, sed *Sardiniensis* corrupte appellatur: alterum vero extat in antiqvo Codice membranaceo inter MStos Codices Historicos Latinos *qvadragesimo*, ubi *Melito* perperam *Mileto* vocatur, & ipse libelli contextus editionibus hactenus impressis aliqvanto est auctior, uti vel ex hoc ejus Exordio videre est: *(1) Melito servus Christi, Ecclesiæ (2) Sardensis Episcopus, venerabilibus in Christo fratribus Laodiceæ constitutis in pace (3) Christi salutem. (4) Cum vobis de vita Prophetarum vel Incarnatione Dominica duo opuscula condidissem, denuo poposcistis, ut vobis de Ecclesia librum unum conderem, atqve, qvid de obitu Genitricis Domini certum haberem, vobis literis indicarem: maxime ob hoc, qvia sicut illa Christum pariens corporaliter virgo permansit post partum, ita Ecclesia Christo per fidem filios spirituales gignens, virginitatis meritum pariendo custodit. Sæpe namqve scripsisse me memini de qvodam (5) Lucio, qvi nobiscum & cum Apostolis conversatus, (6) alieno sensu & animo temerario à via justitiæ (7) discedens,* 195 *plurima de Apostolorum actibus in libris suis inseruit, & de virtutibus qvidem eorum multa (8) vera dixit, de doctrina vero illorum plurima mentitus est, asserens eos aliter docuisse, & stabiliens qvasi ex eorum verbis sua (9) nefaria commenta. Nec hoc solum arbitratus est sibi sufficere, verum etiam Transitum Beatæ semper Virginis Mariæ Genitricis Dei ita impio (10) depravavit stylo, ut in Ecclesia Dei non solum (11) legi, sed etiam (12) ridiculum sit audire: Nos ergo petentibus vobis, qvæ ab Apostolo Joanne audivimus, (13) hoc in brevi capite simpliciter scribentes, vestræ Fraternitati (14) dirigimus, credentes non (15) aliena dogmata ab Hæreticis pullulantia, sed (16) Patrem in Filio & Filium in Patre, Spiritum Sanctum cum Patre & Filio unius Deitatis & individuæ substantiæ, trina manente Persona: neqve (17) duas naturas boni vel mali conditas, sed unam tantum bonam à Deo bono conditam, qvæ dolo est (18)* 196 *antiqvi serpentis vitiata per culpam, sed Christi est reparata per gratiam.* Hucusqve suppositititii istius libelli Exordium; uti illud in supra memorato Codice MSto Cæsareo impressis editionibus *auctius* legitur. Id qvoqve adjiciendum videtur, ex eodem hoc suppositititio libello *Jacobum de* (19) *Voragine* narrationem suam hausisse, qvam de Obitu & Assumptione B. Dei-Genitricis Historiæ Sanctorum, qvæ *Lombardica* sive *Longobardica* vulgo vocatur, inseruit. Qvoniam enim autor hujus libelli fingit, ea se scribere, qvæ à *S. Joanne Apostolo & Evangelista* audiverit, hinc à jam memorato *Jacobo de Voragine* libellus iste ipsi *S. Joanni Apostolo* attribuitur his verbis: *Assumptio Beatæ Mariæ Virginis qvaliter facta sit, ex qvodam libello apocrypho, qvi Joanni Evangelistæ adscribitur, edocetur.* Hæc Jacobus de Voragine. LXXV. Uti ergo apud *Latinos* tenebrio nescio qvis sub nomine *Melitonis Episcopi Sardensis* libellum de Obitu & Assumptione B. Dei-Genitricis edidit, sic qvoqve apud *Græcos* fuit, qvi de eodem

(1) *In posteriori hoc Codice MSto perperam legitur* Mileto, *in priori autem* Miletus.
(2) *In priori Codice MSto perperam legitur* Sardiniensis, *in posteriori autem* Sardiensis.
(3) TO Christi *deest in impressis editionibus.*
(4) *Omnia hæc à verbis* Cum vobis, *usqve ad verba*, Sæpe namqve scripsisse *desunt in impressis editionibus, ut & in priori Codice MSto Cæsareo.*
(5) *In impressis editionibus & priori Codice MSto Cæsareo legitur* Leucio.
(6) *In posteriori Codice MSto legitur* alienus sensu.
(7) *In MSto perperam legitur* descendens.
(8) *In impressis editionibus pro* vera *perperam legitur* varia.
(9) *In impressis editionibus perperam legitur* nefanda argumenta.
(10) *In MSto perperam legitur* depravabat.
(11) *In impressis editionibus legitur* legere.
(12) *In impressis editionibus pro* ridiculum *legitur* nefas; *in priori autem Codice MSto* nefarium.
(13) *Verba* hoc in brevi capite, *desunt tam in impressis editionibus, qvam in priori Codice MSto.*
(14) *In impressis editionibus & priori Codice MSto legitur* direximus.
(15) *In priori Codice MSto perperam legitur* alieno dogmate ab hæreticis populanda.
(16) *In impressis editionibus locus hic mutilate & corrupte legitur hoc modo:* Patrem in Filio, Filium in Patre deitatis, & indivisæ substantiæ.
(17) *In Impressis editionibus perperam legitur* neqve duas hominis naturas conditas, bonam scilicet & malam.
(18) Antiqvi *deest in impressis editionibus.*
(19) *Ita vulgo appellatur, cum revera vocandus sit* Jacobus de Viragine. *Claruit circa annum Christi* 1290. *& fuit Episcopus Genuensis.*

dem argumento componeret libellum, & ſub *S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ* nomine publicaret; ut teſtatur *Epiphanius monachus & Presbyter* in principio Opuſculi ſui de Vita Sanctiſſimæ *Deiparæ* his verbis: Ἐγκωμιάσαι δὲ αὐτῆς πολλοὶ ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων γεγόνασιν· οὐδεὶς δὲ ἐξ αὐτῶν περὶ τῆς βιώσεως αὐτῆς, καὶ τῶν χρόνων ἢ τῆς ἀναστροφῆς, ἢ τοῦ τέλους ὀρθῶς καὶ εὐαποδέκτως ἐσήμαινεν. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιχειρήσαντες, καὶ μέρη τινὰ εἰπόντες οὐκ ὠρθοτόμησαν, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐγένοντο κατήγοροι· οἷος Ἰάκωβος Ἑβραῖος, καὶ Ἀφροδισιανὸς Πέρσης, καὶ ἄλλοι τίνες μόνον περὶ τῆς γενέσεως αὐτῆς εἰπόντες, εὐθέως ἀπεσιώπησαν. περὶ δὲ τῆς κοιμήσεως αὐτῆς Ἰωάννης ὁ Θεσσαλονικεὺς πολυθρύλλητον ποιησάμενος λόγον, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεσκίασεν· καὶ ἕτερος δὲ Ἰωάννης ἑαυτὸν Θεολόγον ἐπιχρώσας, τὸ τοῦ ψεύδους ἔγκλημα ἐφ' ἑαυτοῦ ἐπεσπάσατο. Hoc eſt: V. Cl. *Leone Allatio* interprete: *Laudatores autem Ipſius* (ſc. B. Dei-Genitricis) *multi ex Sanctis Patribus fuere, ſed nullus de ejus vita, annis, educatione & vitæ fine certa aſſertaqve pronuntiavit: verum ii ipſi qvi ad hoc manus admoverunt, & qvædam ſingulatim narraverunt, non recte rem peregerunt; immo alter alterum improbavit: qvalis fuit Jacobus Hebræus, & Aphrodiſianus Perſa, & alii, qvi principiis de ejus Nativitate prolatis, illico ſibi ſilentium indixerunt: de ejus autem* (1) *dormitione ſive obitu Joannes Theſſalonicenſis qvanqvam Orationem ſatis prolixam edidiſſet, non multam laudem conſecutus eſt; & alius Joannes, qvi Theologi nomen ſibi vendicat, notam mendacis in ſe accepit.* Hæc Epiphanius. 197 198

Opinor autem Hiſtoriam hanc de Obitu & Aſſumptione B. Dei-Genitricis, qvæ *S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ* nomine falſo fuit inſcripta; hactenus nondum prodiiſſe in lucem, ſed eandem eſſe, qvæ in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice manuſcripto, inter Theologicos Græcos *qvadrageſimo nono*, *S. Jacobo Apoſtolo*, qvi Ἀδελφόθεος ſive *Frater Domini* cognominari ſolet, attribuitur his verbis: Κοίμησις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν καὶ Θεοτόκου Μαρίας, συγγραφεῖσα ὑπὸ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου. h. e. *Obdormitio ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ & Dei-Genitricis Mariæ, conſcripta à Jacobo Fratre Domini.* Principium ejus hoc eſt: Τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐν τῷ ἁγίῳ μνήματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐρχομένης θυμιάσαι, &c. Qvamvis enim hæc Narratio, qvod ad titulum attinet, *& Jacobo Apoſtolo & Fratri Domini* attribuitur, in ipſa tamen Narratione *S. Joannes Evangeliſta* ita loqvens introducitur, ut ipſe potius, qvam *S. Iacobus*, autor ejus ſimuletur; qvemadmodum ex hoc fragmento videre eſt: Παρεγενόμην ἐγὼ Ἰωάννης, τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἁρπάσαντός με διὰ νεφέλης ἀπὸ Ἐφέσου, καὶ στήσαντός με ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα ἀπέκειτο ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου. εἰσελθὼν δὲ πρὸς αὐτὴν, δοξάσας τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα, εἶπον· χαῖρε ὦ μῆτερ τοῦ κυρίου μου, ἡ γεννήσασα χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν· εὐφραίνου, ὅτι ἐν δόξῃ μεγάλῃ ἐξέρχῃ τοῦ βίου τούτου. καὶ ἐδόξασε τὸν Θεὸν ἡ ἁγία Μαρία, ὅτι ἦλθεν ἐγὼ Ἰωάννης πρὸς αὐτήν. Hoc eſt: *Adfui ego Ioannes, raptus à Spiritu ſancto in nube ex urbe Epheſo, & collocatus in eo loco, ubi Mater Domini recumbebat. Ingreſſus autem, laudato eo, qvem ipſa pepererat, dixi: Ave ô Mater Domini mei, qvæ peperiſti Chriſtum Deum noſtrum: lætare, qvia cum magna gloria migras ex hac vita. Et laudavit Sancta Maria Deum, qvod ego Joannes ad ſe veniſſem.* Hæc incognitus ille Narrationis iſtius autor ſub perſona *S. Joannis Evangeliſtæ* ſive *Theologi*. Verum enimvero ſive *S. Joanni Evangeliſtæ*, ſive *S. Jacobi Fratri Domini* ea Narratio titulotenus adſcribatur, minime dubium eſt, qvin æqve ſuppoſititia ſit, qvam altera illa, qvæ ſub nomine *Melitonis* latine circumfertur. 199

LXXVI. Qvanqvam ergo *S. Eccleſia Catholica* hujuſmodi *apocryphas* qvisqvilias merito improbat ac rejicit, de ipſa tamen *B. Dei-Genitricis corporali Aſſumptione in cœlum* neqvaqvam dubitat, ſed venerandum glorioſiſſimi iſtius myſterii memoriam feſtiva ſolennitate qvotannis celebrat. Qvam vehementer autem DEO hæc erga *Matrem ſuam* pietas placeat, manifeſte elucet ex ultionis divinæ exemplis, qvæ ſubinde in illius Feſti contemptores edita ſunt. Horum duo, qvorum alterum *antiqvum*, alterum *recens* eſt inſerere hic mihi lubet, ut, qvicqvid de Aſſumptione B. Dei-Genitricis ejusqve Feſto differui, hac qvaſi coronide concludatur. 200

(1) *Notandum eſt, inter eos autores, qvi de* Obitu B. Dei-Genitricis *ex profeſſo ſcripſerunt nullam hic fieri mentionem* Melitonis Epiſcopi Sardenſis; *nempe qvoniam is, qvi ſub nomine ipſius libellum de* Tranſitu B. MARIÆ *compoſuit, revera* Latinus *fuit, licet* Græcum *ſe ſimulet.*

datur. Et prius qvidem exemplum, qvod *antiqvum* appellavi, extat in vita *S. Othonis* Episcopi Bambergensis, ab *Andrea* Abbate Cœnobii Benedictini S Michaelis Archangeli prope Bambergam conscripta, lib. 3. cap. 29. ubi de *Bocceo S. Othonis* Presbytero agitur, &, post expositam cœlestis vindictæ pœnam in eos, qvi *S. Laurentii* Martyris festum labore servili profanaverant, hæc subjunguntur: *Simile qviddam, eodem Presbytero per viam pergente, in Assumptione Beatæ semperqve Virginis MARIÆ factum comperimus, duobus, rustico videlicet & ejus uxore, in agro metentibus. Zelo etenim religionis Presbyter eos prohibebat dicens; huic dici propter Assumptionem Dei-Genitricis MARIÆ honorem deberi. Erat autem secunda feria. Dicebat ergo rusticus: Heri propter Dominicam operari non licuit, & iterum hodie vacare jubemur. Qvæ est hæc doctrina,* 201 *qvæ homines à rebus necessariis & bonis jubet cessare? Qvando ergo collectas videbimus fruges nostras? puto vos invidere utilitatibus nostris. Cumqve jam ad blasphemandum os aperire vellet, & falcem crebris tractibus messor vehemens in calamos vibraret, mirum dictu, subito extinctus, in sulcos cecidit, falcemqve in dextra, segetem autem in sinistra, ut abscissa erat, tam fortiter mortuus tenebat, ut à nullo auferri posset. Mulier autem infelix, socia operis, morte qvidem mulctata non est; puto qvia sub viri obedientia posita fuit; sed tamen sine pœna & confusione non evasit. Nam corpus exanimi viri ad Ecclesiam secuta, falcem & segetem de manibus suis & ipsa excutere non potuit, qvousqve coram populo & Clero argumentum hoc illicitæ operationis probaretur. Sepulto ergo viro, & abeunte cum timore populo, mulier soluta est. Ex hoc autem facto populus majorem Dei-Genitricis reverentiam, majoremqve aliis festis celebritatem doctus est exhibere.* Posterius exemplum, qvod *recens* vocavi, extat apud *Tilemannum Bredenbachium* Collationum sacrarum lib. 2. cap. 26. his verbis: *Anno 1556. ipso assumptæ Virginis Matris die, Terpati in Livonia Sacerdotes ex recepto Ecclesiæ more diem illum solennem habebant, & magno, ut solet, cum apparatu & crebro campanarum pulsu divinum cultum peragebant. Eam celebritatem & reverentiam Virgini Matri ad summi Numinis honorem exhibitam cum matrona qvædam Luthe-* 202 *rana impendio invideret, mandat pedisseqvæ, ut balneum apparet, caminum instruat, se cum marito lavari decrevisse. Illa solennis festi dominam submonere, utqve alium in diem transferat, rogare. Matrona repente excandescens, qvid, inqvit, de Maria narras? fuit illa mulier similis mihi, nec ullius potentiæ aut gratiæ prærogativam habet; tu jussa mea exeqvere. Famula, ne dominam gravius exacerbaret, imperata perficit. Ubi ad caminum ventum est, arida ligna, qvæ alioqvi haud difficulter flammam excipiunt, nulla ope, nullis nutrimentis accendi potuerunt. Illa ubi se undiqve vertit, laboris frustranei pertæsa, tectum omne ardere conspicit, nec ulla vi flammam extinguere valet. Ignis primum ipsum balneum vastat, mox duas contiguas ædes ingenti civium omnium terrore populatur. Confluit extemplo universum vulgus, & vix tandem latius serpere incendium prohibet. Postero die lignorum fasciculus, camino ingestus, omnino incombustus comperitur.* Hucusqve Bredenbachius.

LXXVII. Ut celeberrimæ igitur huic *Assumptionis B. Dei-Genitricis* solennitati piissimus Imperator Noster LEOPOLDUS in MARIANA *Styriæ* CELLA interesset, accelerato, ut (1) supra narravi, itinere, feliciter eo pervenit *die XIV. Augusti* post meridiem, &, cum recta Templum ingressus, *DEO ac Beatissimæ Ipsius Genitrici* pro inco- 203 lumi adventu salutationis loco devotissimas egisset gratias, ac vespertinæ interim decantatæ essent preces, divertit deinde in monasterium templo contiguum, qvod Reverendissimus *S. Lamberti* Abbas Dn. *Franciscus à Kaltenhausen* Sacræ Ipsius Majestati pro hospitio magnifice adornari curaverat, & ad seqventem diem religione debita, ac cum vero sacræ peregrinationis fructu celebrandum, omni pietatis genere se præparavit. Illuxit is, si qvis unqvam alius, MARIANÆ CELLÆ speciosissimus; qvippe qvo CÆSAR, emaculata bene mane per sacram confessionem conscientia, in publico omnium conspectu ante summum B. Dei-Genitricis altare ad *Eucharisticam* accessit *Synaxin*, & mystica illa fruens cœlestis mensæ participatione, admirandum rarissimæ sanctimoniæ spectaculum exhibuit. Qvam insignem tanti Monarchæ pietatem non solum tota, ut fieri solet, aula, verum etiam reliqvus omnis populus certatim imitans, tanto concursu *Venerabilis Sacramenti* com-

(1) *Segmento hujus Diarii vigesimo sexto, pag. 49. 50. 51. & Segmento XXXIII. pag. 66.*

communionem ambiit, ut cum incredibili hominum freqventiæ in templo, licet amplissimo, deesset locus, complures extra illud sub dio sacrosanctam Eucharistiam perceperint. Præter ingentem enim mortalium numerum, qvi privata devotione separatim ac sine certo duce ex variis locis eo confluxerant, adfuerunt ibi eodem tempore duæ, ut vulgo vocantur, *Processiones publicæ* ac *solennes*; nempe *Vindobonensis* sive *Wiennensis* ductu admodum Reverendi Dn. *Laurentii Haberelli*, Canonici Cathedralis Ecclesiæ S. Stephani, cujus comes admodum Reverendus Dn. *Georgius Müntzerus*, SS. Theologiæ & Juris Canonici Doctor, ejusdemqve Ecclesiæ Cathedralis *Senior*, ut vulgo vocatur, *Curatus*, tunc coram S. Cæs. Majestate in honorem Sanctissimæ *Deiparæ* concinnum piisqve affectibus movendis accommodatissimum sermonem habuit: & *Grætzensis*, ductu admodum RR. Patrum Societatis Jesu, ex celeberrimo *Styriæ* oppido *Grætz*, qvod præstantissimus Geographus *Philippus Cluverius Ptolemæi Muröelam* esse existimat. Ea itaqve ut jam memoravi ratione CÆSAR antemeridianum istius diei tempus transegit: pomeridianum autem impendit partim qvidem *admissioni Illustrissimorum Styriæ Procerum*, qvi debiti honoris & obseqvii causa præsto fuere, partim vero *vespertinis precibus*, qvæ haud vulgari magnificentia in templo decantatæ sunt, partim deniqve perlustrando *votivorum donariorum Thesauro*, qvem IPSE, ut hujus sui *Itineris Sacri* monumentum posteris relinqveret, *pretiosissimo Ciborio & duobus Candelabris, ex argento inaurato variisq; gemmis distincto artificiosissime fabrefactis*, non mediocriter auxit & amplificavit. Inter illos autem *Styriæ Proceres*, qvorum modo feci mentionem præcipuum obtinuere locum

204

205

Illustrissimus Dominus, Dn. *Sigismundus Fridericus* Comes *de Trautmansdorff*, — *Lands Haupt-mann.*

Illustrissimus Dominus, Dn. *Erasmus Wilhelmus* Comes *de Saurau*, — *Lands-Verweser.*

Illustrissimus Dominus, Dn. *Georgius Christianus* Comes *de Saurau*, — *Land Marschalk.*

Illustrissimus Dominus, Dn. *Joannes Maximilianus* Comes *de Herberstein.* — *Vice-Stadthalter zu Gratz.*

Post cœnam ejusdem diei jussit CÆSAR me accersi in cubiculum, &, cum actorum totius diei memoriam humanissimo repetiisset colloqvio, ac speciatim qvidem, qvid circa *puellam* qvandam *energumenam* sive *à dæmone obsessam*, & indubitata certæ liberationis spe ad sacrum illum locum deductam, observassem, curiosissime inqvisivisset, solita tandem me dimisit benignitate ac clementia, & laudabiliter consumptum diem læto exitu finiit. Proximo autem die, qvi *decimus sextus* erat *Augusti*, cum iterum publice audivisset sacrum, & DEO ac *B. Dei-Genitrici* devotissima valedictione SE suaqve omnia ardentissime commendasset, discessit circa horam octavam matutinam, & prandio in *monte S. Annæ* celebrato, seqventem noctem transegit in pago *Tyrnitz*, ubi etiam antea pernoctaverat. Die XVII. Augusti circa meridiem revertimus ad supra laudatum celeberrimum *Monasterium Lilietanum*, vulgo *Lilienfeld*, cujus Reverendissimus Abbas non solum Ipsam S. Cæsaream Majestatem, sed & totam aulam liberalissimo rursus excepit prandio: qvo peracto, deflexímus à priori via dextram versus, & per varias amnis *Gelsæ* ambages vesperi pervenimus ad oppidulum *Haimfeld*, qvod ad eundem amnem situm est. Die XVIII. Augusti superavimus eam *Cetii* montis partem, qvæ peculiari nomine *Comagenus mons*, vernaculo autem sermone *der Kaumberg* appellatur, prandioqve sumpto in pago *Altenmarckt*, ubi *Processio Presburgensis*, MARIANAM CELLAM petens, nobis fuit obvia, multa adhuc luce pervenimus ad inclytum *Ordinis Cisterciensis Cœnobium*, qvod vocatur *Sanctæ Crucis*, vulgo *Heiligen Creutz*, & peramœnis collibus atqve sylvis undiqve cingitur. Condidit illud A. 1136. *S. Leopoldus*, *qvartus* ejus nominis ex *Svevica Comitum Babenbergensium familia Marchio Austriæ*, cognomento *Pius*, cujus filius *Conradus*, celeberrimi Historici *Othonis* Episcopi Frisingensis frater germanus, & *Imp. Conradi III.* frater uterinus, ex Abbate hujus Monasterii primum qvidem A. C. 1148. Episcopus evasit Pataviensis, postea autem A. 1164. *Salisburgensis* Archiepiscopus. In hoc igitur florentissimo Cœnobio excepit S. Cæsaream Majestatem non minus magnifice, qvam suaviter Reverendissimus

LXXVIII.

206

207

mus Abbas *Clemens Scheferus*; cujus Viri ſummam humanitatem cum pari ſanctimonia vitæ, prudentia regiminis & amore eruditionis conjunctam, non magis poſſum condigne prædicare, qvam ampliſſimam capacitatem, ordinatiſſimam ſtructuram, & elegatiſſimum ornatum ipſius Cœnobii. Pernoctavit autem ibi ea nocte non ſolum CÆSAR cum toto ſuo aulico comitatu, verum etiam numeroſisſima *Proceſſio Vindobonenſis* ſive *Wiennenſis*, qvæ qvotannis ductu Reverendorum Patrum *Dominicanorum* circa feſtum *S. Bartholomæi* ad MARIANAM CELLAM inſtituitur. Mihi, qvo nomine etiamnunc maximas ago gratias, in ipſo *interiori Clauſtro* pro diverſorio conceſſa fuit cella, Reverendisſimi Patris *Philippi Milleri* cellæ contigua, qvo commodius ſimul & totum ædificii corpus contemplari poſſem, LXXIX & tam boni vicini ſaluberrima familiaritate perfrui. Cæterum qvanti hunc locum Ipſa S. Cæſarea Majeſtas fecerit, hinc videre eſt, qvod, cum more ſolito poſt cœnam accerſitus eſſem, inter alia ſerio monuerit, ut qvicqvid ibi ſpectatu dignum 208 eſſet, diligenter obſervarem, & inprimis qvidem in *Bibliotheca*, non ſolum impreſſis libris, ſed & *manuſcriptis Codicibus*, egregie inſtructa, accurate, qvantum per anguſtias temporis liceret, perſcrutater, an ibi adhuc extaret antiqvus ille Codex manuſcriptus, in qvo doctisſimus *Joannes Seifridus* Vratislavienſis, Sacri Ciſtertienſis Ordinis in Monaſterio *Claræ-Vallis Auſtriæ*, vulgo *Zwetbal dictæ*, Abbas olim optime meritus, *ſupra centum & qvinqvaginta hactenus ineditas Imp. Rudolphi I. Epiſtolas* reperiſſet. Hoc enim in Præfatione eruditisſimi ſolidisſimiqve Operis de Genealogia Serenisſimorum Principum Auguſtisſimæ Domus Auſtriacæ, qvod inſcribitur, *Arbor Aniciana*, ipſe teſtatur his verbis: *Sane me felicem, me beatum reputo, qvi tanto dignatus & ditatus ſum theſauro, tam raro, tam charo; epiſtolis, inqvam, Imp. Rudolphi Primi, qvas in perſcrutandis veterum manuſcriptorum voluminibus in Bibliotheca Monaſterii S. Crucis manu vetuſta in membrana exaratas, numero ſupra centum & qvinqvaginta reperi.* Hæc Reverendisſimus Abbas *Seifridus*. Ad inveſtigandas igitur has *Imp. Rudolphi I. Epiſtolas* ſponte, ut ajunt, currenti mihi calcaria CÆSAR tunc addidit, ideoqve præ deſiderio ipſa ſubſeqvens nox ſolito mihi viſa eſt lon-209 gior. Poſtero itaqve *die XIX. Auguſti* qvantum per ſolenne ſacrum mane fieri poterat, cum alia varia inclyti iſtius Monaſterii antiqva monumenta ſtudioſa contemplatione conſideravi, tum vel præcipue *ſepulchrum qvinti & ultimi ex Svevica Comitum Babenbergenſium familia Ducis Auſtriæ Friderici*, cognomine *Bellicoſi*, qvi A. C. 1246. in prælio contra Hungariæ Regem *Belam* fortiter pugnando occubuit, vel, ſecundum aliorum traditionem, ab *Auſtriaco* qvodam *Barone de Potendorf*, proprii eqvi capiſtro ſtrangulatus & pugione transfixus eſt. *Bibliothecam* qvoqve deinde inviſi, perbenignam mihi hac in re operam navantibus RR. PP. *Leopoldo Fideli Priore* & *Caſparo Aſamo Sub-Priore* ac *Bibliothecario*; neqve vero ante meridiem duntaxat, ſed multo etiam magis poſtmeridiano tempore, dum CÆSAR venando ſe oblectaret, egregium illum literarium Theſaurum avidiſſime pervolvi, irrito tamen primario propoſito meo, qvod nempe *epiſtolas Imp. Rudolphi I.* qvas qvam maxime qværebam, haud potuerim invenire. Qvamobrem veriſimile mihi videtur, manuſcriptum illum Codicem, in qvo illæ extiterunt, à ſupra memorato Reverendisſimo Abbate *Seifrido*, ubi is ex *Monaſterio S. Crucis*, cujus alumnus fue-210 rat, in *Claræ vallenſe* ſive *Zwethalenſe*, commigravit Cœnobium eodem translatum eſſe, & ibidem etiamnunc deliteſcere, una cum altero ejusdem argumenti præſtantisſimo Codice MSto, qvi ab eodem Abbate *Seifrido* inter *Bibliothecæ Claravallenſis* ſive *Zwethalenſis* Codices manuſcriptos inventus eſt; uti ipſe teſtatur in qvadam hactenus inedita epiſtola ad V. Cl. *Sebaſtianum Tengnagelium*, tertium ante me *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* Præfectum, qvam multas ob cauſas digniſſimam judico, ut hic à me inſeratur.

Nobi-

Nobilißime, Clarißime & Doctißime Domine Tengnageli.

Superásne adhuc? adeo abs te & de te altum hactenus silentium, ut an spires & respires ex minimo calami tui motu deprehendere possimus. Qvod si vales, &, ut cupio ac precor, bene vales, qvis tibi istud literarum justitium edixit & indixit? an ex perditissimo rerum præsentium statu veterno contracto memoriam nostri perdidisti? Scripseram ante aliqvot menses de Epistolis Friderici II. Manfredi, Conradi, &c. qvas admodum R. P. Gretzero communicare vellem, si vicissim ipse Epistolas Imp. Rudolphi I. qvæ habentur inter epistolas Pontificum Romanorum in Vaticana Bibliotheca, describendas mihi curaret: item de exploranda mente Dn. Hierati, si partus meus ad prælum usqve maturesceret. Ad hæc nullum recepi responsum. 211 *Una litterula rem, ut se habet, expedire poterit. Sed qvid ego de re literaria? qvi inter spem & metum, inter bellum & famem, omniumqve rerum penuriam positi sumus. Non desistimus tamen à lucubrationibus, etsi non eo studio, ardore & sedulitate, qva tempore pacis, cogimurqve sæpe nobis ab hujusmodi negotioso otio remedium præsentium malorum mutuare. Vivat igitur, vincat & veniat Leo ille Bavaricus, & - - - rugitu suo territos in latibula ac spelæa sua qvamprimum conjiciat, ut & securi Musis vacare, & Domitorem perfidarum ac perduellium nationum jure meritoqve laudare valeamus. Cæterum, ut lætiora subjungamus, est qvod mihi summopere gratuleris. Nuper enim, dum nostram manuscriptam Bibliothecam excuterem, reperi; an qvod pueri in faba? minime: sed magnum thesaurum; Codicem nimirum manuscriptum, plenum epistolarum Imp. Rudolphi I. in qvo non non solum pulchra ac legibili litera omnes eæ epistolæ continentur, qvas hactenus magno temporis impendio & oculorum labore ex exemplari Monasterii S. Crucis descripsi, sed etiam plurimæ aliæ, qvæ maximi sunt ponderis & momenti: ut est prima Rudolphi epistola, qva Gregorio X. significat suam electionem; item Engelberti Archiepiscopi Coloniensis ad eundem de eadem; item Principum Imperii post approbationem Electionis, eorundemqve approbatio Rudolphi donationis Romanæ Ecclesiæ factæ; item compositio cum Alphonso Castellæ Rege; item cum Carolo Siciliæ Rege, &c.* 212 *Igitur cogor de novo ordiri opus, qvod jam media ex parte confectum videbatur, aliumqve epistolarum instituere ordinem, qvi cum temporis ratione maxime congruat. Reperi & alia digna luce; sed temporum injuria hujusmodi partum præfocat. Expecto itaqve abs te, Clarissime & Doctissime Domine, ob inventum thesaurum tantum peramplam gratulationem, & aliqvam in his bellorum terriculamentis consolationem. Interim nos pariter divinæ protectioni commendo, E Monasterio nostro Claravallensi d. 30. Aug. 1621.*

Hucusqve epistola Reverendissimi Abbatis *Seifridi* ad Clarissimum *Tengnagelium* de duobus illis Codicibus MStis Monasterii *S. Crucis* & Monasterii *Claravallensis* sive *Zwethallensis*, in qvibus complures *Imp. Rudolphi I. Epistolas* reperit, qvæ, qvod ego sciam, nondum in lucem prodierunt, sed cum maximo Historiæ illorum temporum damno adhuc latitant. Atenimvero qvamvis *Codicem* illum *epistolarum Imp. Rudolphi I.* non invenerim, laboris tamen, qvem *Bibliothecæ* isti pervolvendæ tunc impendi, neqvaqvam me pœnitet propter non paucos alios satis bonæ notæ Codices manuscriptos *Latinos*, (nam *Græcum* nullum ibi reperi,) qvos ea occasione obiter perlustravi. Erant autem inter illos, qvantum recordor, maxime conspi- 213 cui ingentes *qvatuor* membranacei, qvi continebant *Vitas Sanctorum* in qvatuor classes divisas, ita ut *primus* Tomus mensem Januarium, Februarium & Martium; *secundus* Aprilem, Majum & Junium: *tertius* Julium, Augustum & Septembrem; *qvartus* Octobrem, Novembrem & Decembrem comprehenderet. His qvoqve annumerandos censeo alios *duos* magnos Codices membranaceos, qvi complectebantur *Flavii Josephi Opera*, à *Rufino* Presbytero Aqvilejensi in *latinum* sermonem translata, & *S. Augustini libros de Civitate Dei*, qvi propter Græcas & Romanas antiqvitates, passim inspersas, collatione veterum manuscriptorum exemplarium valde indigent. Qvod superest, cum seqventi *die XX. Augusti*, qvi *S. Bernardo* sacer erat, LXXX. summo mane spectassem venerandam illam *S. Crucis* particulam, qvæ in primario

Altari

Altari Ecclesiæ ejusdem Cœnobii religiosissime adservatur, nec multo post CÆSARI, qvi præcedente vespera illud audientiæ tempus mihi indici jusserat, consueta sinceritate retulissem, qvomodo superioris diei curiositas mihi successisset, & qvid spei de *Imp. Rudolphi I. epistolis*, in *Claravallensi* sive *Zwethalensi Monasterio* inveniendis, superesse crederem, descendit IPSE hora circiter nona in templum, auditoque sacro sermone, in qvo ab admodum R. P. *Christophoro Traut è Soc. Jesu* inter *S. Bernardum* & melliferam, sed simul etiam aculeatam apem admirabili subtilitate ingenii & minime vulgari facundia linguæ elegantissima comparatio instituta est, interfuit porro solenni sacro, qvod in ejusdem *Melliflui Patris* honorem ac memoriam *à Cistertiensi* potissimum *Ordine* summa magnificentia solet celebrari. Post meridiem autem amœnissimo isti valedixit Cœnobio, & recta *Vindobonam* properans, intra paucas horas pervenit ad suburbanum *Favoritarum* hortum, ubi Serenissimam Imperatricem ELEONORAM, qvæ Sacræ Ipsius Majestati per Illustrissimum Comitem *Ferdinandum de* (1) *Scherffenberg*, usqve ad Monasterium *S. Crucis* obviam missum, de felici reditu gratulari curaverat, gratias agendi causa officiosissime invisit. Qvo facto, rediit sub principium noctis in Urbem, & *Repetito* huic *Itineri sacro* prosperum finem imposuit. Qvod deniqve ad *comitatum aulicum*, qvi idem hoc iter una peregit, attinet, is non tantum mediocris fuit, sed & perexiguus, & illa ipsa parvitate sua religiosi devotioni congruens. Ex summis enim Aulæ Proceribus non nisi tres illi interfuerunt; nempe

214 · LXXXI.

216 Celsissimus atqve Excellentissimus Princeps ac Dominus, Dn. *Wenceslaus*, Dux Saganensis in Silesia & Princeps *de Lobcovitz*, Eqves Inclyti Velleris aurei, & S. Cæs. Majestatis Consiliarius intimus ac (2) *Supremus Aulæ Præfectus*.

Excellentissimus atqve Illustrissimus Dominus, Dn. *Joannes Maximilianus* Comes *de Lamberg*, Eqves Inclyti Velleris aurei, & S. Cæs. Majestatis Consiliarius intimus ac (3) *Supremus Sacri Cubiculi Præfectus*.

Excellentissimus atqve Illustrissimus Dominus, Dn. *Gundaccarus* Comes *à Dietrichstein*, S. Cæs. Majestatis (4) *Supremus Stabuli Præfectus*.

Ex reliqva autem *Eqvestri Nobilitate*, cui (5) *sacri Cubiculi cura* commissa est, interfuerunt eidem itineri hi pauci:

Illustrissimus Dominus, Dn. *Humbertus Joannes* Comes *de Czernin*.
Illustrissimus Dominus, Dn. *Franciscus Augustinus* Comes *de Waldtstein*, S. Cæs. Majestatis (6) *Satellitum Prætorianorum Præfectus*.
Illustrissimus Dominus Dn. *Ferdinandus Maximilianus* Comes *de Sprinzenstein*.
Illustrissimus Dominus, Dn. *Ludovicus* Comes *de Colloredo*.
217 Illustrissimus Dominus, Dn. *Franciscus Carolus* Comes *Cauriani*.
Illustrissimus Dominus, Dn. *Adamus Wilhelmus* Comes *de Brandeis*.
Illustrissimus Dominus, Dn. *Joachimus* Comes *Schlawata*.
Illustrissimus Dominus, Dn. *Carolus* Comes *de Thurn*.

qvos omnes honoris causa & debito cuiqve respectu nominatim recensui, ut illorum qvoqve erga *Beatissimam Dei-Genitricem* pietas ad sempiternam memoriam propagetur. Hæc sunt, *Perillustris ac Generosissime Baro de Walderdorf*, qvæ de S. Cæs. Majestatis *duplici Itinere Sacro* CELLENSI, *Interrupto* videlicet & *repetito*, ad Te scribere habui; qvibus si forte videbor nimis prolixam *Dissertationem de Assumptione Sanctissimæ Deiparæ ejusqve Festo* intexuisse, ignoscas mihi velim propter argumenti dignitatem & convenientiam. Vale Amice plurimum observande, & sicubi opus fuerit, constanter me absentem tuere ac protege. Dabam *Vindobonæ ex Augustissima Bibliotheca Cæsarea* d. XIX. Decembris anno Æræ Christianæ CIƆ IƆC LXV.

(1) *Illustrissima hæc* Scherffenbergiorum *familia vulgo nunc corrupte appellatur* de Schaftenberg.
(2) Obrister Hofmeister.
(3) Obrister-Cammerer.
(4) Obrister-Stallmeister.
(5) Cammer-Herren.
(6) Trabanten Hauptmann.

(o)

ADDI-

ADDITAMENTA QVÆDAM, AD PRÆCEDENS SACRI ITINERIS CELLENSIS DIARIUM *PERTINENTIA*, QVÆ NEC IPSI CONTEXTUI, NEC MARGINALIBUS NOTIS COMMODE POTUERUNT INSERI.

ADDITAMENTUM I.

De Imp. *Friderico* Imp. *Maximiliani I.* patre, utrum is *Tertius* ejus nominis, an *Qvartus* vel *Qvintus* cognominandus sit.

QVandoqvidem præcedentis *Diarii* Segmento *octavo*, pag. 13. & Segmento *vigesimo*, pag. 37. Imp. *Fridericum* Imp. *Maximiliani I.* patrem, qvi vulgo *Tertius* vel *Qvartus* cognominatur, revera *Qvintum* ejus nominis fuisse monui, sed obiter tantum & cursim, necessarium arbitror, qvo jure id fecerim, &, qvot *Friderici* ante Imp. *Maximiliani I.* patrem ad Imperiale Fastigium pervenerint, paucis hic à me declaretur.

Primus itaqve eorum est *Fridericus* cognomine *Ænobarbus*, sive *Barbarossa*, qvi A. C. 1152. ex Duce Sveviæ in Imperatorem Romanorum Francofurti legitime electus, & post acceptationem oblati Imperii, eodem anno, eodemqve mense Martio, Aqvisgrani ab *Arnoldo* Archiepiscopo Coloniensi coronatus est, & sine ulla controversia in omnibus Imperatorum Romanorum Catalogis debitum locum obtinet. 218

Secundus eorum est *Fridericus*, jam memorati Imp. *Friderici I.* ex filio Imp. *Henrico VI.* cognomine *Aspero*, nepos, qvi unanimi omnium Principum Germaniæ consensu successit defuncto Imp. *Ottoni IV.* A. 1218, & hoc modo, tanqvam per novam electionem legitimam, ex violento Imperii invasore legitimus factus Imperator, in omnibus Imperatorum Romanorum Catalogis æqve memoratur.

Tertius eorum est *Fridericus* cognomine *Pulcher*, Imp. *Rudolphi I.* ex filio Imp. *Alberto I.* nepos, qvi post mortem Imp. *Henrici VII.* cum S. Imperium Romanorum integro plus anno jam vacasset, A. 1314. contra *Ludovicum Bavarum* Imperator electus est à parte Electorum; qvæ sine ulla controversia major fuisset ac potior, nisi contra voluntatem *Waldemari* Electoris Brandeburgensis, fraude Legati ipsius *Nicolai de Boock*, corrupta esset electio: uti testatur (1) ejusdem seculi scriptor *Albertus*

(1) *Qvod* Albertus Argentinensis *non tantum eodem, qvo Imperatores* Fridericus Pulcher *&* Ludovicus Bavarus, *seculo vixerit, verum etiam, ut vir in publicis negotiis & aulis Principum versatus, electionis amborum Imperatorum, & rerum ab iisdem gestarum non vulgarem habuerit notitiam, proprio ipsius constat testimonio, dum in Chronico suo, pag* 129. *editionis Urstisianæ, refert, se A.* 1338. *ab Episcopo Argentinensi missum fuisse ad Summum Pontificem* Benedictum XII. *ut certiorem eum faceret de Decreto Imp.* Ludovici Bavari *in Comitiis Francofurtensibus promulgato, cujus hæc summa esset,* Imperatorem non posse à Papa exautorari, cum jurisdictiones sint distinctæ.

219 *tus Argentinensis* in Chronico suo, qvod usqve ad annum C. 1378. pertingit, his verbis: *Mortuo itaqve Hainrico Imp. & vocatis Principibus in Franckfurt, Fridericus Dux Austriæ, Filius Alberti Regis, & nepos Rudolphi Regis, pro regno laborabat. Cui Petrus Treverensis, Mogunt. & olim Episcopus Basilecnsis, qvem Albertus qvondam Rex læserat, & Balduinus Treverensis, & Joannes Bohemus, se opponunt. Fridericus autem Australis alloqvitur Rudolphum & Ludovicum Duces Bavariæ, Palatinos Rheni, exhibens se ad assistendum eis. At illi æstimantes, se tanto negotio impotentes, se Friderici servitio astrinxerunt. Dux qvoqve Saxoniæ, & Woldemarus Marchio Brandenburgensis Friderico adhæserunt. Hi enim Laici omnes & uxor Bohemi, fuerunt qvondam Regis Rudolphi nepotes. Item Hainricus de Virnenberg Coloniensis, qvi acto inter alios tractatu fecit, qvod filia fratris sui Comitis de Virnenberg copulata fuit Hainrico Duci Austriæ, fratri Friderici, similiter adhæsit eidem. Veniente autem Friderico cum forti exercitu valde, castrametante juxta Franckfurt apud Saxenhau-* 220 *sen, Petrus Moguntinus naves afferens, victualia juxta Moguntiam abstulit Friderico Exercitus autem Moguntini, Treverensis & Bohemi, se ex inferiori parte Mogani collocavit. Inductus est autem Dux Ludovicus Bavariæ junior, qvi & alias Friderico prævaluit in conflictu, qvod contra eum eligi se permisit, qvia in promissione facta Friderico, ipse Ludovicus intelligebatur exceptus.* (1) *Inductus est etiam* (2) *N.* (3) *miles Woldemari Brandenburgensis, habens ab eo mandatum sufficiens in genere eligendi, Ludovicum elegit contra Domini* (4) *voluntatem. Electi sunt igitur in discordia, in die beati Lucæ Evangelistæ anno Domini M CCC XIV. Fridericus Dux Austriæ ab* (5) *Archiepiscopo Coloniensi, à Rudolpho Bavaro Palatino Rheni, & à* (6) *Duce Saxoniæ. Ludovicus vero, à Petro Moguntinensi, Balduino Treverensi, Archiepiscopis, Woldemaro Marchione & Joanne Rege Bohemiæ: nec ii Principes convenerant, sed qvisqve in suo exercitu, per se vel per Procuratorem elegit, & in suis exercitibus publicarunt. Fridericus autem Australis præ fame recedere est coactus, multiqve* 221 *dextrarii in ascensu manserunt in via. Ludovicus itaqve Aqvisgrani à Moguntino & Treverensi, in loco qvo debuit, sed non à qvo debuit: Fridericus vero in Bunna à Coloniense, à qvo debuit, sed non in loco, in qvo debuit, coronati sunt.* Hæc *Albertus Argentinensis.* Confirmat eadem & illustrat *Joannes Cuspinianus*, Imp. *Maximiliani I.* Historiographus, in Opere suo de Imperatoribus Romanis, ubi de controversiosa ista electione Imperatoria aliqvanto prolixius agit his verbis: *Mortem Imperatoris Henrici subsecutum est interregnum, qvod annuo pene spacio & amplius durat. Vacabat enim à morte Henrici Imperium mensibus tredecim, & dies aliqvot. Nam post Virginis partum anno qvartodecimo post millesimum trecentesimum, die, qvo celeberrimi divi Lucæ Evangelistæ solennitas peragitur, electio utriusqve Francofurti indicta est; qvæ & difficilis & periculosa fuit, utpote qvæ inter duos competitores consobrinos suborta est. Fridericus enim Austriæ Dux, filius Alberti Ducis Austriæ, & Romanorum Regis, Ludovicus vero Mechtildis filius, filiæ Rudolphi Romanorum Regis erat. Periculosum itaqve fuit alterutrum vel contemnere, vel alteri præferre. Qvanqvam si electio integra mansisset, non largitionibus corrupta & dolis inversa, penes Fridericum Austriæ Ducem stetisset concors & parte maxima. Id qvod apertis-* 222 *sime & serie qvadam explicabo. Cum enim Fridericus Austriæ strenuissimus Princeps, ne à majorum nobilitate degeneraret, & Patris & Avi vestigiis innixus, pro regno adipiscendo elaborabat, contrarios, qvos non sperabat, reperit: Petrum Moguntinum Præsulem, qvem Albertus Rex Pater ex Basiliensi ad hanc extulerat dignitatem, Balduinum item Treverensem Antistitem, Henrici Septimi Imperatoris defuncti fratrem; cui Joannes Boëmiæ Rex, Henrici qvoqve filius adhæsit. Hi se Friderico opponunt. Fridericus itaqve Consobrinos suos adiens, Rudolphum & Ludovicum Juniorem fratres Duces Bavariæ Palatinosqve Rheni operam suam*

(1) Inducere & induci *hic accipiendum est in malam partem: uti apud* Ciceronem *in Orat. pro Rosc. Amerino*: Pretio, gratia, spe, promissis inducere aliqvem; Adolescentulus corruptus & neqvam ab hominibus inductus. *Item apud eundem Philippica secunda:* Nihil qveror de Dolabella, qvi tum est impulsus, elusus, inductus.

(2) Nicolaus de Booek.

(3) Milites *eo ævo appellabantur Viri Eqvestris Ordinis dignitate præditi*; Ritter vel Rittermässige Personen. *Qva de re vide plura Libro secundo Historiæ meæ Hamburgensis ad A. 1225. p. 9. in margine.*

(4) *Contra speciale mandatum secretum.*

(5) Henrico.

(6) Rudolpho.

ſuam iis pollicetur. At illi tanto negotio ſe impares aſſerunt, Friderico operam ſuam promittunt, ſeqve illi obligant. Favit Waldemarus Marchio Brandenburgenſis Friderico qvoqve & item Saxoniæ Dux Senior (1) *Albertus. Omnes enim hi una cum uxore Regis Boëmiæ, Rudolphi Regis olim nepotes erant. Præterea cum Saxoniæ Dux Senior jam à Pontifice deſignatus eſſet Patavienſis Præſul, literas has apoſtolicas (qvibus ei proviſum erat) acceptare recuſat; renuncians literis, ne electionis munus amitteret. Qvanqvam aliqvi hunc cauſabantur indignum, qvod Henricum Lucelburgenſem prius elegiſſet, eligendiqve munus nunc Juniori Saxoniæ Duci fratri competere aſſererent. Qvi fratrem qvoqve inhabilem affirmavit, qvod Sacris eſſet initiatus. Et ob id ille Friderico contrarius extitit, Ludovicoqve ſuffragia ſua contulit. Adhæc Henricus de* (2) *Virnburg Præſul Colonienſis, Friderico favebat, qvoniam filia fratris Comitis* (3) *de Virnburg, Henrico Duci Auſtriæ fratri Friderici, in uxorem paulo ante data fuit. Cum ergo Comitiorum dies adveniſſet, Principes qvoqve non omnes in Francofurto convenirent, ſed alii per Procuratores, alii per literas ſua vota explicarent: ecce immenſum militis cujusdam alioqvi ſtrenui, Nicolai cognomine de Boock, dolum & facinus animadverſione dignum. Hunc Waldemarus Marchio Brandenburgenſis cum literis Diplomate munitis ac corroboratis, Principum Congregationi nuntium miſit, cum ipſe aut venire nollet, aut non poſſet, Fridericum Regem ſuo ſuffragio conſtituens. Miles is qvod nihil ſe ſperabat à Friderico conſecuturum, ſimul etiam qvod plurimum animos in Ludovicum cerneret inclinatos, abraſa membrana, expunctoqve nomine Friderici, Ludovicum ſubſtituit contra Domini ſui voluntatem, literis adulteratis. Ob qvod etiam ſcelus Waldemarus Marchio, poſtqvam intellexit, electionem in aliam partem inclinatam proditione legati ſui, militem redeuntem, vinculis alligatum cuſtodiæ demandat, inediaqve conficit. Qvotidie enim delicatiſſimos cibos, qvibus hunc cupide novit veſci, ei apponi juſſit: adhibitis militibus, qvi hos vorarent, eo ſpectante & ligato, donec is fame periret. Alii ſcribunt binas literas militem à Marchione pari ſigillo munitas accepiſſe; qvarum unæ raſæ extiterant, qvas fidei ſuæ commendavit, ut illis uteretur pro occaſione. Qvi fracta fide, cum Ludovicum delegiſſet, per literas contra Domini voluntatem, animumqve Domini prodidiſſet, has tandem proditionis pœnas luiſſe. Fit ergo à Principibus electio, Colonienſis Epiſcopus Fridericum elegit Auſtriæ Ducem. Huic accedit Rudolphus Bavariæ Dux & Rheni Palatinus, fidem promiſſam ſervans, nec fratrem ſuum Ludovicum eligens. Ob cujus dehinc odium etiam exulare coactus. Dux item Saxoniæ ſenior in Fridericum conſentit. Si Marchio jam præſens fuiſſet, absqve hæſitatione Fridericus plura ſuffragia ſortitus, tantum prævaluiſſet: qvamvis & ſic numero ſuperior eſſet, antecelleretqve Bavariæ Ducem Ludovicum. Qvi etiam ei (ut ſuperius ſcripſimus) operam ſuam ſtrenue pollicitus erat. In ſuiipſius tamen electione, promiſſionem factam ſervandam minime arbitrabatur. Ob id inductus miles, literas Marchionis protulit, qvæ in Ludovicum vertebantur. Cui Moguntinus & Treverenſes Antiſtites conſenſerant, & item Boëmus. Nemini igitur dubium, qvin Auſtriæ Dux legitime electus fuerit per plura honeſtioraqve ſuffragia. Ludovicus vero, ut ſe cunctis monſtraret rite electum, à ſingulis Principibus literas petiit, qvas undiqve populis oſtendit. Subſtitit interim, dum electio fieret Friderici exercitus in oppido Saxenhauſen qvod è regione Franckfordiæ ultra Menum jacet. Cui Moguntinus victum commeatumqve ſubtraxit. Nam haud longe à Moguntia, Treverenſis, Moguntini & Boëmi exercitus aberant, finem negocii utrobiqve expectantes. Dum ergo ii electionem alterius improbarent, qvisqve aſſertores ſuos habebat, electionem nunc ex abſentia qvorundam, nunc ex inhabilium Electorum votis improbantes. Diſcordia hæc armis erat ſedanda. Mox igitur Ludovicus Aqvisgrani, in loco qvidem, qvo debuit, à Moguntino, aſtante Treverenſi Epiſcopo, corona eſt inſignitus. Fridericus pariter Bunnæ à Colonienſi Præſule (cujus certe eſt primam Imperii coronam dare) ſed non in loco, qvo debuit, coronatus eſt.* Hucusqve *Joannes Cuſpinianus.*

223

224

225

Qvamvis igitur ex *Alberti Argentinenſis* & *Joannis Cuſpiniani* jam citatis duobus locis ſatis apparet, *Fridericum Auſtriacum* cognomine *Pulchrum*, reſpectu electionis & coronationis Germanicæ, non minori jure Catalogo Imperatorum Romanorum inſerendum eſſe, qvam *Ludovicum Bavarum*, majoris tamen certitudinis cauſa lubet

(1) *Immo* Rudolphus.
(2) Virnenberg.
(3) Virnenberg.

226 bet hic mihi addere ipsa illa *tria* (1) diplomata, qvibus tunc electio Imp. *Friderici* ab *Henrico* Archiepiscopo Coloniensi & tribus Electoribus secularibus, *Henrico* Rege Bohemiæ, *Rudolpho* Comite Palatino Rheni & *Rudolpho* Duce Saxoniæ, S. Sedi Apostolicæ & universo Imperio Romano publice significata est. Horum primum, qvod ipso electionis die, nempe d. XIV. Kalend. Novembris sive d. 19. Octobris A. CIↃ CCCXIV. à jam memoratis *tribus Electoribus secularibus* ad S. Sedem Apostolicam & (2) *futurum* Summum Pontificem missum est, constat his verbis:

SAnctissimo in Christo Patri, ac Domino, Satrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici futuro. Henricus Dei Gratia, Bohemiæ & Poloniæ Rex, Dux Carinthiæ, Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, & Rudolphus Dux Saxoniæ, Angariæ, Westphaliæ, Comes in Brene, & Burgravius in Magdeburg, Sacri Imperii Principes ac Electores, Romanorum Regis in Imperatorem promovendi, devotissima pedum oscula beatorum. Vacante nuper Sacro Impe-227 rio per mortem claræ memoriæ Domini Henrici, qvondam Romanorum Imperatoris inclyti sub anno Domini millesimo trecentesimo tertio decimo, dieqve certa videlicet crastino beati Lucæ Evangelistæ, qvod fuit XIV. Kalend. Novembr. sub Anno Domini millesimo trecentesimo qvartodecimo, ad eligendum Romanorum Regem in futurum Imperatorem promovendum, apud Franckenfurt locum solitum & consuetum, per Nos & alios Conprincipes & Coëlectores nostros, jus una nobiscum in electione Romanorum Regis habentes, peremptorie statuta seu præfixa, Nobisqve Rege Bohemiæ, Rudolpho Comite Palatino Duce Bavariæ, nec non Rudolpho Duce Saxoniæ, prædictis convenientibus, die & loco præfinitis, ad electionem futuri Regis Romanorum celebrandum, ac Reverendo in Christo Patre, Domino Henrico, Coloniensi Archiepiscopo, Sacri Imperii per Italiam Archicancellario, Conprincipe & Coëlectore nostro, dicto crastino, ad prædictum locum Franckenfurt, ex certis & legitimis causis convenire nobiscum in hujusmodi electionis negotio neqveunte, ipse Pater & Dominus noster Archiepiscopus, Nobis Rudolpho Comiti Palatino prædicto, qvoad dictæ electionis negotium commisit totaliter vices suas, dans nobis plenam, generalem & liberam potestatem, nominandi & eligendi vice & nomine ipsius personam idoneam in Regem 228 Romanorum, in Imperatorem promovendum, prout in ipsius Patris & Domini Procuratorio super hoc habito plenius continetur. Nobis placuit ipsa die in dicto loco procedere ad electionem Regis Romanorum, in Imperatorem promovendi, prout ipse terminus reqvirebat. Tandem cum alii Conprincipes & Coëlectores nostri dicta die & loco prædicto per Nos diutius expectati, in ejusdem electionis negotio ad hujusmodi electionem celebrandam venire seu procedere nobiscum minime curaverint, & sic qvoad dictæ electionis negotium de jure alienos se fecerunt, Reverendus Pater & Dominus Henricus Gurcensis Episcopus, mandato à Nobis specialiter sibi facto, vice & nomine nostrum omnium & singulorum, protestationem qvandam legit, & publicavit in hunc modum. Nos Henricus Dei Gratia, Bohemiæ & Poloniæ Rex, Dux Carinthiæ, Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, nec non Rudolphus Dux Saxoniæ, Principes Sacri Imperii ac Electores Romanorum Regis, in Imperatorem promovendi, nomine nostro & vice, & nomine Reverendi in Christo Patris Domini Henrici Coloniensis Archiepiscopi, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarii, Conprincipis nostri monemus omnes excommunicatos, suspensos & interdictos, nec non qvoscunqve alios, 229 qvi de jure aut consvetudine interesse in ipso electionis negotio non debent, qvod recedant, Nos eligere libere permitttentes, protestantes, qvod non est nostra inten-

(1) *Ejusdem generis diplomata nonnulla fuerunt tunc etiam ab adversæ partis Electoribus promulgata pro Imp.* Ludovico Bavaro, *uti in* Joan. Georg. Herwarti, *Bavarici olim Cancellarii, Apologia contra* Bzovium *videre est.*

(2) *Vacavit enim tunc S. Sedes Apostolica post mortem Pontificis* Clementis V. *qvi A.* 1314. *d.* 11. *vel secundum alios, die* 20. *Aprilis obiit, per integros duos annos, menses tres & dies* 17. *nempe usq. ad d.* 7. *Augusti A.* 1316. *qvo* Joannes, *qvi vulgo* XXII. *appellatur, in Summum Pontificem electus est.*

tentio, tales admittere, tanqvam jus in electione habentes, aut procedere vel eligere cum eisdem, immo volumus, qvod voces talium, si qvi reperientur interfuisse, postea nulli præstent suffragium, nec afferant alicui nocumentum, & prorsus pro non receptis sive pro non habitis habeantur. Qva protestatione præmissa, & post multos tractatus, varios & multiplices, consideratis sollicite & diligenter circumstantiis, conditionibus & statu personarum diversarum, per qvas regno vacanti posset salubrius provideri. Tandem in Illustrem Principem, Dominum Fridericum, Ducem Austriæ & Styriæ, virum utiqve Catholicum, orthodoxæ fidei fervidum Zelatorem, serenum & sagacem, conversationibus & moribus non modicum ornatum, devotum & humilem, de Romanorum Regum prosapia oriundum, Sacri Imperii gubernacula regere, magnifice & jura ipsius manutenere potentem, nec non Reipublicæ præesse utiliter & prodesse valentem, in omni morum honestate perspicuum & præclarum, affabilem, benignum & mansuetum, ac in aliis agibilibus pro regimine Reipublicæ plurimum circumspectum, divina favente clementia consensimus, & in ipsum vota nostra direximus, ipsumqve nominavimus eligendum in Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum, sub forma infra scripta. 230 Nos Henricus Dei Gratia, Bohemiæ & Poloniæ Rex, Dux Carinthiæ, consentimus in Illustrem Principem Dominum Fridericum Ducem Austriæ & Styriæ, ipsumqve nominamus eligendum in Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum. Nos Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, nomine nostro, ac nomine & vice Reverendi in Christo Patris, Domini Henrici Coloniensis Archiepiscopi, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarii, habentes super hoc ab ipso Domino Archiepiscopo plenam & liberam potestatem, consentimus in Illustrem Principem Dominum Fridericum Ducem Austriæ & Styriæ, ipsumqve nomine, qvo super, nominamus eligendum in Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum. Nos Rudolphus Dux Saxoniæ consentimus in Illustrem Principem Dominum Fridericum Ducem Austriæ & Styriæ, ipsumqve nominamus eligendum in Regem Romanorum in Imperatorem promovendum. Qvibus legitime sic peractis, Nos Rudolphus Comes Palatinus prædictus, de voluntate & mandato speciali dictorum Coëlectorum nostrorum & cujuslibet eorundem, Dominum Fridericum Ducem Austriæ & Styriæ elegimus in hunc modum. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Cum vacante regno seu Romano Imperio, 231 per mortem claræ memoriæ Domini Henrici qvondam Romanorum Imperatoris inclyti, vocatis, qvi fuerant evocandi, super electione Regis Romanorum facienda, dies certa apud Franckenfurt esset ad hoc præfixa, placuit Nobis & dictis Coëlectoribus nostris, juxta ipsius diei præfixionem factam, ad electionem procedere futuri Regis Romanorum, aliis Coëlectoribus nostris ipsa die diutius expectatis, & legitime eligere nobiscum non curantibus, inqvisitis votis nostris & dictorum Coelectorum nostrorum, in ipsa electione apparet, nos, apud qvos tunc resedit potestas seu jus eligendi personam idoneam in Regem Romanorum, concorditer direxisse vota nostra in Illustrem Principem Dominum Fridericum Ducem Austriæ & Styriæ, in eundem consentiendo, & ipsum nominando in Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum. Idcirco Nos Rudolphus Comes Palatinus prædictus, vice nostra & Domini Henrici Coloniensis ArchiEpiscopi prædicti, ac aliorum dictorum Coëlectorum nostrorum nobiscum consentientium in hac parte, ex potestate Nobis tradita & concessa ab iisdem, invocata Spiritus sancti gratia, Dominum Fridericum Ducem Austriæ & Styriæ prædictum, eligimus in Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum, in Advocatum 232 Sacrosanctæ Romanæ & Universalis Ecclesiæ, ac Defensorem pauperum, viduarum, pupillorum ac orphanorum. Qvi electus hujusmodi electioni canonicæ de se factæ, divinæ nolens resistere voluntati, interpellatus super hoc à Nobis cum diligentia magna, consensit. Qvapropter Sanctitati vestræ, cum devotione, qva decet, voce unanimi supplicamus, ut ipsum Dominum Fridericum, sic devote & canonice electum, paternis pietais vestræ brachiis amplectentes, electionem

hujusmodi canonicam de ipso à Nobis factam solita clementia approbare, ipsum inungere & consecrare, sibiqve de sacrosanctis manibus vestris Sacri Imperii Diadema dignemini favorabiliter impertiri, loco & tempore opportunis. Cæterum ut beatitudo vestra cognoscat evidentius præmissa omnia vera esse, præsens electionis nostræ Decretum Sanctitati vestræ transmittimus, cum sigillorum nostrorum, videlicet Rudolphi Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, necnon Rudolphi Ducis Saxoniæ prædictorum appensione ex certa scientia roboratum. Nos vero Henricus Dei Gratia, Bohemiæ & Poloniæ Rex, Dux Carinthiæ, qvia sigillum nostrum hac vice penes Nos non habuimus, sigillis prædictorum Ducum Bavariæ & Saxoniæ usi sumus & contenti, in testimonium & evidentiam omnium præmissorum. Actum & datum, loco, die & anno prædictis.

233 Secundum diploma, qvod de ejusdem Imp. *Friderici Pulchri* electione & coronatione ab *Henrico* Archiepiscopo Coloniensi d. xxv. Novembris A. CIↃCCCXIV, ad omnes universi *S. Imp. Romani* Principes & Status missum est, his constat verbis:

IN DEI nomine, Amen. Henricus Dei Gratia, Sacræ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, Magnificis Principibus, Proceribus, Nobilibus, Ministerialibus, Castrensibus, Civibus, & Universis Sacri Romani Imperii fidelibus, ad qvos præsentes literæ pervenerint, infra scriptorum cognoscere veritatem. Alias vacante Romano Imperio seu Regno, per mortem inclytæ memoriæ Domini Henrici, qvondam Romanorum Imperatoris, & de communi voluntate Principum, jus in electione futuri Romanorum Regis habentium, ad electionem dicti Regis, die videlicet crastino sancti Lucæ Evangelistæ proxime præterito apud Franckenfort assignato, ibidem eadem die sic assignata, & in loco eodem debito, videlicet Franckenfort, ab Illustribus Rudolpho Comite Palatino Rheni, Duce Bavariæ, habente illa vice per literas nostras patentes potestatem pro Nobis eligendi ac Rudolpho Duce Saxoniæ, qvi in possessione 234 juris vel qvasi eligendi fuit, & est, & progenitores sui fuerant, à tempore, cujus memoria in contrarium non existit; ac Henrico Duce Carinthiæ, vero hærede & Rege Bohemiæ, Illustris Princeps Dominus Fridericus Dux Austriæ in Romanorum Regem eligebatur. Deinde idem Fridericus sic electus, comparens coram Nobis electionem suam per Nos acceptam haberi, atqve in Regem Romanorum ungi & coronari petiit, cum instantia debita & consueta: Nos autem, ne per repentinam manus impositionem, contra doctrinam Apostoli, qvidqvid in hac parte facere perperam videremur, Illustrem Ludovicum Ducem Bavariæ, qvi, ut ad Nos pervenit, ejusdem Friderici à qvibusdam aliis Principibus se asseruit coëlectum, omnesqve, qvi se dicto Friderico opponere vellent, vel sibi in Romano Regno jus potius vendicarent, citari fecimus coram nobis ad certum diem & locum, ad docendum de jure, si qvod eis competeret in Regno memorato. Cives etiam Aqvenses interim per solemnes nostros nuntios & speciales primo, secundo & tertio ad eos transmissos reqviri fecimus, ut nos intromisissent pro coronatione hujusmodi Aqvis facienda, ut est moris. Die itaqve supradicta sic per Nos eidem Ludovico, & aliis oppositoribus ipsius Friderici præfixa, ne ipse Ludovi-235 cus, nec aliqvis alter per se, vel per alios coram nobis comparuerunt, nec proponi qvidqvam fecerunt, qvare ipsi Friderico in præmisfis nostrum non deberemus officii debitum impertiri. Qvia igitur invenimus dictum Fridericum rite electum, utpote à Principibus prædictis, & die ac loco præfixis, ipsiusqve Ludovici electionem, si qva fuit, ex post facto die seqventi, & non de communi consensu Principum prorogatam, & etiam electione dicti Friderici tanqvam priori non cassata de facto attentatam, & qvia dicti Cives Aqvenses sic à Nobis reqvisiti Nos intromittere improvide recusarunt, Nos, ne propter rebellionem, in Sacri Romani Imperii & Reipublicæ, immo totius Christianitatis dispendium, coronatio eadem plus debito differretur, & etiam ex privilegiis Sedis Apostolicæ, nobis

&

Ecclesiæ nostræ concessis, intra nostram Diœcesin vel Provinciam, ubi nobis expediens videbitur, electos in Romanorum Reges pro tempore possumus coronare, qvæ qvidem privilegia ante ipsam coronationem, & in eadem Clero & populo præsentibus, sub veris stylo & filo & Bulla, ne qvis putare posset, dictam Coronationem, eo, qvia Aqvis non fiebat, minus fore validam, fecimus solemniter publicari, eundem Fridericum, ipsa die Beatæ Catharinæ Virginis, in oppido nostro Bunnen, qvod est intra nostram Diœcesin, in Romanorum Regem unximus & coronavimus, in futurum Imperatorem dante Domino promovendum, adhibitis circa Coronationem eandem, solemnitatibus debitis & consuetis, Episcopis & Nobilibus ac Proceribus multis præsentibus in dicto loco. Qvam unctionem & coronationem sic per Nos, qvi habemus de jure & de consvetudine, ut est dictum, coronationem, & non alius, facere antedictam, eidem Friderico impensam, ad singulorum & universorum virorum notitiam deducimus, vobisqve eandem notificamus per præsentes, rogantes & reqvirentes vos omnes & singulos, ut dicto Domino nostro & vero Domino Friderico, tanqvam vero Romanorum Regi fidelitatis debitum præstantes, eidem obediatis & intendatis, prout Romanorum Regibus Prædecessoribus suis fieri & obediri est consvetum, ut vestra ex hoc possit suo tempore fidelitas, qvam ipsi imperio tenemini, merito commendari. In cujus rei testimonium præsentes literas nostras & dicti Rudolphi Ducis Saxoniæ, ac Capituli Bunnensis, cui de horum veritate constat, sigilla præsentibus sunt appensa, & nihilominus ad ampliorem præmissorum veritatem, ea per Notarium publicum infrascriptum in hanc formam publicam redigi mandavimus, suoqve sigillo signari. Actum in Monasterio Fratrum Minorum, in præsentia Illustrium Rudolphi Ducis Saxoniæ, Ottonis Landgravii de Hassia, Domini Eng. de Marca, Gerlaci, Henrici, Emech. de Nassove, Simonis & Joannis de Spanchem, Roperti de Virneberg, Dytheri de Katzenellenbogen Comitum, Henrici Bunnensis, Hartradi de Merenberg Werflariensis, Heydenrici San Severini Coloniensis Præpositorum, nec non Nobilium virorum Gerlaci de Lymberg, Henrici de Lowenberg & Joannis de Sollendorp, & Comitum de Toneberg duorum & Joannis de Dowenheim Scholastici Bunnensis, & qvam plurium aliorum fide dignorum. Anno Domini millesimo trecentesimo qvartodecimo, indictione decima tertia, vicesima qvinta die mensis Novembris, qvæ fuit dies Beatæ Catharinæ Virginis. Et nos Rudolphus Dei Gratia Dux Saxoniæ, prius recognoscentes, qvia præmisis interfuimus, ea vera esse, sigillum nostrum in eorundem evidentiam, duximus his literis apponendum, sub dato & die prædictis. Nos autem Capitulum Bunnensis Ecclesiæ, qvia antedicta intra oppidum Bunnense acta sunt, & Nobis constat vera esse, Sigillum Ecclesiæ nostræ ad causas in horum firmitatem, ad præsentes Reverendi Domini nostri, Domini Henrici Archiepiscopi Coloniensis prædicti, apposuimus huic scripto. Et ego Tilmannus dictus de Unna, publicus auctoritate Imperiali Notarius, qvia officio unctionis & coronationis prædictarum, per dictum Dominum Archiepiscopum Coloniensem, in persona Serenissimi Domini Friderici Romanorum Regis factarum, à principio usqve in finem præsens interfui, ea, qvæ in eisdem agebantur solemniter, vidi & audivi, sic acta esse, cum testibus antedictis, & mandatum & reqvisitionem præfati Domini Henrici Archiepiscopi Coloniensis præsens instrumentum ex eisdem confeci, & in hanc publicam formam sub Anno Domini, indictione & die prædictus redegi, meoqve signo consueto signavi, vocatus ad hoc specialiter rogatus.

236 237 238

Tertium diploma, qvod eadem de causa ab eodem Archiepiscopo Coloniensi *Henrico* IV. Kal. Decembris ejusdem anni CIↃ CCC XIV. ad *S. Sedem Apostolicam* & (1) *futurum Summum Pontificem* missum est, constât his verbis:

SAnctissimo in Christo Patri ac Domino, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pontifici futuro, Henricus Dei Gratia, sanctæ Coloniensis Ecclesiæ

(1) *Vide supra pag. 266. in marg.*

clesiæ Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius, devota pedum oscula Beatorum: Cum nuper, per mortem divæ recordationis qvondam Domini Henrici Romanorum Imperatoris, vacante Romano Imperio, dies certa, crastinum videlicet festivitatis Beati Lucæ Evangelistæ præteritum, qvod fuit XIV.
239 Kalend. Novembris sub Anno Domini millesimo trecentesimo qvartodecimo, ad eligendum Romanorum Regem, in futurum Imperatorum promovendum, fuisset apud Franckenfurt, locum ad hoc solitum & consuetum, peremptorie præfixa per Nos & alios Conprincipes & Coëlectores nostros, jus una nobiscum in electione Romanorum Regis habentes nobisqve propter inimicitias, qvas Reverendi in Christo Patres & Domini Mogunt. & Treverensis Ecclesiarum Archiepiscopi, & nobilis vir Gerhardus Comes Juliacensis, eum ipsorum fautoribus & complicibus, contra Nos habuerunt & habent, securus ad prædictum locum Franckenfurt non pateret accessus, adeo, qvod non possemus absqve rerum & corporis periculo ad eundem locum Franckenfurt termino supradicto venire, & interesse ad electionem futuri Regis Romanorum, sicut permittitur, celebrandam. Nos nolentes jus, nobis nomine Ecclesiæ nostræ in electione prædicta competens, negligere illa vice, & ne nobis aut Ecclesiæ nostræ aliqvod qvomodolibet ad præsens vel imposterum generari posset præjudicium in hac parte, Illustrem Dominum Rudolphum Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ, Conprincipem & Coëlectorem nostrum, fecimus & constituimus nostrum certum & specialem Procuratorem, sibiqve qvoad prædictæ electionis tunc instantis negotium commisi-
240 mus totaliter vices nostras, dantes eidem plenam, generalem & liberam potestatem, vice & nomine nostro nominandi, & eligendi personam idoneam in Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum, ac jurandi in animam nostram, si opus foret, juxta formam generalis Concilii, qvod Nos legitimo impedimento, de qvo permittitur, teneremur, & qvod crederemus, eodem impedimento adhuc Nos teneri in termino supradicto, qvodqve tunc essemus in loco, de qvo Electores absentes vocari debent ad ipsius electionis negotium, & nihilominus alia omnia & singula nostro nomine faciendi, qvæ per Nos, si præsentes essemus, facere in ipsius Electionis negotio possemus, vel qvomodolibet expedire. Qvi Dominus Rudolphus Comes Palatinus prædictus, hujusmodi Procurationis nostræ mandatum, & vices nostras sibi in hac parte commissas in se sponte suscipiens, suo & nostro nomine, una cum aliis Conprincipibus & Coëlectoribus nostris, apud qvos illa vice dicta resedit electio, scrutatis prius secrete & sigillatim singulorum votis, & eisdem postmodum publicatis, potestate sibi ab eisdem Coëlectoribus nostris tradita, Illustrem Principem Dominum Fridericum Ducem Austriæ & Styriæ, Virum Catholicum, & omnibus bonis conditionibus, qvæ tanto regimi-
241 ni, sicut est Romanum Imperium, conveniunt, excellenter præ aliis Principibus adornatum, suo ac nostro & aliorum Coëlectorum nostrorum nobiscum in hac parte consentientium nomine, ex potestate sibi ab iisdem tunc tradita & concessa, invocata Sancti Spiritus gratia, termino & loco antedictis, elegit in Regem Romanorum, in Imperatorem postmodum promovendum. Qvi sic electus divinæ nolens resistere voluntati, hujusmodi canonicæ electioni de se factæ, super hoc ab eisdem cum magna diligentia interpellatus, consensit, & deinde per Nos, cui hoc secundum habitam hactenus à tempore, cujus non est memoria, observantiam & ex indulto Sedis Apostolicæ nomine Coloniensis Ecclesiæ, competit, die certa, qvæ fuit festum Beatæ Catharinæ nuper præteritum, ad hoc statuta, & proclamatione, sicut juris est, præmissa, in Regem Romanorum extitit inunctus, & cum solennitate debita regali Diademate coronatus. Qvæ omnia & singula ex decreto electionis prædictæ, Domini Rudolphi Comitis Palatini prædicti & Rudolphi Ducis Saxoniæ Coëlectorum nostrorum Sigillis, suo & aliorum cum eis consentientium nomine, sigillato, cui etiam cum nostro sigillo præsens nostra supplicatio est annexa, & per instrumenta de mandato prædicto Comiti Palatino à nobis dato, & de inunctione & coronatione prædictis conscripta, & in formam publicam redacta luci-

lucide demonſtrantur. Qvapropter Sanctitati veſtræ humiliter ſupplicamus, qva- 242
tenus electionem ſupradictam, & prædicto Domino Friderico Chriſtianæ fidei fervido Zelatore tam canonice factam, & coronationem noſtram exigente juſtitia ſubſecutam, ex ſolita Paternitatis veſtræ Clementia dignemini approbare, eundemqve Eccleſiæ Romanæ & Virum devotum paternis viſceribus confovere. Datum IV. Kalend. Decembris, Anno Domini prædicto.

Hucusqve *tria* illa diplomata antiqva, ex qvibus æqve ac ex *Alberti Argentinenſis* & *Joannis Cuſpiniani* ſupra citatis locis clariſſime elucet, *Fridericum Auſtriacum*, cognomine *Pulchrum*, reſpectu electionis & coronationis ſuæ, non minori jure Catalogo Imperatorum Romanorum inſerendum eſſe, qvam *Ludovicum Bavarum*, qvi *ſeqventi* die, nempe XV. Kalend. Novembris ſive d. 20. Octobris ab altera Electorum parte contra eundem Imperator electus eſt. Licet etiam Imp. *Fridericus* ab Imp. *Ludovico* A. CIↃ CCC XXII. ſuperatus prælio, triennalem ſubierit captivitatem, attamen non renuntiavit, ut à (1) qvibusdam falſo traditum eſt, Imperatorio ſuo Juri & Titulo recuperandæ libertatis cauſa, ſed poſteaqvam A. CIↃ CCC XXV. è cuſtodia dimiſſus eſt, *pari* deinceps *poteſtate* cum Imp. *Ludovico* Imperium Romanum gubernavit, uti ex ſubjuncto Reconciliationis diplomate, qvod *Joannes Cuſpinianus* in ſua Deſcriptione Auſtriæ (2) primus publicavit, videre eſt: 243

WIr Ludwich und Friderich/ von Gottes Gnaden Römiſche Künige/ zu allen Zeitten merer des Reichs/ thun kundt allen den/ die diſen brieff ſehen/ oder hören leſen/ daß Wir in dem namen Gottes/ Gott vnd ſeinen heiligen zu lob/ der Kirchen zu Rom zu ehren/ Römiſchen Reich zu frum/ vnd der heiligen Chriſtenheit zu fride vnd zu ſchirm/ nach weiſer vnd gelerter leutte/ pfaffen und läyen rhatt vnd weiſung/ vns miteinander verainet vnd verbunden haben ewiglich/ daß wir das Römiſche Reich/ darzu Wir beyde erwölt vnd geweicht ſein/ mit allen ſeinen würden/ ehren/ rechten/ leutten und guettern/ vnd waß es hat/ vnd darzu gehört/ über alle die welt miteinander/ gleich als ain perſon/ ainem nicht baß dan dem andern jetweder/ mer noch minder beſitzen/ haben pflegen/ vnd handlen ſollen/ vnd wellen vns miteinander beholffen ſein mit ſtetter trew/ mit retten/ mit arbait/ mit fla·ßikhait/ mit reden/ mit werckhen/ vnd mit allen vnd an allen ſachen/ als ferꝛ vns leib und gut wärett/ wider aller menigkhlich/ vnd ſollen ainer den andern nit laſſen/ noch im entweichen/ ob ainen ſonderlich ſach angeing/ weltlich oder geiſtlich; ſonder was ains ſach iſt/ die ſoll ouch deß andern ſein/ auff alle ort/ vnd auff alle not: vnd ſollen übel vnd gut/ frum̃ vnd ſchaden/ gleich 244
wegen an allen dingen. Wir ſollen auch gleich eer haben zu ſtraſſen/ zu khirchen/ vnd an aller ſtatt/ vnd vns baide Römiſche Khönige vnd merer deß Reichs ſchreiben vnd nennen/ vnd vns Brüder haiſſen vnd ſchreiben aneinander/ vnd auch als Brüder haben. Vnd wer vnder vns dem andern ſchreibet/ der ſol im fürſetzen: ſchreiben wir aber beide miteinander handtueſt vnd breiff/ ſo ſetz ſich der heutte/ der morgen für/ daß daran khain vorgang ſei. Handlet vnſer ainer icht/ do der ander nit entgegen iſt/ an welcherlay ſach das iſt/ der ſoll das thun in jehnes vnd in ſeinen namen/ vnd ſoll iñ fürwerffen/ daß man nicht war nem/ daß die handlung deß pöſer ſey/ der ſie thuet/ dann deß andern; wann vnſer werck von baider wegen vntä:lig geſchehen ſollen/ an allen dingen. W:r ſollen tzway newe Inſigel machen/ in den yetwedern vnſer baider namen geſchriben ſein/ vnd in vnſerm Künig Ludwigs Inſigel ſol Künig Friderichs namen vorſteen; als den in vnſerm Künig Friderichs Inſigel/ ſol Künig Ludwigs namen vorſteen; vnd ſollen die Inſigel gleicher gröſſe/ form vnd puechſtab ſein. Was groſſe Lehen/ als Künigreiche/ Fürſtenthumb/ Grafſchafft/ Herrſchafft/ vnd die anderſt groſſe lehen ſeind/ dem Reich ledig werdent/ die ſollen wir baide mit 245
ainander leihen/ vnd ainer an den andern nicht. Ander weltliche lehen vnd geiſtliche/ Probſtey/ khirchen/ wie ſie genant ſein/ werden die ledig/ wer die verleihet vnter vns/ 'ol der ander ſtat haben/ vnd hat für:ʒang. Leihen wir aber gleich/ wer die gwer ee gwiendt/ der gwintt. Vnd nach weltlichen lehen/ die ledig werdent/ welcher vnder vns leihet/ der ſol den aidt nach dem lehen nemen/ daß vns bäiden geſchworen werd: vnd der fürgeſetzt an dem äid/

(U) der

(1) *Vide Joan. Georg. Herbarti Apologiam pro Imp. Ludovico Bavaro contra Bzovium.*
(2) *Pag. 638, 639. & 640. Baſileenſis editionis Joan. Oporini A. 1553. in fol.*

der nit entgegen ist: vnd sol er den lehen man zu dem andern weisen/ so er schierist zu jm khumen mag / daß er sie auch von jm empfahe. Ist es aber das ein geistlicher oder weltlicher Fürst/ Prelat oder Herre / der sein lehen von dem Reiche nemmen soll / von vnsern ainen emphieng / der soll den aid von jm nemen vnd in zu den andern weysen / als vorgeschriben stet. Vnser yetweder an den andern/ sol noch mag des Reichs steet/ burg/ veste/ herrschafft/ landt vnd leutte vnd was so groß ist/ nicht emphremden noch vorkhumnen/ noch gar grosse sache handelen. Feet vnser einer gen Wälischlanden/ dem sol der ander sein gewalt hinein geben/ vnd jhener diesen hie aussen lassen williglich. Was auch vnser ainer fürbaß
244 thuet/ das sol der ander stat haben/ vnd bestätigen mit seinen brieffen. Was aber vorher vnser yetweder gethan hat/ mit gaben/ mit lehen/ mit versehen/ verkhumbern / vnd welcherlay anders das ist/ es sey an weltlich oder an geistlich sachen / da er gewalt hett / daß sol stet sein yederman. Es sei dan/ daß wir mit gemainem Rat vnd willen dem Reich baß gebessern mügen/ vnd mit namen was wir Künig Ludwig gen vnsern sün dem Margraven von Brandenburg vnd gen vnserm aiden dem Margraven von Meissen/ mit lehen jrer Fürstenthumb/ vnd mit andern gethon haben/ das sol gantz vnd stet seyn: haben wir baider seit ein gut oder ding/ was das ist/ zwaien oder mer gegeben / verlihen / versetzt / oder verkhumbert/ welcher des in nutz vnd gwer sitzet/ dem sol das belaiben. Alles auch das vnser yetweder deß Reichs jnne hat/ oder noch eingewinnet/ land/ leutte vnd wie das genant ist / daß sol er den ander vnderthänig machen; vnd wer einen geschworen hat / oder schweret / der sol dem andern auch schweeren/ Er sey Fürst weltlich oder geistlich/ Grave/ frey/ dienstmann/ Stätt/ marckt/ pfaffen oder laye: vnd wer vnser aines frund vnd günner (1) wer aber sich deß setzte/ wieder den sollen wir vns aneinander beholffen sein mit aller Macht/ daß der oder
245 die sein benöttet werden. Wir sollen auch baide ainen Hoffrichter vnd einen Hoffschriber haben/ daß vnser gericht ungetailt sey; vnd die sollen ein halbs Jar/ oder vierteljares / bey vnser ainem/ das ander tail bey dem andern seyn: vnd was vor vnser ainem gerichtet wird/ das ist vor dem andern stät: vnd das angefachet wird vor ainem/ daß mag geendet werden vor dem andern/ vnd herwieder khumen als digk sich die Zil verlauffen: vnd wer vor vnser ainem geachtet würde / der mag vor dem andern darvon khummen/ wann es ain gericht vnd Richter ist. Was auch vor vns gericht zwischen den die vns für Khünig hetten/ daß soll baider seitt stett sein vnd volfiert werden: Was aber wir Khünig Friderich gen den die an Khünig Ludwigen jähen nach der vnser Khlage / vnd wir Khünig Ludwig hinwieder gen den die Khünig Friderich jähen/ nach der vnser Khlag gerichter haben/ das ist baider seit ab: vnd soll yederman fürbaß von dem andern recht nemmen vnd thun. Vber daß alles/ an allen sachen/ wirden vnd eeren in allen landen/ über alle die welt / zu allen rechten und wirden vnd zu allen dingen gen Fürsten gaistlich oder weltlich/ Graven/ freien/ stetten/ gen Reichen vnd armen/ edlen vnd vnedlen/ sein Wir gleiches gewalts vnd herrschafft / daß aintweder der vorder noch der hinder/ der ober noch der nider ist in allem daß das Reich hat:
246 vnd sollen vns baid setzen als ain man/ ob man wider vns/ oder wider vnser ainen mit gaistlichen oder weltlichen sachen/ es seind pfaffen oder laye/ icht es ich gehandeln oder thun wolt/ oder vor gehandelt oder gethon hett / vns oder dem Reich zu geverde oder zu schaden / welcherlay weiß das ist: vnd sollen vns an ainander nit lassen/ durch khain not / geistlich oder weltlich. Vnd wann wir in Gott/ vnd mit Gott/ alles das vorgeschriebenist / ainmüttiglich gethan haben/ gehaissen wir bey vnsern ayden vnd trewen / die wir darüber leiplich geschworen und g geben haben/ vnd bey aller Verbindnuß/ der wir vns gen Gott zwischen vns vor vnsern Beichtigern vor verbunden haben/ daß wir es alles von wort zu wort / als oben geschrieben ist/ biß an vnser baider ende vntzerbrochenlich stett vnd gantz halten/ leiplich vnd getrewlich/ vnd voltüren wellen/ an allen seinen Stücken; vnd besonderlich/ daß wir in der aynung dem Römischen Reich sein eere/ sein gut/ vnd wirde vordern / wären/ halten / vnd meren wellen / mit aller Macht / als wir ferrist mügen leibs vnd gutz halb / nach rechtem glauben vnd Christlichen leben. Darüber zu urkhund haben Wir diesen brieff mit vnsern anhangenden insigel / der wir jetzt walten versiglen vnd gehäissen / bey aller der Verbin-
247 dung/ als nun vorgeschrieben ist/ daß wir in vernewren vnd versigeln mit unsern newen insigeln/ als sy schirest gegraben werdent. Aller der vorgeschriben sachen sein gezeüge/ Grave Berch-

(1) ist/ daß der des andern vreunt vnd günner sey.

Berchtolt von Hennenberg/ Friderich Burggrave von Nürnberg/ Bruder Conrad von Gundelfingen Maister des Teutschen Ordens in Teutschen landen / Herman von Lichtenberg Cantzler / Maister Ulrich der Wilde oberste Schreiber unsers Künig Ludwigs/ Dieterich von Billichdorff/ Hans Drugsäß von Diessenhofen/ Weigand von Trawsnicht/ Bruder Conrad Prior von Münichen/ und Bruder Gottfrid Prior zu Maurbach in aller Hailigentall unser baider Beichtiger/ die alle dobei gewesen seint. Der Brieff ist geben zu Münichen/ an dem Pfintztag vor unser Frawentag/ als sie geborn wardt / da man zalt von Christi Geburt dreyzehen hundert Jar/ darnach in dem fünff und zwantzigsten Jare/ in dem ailfften Jar unsers Reichs.

Versio hujus diplomatis latina, qvam *Joannes Georgius Herwartus ab Hohenburg* Serenissimi Ducis Bavariæ olim Consiliarius Intimus, & Inclytorum Bavariæ Ordinum Cancellarius, (1) *Apologiæ*, suæ pro Imp. *Ludovico Bavaro* inseruit, hæc est:

Nos Ludovicus & Fridericus Dei Gratia, Romanorum Reges semper Augusti, notum facimus omnibus has literas visuris, aut legi audituris, qvod in nomine Dei, ad Dei & Sanctorum ejus laudem, Ecclesiæ Romanæ honorem, Romani Imperii utilitatem & Sanctæ Christianitatis pacem ac defensionem, juxta sapientum atqve doctorum virorum clericorum ac laicorum consilium & informationem, nos invicem reconciliavimus & confœderavimus in perpetuum, ea lege, ut Romanum Imperium, ad qvod ambo electi & consecrati sumus, cum omnibus suis dignitatibus, honoribus, juribus, hominibus atqve bonis, & qvidqvid habet, & ad illud pertinet, in universo Mundo pariter tanqvam una persona, unus non melius, qvam alter, nec plus, aut minus possideamus, habeamus, procuremus & administremus. Volumus etiam Nos invicem adjuvare perpetua fide, vindicando, laborando, satagendo, loqvendo, agendo, & cum omnibus, atqve in omnibus rebus, qvousqve nostrum corpus & bona perdurant, contra qvoscunqve, ac debet alter alterum non deserere, nec ab ipso discedere, si alteri peculiaria negotia fierent secularia, aut spiritualia: sed causa unius esto etiam alterius, in omni loco, & in omni necessitate. Debemus insuper malum & bonum, emolumentum & damnum pariter æstimare omnibus in rebus, parem qvoqve dignitatem habere in viis, in Ecclesiis, & in omni loco; & Nos ambos Romanos Reges & Augustos scribere & nominare, & nos fratres vocare & scribere invicem, atqve etiam ceu fratres gerere: Et qvi ex Nobis alteri scribit, is eum præponat, cum vero scribimus ambo simul privilegia, vel literas, tum præponat se hic hodie, ille cras; ut in hoc prærogativa sit nulla. Cum agit unus nostrum qvippiam altero absente qvacunqve in re, id agat alterius & suo nomine, illumqve præferat, ut non animadvertatur, actum ejus esse meliorem, qvi eum perficit, qvam alterius, qvandoqvidem actiones utriusqve nostrum indivisæ fieri debent in omnibus rebus. Debemus etiam duo nova sigilla facere, in qvibus ambobus utriusqve nostrum nomina scripta sint, & in nostro Regis Ludovici sigillo debet Regis Friderici nomen præcedere, sicut in nostro Regis Friderici sigillo debet Regis Ludovici nomen praire, & debent sigilla ejusdem magnitudinis, formæ & literæ esse. Qvæ majora feuda, utpote Regna, Principatus, Comitatus, & qvæ alias majora feuda sunt, ad Imperium devolvuntur, ea debemus ambo simul conferre, non alter absqve altero. Alia secularia feuda & Ecclesiastica, Præposituræ, Ecclesiæ, qvomodocunqve nominentur, si vacent, eaqve alteruter conferat ex nobis, alter ratum habeto, & firmum. Si autem simul conferamus feudum; qvi investituram prius conseqvitur, is acqvirit feudum: Et in secularibus feudis, qvæ vacant, alteruter qvi ex nobis ea confert, homagium pro feudo ita recipiat, ut nobis ambobus juretur & præponatur in juramento, qvi non est præsens. Vasallum item ad alterum dirigat, qvamprimum eum adire poterit, ut feudum ab eo qvoqve accipiat. Qvod si vero Ecclesiasticus aut secularis Princeps, Prælatus vel Dominus, qvi sua feuda ab Imperio accipere tenetur, ab altero nostrum acciperet, is homagium ab eo recipiat, eumqve ad alterum dirigat, sicut supra scriptum est. Alter nostrum absqve altero, non debet, nec potest Imperii civitates, castra, munitiones, dominia, terras, & homines & qvidqvid tam magnum est, alienare, neqve oppignorare, neqve res valde magnas pertractare. Si proficiscatur unus ex nobis in Italiam, huic debet alter mandatum suum eo tradere, & iste huic hic (in Germania) relinqvere sponte. Qvidqvid etiam unus nostrum in posterum facit, hoc debet alter ratum habere & confirmare suis literis. Qvidqvid autem

248 249 250

(1) *Prodiit ea in lucem Monachii typis Nicolai Henrici, Anno* 1618 *in* 4to.

autem antea uterqve nostrum fecit, donando, feuda conferendo, providendo, oppignorando, & qvocunqve alio modo, sive in Secularibus sive in Ecclesiasticis rebus, in qvibus potestatem habet, id firmum esto omnibus, nisi id communi consilio & voluntate, in melius ad Imperii utilitatem mutare possimus, & nominatim qvidqvid Nos Rex Ludovicus erga nostrum filium Marchionem Brandenburgensem, & erga nostrum generum Marchionem Misnensem feuda Principatuum, aliaqve eis conferendo fecimus, ratum & firmum esto. Si utrinqve rem aliqvam & bonum qvodcunqve, duobus vel pluribus dedimus, in feudum contulimus, oppignoravimus; qvicunqve possidet hoc & evicit, penes illum maneto. Omne qvoqve, qvod alteruter nostrum de Imperio possidet, aut deinceps acqvirit, terras, homines, aut qvidvis aliud, id alteri subjiciat; & qvicunqve uni juravit vel jurat, is alteri qvoqve juret, sive sit Princeps Secularis, sive Ecclesiasticus, Comes, Liber, Vasallus, Civitas, Oppidum, Clericus sive Laicus, & qvisqvis unius nostrum amicus est & fautor, alterius qvoqve amicus & fautor esto: qvi vero hoc denegaverit, contra hunc debemus nos invicem juvare pro viribus, ut ille vel illi cogantur. Debemus qvoqve Nos ambo eundem Judicem Curiæ, & eundem Scribam Curiæ habere, ut nostrum judicium indivisum sit; & hi debent per dimidium annum, vel per qvartam partem anni modo apud unum, modo apud alterum nostrum per vices manere; & qvidqvid coram uno ex nobis judicabitur, hoc erit coram altero ratum; & qvod inchoatur coram uno, hoc potest, finiri coram altero, & vicissim reassumi, qvotiescunqve termini elabuntur; & qvisqvis ab uno nostrum bannitur, is potest coram altero absolvi, siqvidem unum est judicium & unus judex. Qvidqvid etiam coram Nobis judicatum est inter eos, qvi Nos pro Regibus habebant, hoc debet ex utraqve parte ratum esse, & ad finem perduci: qvidqvid autem Nos Rex Fridericus contra illos qvi Regis Ludovici partes seqvebantur ad nostrorum actionem; & Nos Rex Ludovicus vicissim contra Regis Friderici sectatores super nostrorum postulationem judicavimus, hoc est utrinqve cassum: & debet qvilibet in posterum ab altero jus petere, & facere super hæc omnia, in omnibus rebus, dignitatibus, honoribus, in omnibus terris totius orbis, ad omnia jura & dignitates, circa res omnes, erga Principes Ecclesiasticos vel Seculares, Comites, Liberos, Civitates, Divites & Pauperes, Nobiles & Ignobiles; qvibus omnibus sumus paris potestatis & dominationis, adeo ut neuter nostrum prior vel posterior, superior vel inferior sit in omnibus, qvæ Imperium habet: & debemus Nos ambos tanqvam unus Vir opponere, si contra Nos vel alterum ex nobis in Spiritualibus & Secularibus negotiis, sive Clerici sive Laici, aliqvid unqvam agere vel facere vellent, aut antehac egissent fecissentve in nostrum aut Imperii præjudicium qvocunqve modo: debemus item nos invicem non deserere per ullam necessitatem Ecclesiasticam vel Secularem. Et qvandoqvidem Nos in DEO, & cum DEO, omne qvod supra scriptum est, unanimiter fecimus, promittimus per juramentum nostrum & fidem, qvæ super hæc corporaliter præstitimus, & dedimus sub omni obligatione, qva Nos erga DEUM coram nostris Confessariis antea constrinximus: qvod nos omnia de verbo ad verbum, sicut supra scriptum est, usq; ad nostrum utriusqve obitum, inviolabiliter rata ac integra tenere amabiliter & fideliter, & perficere volumus in omnibus suis partibus: & præcipue qvod nos in hac reconciliatione Romano Imperio suum honorem, sua bona & dignitatem promovere, tutari, tenere & augere volumus omni nostra ope, ac vi qvanta maxima poterimus, in corpore & bonis, secundum veram fidem & Christianam vitam. In qvorum testimonium damus has literas, cum dependentibus nostris sigillis, & promittimus sub omni obligatione supra scripta, qvod illas velimus renovare, & sigillare nostris novis sigillis, qvam primum illa sculpta fuerint. Omnium supra scriptarum rerum sunt testes Comes Bertholdus de Henneberg, Fridericus Burggravius de Nürnberg, Frater Conradus de Gundelfingen Magister Teutonici Ordinis in Alemania, Hermannus à Liechtenberg Cancellarius, Magister Ulricus Wilde, supremus Scriba nostri Regis Ludovici, Dietericus de Pillichdorf, Joannes Dapifer de Diessenhoven, Beigandus à Trausnicht, Frater Conradus Prior de Monachio, & Frater Gottfridus Prior Maurbachensis in omnium Sanctorum Valle, utriusqve nostrum Confessarii qvi omnes interfuerunt. Hæ literæ datæ sunt Monachii die Jovis ante Dominæ nostræ diem cum nasceretur, anno à Christi nativitate M CCC XXV. undecimo anno nostri regni.

251 522 253 254

Hucusqve latina versio germanici istius diplomatis, ex qvo, ut supra jam monui, cuilibet videre est, Imp. *Fridericum Pulchrum*, licet is ab Imp. *Ludovico Bavaro*


A.

A. 1322. ſuperatus prælio, triennalem ſubierit captivitatem, Imperatorio tamen ſuo juri & Titulo recuperandæ libertatis cauſa non renunciaſſe, ſed, poſteaqvam A. 1325. è cuſtodia dimiſſus eſt, *pari* deinceps *poteſtate* cum Imp. *Ludovico Bavaro*, Imperium Romanum gubernaſſe, ideoqve maximam illi fieri injuriam, ſi Imperatorum Romanorum Catalogo excludatur.

Poſt mortem Imp. *Ludovici Bavari*, qvæ in annum 1347. incidit, & poſt recuſationem *Eduardi* Regis Angliæ, cui ſub principium ſeqventis anni 1348. major Electorum pars contra *Carolum IV.* qvi ſuperſtite adhuc Imp. *Ludovico Bavaro* A. 1346. illegitima ratione, & illicitis modis Imperatoris titulum ſibi acqviſivit, Imperium obtulerat, legitime qvidem ab iisdem Electoribus eodem anno in Imperatorem electus eſt *Fridericus Landgravius Thuringiæ & Marchio & Miſniæ*, Princeps acer ac ſtrenuus, qvi unus tunc inter omnes Germaniæ Principes prudentiæ, gravitatis, fortitudinis & opum gloria excellebat, & ad Imperium bene adminiſtrandum omnia neceſſaria belli & pacis præſidia allaturus eſſe videbatur; ſed, qvia præter omnium ſpem & opinionem, ne per novum cum Imp. *Carolo IV.* bellum Germania, plus ſatis jam afflicta, denuo perturbaretur, electioni non conſenſit, jure ac merito is Imperatorum Romanorum Catalogo excluditur: utpote cum ad Imperatoriæ Majeſtatis *ſubſtantialem* perfectionem non ſolum *legitima electio*, ſed & electi *legitimus conſenſus* neceſſario reqviratur. 255

Qvartus Fridericus, qvi ante Imp. *Fridericum*, Imp. *Maximiliani I.* patrem, ad Imperiale faſtigium pervenit, eſt *Fridericus Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis*, Ducis *Magni Junioris* & *Catharinæ* filiæ *Woldemari* Marchionis Brandenburgenſis filius, Princeps bellicoſus & prudens, qvi A. C. 1400. Francofurti poſt abdicationem Imp. *Wenceslai Ignavi*, ab Electoribus legitime & cum legitimo ſuo conſenſu in Imperatorem electus eſt, &, licet eodem anno in reditu à Comitiis inſtinctu Archiepiſcopi Moguntini, qvi ſolus ejus electioni adverſatus erat, prope *Fritzlariam* per *Comitem de Waldeck* inſidioſe circumventus, & ante coronationem ſuam perfide occiſus ſit, Catalogo tamen Imperatorum Romanorum non eſt excludendus; qvippe cum certo conſtet, ſi qvis ſecundum conſtitutionem S. Imperii Romani, qvæ *Aurea* dicitur *Bulla*, vel ab omnibus Electoribus, vel à majori & potiori eorundem parte, in Imperatorem rite eligatur, ipſe autem iis conſentiendo, oblatam S. Imperii commiſſionem acceptet, & pro Imperatore ſe gerens, univerſis & ſingulis Principibus Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus omnia ipſorum jura, privilegia, dignitates, conſuetudines & poſſeſſiones ſine mora ac contradictione confirmet, hoc facto, etſi ne *Germanica* qvidem adhuc ſubſecuta ſit *coronatio*, revera tamen illum jam eſſe *Imperatorem*, ideoqve haut injuria *titulo* qvoqve *Imperatoris* condecorandum eſſe. 256

Hinc igitur apparet, qvo jure in *Diario Sacri Itineris Cellenſis* monuerim, Imp. *Fridericum* Imp. *Maximiliani I.* patrem, qvi vulgo *Tertius* vel *Qvartus* cognominatur, revera *Qvintum* eſſe appellandum; nempe reſpectu *electionis* ſuæ per Principes Electores Germaniæ, à qvibus A. 1440. d. 2. Februarii Francofurti legitime, & cum legitimo ſuo conſenſu Imperator creatus eſt. Qvod autem Ipſe Imp. *Fridericus* tam in *Epitaphio*, qvod Ipſe ſibi vivus compoſuit, & etiamnunc *Vindobonæ* in Cathedrali Baſilica *S. Stephani* juxta ſepulchrum Ejus marmoreæ tabulæ inſculptum cernitur, qvam in (1) ſupra memorato *Vitæ ſuæ Diario*, propria Ipſius manu exarato, aliisqve variis monumentis manuſcriptis, qvæ in *Auguſtisſima Bibliotheca Cæſarea* adſervantur, partim integra ſcriptura, partim vero per abbreviatam hanc Nominis ſui notam 257



(1) *Vide præcedens Diarium Sacri Itineris Cellenſis à Segmento IX. usqve ad Segmentum XX.*

Tertium ſe appellat, non fit reſpectu *electionis & coronationis Germanicæ*, & qvaſi ſupputatione hac Imp. *Fridericus Auſtriacus* cognomine *Pulcher* & Imp. *Fridericus Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis* Imperatorum Romanorum numero excludantur, ſed reſpectu *coronationis Romanæ per Summum Pontificem:* qvippe qvam ex *qvatuor* præcedentibus *Fridericis* duo tantum conſecuti ſunt; nempe Imp. *Fridericus I.* ſive *Ænobarbus* & Imp. *Fridericus II.* Imp. *Friderici I.* ex filio Imp. *Henrico Aſpero* nepos, qvi-
258 bus Ipſe acceſſit *Tertius*, utpote qvi A. 1451. à Summo Pontifice *Nicolao V. Romæ* in Baſilica Vaticana *S. Petri* coronatus eſt.

De reliqvo, cum jam abſolviſſem hoc Additamentum, &, uti cætera omnia ſcripta mea, clementiſſimæ *Ipſius S. Cæſareæ Majeſtatis* cenſuræ ac limatiſſimo *Ejusdem* judicio illud ſubjeciſſem, contigit, ut *Ea* non tantum more ſolito ſtudioſiſſime id perlegerit, ſed & ipſum iſtud authenticum Diploma, qvo Imperatorum *Friderici Auſtriaci* & *Ludovici Bavari* Reconciliatio, & de S. Imperio Romano pari poteſtate adminiſtrando Concordia continetur, ſumma diligentia inveſtigandum curaverit, tam ut Ipſius Imp. *Friderici* exiſtimatio defenderetur contra eos, qvi illum libertatis recuperandæ cauſa Imperatorio ſuo juri ac Titulo renuntiaſſe falſo aſſerunt, qvam ut manifeſtaretur innocentia integerrimi, & de re literaria optime meriti Viri, *Joannis Cuſpiniani*, Imp. *Maximiliani I.* Hiſtoriographi, qvi jam memoratum Diploma in ſua *Deſcriptione Auſtriæ* primus publicavit, ideoqve à *Joanne Georgio Herwarto*, Bavarico olim Cancellario, in *Apologia* ſua pro Imp. *Ludovico Bavaro*, tanqvam falſi & à ſe conficti Diplomatis editor, commiſſæ fraudis arguitur. Antiqvum igitur hoc, nec minus incorruptum, qvam genuinum Hiſtoriæ Auſtriaco-
259 Bavaricæ monumentum, ipſum, inqvam, illud authenticum Diploma Reconciliationis Imperatorum *Friderici Auſtriaci* & *Ludovici Bavari*, qvod Sacratiſſimus Glorioſiſſimusqve Imperator noſter LEOPOLDUS die *decimo ſeptimo Octobris* anni hujus *milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi ſexti*, circa horam *qvintam* pomeridianam, propria manu mihi tradere dignatus eſt, adſervatur etiam nunc in *Auguſtiſſimo Archivo Cæſareo Vindobonenſi*, & cuilibet, cui videndi ejus cupido eſt ſine ulla tergiverſatione monſtrabitur. Scriptum illud eſt in membrana, & appenſa habet *duo* ſigilla cerea unius ejusdem coloris & magnitudinis; in qvorum *dextro* circum imaginem Imp. *Ludovici Bavari*, Imperatoriis ornati inſignibus, & in ſolio Imperiali ſedentis, hæc leguntur verba: LUDOVICUS DEI GRATIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUSTUS; in *ſiniſtro* autem circum imaginem Imp. *Friderici Pulchri*, itidem Imperatoriis ornamentis inſigniti, & in ſolio Imperiali ſedentis, hæc: FRIDERICUS DEI GRATIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUSTUS. Qvod deniqve ad ipſum Diplomatis *contextum* attinet, nulla inter authenticum hoc Diploma *manuſcriptum*, & Cuſpinianæam editionem *impreſſam* eſt diſcrepantia,
260 niſi qvod obſoleta illa Germanicæ linguæ orthographia, qvæ *qvarto* ab hinc ſeculo in uſu fuit, ſecundum *recentiorem* loqvendi ſcribendiqve rationem aliqvantulum immutata ſit; uti patet ex ſubjuncto hoc fideliſſimo *Apographo* meo, ſi cum Cuſpinianæa editione conferatur.

WIr Ludowich vñ Friderich von Gots gnaden Romiſche Chunige ze allen zeiten mer' dez Riches. Tuon chuont allen die diſen brief ſehent od' horent leſen. Daz wir in dem namen Gots/ Got vñ ſinen Heiligen ze lobe/ d' Chirchen zuo Rome ze Eren/ Romiſchem Riche ze fruom vñ d' Heiligen criſtenheit ze fride vñ ze ſch'm nach weiſer vnd gelert' Laeute Pfaffen vñ leyen Rat vñ wiſuong/ vns mit ein and' v'ainet vñ v'bunden haben ewiclich. Daz wir daz Romiſche Riche darzo wir bede erwelt vñ geweihet ſein mit allen ſeinen wirden/ Eren/ rechten/ laeuten/ vñ guoten/ vñ ſwaz ez hat vñ darzo gehoert vber al die w't mit ein and' glich als ein Perſone einem nicht baz dann dem and'n ietwed'm mer noch minre beſitzen/ haben/ pflegn/ vñ handeln ſullen/ vnd ſullen vns mit ein and' behelfen ſein mit ſtaet' trave/ mit Raeten/ mit arbeit/ mit vletzzicheit/ mit reden/ vñ w'chen/ vñ mit allen vñ an allen ſachen als v'e vns leip vñ guot weret wid' aller maennic!ich. Vnd ſullen ein'
261 den and'n nicht lazzen noch im entwichen ob einen ſund'liche ſache ar giengе w'tlich od' geiſtlich

lich. Sund' swaz eins sache ist die sol sein dez and'n auf alle ort vñ auf alle not / vñ sullen
vbel vñ guot/ fruom vñ schaden glich tragen an allen dingen. Wir sullen auch gliche Ere
haben ze strazzen/ ze Chirchen/ vnd an aller stat/ vnd vns bede Romische Chunige vnd mer'
dez Riches schriben vnd nennen/ vnd vns brueder hezzen vnd schriben an ein and' vnd auch
als brueder haben. Vnd sw' vnd' vns dem and'n schribet/ der sol in fuer setzen. Schri-
ben av' wir bede mit ein and' Hantvest/ od' briefe/ so setze sich der heute/ d' morgen fuer daz
daran khain vorganch sei. Handelt vnser ein' icht do d' and'n nicht engagen ist an swel-
cherlay sache daz ist/ d' sol daz tuon in ienes vnd in seinem namen / vnd sol in fuer w'fen daz
man icht waene/ daz die handeluong dez baz sei d' si tuot/ dann dez and'n wann vnser w'ch
von beder wegn vnteilich geschehen sullen an allen dingen. Wir sullen zwei niwe Insigel
machen in den ietwed'm vnser beder namen gegraben sein. Vnd in vns'm Chunig Ludo-
wiges insigel sol Chunig Friderichs name vor sten. Alsam in vns'm Chunig Frider'. in-
sigel sol Chunig Ludowiges name vor steen; vnd sullen die insigel glicher greezze/ forme/ vñ
buochstab sein. Swaz grozzer lehen als Chunichriche/ Fürstentuom / Grafschaft / Her-
schaft/ vnd die and's grozze lehen seint/ dem Riche ledich w'dent/ die sullen wir bede mit ein 262
and' leihen/ vnd einer an den and'n nicht. Ander w'tliche lehen vnd geistliche/ Probestey/
Chirchen/ vnd swie si genant seint w'dent die ledich/ sw' die e-leihet vnd' vns das sol d' and'
staete haben/ vnd hat fuerganch. Leihen wir av' glich. w' die Gewere / e-gewinnet / d' ge-
winnet/ vnd nach w'tlichen lehen die ledich w'dent swelcher die vnd' vns leihet d' sol den ayt
nach den lehen naemen/ daz vns beden geswor w'de/ vnd der fuer gesetzet an dem ayde der
nicht engagen ist/ vnd sol er den lehenman zvo dem and'n wisen so er schirest zvo im chuomen
mach/ daz er si auch von im enphahe. Sam ist ob ein geistlicher / od' w'tlicher Fürste/ Pre-
late/ oder H're/ der seine lehen von dem Riche naemen sol von vns'm einem enphienge/ der sol
den ayt von im naemen/ vñ in zvo dem and'n wisen als vor geschriben stet. Vnser entwed'
an den and'n sol noch mach dez Riches Stete/ Buerg/ Vestn/ Herschaft/ lant vñ laeute/ vnd
swaz so grozees ist/ nicht enpfremden / noch v'chvomm'n/ noch gar grozze sache handeln.
Vert vnser ein' ein gein Waelischen landen/ dem sol d' and' seinen gewalt hin ein geben/ vñ
ien' disem hie auz lazzen volliclich. Swaz auch vnser einer furbaz tuot/ daz sol d' and' stete
haben/ vnd bestigen mit seinen briefn. Swas av' vor her vnser ietwed' getan hat/ mit ga- 263
be/ mit lehen/ mit versetzen/ v'chvomm'n/ vnd swelcherley and's daz ist/ ez sei an w'tlichen/ od'
an geistlichen sachen/ do er gewalt hett/ daz sol staete sein iedem manne: Es sei danne daz wir
mit gemainen Rat vnd willen dem Riche daz gebezz'n moegn. Vnd mit namen swaz wir
Chunig Ludowich gein vns'm Soone dem Marchgrafen von Brandembuorch / vnd gein
vns'm Eydem dem Marchgrafen von Mysne mit lehen irre Fürstentuom / vñ mit and'n
sachen getan haben/ daz sol gantz vnd staete sein. Haben wir bedersit ein Guot / od' dinch
swaz daz ist zwein/ od' mer/ gegeben/ v'lihen/ v'setzet/ od' v'chvomm't/ swelcher dz in nuetz vñ
gewere sitzet/ dem sol daz beliben. Allez auch daz vnser ietweder dez Riches inne hat / oder
noch ein gewinnet/ Lant/ laevte/ vnd swie daz genant ist/ daz sol er dem and'n vnd'tenich ma-
chen. Vnd sw' einem gesworn hat/ oder schweret/ der sol dem and'n auch sweren. Er
sey Furste/ w'tlich od' geistlich/ Grafe/ Vreye/ dienstman/ Stete/ Maercht / Pfaffe/ oder
leye/ vnd sw' vnser eins vreunt vnd gvenn' ist/ daz der dez and'n vreunt vnd gvenn' sei. Sw'
av' sich dez saetzte/ wid' den sullen wir vns an ein and' beholfen sein mit aller macht/ daz der/
oder die sein benoetet w'den. Wir sullen auch bede einen Hofrichter vnd einen Hofschriber 264
haben/ daz vnser Gericht vngeteilet sey/ vnd die sullen halbs jar oder ein vierteil jares bey vn-
ser einem/ daz ander teil bei dem and'n sein. Vñ swaz vor vnser einem gerichtet wirt / daz
ist vor dem and'n staete/ vnd daz angevenget wirt vor einem/ daz mach geendet w'den vor dem
and'n/ vnd herwider vnd hin chvomen als dicke sich die zil v'loufen. Vnd sw' vor vnser ei-
nem gedechtet wirt/ d' mach vor dem and'n davon chvomen wann ez ein Gericht vnd Richt
ist. Swaz auch vor vns gerichtet ist zwischen den die vns fuer Chunige hetten / daz sol be-
dersit staete sein / vnd volfuert w'den. Swaz av' wir Chunig Frider' gein den die an
Chunig Ludowigen iahen nach der vns'n clage/ vnd wir Chunig Ludowig hinwid' gein den
die an Chunig Frider'. iahen nach der vns'n clage gerichtet haben/ daz ist bedersit abe / vnd
sol ied'man fuerbaz von dem and'n recht naemen vnd tuon. Vber daz allez an allen sachen/
wirden/ vnd Eren in allen Landen vber al die w'lt ze allen rechten vnd wirden / vnd ze allen
din-

dingen gein Fursten/ geistlich vnd w'tlich/ Grafen/ Vreyen/ Steten/ gein Richen vnd Armen/ Edeln und Vnedeln sein wir gliches gewaltes vnd Herschafft/ daz entwed' der vor der/ noch der hind'/ der ober/ noch der nider ist in allem daz daz Riche hat. Vnd sullen vns bede 265 setzen als ein man/ ob man wid' vns / od' wider vnser einen mit geistlichen od' w'tlichen sachen ez sei Pfaffe oder leye ichtes icht handeln oder tuon wolt/ od' vor gehandelt/od' getan hett vns/ od' dem Riche zvo gev'de/ oder ze schaden swelcherley weis daz ist. Vnd sullen vns dez an ein and' nicht lazzen/ duorch dhain not geistlich oder w'tlich. Vnd wanne wir in Got vnd mit Got allez daz vor geschriben ist/ einmueticlich getan haben. Geheissen wir bei vnsern eyden vnd traven/ die wir dar vber leiplich gesworn/ vnd gegeben haben/ vnd bey aller v'bundnvoz der wir vns gein Got/ zwischen vns vor vnsern Pichtig'n/ vor v'bunden haben / daz wir ez allez von worte ze worte/ als oben geschriben ist biz an vnser beder ende vntzerbrochenlich staet vnd gantz haben / lieplich vnd get'welich/ vnd volfueren an allen seinen stuocken. Vnd besunderlich daz wir in der aynvoz dem Romischen Riche seine Ere / sein Guot / vnd wirde vordern / weren / halten / vnd meren mit aller macht als wir v'rest moegn leibes vnd guotes nach rechtem glouben vnd cristenlichen leben. Dar vber zvo vrchuend geben wir disen brief mit vnsern hangenden insigeln/ der wir ietzo walten/ versigelten. Vnd geheizzen bei aller der v'bundnvoz/ als nuo vor geschriben ist / daz wir in v'niwen vnd v'sigeln mit 266 vnsern niwen Insigeln als si schierest gegraben w'dent. Aller der vorgeschriben sache seint gezeuge Grafe Bertolt von Hennemberg/ Frider'. Burgrafe von Nuremberg / bruod' Chuonrat von Gundelfingen Maister dez Deutschen Ordens in Deutschen Landen / Herman von Lichtemberg Cantzeler/ Maister Vlrich der Wilde Oberster Schrib' vnser Chunig Ludowiges/ Dytrich von Pilichtorf/ Hans Truchtsaetze von Dyezzenhofen/ Weignant von Trausnicht/ brud' Conrat Prior von Müenchen / vnd bruoder Goetfrit Prior zuo Mowerbach in aller Heiligen tal vnser beder Pichtiger/ die alle do bei gewesen seint. Der brief ist geben zuo Munchen an dem Pfintztag vor vnser Vrowen tag als si geborn wart. Do man zalt von Crists gebuert Dreutzehen huond't Jar. Darnach in dem finnf vnd zweintzigistem Jare. In dem Eylisten Jare vns'\s Riches.

Hucusq; *Additamentum primum*, ad præcedens *Sacri Itineris Cellensis Diarium* pertinens. Qvod superest, licet per varias causas impossibile sit, ut in præsens *cætera* qvoqve *Additamenta*, qvæ simul edere constitueram, consueta diligentia ac soliditate elaborem & absolvam, *Indicem* tamen eorum hic subjungo, tanqvam futuræ cujusdam imaginis primam adumbrationem, ne *primarium* cujusq; *argumentum* omnino latitet.

267 ADDITAMENTUM II.

DE *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis* elegantissimo (1) Codice membranaceo, A. C. 1358. scripto, qvi continet antiqvam illam *Rerum Hungaricarum Historiam*, ex qva *Joannes de Thwrocz*, alias *de Thurocz & Turocius*, sive *Turocensis* dictus, *primam & secundam* partem Operis istius, qvod (2) *Chronica Hungarorum* inscribitur, partim simpliciter, partim interpolate mutuatus est:

ut &

de altero ejusdem *Augustissimæ Bibliothecæ* antiqvo Codice membranaceo manu-scripto, qvo continetur alia qvædam hactenus inedita *Historia Hungarica*, cujus autor in principio Præfationis suæ se appellat *Belæ Regis Hungariæ Notarium*:

nec non

de *prima* & rarissima *Historiæ Hungaricæ* editione impressa, qvæ A. C. 1473. *Budæ* typis *Andreæ Hess* in fol. in lucem prodiit & à jam memorato Andrea dedicata est *Ladizlao* Præposito Ecclesiæ Budensis ac Regis *Matthiæ Corvini* Vice-Cancellario.

Perti-

(1) *Est is inter Historicos Latinos MStos* qvadringentesimus sextus.

(2) *Editiones hujus Chronici in Augustissima Bibliotheca Cæsarea extant tres; nempe* Brunensis *sive* Brinnensis *Anno* 1488. *d.* 20. *Martii in folio*; Augustana *Anno* 1488. *tertio Nonas Junii typis Erhardi Ratdolt in 4to: &* Francofurtensis, *A.* 1600 *typis hæredum Andreæ Wechelt in folio, inter Scriptores Rerum Hungaricarum uno Syntagmate comprehensos.*

Pertinet autem hoc Additamentum ſecundum ad præcedentis Diarii Segmentum trigeſimum primum, p. 60. 61. 62.

ADDITAMENTUM III.

268

DE *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* pervetuſto Codice Membranaceo, ante *mille* circiter annos ſcripto, qvi inter Codices Theologicos Latinos MStos eſt *treceneſimtus ſexageſimus*, & præter antiqvum *Calendarium Eccleſiaſticum* hactenus ineditum, qvo Hiſtoria tam profana, qvam ſacra non mediocriter illuſtrari poteſt; nec non præter *formulam ſacræ Confeſſionis priſca Germanica lingua conceptam, & S. Gregorii Magni Librum Sacramentorum* genuinum, & minime interpolatum, inſuper qvoqve continet ejusdem *S. Gregorii Magni hactenus ineditum Benedictionale* ſive ſyntagma ſolennium ſacrarum Benedictionum in Sancta Eccleſia Catholica ante mille & ſexaginta annos uſitatarum.

Pertinet autem hoc Additamentum tertium ad præcedentis Diarii Segmentum qvadrageſimum, p. 84. 85. & 86.

ADDITAMENTUM IV.

DE *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* antiqvo Codice, inter MStos Theologicos Græcos *centeſimo ſexageſimo qvarto*, qvo præter alia varia variorum opuſcula continetur etiam *Calliſti Patriarchæ Conſtantinopolitani Homilia* ſive *Oratio in Obdormitionem ſive Obitum Beatiſſimæ Dei-Genitricis* hactenus inedita, cujus titulus & principium ſe habent hoc modo:

269

τοῦ ἁγιωτάτȣ Πατριάρχȣ κωνςαντινȣπόλεως Κυρίȣ Καλλίςȣ ὁμιλία εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκȣ.

Μέγα καὶ παράδοξον, Ἀδελφοὶ, καὶ πάντων, ȣ̓χ ἡμῶν, μόνον ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τῆς τῶν ἀγγέλων αὐτῶν φύσεως ὑπερβαῖνον πάντα καὶ νȣ̃ν καὶ διάνοιαν ἐκτετέλεςαι σήμερον. τὰ γὰρ, &c.

Pertinet autem hoc Additamentum qvartum ad præcedentis Diarii Segmentum trigeſimum octavum p. 79. & Segm. qvinqvageſimum nonum, p. 143. 144. 145. 146 & 147.

ADDITAMENTUM V.

DE *fornicibus ſepulchralibus*, qvi ab antiqvis *Hebræis* ſupra *ſpeluncas ſepulchrorum* extruebantur: item de *faſciatione mortuorum* apud eosdem uſitata, & de *linteis ſepulchralibus*; ut & de antiqviſſimis *tribus tabulis*, ſine ulla controverſia ante *annos mille & ducentos pictis*, qvæ ad hoc argumentum pertinent, & in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* incomparabili Codice Græco membranaceo, aureis & argenteis literis majusculis ſcripto, & *primum Hiſtoriæ Moſaicæ librum* complectente, etiam nunc viſuntur ſatis incolumes, una cum aliis *qvadraginta qvinq;* ejusdem vetuſtatis picturis, qvarum beneficio cum variæ aliæ Antiqvitates tam ſacræ, qvam profanæ, tum inprimis *Romæ ſubterraneæ imagines* & maxima pars *Rei veſtiariæ*, apud diverſas gentes antiqvitus uſitatæ, plurimum poſſunt illuſtrari.

270

Pertinet autem hoc Additamentum qvintum præcipue ad præcedentis Diarii Segmentum LXIV. p. 165. 166.

ADDITAMENTUM. VI.

DE *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis* antiqvis Codicibus manu-ſcriptis *Græcis & Latinis*, qvibus Opera *S. Dionyſii Areopagitæ* continentur; & inter hæc *Epiſtola* qvædam hactenus inedita de *Morte SS. Apoſtolorum Petri & Pauli ad S. Timotheum* Epiſcopum Epheſinum.

Pertinet autem hoc Additamentum ad præcedentis Diarii Segmentum LXIX. LXX. LXXI. & LXXII. à p. 177. usq; ad p. 199.

FINIS.

INDEX.

A.

B.

C.

D.

E.

K.

L.

M.

Mat-

N.

O.

P.

FINIS.

ARCA-

ARCANA
STUDIORUM
OMNIUM
METHODUS,
ET
BIBLIOTHECA
SCIENTIARUM, LIBRORUMQUE, EARUM ORDINE TRIBUTORUM, UNIVERSALIS,

AUCTORE

R.P. ALEXANDRO FICHET,
SOCIETATIS JESU, D. THEOLOGO.

Dimidium & Totum.

Ad editionem quæ prodiit
LUGDUNI,
Apud GUILLELMUM BARBIER, Typographum Regium,
A. C. M. DC. XLIX.

Amplissimo, Reverendissimoq; Domino,

D. DE BURGAT,

CATHEDRALIS ECCLESIÆ CABILONENSIS DECANO MERITISSIMO, SANCTÆ CRUCIS PRIORI,

ET

EJUSDEM CABILONENSIS ECCLESIÆ VICARIO GENERALI DIGNISSIMO.

MAJESTATEM *Imperatoriam, quam armorum & legum monumentis, atque munimentis armandam, exornandamque pronuntiabat effato Divino Justinianus, adeo Pietate & Munificentia consecravit Antoninus, ut ex omnibus, & præ omnibus unus, in comitiis Principum, concilioque Deorum, ut in Cæsaribus asseruit Julianus, Imperio dignus censeretur. Ille autem tanti Nominis, &, ut ita dicam, Numinis Imperator, tanto studio, tantisq; impensis Clementiam & vim beneficam excoluit, ut nullum in ea modum amplificanda, nullum ejus commendandæ finem fecerit, donec eam Templo omnium pene augustissimo, Flaminibusque lectissimis indigitaret. Atque ut in eo dedicando, cæteris omnibus infinita laude antecelleret, inaudito Deam, ignotoque vel ingeniis sapientissimis elogio, & nomine appellavit. Dignus plane sempiternæ memoriæ delubro Princeps, cujus nomen sanctissimis quibusque Imperatoribus æmulationis & consecrationis gratia ita impositum est, ut tamen illo tanto oneri ferendo impares, tantoque honore minores se profiterentur.* QUOD ILLE BENEFICENTIÆ, HOC EGO GRATITUDINI TRIBUTUM VELIM : *Enimvero, cum ea Regia liberalitate, & propensa in demerendis mortalibus voluntate, hoc fuerit assecutus, ut eam virtutem velut quoddam æterni numinis simulachrum, in omnium pectoribus consecrarit, nonne hoc elato præconio clamare videntur immortalia ipsius beneficia, ut cultrices munificentiæ gratias, & conciliatricem humanitatis gratitudinem, eodem in templo sanctissimis hisce Religionibus dedicemus; quæ certent officiis & votis perpetuis, quæ sacris operentur continuis, & munerum tuorum prædicatione, tuæ in me juvando, ornandoque benevolentiæ quanta possunt maxima obstricti animi significatione respondeant. Ac quia insolita & inusitata prorsus humanitate, Cabilonensem Civem evehendum duxisti, ut patriam hac veluti laurea coronares more sacris certaminibus vincentium, ut cum Plinio loquar, faciendum etiam hoc operæpretium existimavi, ut inusitato quopiam titulo, & incognito vel experientissimis Ritu sacrum hoc inaugurarer & insignirem. Quod enim illustrissimus æque ac sapientissimus Præses* FERRAUTUS, *Christianissimo Regi, & Serenissimo, Potentissimoque Principi Condæo, a Consiliis, quâ pollet auctoritate & gratia, me velut clientem addictissimum, Patronus æternum observandus, susceperit, ac veluti in statu, quod ajunt, collocarit, Tuæ fuit commendationis; quod illius eximii beneficii perennes fructus percipio quotidie, tuæ est munificentiæ.* TUA *igitur,* TIBI, *de* TUIS, *ut ajebat ille, offero, &* TUUS; *ac ne sic quidem gratus satis, quia meus esse voluisti, & tuos omnes meos, in quibus* GIRARDÆUM *sydus Serenissimo, Victoriosissimoque Heroi Principi Condæo velut Soli Gallico, secretis & consiliis præcurrens, qui, ut apprecor, utinam & mihi cum Jove præside faustus alluceat ab Aulæ cœlo. At quia Gratiarum minima Rogat; maxima vero Confert; tertia, Fert acceptum, & refert de Suo, Ego, quia de meo non habeo, refero de alieno, imo & de Tuo. Tuum enim est Auctoris voto triennali munus hoc, seu potius Sapientiæ templum, & disciplinarum omnium Pantheon, in quo Te Musæ colant omnes ingenuæ, omnia ingeniorum monumenta consecrent, omnes ætatum & scientiarum omnium auctores, testes sint tuæ in me liberalissimæ voluntatis, & præcones, meæque vades gratitudinis & observantiæ. In hoc bonarum artium Musæo, & thesauro cœlestium Doctrinarum, ut cum Eustathio loquar,* Κειμήλιον, ἐφόδιον, πᾶσα ἐπιστημῶν ἀπόῤῥυσις, *sicut* ἐξ ὠκεανοῦ, πάντες ποταμοὶ, πᾶσαι πηγαὶ, πάντα φρέατα. *In Te Virtutum, Dignitatum, Dotiumque animi & disciplinarum concentus; in Te rerum bene gerendarum, cum sacrarum tum publicarum sapientia, felicitas, experientia; in te deligendo, totius Burgundiæ, quæ prima Triumphatricis Galliæ provincia est; Ordinum consensus & votum; nam Condæorum Principum gratiam, & illustrissimi, perfectissimique Antistitis suffragium, qui suas Tibi vices, ob probatam toties in rebus divinis sapientiam commisit, quis extollat pro dignitate? Viden' ut toto scriptorum, ut ita loquar, mundo, comitatus, tuorum orbem meritorum, tuorumque in me multitudinem beneficiorum aggrediar prædicare. Excipe benevole cœtum hunc Sapientum, quocum Te salutatum advenio, & ad tuas litatum aras in Dei Beneficii Templo more Majorum, itaque de eis existima, ut de obsequiosissimis, sicut illi præstantissimum Te, in conferenda gratia demirantur. V. V.*

Amplitudinis tuæ Reverendissimæ,

Servus humillimus, & obsequentissimus Cliens,

G. BARBIER.

Ad initiandos Studiorum mysteriis,

AUCTORIS EPISTOLA.

FErunt a veteribus Romanis, usu, sapientiaque præstantibus, TEMPLA TRIA, murorum ambitu continua ductuque parietum connexa, magno publici boni studio, diligentiaque artis non mediocri, ad eum modum exædificata fuisse, ut ad ultimum e tribus, non nisi per secundum ei proximum, & ad hoc, non alia quam per primum omnium via adiretur. Quibus velut involucris & integumentis, illud innuebant civibus initiandis, Rerum mysteria, disciplinarumque, adeo conglutinata, concatenataque videri inter se, ut ordo discendi, parandique, & partis fruendi, a primis ad media, & ab his ad ultima, supremaque pertineat, prioribusque veluti gradibus jactis ad summa conscendatur; nec aliam esse viam, qua deamatam sibi felicitatem humana possit adipisci industria. PRIMUM autem trium hujusmodi Templorum, quo velut Æditruo, fores ad reliqua duo pandebantur, SCIENTIÆ esse voluerunt, VIRTUTIS alterum, supremum HONORIS, e quo ad BEATÆ VITÆ perveniretur, in cujus possessionem Animus ita informatus, numerisque suis omnibus absolutus merito mittebatur, a DEO sapientiæ Præside, felicitatisque munerario coronandus. Nimirum existimaverunt cordatissimi illi bonarum artium Antistites, veris honoribus aliquem velificari minime posse, nisi virtute niteretur, cujus esca, præmiumque optimum, vera est gloria; neque vero Virtutem exquisitam ulli contingere mortalium, qui Doctrinarum non sit imbutus mysteriis, cum eruditio facem præferre soleat humanæ voluntati, docerique debeat virtus & cognosci, ut pro dignitate excolatur. Eam ob rem, duobus aliis Honoris & Virtutis, a Valerio proditis Maximo, Tertium hoc SCIENTIÆ, Disciplinarumque cœlestium Templum a majoribus prætextum, Symmachus eximii vir ingenii, & eloquentiæ singularis indigitavit. Verumenimvero, veteres illi divino lumine sacrorum mysteriorum destituti, pervidere non potuerunt rerum omnium bonarum ornamentum & principium, GRATIAM, quam si oculis, animisque conspicerere potuissent, adamassent haud dubie; primamque ei ÆDEM, per quam ad alia omnia delubra pateret aditus, religiosissime posuissent. Addamus ergo nos caste, divinis eruditi præceptis, ornati donis, & luce collustrati, veteribus illis, novum istud adytum, reliquorum omnium aditum, in eoque primum figamus gradum; jaciamus hoc primum omnis literaturæ politioris fundamentum & virtutis, GRATIAM; eamque studiorum omnium parentem & nutricem, a præpotente Deo sapientiæ perfectissimæ fonte, precibus, votis, sacrificiis enixissime flagitemus, Hæc Dei, Optimi,

mi, Maximi Parentis filia, Sapientiæ Mater est, qua bene vivimus, qua beate vivemus; quod, ut votorum omnium nostrorum est summum; ita Dei beneficiorum est maximum, maximeque expetendum.

Dicendum est, Deus ipse fuit, Deus inclyte Mystes,

Qui primus vitæ rationem invenit eam, quæ Nunc appellatur sapientia,

Dicendum, inquam, Deoque caste & pie restituendum, quod ei eripere conatus est impie, Lucretius impius, ut impurato & atheo tribueret Epicuro. Ac quia semper a Deo proficiscitur cœlestis hæc disciplina, semper ab eo Salomonis & Siracidis exemplo, conceptisque verbis est postulanda; atque ubi accepta fuerit, ei semper impendenda, ejus obsequio consecranda; ad eum ut finem & scopum, circulo Religionis, ut loquitur Mirandulanus, & fœnore gratitudinis, ut innuit Lactantius, est reducenda, revocandaque; qui est ille toties a Bernardo dilaudatus discendi, sciendique modus. Unde & cœlestes illæ D. Augustini voces, solemnesque Sacramenti nostri literarii formulæ: *Tibi serviat, Domine, quod lego, quod scribo, quidquid utile puer didici*; quibus accinunt verbis lectissimis, sententiisque gravissimis Hilarius, & Arnobius. Tibi serviat, inquam, ὦ Τριάς, κορυφὴ τῆς ἐπιστήμης, quam principio Dionysius invocat: Tibi ὦ πάτηρ σοφίας, Tibi qui λόγος καθολικὸς καὶ νοῦς σοφίας, Tibi πνεῦμα σοφίας νοερὸν ἅγιον. Te Adjutrice, quæ Θεοτόκος μήτηρ σοφίας, Te Custode, qui μυσταγωγὸς σοφίας. His præsidibus duobus, hoc Numen Trinunum, τρισήλιον μορφὴν σοφίας, ut Marguntius adveneratur, in Adyto Gratiæ adoremus, huic pro doctrinarum certamine & corona supplicemus; hoc Studiorum omnium præmium, æternam scilicet Sapientiam, ut acute & pie suo more monet Augustinus, expectemus. Caste literarum limen adeamus. Ne vetitis artibus, aut libris improbatæ lectionis incumbamus; vitemus errorum & vitiorum præcipitia, in vitæ bivio rectam virtutis viam arcte teneamus. Romanæ fidei, Christianæque Religionis veritati inhæreamus invictissime: sit facilius Solem a curriculo suo, quam nos a Sedis Apostolicæ sententia, vel latum, quod ajunt, unguem avocare. Huic Fidei serviant, & assurgant omnes disciplinæ, ipsaque cum Asseclis suis omnibus Regina Sapientia, sic enim demum commodis nostris & saluti, sic non tempori modo & scenæ, sed felicitati & æternitati nostræ serviemus. *Studeamus* hoc animo, ut tertium inclamabat avidissimis Arcanorum suorum Discipulis, Jurisperitorum olim consultissimus. *Studeamus*, inquam, sed Deo, qui tantum scientiæ & sapientiæ bonum non confert nisi *Studiosis*, ut ait Seneca, quique studet semper sui studiosis.

Sidonius Apoll. lib. 7. ep. 14.

Conclamata sunt omnia: Judicio Urbis, Scientia, Dignitas, Virtutis prærogativa, cujus ad maximum culmen meritorum gradibus ascenditur.

Diophantus Bacheti lib. 1. Arithm.

Ταχεῖα εἰς μάθησιν ἐπιθυμία προσλαβοῦσα τὴν διδαχήν.

Velox ad scientiam Cupiditas, nacta Magistrum,

Amor discendi & docendi, Magister optimus. *Plin. Jun. Epist.*

Suidas in dictione Νικόλαος Δαμασκηνός.

N. Δ. Γνώριμος Ἡρώδου καὶ Αὐγούστου, φιλόσοφος περιπατητικός, καὶ πλατωνικός. ἔγραψεν ἱστορίαν καθολικὴν ἐν βιβλίοις ὀγδοήκοντα, καὶ Καίσαρος ἀγωγήν. καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου. γραμματικῆς, ποιητικῆς, τραγῳδίας, κωμῳδίας, ῥητορικῆς, μουσικῆς, τῆς περὶ τὰ μαθήματα θεωρίας, καὶ φιλοσοφίας ἁπάσης ἐπεμελεῖτο. τὸ ΠΟΙΚΙΛΟΝ, τῆς περὶ τὴν αἵρεσιν παιδείας ἀγαπήσας. χαίρειν εἰδέναι πᾶσιν ἔλεγεν ἀεὶ τοῖς μαθήμασι. πολὺ μὲν ἔχουσι τὸ ἐλευθέριοι, πολὺ δὲ τὸ χρήσιμον, εἰς τὸν βίον· πάντων δὲ μάλιστα, τὸ διαγάγωγεν πρός τε νεότητα, καὶ γῆρας. ἔλεγε δὲ καὶ τὰς μούσας ἄρα διὰ τοῦτο πολλὰς ὑπὸ τῶν θεολόγων παραδεδόσθαι. ὅτι πολὺ τὸ ποικίλον ἔχει τὰ παιδεύματα. καὶ τρεῖς πᾶσιν εἶναι χρῆσιν οἰκεῖον. καὶ ὅτι τὴν ἐμπειρίαν αὐτῶν, καὶ ὅτι ἀπόλειψιν ὁμοίως ὑπολάμβανεν εἶναι τῶν βαναύσων τεχνῶν, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἐπονειδιστον τοῖς μετρίως ζῶσι, τήν τε τούτων ἄγνοιαν, καὶ τὴν τῶν βαναύσων ἐπιστήμην. οὕτος μὲν οὖν οὐκ ἔτι οὕτω τῶν παιδευμάτων πρὸς χρηματισμὸν ἐχρήσατο οὐδὲ ἐκαπήλευσεν. Ἔφη δὲ Νικόλαος ἐοικέναι τὴν ὅλην παιδείαν ἀποδημίᾳ· ὡς γὰρ ἐν ταύτῃ προσσυμβαίνει τοῖς ἀποδημοῦσι, καὶ μακρὰν ὁδὸν διεξιοῦσιν ὅπου μὲν ἐγκαταγεσθαί τε καὶ ἐναυλίζεσθαι μόνοι, ὅπου δὲ πλείους ἐνδημεῖν ἡμέρας, ἐνίοις δὲ τόποις ἐκ παρόδου θεωρεῖν, Ἐπανελθόντας μέντοι ταῖς ἑαυτῶν ἐνοικεῖν ἑστίαις· οὕτω καὶ διὰ ὅλης παιδείας διερχομένοις δεῖν ἐν οἷς μὲν ἐπιτηδεύμασιν ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβειν, ἐν οἷς δ' ἐπ' ἔλαττον. καὶ τὰ μὲν ὅλα, τὰ δὲ ἐκ μέρους, τὰ δὲ ἄχρι στοιχειώσεως παραλαμβάνειν, καὶ τὸ ἐκείνων χρήσιμον καταρχείσας, ἐπὶ τὴν ὡς ἀληθῶς πατρῴαν ἀνελθόντας φιλοσοφεῖν.

Hac longa oratione Suidas descripsit ingenium Nicolai Damasceni, qui Encyclopædiam scientiarum, quam ipse exhauserat, omnibus plane commendabat, & studia literarum peregrinationi, patriæque comparabat, ut capite primo docebimus.

METHODI

METHODI STUDIORUM ARCANÆ, LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Primum Initiandorum Mysterium, hoc est, Amare STUDIA, *&* LIBROS: *Nosse Facultates omnes, unam profiteri.*

NICOLAUS Damascenus omni literatura perpolitus, Doctrinarum Studia, Mundumque Scientiarum, non absimilem Peregrinationi jucundissimæ, qua lustratur Orbis universus, eleganti plane sententia, judicioque fundatissimo pronuntiabat. Sicut enim illi, qui solo natali tantisper valere jusso, peregrinationem in alienas oras suscipiunt, ut ea qvæ toto laudantur orbe, oculis usurpent suis, seque peramoeno Mundi velut aperti spectaculo impleant, non figunt ubique gentium sedem, sed fame videndi, audiendique curiositate cumulata, revertuntur in Patriam, Artis & Naturæ Convivæ saturi, ut referant ad suos universi Miracula, jactantes illud *Romam vidimus*, seque deinceps Rerum conspectarum memoria pascentes, amoenitatibus ad satietatem domi perfruantur. Ad eundem plane modum, qui Musas colunt mansuetiores, omnem quidem omnium Disciplinarum Orbem lustrare, universamque, ut vocant, studiorum liberalium Encyclopædiam inspicere penitus solent & exhaurire: unam tamen incolunt patriam, unam amant præ ancillis Reginam Penelopen, una in Scientia conquiescunt, cum qva reliquum vitæ semper exigant Beati, quamque usu & opera perenni profiteantur. Neque enim *Vir Eruditus, qvi ex omnibus ut ajunt, Artibus existit*, ulla in re hospes esse debet; Neque vero eam quam sibi cepit ut *Amatam Vestalem*, potest sine aliarum omnium præsidiis & mundo, vel exornare, vel custodire; Cum scientiæ, sicut Virtutes atque Gratiæ, connexæ sint & concatenatæ, unaque sine aliarum apparatu & comitatu suam tueri dignitatem, aut ab Authore præstari nequaquam possit. Neque vero licet aliquis omnium Artium bonarum peritissimus esse possit, cujusmodi nos Ingeniorum portenta miraculaque Doctrinarum vidimus, omnes tamen scientias aut exercitatione aut magisterio profiteri potest, Cæsar sit licet aut Blesensis, qui septenas simul dictabant Epistolas, verbis & rebus, personis, negotiisque diversissimas. Licet equidem levandi gratia fastidii, ad alias aliqvando more eorum, qui ut otio negotium interpungant, rusticari solent, divertere; Verum, ut ait ille, cum aliqvantisper deambulaveris, solitis spatiis in urbem ad procurandam familiam, opusque procudendum Artis, est revertendum. Qvi simul & intempestive adoriuntur omnia, Metiochi vocitantur & Ardeliones, risuque & sibilo excipiuntur in Theatris: qvi propositum mutant quotidie, semper Tyrones sunt, Magistri nunquam, & ad *filium Inconstantiæ* à Boëtio Epictetoque amandantur, *Inceptis omnia, toto animo nihil:* Scitum illud Aristotelis τὸ Ἓν & Juvenalis, *Humana duas non admittentia curas Pectora*, addo & Senecæ, *Certis ingeniis immorari & innutriri oportet.* Ubi ergo maturo consilio, Numinisque propitii afflatu una delecta est, cui nos despondimus, de divortio, aut missione cogitandum est nunquam, nisi venti contrarii, quibus obsequendum est, reflare coeperint, aut imperiosa Necessitas cogere, aut obsecundans providentia meliora ostentare. Unam qvi colunt, successus habent innumeros; qvi plures sectantur, nullos. Mali patrisfamilias est alienum agrum colere, non suum. Ad hunc lapidem offendunt plerique imperiti suæ, alienæ artis æmuli & sectatores, aliaque omnia potius quam quæ præ manibus sunt spectantes: uni ergo & propriæ incumbendum est facultati; de reliquis, qvod in rem nostram facit, delibandum. Hoc primum in Arcanis nostris, hoc princeps initiandorum mysterium. Hæc Sacra non aliter constant, quæ cum Christiana sint, non Isiaca, non Osiræa, non Mithriaca vel Pythagorica, tanta cæteris antecellunt laude, quanta Christus author salutis & rerum cœlestium Magister, vanissimis nugarum Magistris humanarum. Ament denique hæc studia, studiorumve libros probatæ lectionis ut Animos suos, vt delicias suas, ut Amicos & consiliarios verissimos (sic suadent, Julianus, Laërtius,

tius, Plutarchus, Seneca, Photius) ut fortunæ utriusque remedia, ut animi medicamentum, ornamentum & pabulum, ut bonorum auctores maximorum, ut gradus ad felicitatem & gloriam, ut Beatæ vitæ optimos præceptores. Hic Amor sapientissimus est & sapientes facit; hic vitæ cursus honestissimus, usu felicissimus, æternæque saluti opportunissimus, sive privatum spectes otiũ & commodum, sive Rem expendas publicam. Hic denique lege Regia *Publica privatis præponet, sacra prophanis*, Plura Budæus De *studio litterarum recte instituendo.* opt. Plin. l. 7. ep. 9. Seneca epist. 2. Quintilianus lib. Instit. Orator.

CAPUT II.

Scopus studiorum certus & incertus.

ALTERUM Methodi nostræ ARCANUM, & Cardo studiorum, poli instar magnetici, est *SCOPUS. Finem* alii vocitant qvem sibi qvisque præfigere ab ipsis carceribus sapienti consilio, maturaque deliberatione solet, *si quid ei salit in læva parte mamillæ*, ut admonet Persius, ut *metam* ad qvam citatis equis decurrat, ut portum cui velificetur, ut Spartam qvam incolat & colat: Alioqvi nullo scopo jaculari, & piscari qvod ajunt in aëre, dementium est, impensam & operam ludentium, Eam ob rem Initiandis inclamant Sacerdotes literarum:

Est-ne aliquid quo tendis? & in quid dirigis arcum?

Magnum est Incentivum Virtutis magnumque calcar virium *Scopus*, ut canit illo Veritatis ex adyto

Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria Vires.

Regit etiam Animum, Oculum, Ictum & Manum ipse scopus, Ideo Primo loco proponi solitum in omni Disciplinarum genere cum præmiis innuit Cassianus col. 1. *Ut semper feriat qvodcumque minabitur Arcus.* SCOPI autem appellatione non illos fines alienos innuo, opes Senecæ, lucra Quintiliani, consulatus Ausonii, curiositatem Alexandri, Galeni Divitias, & Honores Justiniani, aut Apollonii famam, qvamvis dixerit Symmachus, per *Ædem Scientiæ* ad Virtutis & Honoris grassari & itare solere candidatos: & Hieronymus *degustare se laboris sui poma prædulcia*, Socratesque *Carpi dulces fructus Radicis amaræ*, neque *Modum illum Sciendi* Bernardo laudatum modò significo, in qvo Dei negotium geritur, & salutis animorum; Decantatissimum enim illud est Platonis, Epicteti, Boëtii, Ambrosii, Trismegisti, DEUM esse SCOPUM in quem omnes nostræ cogitationes, & omnia debent studia collimare, sed sub hoc, scopum alium specto domesticum, quem ut fontem intento demonstrem digito, *scientiam scilicet & Disciplinam* quam sibi quisque sponsam, velut procus, conjugio & confarreatione capit perpetua; & sponsæ Dotalem fundum ac modum. Nam cum alius Divinis scripturarum Oraculis suas dedicet lucubrationes, Alius amet Prudentiam JURIS, Alteri placeat Medicina, Theologiam Iste, Mathematicen Ille, sacram nonnulli eloquentiam ambiant; Et in liberalibus ut vocant Philologiæ studiis, quæ omnes ornant & juvant disciplinas, aliud sequatur Jurisconsultus, aliud Orator, Philosophus aliud; Imo etiam in eadem facultate quam profitetur, alius unam sibi proponat metam ad quam collineet, alius alias sibi describat lineas; facturum me putavi operæ pretium, si studiis omnium dirigendis diversis licet, uno quod ajunt organo communi Polyopto, unoque Instrumento literario inservirem. Quidam enim improbo labore student ut scribant *Digna legi*, ut ait Horatius, quod probo admodum, alii ut etiam dicant, faciant, & doceant publico privatoque salutis bono, quod Heroum est ut Macrobius & Vitruvius prædicant; nonnulli ut animum alant duntaxat, sibique canant intus, quod sapientum otiosorum est negotium: pascitur enim animus studio, ut corpus cibo, ait Augustinus, & pluribus horis vivit dum musinatur, ut major pronuntiat Plinius. Aliqui scientiam unam suscipiunt illustrandam universam; partem alii aliquam dumtaxat, alii singularia tantum, & Electa pro temporis & virium modulo: Denique plerique suas tantum edunt in publicum cogitationes pedaneo contenti Judice, nullis majorum rogatis suffragiis, nullis testium & authorum externis locis, sed unis utentes internis, hoc est, mancam, monoculam, nudam, inornatamque facultatem oratoriam in Theatrum inducentes, fideque & amore auditorum penitus destitutam. Alii vero, senatum rogant universum, & dum suas, Antiquorum ornant firmantque sententiis, sapientem proferunt Eloquentiam, non sua placita, sed senatus consulta loquuntur, Memoriæ miraculo, Judicium fundatissimum commendant, rerum varietate levant auditorum fastidium, oblectant amœnitatibus, aucupiis curiositatis, opinione

pinione Doctrinæ ſenſim obrepunt, ut Rationum firmamentis & ordine dicendi perſuadeant; interdumque cum illud Senecæ, velut ex adyto effantur, SIC CENSEO, non Interpretes ſed Authores, ſenatum etiam ipſum ſuas in partes trahant: Tantas habet vires erudita oratio, tantum auctoritatis & benevolentiæ Doctiſſimus quiſpiam apud omnes promeretur. Sed hæc Corinthus non aditur niſi *Magno labore*, quem effœminati fugiunt; non niſi magno judicio, ingenio præſtanti, memoria præſentiſſima; Magiſtris optimis, opportunitate beata, quæ omnia ut in unum conveniant, muneris eſt plane diviniſſimi. Quoſdam Satyra & cenſura, quoſdam Conſilium, alios capit & oblectat Panegyricus. Hi publico, privatis alii laborant. Illi formicarum coacervant more theſauros communium locorum dumtaxat, alii apum induſtria collectum ê floribus rorem in mella condiunt eloquentiæ & Doctrinarum. Pauci complectuntur animo Bonarum Artium curricula pene omnia, Mundumque ſcientiarum ſtadio, ſicut armis Alexander, expugnandum proponunt ſibi glorioſiſſimo ſane in incœpto, & homine digniſſimo, qui ſacerdos Iſiacus, hoc eſt, omnis entis ſcientiſſimus eſſe debeat, & Palladem ablato velo contueri. Cum ſit *Veritas omnis*, humani ſponſa Intellectus, ut aſſerit Plotinus, & omne ENS humanæ Mentis objectum, ut ſapientes aſſeverant.

SCOPUS autem hic, cum Invocato Numine, Genioqve ſuo cuique conſulto debeat optari, non parum profuerit ſapientes Amicos, & publicæ privatæque rei commoda in conſilium advocare, & cum eis ponere calculos. Notus enim qviſqve Amicis & familiaribus eſt potius quam ſibi, quia *cæcus eſt amor ſui*, & ſibi quiſque ſua in re *Suffenus eſt* & adulator. Conſulat etiam peritos uſuque contritos diuturno Magiſtros, ſed non admodum multos, ne ut ille *Medicorum* turba, ita hic multitudini conſiliorum pereat. Ingenium etiam & naturam ſequatur oportet, eique cum exploratam habuerit, obſequatur: Alius enim ad alia natus eſt, nec omnis fert omnia tellus, ET UT invitis canibus Venatio, ſic quod invita fit Minerva ſucceſſum non habet: Raritas etiam aut multitudo ſymmyſtarum & commilitonum ſpectari conſuevit, facilius enim & proclivius eſt ut inter paucos, aut ſolus quis emineat, qvam in magno ſociorum numero: Difficultas quoque venit in partem conſilii ut & Diuturnitas & Uſus rerum omnium Magiſter optimus, ac viciſſitudo, pretia rerum immutans. Hæc ſane ſuis omnia momentis expendi par eſt, cum ſit hæc omnium deliberationum potiſſima & *quæſtio ſtatus* ut ajunt, qua Vita libratur univerſa & cui Regulas omnes habendi Delectus impendi neceſſum eſt.

Tempus autem hujus Delectus opportuniſſimum illud eſt, quod poſt Rudimenta ſcientiarum poſita primum occurret; vix enim ante illum Temporis articulum, idoneus eſt aliquis ad communes locos, ut par eſt, concinnandos; cum ignoret quibus rebus quæque res uſui eſſe poſſint, aut quibus ipſe rebus indigere poſſit impoſterum, aut denique quibus potiſſimum negotiis & literis operam navaturus. Duas autem ob Cauſas iſta præcipiuntur in hunc modum, quia in ſcholis cruda ſunt adhuc ſtudia, ut cauſatur Petronius, & ſtudendi modus potius à pleriſque omnibus, quam ipſæ ſcientiæ combibuntur; Altera vero potior, quia nulla Diſciplinarum ab ullo, licet à natura bene comparato ſine ſcholarum pulvere fœliciter acquiritur, & ipſa Magiſtra rerum Experientia comperimus, eos qui uſu ſcholarum & Academiarum exercitationibus uti palæſtra limaque contriti exculti qve fuere, in ſummos viros euadere, ſi vel mediocrem adhibeant diligentiam: eos vero qui hanc defugiunt probationem, hærere ſemper in ſalebris, luctari cum difficultatibus, ex quibus ſe expediant numquam, & vix ac ne vix quidem in cacumen erepere poſſe, aut in adyta penetrare Muſarum. Conſultiſſimum tamen eſt ut ipſi tyrones humaniorum literarum & Philoſophiæ communes ordiantur locos, & claſſicorum lectionem auctorum; ſapor enim ille Doctrinarum ineſcat illecebris quibuſdam animos, & famem perpetuam obſonat eruditionis, ita ſuggerit mihi rudimentorum in ſcholis poſitorum recordatio; ita venari canis non deſinit ex quo ſemel *Cervinam pellem latravit in aula*.

QVIBUS integrum non eſt CERTUM ſcopum ſuis ſtudiis præfigere, incertaque meta ſtadium decurrunt, aut inopia conſilii, vel fortunæ modo, vel ſtatus ſui conditione, aut vitæ Religioſæ lege: Primum ii quædam ſtatibus omnibus communia & accommodata comparare poſſunt; qua in claſſe cenſentur, antiquitatum, linguarum, virtutum, vitiorum naturæque totius & artis Religioniſque Myſteria. Deinde conſentaneum eſt ut caput ſui ſtatus arcte teneant, ut eſt apud nos Theologia, Philoſophia, dicendique Artes; & in alienis non deſipiant aut repueraſcant: exci-

excidunt enim ſtatu ſuo dum aut vernaculam poëſim aut alia ludicra ſeriorum tempore ſtudiorum, tentant: *ſtudium* ut ait ille, *inutile;* addo ego, perniciosum. Tertium eſt, ad ea adjiciant animum in quibus ſpes major affulget eventus boni, atque ita omnibus incumbant pro virili, ut nautarum exemplo ſecundum ventos mutare velificationem, & juxta fortunæ modum Diſciplinam profiteri aliam atque aliam queant; Medicinam, Juriſprudentiam, Theologiam, Mathematicen, Philoſophiam, concionatoriam, linguarum peritiam, literas humaniores, togatam armatamque Militiam, Aulam, Caulas. Optimum enim eſt, non tantum duabus ſed pluribus anchoris niti. Atque ut certo in ſtatu, certoque in ſcopo, miſſis inutilibus, optima quæque conſectanda ſunt, quæ in uſum, & rem præſentem veniunt, concitantque admirationem: Ita Scopo incerto, ea quæ in omnem eventum ſunt opportuniſſima, comparanda ſunt. Ita Mathematice Ariſtippo poſt naufragium, Dionyſio poſt exilium Grammatice eſt opitulata; aliis legum & medendi peritia, nobis artes ingenuæ, ſupremæ Diſciplinæ, Conciones, Sapientia Myſtica, locupletiſſimi ſunt inſtar patrimonii: Scopo autem cum incerto maxime, tum etiam certo erit aptiſſimus Ordo communium locorum Alphabeticus Onomaſticorum, qualis Creſpetii, Berchorii, &c.

CORONIS ARCANI SECUNDI.

Milii Aurei in vias omnes Diſtributio, ſeu, Scientiæ in TITULOS *locorum Communium Partitio.*

SCOPO Studiorum præfixo, Scientiaque conſtituta, quam præſtare profiterique certum eſt, è re erit noſtra illam omnem ſub oculos ponere, ac in partes ſuas velut arborem opacam in ramos ſuos dividere, totidemque titulos locorum communium filis atque ſemifoliis ſeparatos, niſi liber puræ cartæ jam compactus arrideat magis, præparare, velut cellas & alveolos quos melle Doctrinarum impleamus. Ita Juriſconſultus dividet Juriſprudentiam in Titulos, ſive Rubricas, & leges paragraphoſque Pandectarum, Codicis, Authenticorum, Feudorum & Inſtitutionum; Similes, ſeu potius eoſdem, in unum, ex libris illis diverſis, conferens & conflans, qui modus edendi Juris in publicum novus eſſet & commodiſſimus, ne ſparſa diverſis libris & titulis cum faſtidio & labore cogeremur emendicare: Ita Theologus in quæſtiones & articulos quatuor partium Summæ Theologicæ, aut in præſtantiores, de Trinitate, Prædeſtinatione, &c. tribuet Divinam Scientiam. Ad eundem modum Archiater Medicinam in partes quinque Fernelii methodo, aut in tres Auſonii Galenique more. Concionator oratoriam Sacram in Evangelia totius anni tribuet. Qui parant commentarios in Sacram Scripturam, ut vocant, aut qui in quoſvis alios libros, eadem arte partes inſtituti ſui deſcribant per capita atque verſiculos & voces, ut qui de Antiquitatibus parant commentarios, in rivulos diverſos monumenta ſua diſpertiunt, ut apud Lipſium & Bulengerum videre eſt. Hic modus juvat plurimum; commentarii ſine ordine licet eruditi, remorantur feſtinantes, ut Fabri Agoniſt. Idem eſto judicium, de Rhetorica, Poëtica & cæteris facultatibus, quarum tabellæ & ſchemata delineata à peritiſſimis proſtant.

Scientia igitur ſine facultate ad hunc modum in partes ſuas omnes tributa; aut certe in præcipuas & maxime utiles pro cujuſq; Scopo; qvidqvid occurret inter cogitandum, diſſerendum, legendum, audiendum, ſtudendum, ad titulum proprium partemque ſcientiæ referemus, quacumque tandem lingua fuerit pronunciatum, eoque arcano modo, capſas illas omnes aureis obſervationibus brevi referciemus. Hoc autem inſtitutum, maturo & ab ipſo Studiorum initio tenendum eſt, ſi modo patres familias divites eſſe velimus, & habere unde vel ex tempore convivas primarum partium in Apolline excipere valeamus, & diutiſſime fortunatiſſimis opibus cum animi voluptate & famæ gloria uti, fruique. Si ſero notare, & ſero ſcribere occeperimus, metuo ne ſero ſapiamus, ac ne ſera nos cito ſtrangulet pœnitentia: legere enim ſine notis, eſt aureum flumen præterfluens haurire cribro; Ac memoriæ fidere, eſt proditori aut furi theſaurum concredere; plena rimarum eſt, hac illac perpluit. Ne cartis, ne notis parcas unqvam, ut famæ parcas, cito enim alioqvi obrepit oblivio, nec ſenibus tantum, & de copia inopiam, de locuplete pauperrimum traducit apud mortales. Qui in libros Rationum accepta & expenſa referunt accurate, Kalendariumque diligenter explorant, hi conſtare ſuas ſibi cernunt divitias, ſua lucra; qvi hanc curam prætermittunt, tædio negotiorum prætermittunt, fruſtra quærunt opes omiſſas, ſero queruntur amiſſas.

ſas. Oblivio Dolium Danaidum eſt, memoria tenax, theſaurus; palimpſeſtus, & carta, memoriæ fideicommiſſum. Adverſaria interdum tumultuario opere exarantur, ut mercaturæ rationes, ſed deinceps per otium, in proprios Titulos velut in libros manipulares & quæſtorios referuntur, ut ſumma conſtet negotiorum.

Locus autem communis, ſeu titulus quilibet erit inſtar libri unius numeris omnibus abſoluti, conſtabitque verbis lectiſſimis, formulis eruditiſſimis, ſcientiæ pronuntiatis & medulla, ſapientiſſimis ſententiis claſſicorum auctorum Lat. Græcor. Hebr. Arabic. Vernaculorum, exemplis illuſtriſſimis mortalium, Gentium moribus, Antiquitatibus & Juribus Nationum, Symbolis, Hieroglyphicis, Emblematis, Stemmatis, Griphis, Proverbiis, Oraculis, Dogmatis, Reſponſis, Monumentis, Legibus, Artefactis, Naturæ totius Arcanis, atque Miraculis, Eventibus, Vaticiniis, Prodigiis, Ludis, Stratagematis; Artibus, Militari, Equeſtri, Venatica, Architectonica, Diagraphice &c. Philoſophorum, Oratorum, Imperatorum, Sacerdotum, Agricolarum, colonorum Diſciplina, &c. Inventionibus rerum, gemmarum pretio, plantarum viribus, &c. rationibus, argumentis, probationibus, refutationibus, amplificationibus, deſcriptionibus, placitis Theologorum, Philoſophorum, Juriſperitorum, Medicorum, oraculis Cōciliorum, omnibus deniq; Internis & Externis locis Rhetorices. Sane qui libros edunt in publicum, eos omni hoc apparatu diſciplinarum inſtruunt, ut oculos omnium in ſe convertant; & qui Bibliothecas adornant nobiles, eas omni ſuppellectile librorum doctiſſimorum locupletant. Quantæ hoc ſit molis & laudis, vel ex eo conſtat quod eruditiſſimi viri in unico horum argumento, puta in oraculis, in proverbiis &c. vitam omnem & operam poſuerunt. Porro ne quempiam commoveat tot Rerum acervus in ſingulos Titulos exaggeratus, repetendum memoria eſt, quod ſupra monuimus, artes omnes concatenatas eſſe, mutuaſque ſibi præſtare operas; quem in modum Aſtrologia juvat Medicos, Juriſprudentia Theologos, Philoſophia & Rhetorica omnibus opitulantur; & omnes ad Sacram Scripturam, Divinamque Scientiam referuntur. Accedit Ars magna Lulli quæ omnia de omnibus prædicat, quia centro Mundi, lineiſque paribus inter ſe connexa ſunt omnia: Idem labyrinthus d'Albartii, idem Piſeus, quod noſtra Methodus præ ſe fert, & profitetur, ſuas autem cogitationes, ſuas inventiones qui communibus utetur locis interponat, itaque proponat, ac ſi ſolus degeret in orbe literatus, omniaque concoquens & veluti ſua depromens. Porro titulos omnes noſtro digeſtos more infra, ut Exercitum aliquem ſub vexillis & ducibus, ordinabimus. Exempla Locorum cōmunium videre eſt in Stobæo præclariſſima.

CAPUT III.

MYSTERIUMQUE TERTIUM.

Ordo Studiorum Labyrinthus.

TERTIUM in ARCANIS noſtris eſt ORDO, quo ut nihil eſt in rerum natura Divinius, cum ducat ad Deum, ut ait Auguſtinus, nihil in adipiſcendis ſcientiis compendioſius, aut in utendis, fruendiſque jucundius, uberius, commodius, ita nihil cum in rem præſentem ventum eſt, ad experiendum difficilius, nil varium magis ad eligendum. Quot capita tot Ordines: mutantur enim pro Geniorum & Ingeniorum ſtomacho & varietate, ſive ſeriem librorum, ſive modum legendorum, ſive rationem excerpendi floſculos fructuſque colligendi per ſpicilegia ſpectemus: Alii enim ab Oratoribus, alii à Poëtis, ab Hiſtoricis nonnulli & variis ipſorum operibus ducunt primordia. Quidam omnium principes delibant Philologos, Roſinum, Lipſium, Fabrum, Bulengerum &c. ut eorum exemplo condiſcant, artem annotandi: plærique ab Artis Magiſtris auſpicantur, Poëtica Pontani, èjuſdemque Rhetorica, à concionatore ſeu oratore Chriſtiano &c. ut artis lineamenta deprehendere norint in authoribus: Itaque tanto cum profectu lectitent auctores, quanto Judicio eos expendunt. Neque enim currendo & libando, ſed lente feſtinando ſuiſque momentis dicta, ſcriptaque ponderando, & ſæpe reguſtando mentem animumque virorum eruditorum haurimus, quæ præcepta ſalis mica adhibita uſu tenenda ſunt. Ita ſunt aliqui ut initium capiant à ſapientibus, Triſmegiſto, Platone, Seneca, Plutarcho, &c. Magna pars victa deſperatione nullum ſervat ordinem, ſed modo hunc, modo illum, pro faſtidio ſtomachi, vel otii opportunitate, liguriunt, quod ſatius eſt quam otio torpere, quod ſine litteris mors eſt: Interdum obſequendum eſt Ingenio, nec obruendus eſt mole ſtudiorum Animus, reſpiret licet & ut

ægro Hippocrates, ſic & nos patienti nauſeam & tædium ut quod ſapit legat, dum noxium non ſit, indulgeamus. Quod in cibis eorumque ordine ſumendorum, hoc etiam in libris uſu venire ſolet: Non omnibus eadem ſapiunt, eadem aut ferculorum ſerie & pompa deguſtantur: ſicut tamen in victu, ita in ſtudiis, qui ſervant ordinem rite præſtitutum, habent melius, vivunt diutius & ſapiunt amplius. Ita & in familia regenda, & exercitu ducendo qui ſervant ordines, pugnant felicius, degunt beatius: Emeritis & jam rude donatis, leges non condimus, norunt ſine Analecta ſtudere. Neque ſcientiis ſuperioribus in hoc capite normam præſcribimus: Habent illæ ſuum Ordinem Compoſitivum à principiis & partibus ad totum, ſi ſpeculativæ ſunt, ut Phyſica, Mathematice, &c. habent Reſolutivum ſeu Analyticum à toto & fine ad partes ut Moralis ſapientia; habent autores & interpretes præfinitos, & materiarum ſeriem, à qua ne latum quidem unguem aberrare poſſunt. Politior autem literatura, ſeu Philologia, nec certis finitur cancellis, nec authoribus aut itineribus certis continetur. Res eſt immenſi, infiniti, & incertiſſimi Operis, opuſque eſt filo pluſquam Ariadnæo, ad emergendum. Qui Latinam apprime jam callent linguam, orationemque jam ſunt aſſecuti limatam & perpolitam, dum legant optimos quoſque, eruditiſſimoſque authores ad comparandam ſupellectilem auream Doctrinæ, non admodum intereſt quo ordine promoveant ſtudia, ſi Hiſtoriam exceperis, quæ Temporum ſeriem, quorum eſt Teſtis, affectatur. Illis autem qui Tyrocinium ponunt, necdum initiatis author eſſem, ut ab iis qui ſtylum incude, quod ajunt, Tulliana procudunt & formant, ordiantur, ac Ciceronis *Paradoxa* primum combibant, ubi artis initia in illuſtri extant emblemate, & dictio admodum eſt elaborata: Experientia didici in hac brevi Tabella totum orbem eloquentiæ depingi & hoc eſſe totius Oratoriæ facultatis compendium: Tum illas faciliores & ſecundarum partium orationes delibent, accurate artificium & elegantiam expendentes, pro Archia Poëta, pro lege Manilia, pro Deiotaro Rege, pro Ligario, pro Amerino, contra Catilinam; Ab his gradum faciant ad Grandiloquentiam fulmineam & magnificam, quæ in Philippicis, Miloniana, Verrinis & ſimilibus tonat. Libros tamen de Oratore, Partitioneſque Oratorias ad Artem pernoſcendam prælibatos eſſe oportuit; ſub hæc, defatigatum Rhetorica illa contentione Animum, Philoſophicis libris aureo labentibus flumine recreabunt, de Amicitia, Senectute, natura Deorum, Officiorum, &c.

Tum juverit conciones Hiſtoricorum Latinorum uno comprehenſas volumine propter Artis & ſermonis elegantiam reguſtare, *Nec enim ſatis eſt vidiſſe ſemel juvat uſque tueri.* Deinceps ſumant in manus, aurea conſcriptos lingua, Livii Annales, & alios oris Romani Roſcios, Salluſtiū, Cæſarem, Curtium Velleium Paterculum, Florum, Valerium Maximum, & qui noſtris floruerunt temporibus, veteris eloquentiæ æmuli, ſæculique illius aurei Reliquiæ, Paulum Æmylium, Jovium, Maffeium, Turſellinum, Orlandinum, Jachinum, Stradam, Hiſtoriam proſtratæ Rebellionis &c. Mureti & Perpiniani Orationes, & ſimilium qui notiores ſunt, quam ut noſtra indigeant commendatione, vel nomenclatura. Si Artem Dicendi ſpectes, ſemper in ore & ſinu habendi ſunt Panegyrici illi prope Divini, Plinii, Pacati, Nazarii, Nemeſii, Auſonii; ſtylo tamen inferiores ſunt prioribus, jam inclinata ſcilicet *ætate & flore SUADÆ.* Neque vero his cedit Themiſtius, Chryſoſtomus, Dio, Maximus Tyrius, Libanius, Julianus Imp. Ariſtides. Denique primi illi & ſummi Oratores ipſius Ciceronis initiatores, Demoſthenes, Iſocrates, Æſchines, Lyſias, Dinarchus, Lycurgus, Gorgias; & Græcorum hiſtoricorum conciones uno cum Latinis concluſæ codice.

Epiſtolas Ciceronis præcipuas, ad Q. fratrem, ad Atticum, & familiares, horis velim legi ſubciſivis, non continuo ſtudio quia verbis tantum valent, non ſucco Doctrinæ, ſi aliquas exceperis: nauſeam autem patitur animus legentis & famem, ſi floribus duntaxat, non fructibus alitur. Plus habent ſanguinis & ſapientiæ Hieronymi Epiſtolæ, Plinianæ, & Symmachi, ſimiles ſunt Ciceronianis.

Demum Oratores vernaculo ſermone præſtantes, & quavis lingua celebres evoluendi, uſuque terendi ſunt: ad hos enim reliqui veteres referuntur informandos, & horum ſermone ſuadet eloquentia conterraneis ſuis: eam ob rem vernaculam patriæ linguam, præ aliis omnibus, Orator debet excolere.

De Lactantio, Cypriano, Hieronymo, Tertulliano, Minutio Felice, Arnobio, Ambroſio, Salviano, Favo Patrum Lat. deque Græcis Patribus facundiſſimis dicemus, poſtea

ſtea feſtis diebus delibandis. Poſt Oratorium ſtylum Poëſis, quæ dignitate & utilitate poſterior eſt, inferiorque multo, locum & tempus obtinebit ſuum: neque enim miſcenda ſunt hæc ſtudia, vel alia ulla, niſi levandi animi gratia, faſtidiique mitigandi cauſa interdum, ut author eſt Quintilianus. *Ut non in eadem Tabella alii ſuper alios vultus pingendi ſunt*, ſic nec in eodem animo Diſciplinarum imagines tam variæ, perturbant enim Rationem & in antiquum Chaos omnia revolvunt: quæ diſtincta diremptaque Divinus ordo protulit in lucem. Aberrant igitur à ſcopo longiſſime, qui quotidie omnia deguſtare nituntur ſtudiorum Genera, qui Matutinum tempus Oratoribus tribuunt, Poëtis vero veſpertinum, quia facultas una aliam loco movet, & neutra bene condiſcitur, cum ſimul diſcitur. Animus integer & ſolida dies impendenda eſt cuilibet facultati, quæ *totum Hominem* ut ajunt, ſibi depoſcit. Alia Ratio puerorum eſt in ſcholis, qui dimidii plus ſunt, quam toti, ob levitatem. A metamorphoſi purgata, & Homero ducendum eſt principium propter fabularum peritiam; à Propertio propter elegiaci carminis elegantiam, Tum à Virgilio ob ſtyli puritatem rerumque judicium. Hinc ad Statium fiet gradus ob inventionum Poëticarum fœcunditatem, deinde veniendum erit ad Horatium Lyricorum Latinorum principem, Tum ad Claudiani panegyricos, tragœdias Senecæ, Plauti, Terentiique, luſtratas comœdias, Phædri fabulas Latiniſſimas. Idem in Græcis elegiacis, heroicis, lyricis, tragicis, comicis erit ordo tenendus, dummodo Homerum, Pindarum, Theocritum, Theognidem, Euripidem, Ariſtophanem habeant familiares: Reliquos deinde Latinos & Græcos ex utroque choro poëtarum ſalutare licebit per otium: prælibanda tamen foret ars Ariſtotelis Poëtica, Horatii, Scaligeri, Pontani; & Muſæum noſtrum Poëticum choro poëtarum præfixum, ut ejuſdem Ariſtotelis Rhetorica & Halicarnaſſei, ac Quintiliani, & Muſæum noſtrum Rhetoricum ante Oratorum lectionem. Hæ vices ternis, aut ſenis menſibus, interpolato ſtudio fructuoſiſſime amœniſſimeque inter oratoriam & poëticam obſervabuntur. Ubi ſtylus uterque cum lectione, tum imitatione & alio exercitationum genere fuerit comparatus, ad Philologos itare licebit initio ab antiquioribus ſumpto, Athenæo, Pauſania, Macrobio, Agellio, Luciano, Philoſtrato &c. Præire tamen poſſunt cum utilitate, tum dignitate, Plinius, Plutarchus, Seneca, Vitruvius, Cato, Varro, Columella, Palladius &c. quorum uſu judicium formatur, quod caput artis eſt in ſtudiis.

Ordo Historiæ, cum à ſtylo diſceſſeris, idem eſt qui temporum & ætatum: ordiendum enim eſt ab Hiſtoria Moſis omnium antiquiſſima, ut docent, Euſebius, Clemens Alex. & alii innumeri, inde ad Babylonicam, Ægyptiacam, Perſicam, Græcam, Romanam veniendum, tum ad Eccleſiaſticam, Euſebii, Sozomeni, Socratis, Theodoreti, Evagrii, Nicephori &c. Tum ad Regnorum Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Germaniæ, &c. Provinciarum, Urbium, Familiarum, Religioſorum Ordinum. Primus eſto, ſecundum Moſem Joſephus (Beroſus enim, ut alii plures quos laudat Euſebius, injuria temporum exciderunt nobis irreparabili jactura) tum Herodotus, Xenophon, Thucydides, Theopompus ſive Juſtinus, Diodorus Siculus, Plutarchus, Polybius, Livius, Halicarnaſſeus, Salluſtius, Cæſar, Suetonius, Dio Caſſius, Tacitus, Spartianus, Capitolinus, Lampridius, Trebellius Pollio, Vulcatius, Vopiſcus, Amianus Marcell. &c. ut ex catalogo deſcribendo conſtabit. Mixti ex variis interſerendi ſunt aliis, ut Juſtinus, Diod. Plut. Polyb. Conferendi ſunt inter ſe qui eandem ſcripſere Hiſtoriam ut exploratior ſit veritas, loca, tempora, ſucceſſus, circumſtantiaſque omnes, ut vocant, ſuis momentis trutinando, Prudentiamque politicam exquiſito rerum geſtarum Judicio comparando. Chronologia quoque perneceſſaria eſt, vt quo quælibet res tempore, & Coſmographia, ut quo loco, & ubinam Gentium geratur, exploratum habeamus: eam ob rem dum pelleguntur Hiſtoriæ temporum, operæ pretium eſt ante oculos ponere cartas Geographicas, & Chronologorum canones atque periodos Euſebii, Pontaci, Scaligeri, Petavii, Saillani, Spondani, &c. Ac quia communes loci, cum ex Sacris, tum ex Profanis auctoribus coaleſcunt, interea dum ſolidos præſtolamur annos SS. Patrum ſtudio dedicandos, opportunum erit ſacris feſtiſque diebus, ſacros oratores & Poëtas qui pietatem cum eloquentia conjunxerunt arctiſſime, manu pertractare, ingenioque deguſtare, Cyprianum, Lactantium, Hieronymum, Ambroſium de virg. & off. Minutium Felicem, Eucherii Epiſc. ad Valerianum, Paulini & Sidoni epiſtolas, Hilarium Arelat. de laude vitæ ſolit. Vincentium Lirinenſ. Salvianum,

Arno-

Arnobium, Tertullianum, Xyſti Diſſertationes tres, poëtam Prudentium, Boëtium,&c. in choro poëtarum Sacro. Edidimus olim Lugduni Favum SS. Patrum in quo dulciſſima mella ſacræ fluunt eloquentiæ ex citatis hoc loco condita. Erit unus inſtar plurimorum.

APPENDIX ORDINIS STUDIORUM.

Methodus locorum communium.

JAM ut ad modum aptandi concinnandique comunes locos, qui labyrinthus eſt omnium fere ingeniorum, Theſeis exceptis, accedat oratio; ſic ſunt aliqui laboris hoſtes, nihil ut annotent, cribrum ut ajunt lavantes, aquam haurientes nullam, canentes cum cicada, colligentes nihil, quibus opima merces eſt inopia rerum & verborum. Nonnulli moræ impatientes & ordinis, nulla lege ſervata, deſcribunt ea quæ occurrunt ſine ulla prorſus Titulorum Rubrica, Myconum unam & Babylonem ut ajunt ædificantes, inutili penitus inſtituto. Neque enim ex congeſtis in unum acervum tam variis ſcrutis eruere poſſunt quæ ad rem & propoſitum faciant ſine jactura temporis maxima, tædioque inextricabili ſummæ difficultatis. Haud abſimiles illis qui vaſa omnia, ruſticum omne inſtrumentum; omnemque ſupellectilem domeſticam in ſtruem unam conjicerent temere, unde vaſculum nullum ad uſum familiæ valerent eximere niſi poſt exantlatos Herculeos labores, & jam elapſa utendi opportunitate. Occurremus ajunt huic malo, INDICIS opera; ſed plærumque ad Kalendas Græcas, numquam, aut ſero, cum jam uſus eſt nullus: Deinde Indicis Apparatus, plenum eſt tædii opus, atque faſtidii, & labor ille Pſyches intricatiſſimus. Nam cum notæ quæ ad eandem rem pertinent unoque in loco paratæ & ad manum eſſe deberent, ſparſæ ſint ut Oſiridis membra, locis mille, mille notandi ſunt numeri, paginæ adeundæ mille, quæ res ad reſtim adigit. Peius habent ii qui notant nihil, & cum oblivioni fecerint, ſapere coguntur per Indices Librorum, quod Medicorum eſt, aut è Theatro Eruditorum excedere, cum nec habeant quod dicant aut conſcribant: fruſtra enim quærunt amiſſa, quæ ipſi prodegerunt. Quo autem collocces eum qui comunes locos magno concinnatos ſudore conſulit numquam? Dandus ſane eſt Horatiano ſeni collega & comes, qui

Quærit & inventis miſer abſtinet & timet uti.

Fefellit tempus, inquies; ſit ita, ſed & fefellit operam. Quidam hoc inſtituto vivunt, ut libros eruditos quos legunt, in compendium & ſummam brevem redigant, aut ſelecta tantum & cedro digna, quæ deinceps certis temporum ſpatiis relegant, unoque velut oculi conjectu ingentia velut terrarum ſpatia contemplentur: ſed huic comodo, æqualia ſunt eadem incomoda quæ ſupra in INDICE reperimus. Aliqui leporem unum tantum conſectantur, exempli gratia, calceum Balduinus, funera Guicciardinus, Coronas Paſchalius &c. atque hi quidem levius laborant & jucundius, ſed non evadunt admodum locupletes. Eſt aliquid tamen, *unius ſeſe dominum feciſſe lacertæ*. Unum qui novit bene novit, ſatius in uno primas tenere quam in multis tertias. Quantus eſt Lipſius in Poliorceticis, & Amphitheatro? Gilbertus in Magnete: Faber in Agoniſtico; merito de his canas illud:

Sæpius in libro memoratur Perſius uno
Quam levis in tota Marſus Amazonide.

Hi tamen rem illam unicam ſuas in partes & Titulos tribuere amant, ut ſuccedat eis opera: ſic Roſinus Antiquitates Romanas, Curopalates Conſtantinopolitanas, ſic alii Templa, Statuas, Numiſmata, Pompas, Sacrificia, Legatos, Triumphos, ſunt proſecuti.

Ordine literarum alii iter faciunt, Alphabeticum vocant, varias pro numero rerum ducentes lineas, ut in officina loculos & pyxides; atque hic modus, tam comodus eſt quam comunis & vulgatus. In quo illud accurate præſtandum eſt, ut ſingulis literis non parentur plures cartæ quam ferat neceſſitas & occaſio, alioqui fient ingentes tomi, & notæ pauciſſimæ in pleriſq; literis, ridebunturq;

Rari nantes in Gurgite vaſto.

Tituli porro omnes ſubdividendi ſunt in partes præcipuas, ne permixta ſint omnia, ſed non in minuta ſegmenta, ne ſint diverticula potius quam compendia, AMOR, v.g. in genere: Amor Humanus: Amor Divinus, Amoris cauſæ, Amoris vires & damna, opera &c. pars autem paginæ dimidia Sacris, pars altera profanis detur: erit enim percomoda partitio ad uſum. Jam ſemifolio, quod filo & linea coërcetur, notis impleto, aliud ſemifolium adjicitur, & ſic deinceps creſcit opus, quod longe comodius eſt libris puris & compactis. Mul-

Multi inter legendum, exſcribunt nihil, ſed locum dumtaxat calamo deſignant, ut ſuo tempore cum occaſio poſtulabit ex indicio repetant, atque hi quidem ſi libros habeant ſuos; eodemque maneant loco, compendium faciunt laboris & temporis permagnum; ſed perincomodum ad tam diverſos codices ex notis recurrere: at laudabilius eſt infinitis partibus res ipſas ante oculos habere *Deſcriptas*; & velut arma, partas ad pugnam. Cæterum hoc velut Præconis voce proclamandum, pauciſſima, eaque ferientia ut vocant, exſcribenda eſſe, paucaque citanda, quæ ſcilicet optima: longiora vero & profuſiora, minuſve inſignia, aſteriſcis quibuſdam ad libros ipſos remittenda. Habet hæc lex ſiremps magnum temporis & laboris lucrum, & ſumptuaria poteſt appellari. Nos certe docuit experientia, pauca de tantis, eaque optima dumtaxat in uſum dicendi de roſtris venire; licet ad alios uſus, omnia impendantur. Qui vero librorum domini non ſunt, & emigrant creberrime, ut Religioſorum pars maxima, hi deſcribant optima neceſſe eſt, paucis, ut omnia, Biantis inſtar & Ariſtippi ferant ſecum, Reliqua remittant ad libros, ſi forte illos ubivis reperiant, ad utendum. Ac quia libri diſſimiles ſunt editione & characteribus, ita deſignent notas ut promptas ad uſum habere poſſint, paſſuri alioqui magnas ingenii anguſtias & inextricabiles difficultates: ſeria ſedate, ſtatario modo legenda ſunt, ut forment judicium, & mentem informent legentis; levia curſium, aut ne legenda quidem. Regulas aureas præſcripſit Plutarchus libro de Auditu, v v. Aliqui laborant aliis potius quam ſibi, & texunt indicem auctorum qui ſingulas materias pertractaverunt, uti Molanus, Fabianus, Juſtinianus, magno volumine, quod & nos præſtabimus, & tabellam hujuſcemodi videre eſt in Bibliotheca Cœleſtinorum Avenion. Denique alia eſt Methodus Doctrinæ, ut ajunt quæ rerum ipſarum & mundi totius ordinem imitatur, linea & ſerie categoriarum ſapientiæ, eamque nos trademus inſiſtentes veſtigiis Petri Gregorii in Syntaxi Artis mirabilis, Plinii in hiſtoria naturali, Rhodigini, Lulli, & veterum fere omnium. Hujus autem Methodi hoc eſt arcanum, ut à Deo rerum omnium Authore & fonte auſpiciis fœlicibus ordiamur; Tum conditarum ordines proſequamur, Angelos, Homines, & quæ ad eos ſpectant omnia, ſcientiam, virtutes &c. Animantes, plantas, lapides, gemmas, metalla, liquores; Artium opera, demum Miſcellanea & dubia. Hujus autem myſterii ea vis eſt quam in Kabala, triginta, & quinquaginta portis intelligentiæ ex Arcanis Hebræorum eruit Reuchlinus, ut ſcientiam rerum omnium, & mundum doctrinarum univerſum, quaſi viva in tabella depictum ſubjiciat oculis, ordine plane admirabili: Denique continet omnia & ſingula, ſingulaque ut omnia, & omnia ut ſingula adamuſſim explicat, efformatque illum quem deſideramus hominem, ex omnibus conflatum compoſitumque diſciplinis, quem Orator optabat, quem Tacitus indicat, quem deſcribit Quintilianus. Atque iſta quidem arte & methodo procudi poteſt & elaborari iſtud ingeniorum miraculum, maxime ſi diſtinctis annorum ſpatiis atque curriculis, velit ille poſtquam ex ephebis Rhetorices & Philoſophiæ exceſſerit, majores diſciplinas condiſcere biennio ſingulas, partim in pulvere Academiarum, partim privato ſtudio, quod meo judicio perfici poteſt intra decennium, quo exacto, coronari poterit anno ætatis triceſimo *Iſiacus*, hoc eſt, omnium Sacerdos ſcientiarum, qui deinceps ſeipſum expoliat, & locupletet annis ſubſequentibus, & depromat ad omnem uſum diutiſſime quæ paucis añis & laboribus acquiſivit. Neq; hoc inauditum portentum doctrinæ & ingenii, cum Mirandulanus ætatis año ſecundo & viceſimo, Poterius quinto & viceſimo, hic Auguſtæ Taurinorum, Romæ ille, propoſitiones ex omnibus excerptas ſcientiis in Academia cum laude & plauſu omnium defenderint. Quibus arduum videtur ipſo principio tot adoriri diſciplinas & tot certamina ſuſcipere, aut quibus præ feſtinatione, aut familiæ per negotia majorumque juſſa nõ licet; poterunt illi domi per otium reliquo vitæ ſpatio comparare, quod initio non licuit. Nam una ſcientiarum probe percepta, & uſu, exercitationeque multorum annorum perfecta, quid agunt, mortales otioſi? quorſum non adoptant ſeſe in aliarum artium bonarum familias, ſeſeque nobilitant tot affinitatum Stematibus? Novi ego quamplurimos Juriſconſultiſſimos, qui exhauſta Juris univerſi facultate, Theologiam, Medicinam, Mathematicen, Concilia, Sanctos Patres, Philologos, Oratores, Poëtas, omnemque literaturam felici plane vitæ curſu coluerunt; ita ut peritiſſimos in quavis facultate non æquarent modo, ſed pene ſuperarent. Tantum valet improbus labor & continuum ſtudium, quod ætatis & ſapientiæ condimentum eſt.

Compendia porro ſcientiarum quæ jactant aliqui, larvæ ſunt metæ, & fuci leviter tingendis anis excogitati: Nam ei qui profundo, quod ajunt, ſulco ſcientias in pectore deſcribere ſtatuerit, integræ & ſolidæ perdiſcendæ ſunt à procemiis ad celeuma, à prologo ad epilogum, ut docentur in Academiis, nec eſt ullum iter aliud brevius, *Stultis Magiſter brevis.* Quis, obſecro, Mathematicas diſciplinas compendio doceat, ſi non omnia principia, demonſtrationeſque penitus inculcet? Quis linguas eruditas poſſit in Epitomen redigere? cum ſint dictiones omnes appellandæ? Quis materias ipſas ſcientiarum, ut vocant, quis leges quæ jam compendia ſunt, eaque breviſſima, cogat in aliud compendium? Illudunt igitur oculis & animis qui mortales excantant hujuſmodi faſcino. Hæ ſunt epitomæ, hæc compendia, ſi magiſtri abſtineant ſuperfluis, & inutilibus, nec in nugis terant tempus; ſi in ſeriis parci non ſint, non tamen prolixi nimis, ſi ſtudio & labore improbo, ſi docendi perſpicuitate moras amputent proficiendi.

Compendium unicum denique eſt, Vir aliquis eruditus ad unguem, quem ſubinde conſulas ut magiſtrum, qui viam velit compendioſam, quam ſero invenit, ut ait Seneca, tibi demonſtrare, pretioſos indicare libros, fontes aperire: ſed rarus eſt qui hoc velit, quia plena faſtidii opera eſt; aut qui poſſit, magnis enim impenſis fit & conſtat iſta vox ait Seneca, O hominem doctum! *Numero nam vix totidem quot Theatrum portæ, vel divitis oſtia Nili*, ſunt hujuſmodi ſapientes quos venamur. Certe ſi quem offenderemus hujuſmodi meliore metallo formatum myſtâ, qui fores templi clauſas aperire, ante quas oberramus diu, Sacraque ignota panderet volens & lubens, næ paucis menſium flexibus multorum annorum ſpatia conficeremus, & paucis miſſibus totius hujus circi pompam impleremus. Aliæ enim viæ aliis ſunt planiores & minus impeditæ ſaxis extantibus, alios brevi ſecundus ad portum provehit ventus, alios longa fatigat malacia, & citatis veredariis ad optatam metam citius pervenitur. Hoc de maximis Arcanis eſt unum. Hunc tu hominem de meridie vel accenſa face quære & perveſtiga, hunc eme vel aureo mundo ſi potes: ſi non invenis unum peritum omnium, alios etiam adhibe, quorum ſinguli Duces ſint & Magiſtri lubentes ad ſingulas facultates. Ita Principes amantiſſimi ſapientiæ, dum ad menſam audiunt eruditiſſimos, optima quæque ab optimis, optimi ipſi & maximi ſumma cum voluptate perdiſcunt.

Hac eadem Arte peregrinationes inſtituerunt Antiqui ſapientes, ad Indos, in Ægyptũ, ad Chaldæos, ut eorum arcana perciperent; hoc ſcopo peregrinantur etiam ævo noſtro quamplurimi, ut Academias Nobiles perluſtrent, Bibliothecas eruditiſſimas perveſtigent, libros reconditiſſimos, etiam Manuſcriptos indagent, doctiſſimos quoſque viros fama notos conſulant, eorumque ſecretiſſima conſilia rimentur, aut amicitia conciliatrice animorum blanda ſuffurentur: Et ſane fatetur ingenue Lindanus, peregrinationis ſuæ Biennio plura ſe conſecutum quam totis quadraginta ſtudiorum annis. Profecit etiam mirum quantum Poſſevinus, ut de Hieronymo, aliiſque veteribus nihil dicam; Accedit & illud lucrum in magnis reponendum, quod oculis ipſis uſurpantur omnia monumenta Antiquitatis, cernuntur abſoluti operis effectus artificum, Muſæa doctorum hominum referta ſupellectile curioſiſſima pretioſiſſimaque ingeniorum ſpectantur; ipſa denique Naturæ totius Spectacula dicam an Miracula in oculos ſtupentium incurrunt, quod in Authore *Otiorum Imperialium* videre eſt. Servet ſibi tamen hic Magiſter unam in tabula lineam, quam ſolus ducere norit Appelles, unamque in gladiatoria petitionem, & plures, ne Diſcipulus ei palmam præripiat, clavamque, quod dici ſolet, de manibus Herculis rapiat: hoc Arcanum ſemper eſto.

CAPUT IV.

MYSTERIUM IV.

Ternarii Griphus: tria omnia, Verba, Res, Artificia.

QUARTUM Artis noſtræ pronuntiatum, univerſale eſt, & triplici quaſi gyro atque circulo includit omnia. Tribus enim conſtat periodis Arcana Methodus, VERBIS, ARTIFICIIS, & REBUS. ut Juriſprudentia Perſonis, Actionibus, & Rebus, ut alię omnes Diſciplinę ternario quævis ſuo apud Auſonium. VERBA colligenda ſunt ex claſſicis authoribus, pura, nitida, grandiloqua, propria, concepta, quæ ſapiunt doctrinam & formulas, illudque comodiſſimum eſt ad uſum & memoriam ſi ordine collocentur Alphabetico; quale eſt in lit. A, v. c. ſuis

c. suis coloribus *Adumbrare*, *Amoliri à Cervicibus* onus, &c. in lit. C, Thesaurum alterius fidei *Concredere*, blanditiis & illecebris animos *Conciliare*, patris sapiens dictum filii exitus *Comprobavit*, &c. E re mea *Est*, culpam hanc ego *præstabo*, &c. Ut in Latina lingua ex Tullio, & aliis supra laudatis; ita in Græca & Vernacula ex eloquentissimis probatissimisque seligenda. Illudque tenendum memoria, moribus antiquis vivendum, verbis utendum novis. Ut enim folia, sic verba mutantur: sed hæc studia juvenilia primam amant ætatem, quæ floribus capitur: non puduit tamen Catonem aut Hieronymum, aut ætate nostra Maldonatum repuerascere quoddammodo carpendis dictionum sertis & corollis; Tanti est bene ornateque dicendo persuadere, hoc est Animorum imperium obtinere. Ad spicilegia verborum referri possunt *Inscriptiones* publicorum monumentorum quarum exempla Lipsius, Scaliger, Smetius, Gruterus edidere; *Formulæ*, quas magno labore Brissonius ordinavit; *Symbola*, Numismataque insculpta, quæ plurima Duchoux, Reusnerus, Ruscellus, Typotius, Ferrarius, Jovius, Aresus prodiderunt, ut Proverbia Manutius. Ad hanc eandem classem verborum pertinent cascæ & ænigmaticæ voces, quas ab ipsis studiorum incunabulis adnotasse juverit plurimum, ut præsto sint cum se dabit utendi occasio. Hujus exemplum laboris est *Antiquarius*. Pertinent eodem Artium singularum verba nativa & locutiones propriæ, Picturæ, Architecturæ, Agriculturæ, Militiæ, &c. quæ ex Vitruvio, Plinio, Vegetio, Catone, Varrone, Columella, & aliis amœnissimis pratis leguntur Authorum amœnissimorum. Erudita verba quæ scholiis interpretum & luce Doctrinarum egent, ex Capitolino, Lampridio, Spartiano & similibus, & ex scholiis & commentariis doctissimorum elucescunt. Quæ sibi quisque quæsivit, & paravit, ea sapiunt dulcius & hærent memoriæ firmius, ac quod caput est, in usum depromuntur aptius: sunt autem retractanda crebro, oculisque & ore repetenda ut etiã ultro occurrant non cogitanti. Hæc eo moneo diligentius quo successum memini feliciorem habuisse Avenione verborum hunc delectum. Arcanum autem hoc ne intermoriatur, in aurem suggero, memoria tenendas paginas aliquot eleganter abs te, aut alio compositas, & crebro repetendas, ut occurrant semper, ita enim semper eleganter dices uno mutato aut paucis.

Artificia vero pertinent ad dicendi normam & scribendi: sunt autem Rhetorica aut Poëtica, de quibus accurate egimus in Musæo Rhet. & Poëtico, Occurrunt autem apud Oratores Sacros & prophanos plurima, ut & apud poëtas, nulloque deprehenduntur negotio ab eruditis oculis, & à tyronibus vel mediocriter oculatis Demonstrativi, Deliberativi & Judicialis generis exempla illustria; exordia insignia, perorationes admirandæ, transitiones opportunæ, modi confirmandi & refutandi non vulgares, Argumentorum machinæ, Motus vehementes, & lenes, Amplificationes exaggeratæ, Enumerationes eruditæ, Descriptiones graphicæ, figuræ sententiarum & verborum elegantes, fabulæ doctæ, inventiones ingeniosæ, acute Dicta & Responsa, Joci, Elogia. Poëticas Invocationes, Propositiones, Narrationes retrogradas in conviviis, in textrina, in itinere, oracula, somnia, cælaturas columnarum, templorum, vasorum, vestium, conciones, & alia id genus prosecuti sumus in Musæo poëtico in gratiam alumnorum. Modum autem scribendi duplicem tradidit Quintilianus: Aut enim profunduntur impetu subito omnia ut occurrunt animo sub calamum, ac deinceps, secernuntur industria & limantur accurata diligentia in carta pura; qui modus est eorum, qui prompto & celeri sunt ingenio; Nam alioqui dum moratur mens in elaborando, cogitationes optimæ prætervolant. Aut certe nil cartæ committitur nisi diu expensum, suisq; trutinatum momentis, quo ratio morosior est, & laboriosior, & tardiorum ingeniorum. Sat cito perficitur opus dum bene fiat: Ac parum refert, quo fiat modo, dum subscribi possit, Feci. Res autem sunt ipsæ scientiarum omnium Materiæ, & Dissertationes, aliaque omnia, quæ proferuntur ut ornamenta aut firmamenta Disputationum, ratiocinando, in quo maxime judicium Dicentis & Doctrina spectatur. Faciunt in hanc partem plurimum, sententiæ Sapientum, Oratorum, Poëtarum, Historicorum, Exempla in omnem partem eminentissima, Mores mortalium, Jura, & leges, Ritus antiqui, Pronuntiata Disciplinarum, Hieroglyphica, Symbola, Monumenta sacra, Religiones, Gemmarum pretia, Plantarum, Animantium, Fontium, aliaque Naturæ, & Artium miracula, &c. quæ ex auctoribus leguntur, quos indicabimus, & collocantur eo ordine, quem describemus. Ducuntur autem ex his similitudines, comparationes, argumenta à Minori ad Majus, &c. locique

ciq; cum interni tum externi. Definitiones, Deſcriptiones A cauſis, Ab effectis, &c. quorum locorum exempla coacervanda ſunt ſicut & argumentationum & motuum. Sint autem quæ excernuntur ad annotandum, ſolida, gravia, pretioſa, jucunda, curioſa ad ineſcandos & convincendos animos, perſuadendumque idonea.

CAPUT V.

MYSTERIUM V.

ULYSSES POLYTROPUS.

Arcana politica Studior. plura & præcipua.

UT Telemacho Pallas, Ulyſſi multiplex adſtes ſemper eſt ſapientia: Ita viris eruditis Prudentia, mater Arcanorum, quæ hæc magno numero in unum concilium coëgit.

Quintum ergo Myſterium expluribus conglutinatum arcanis; ad imprimendam animo Rerum optimarum ſupellectilem, habendamque ſub manum, ut dici ſolet: SÆPE repetere, ſæpius relegere communes ſuos locos, ſæpiſſime Notas eruditas evolvere, atque recognoſcere, in uſumque dicendi impendere; *Theſauri enim ſepulti nullus eſt fructus;* Ac de omnibus, rariſſimas, pretioſiſſimas, atque pulcherrimas ſeponere in memoriæ parte lectiſſima, ut ciſtam Iſidis in Adyto, eaſque, ut ſolent matronæ gemmas, & avari loculos, creberrime retractare, ut ad omnem occaſionem promantur inde velut è ſacrario diviniſſima quæque, & curioſiſſima, vel ex tempore, ad auditores, qui aures lotas aceto & nares habent emunctiſſimas. Atque hoc erit Suadæ Muſæum & Gemmarium, Arcanorumque Arcanum. Eodem confert & illud, ut AUTHORES exquiſitiſſimos memoria repetamus quoties agendum, dicendum ve eſt; occurret enim luſtranti, præſtantiſſimum quidpiam, quo velut miſſu & ferculo conditiſſimo, vocatos convivas in ſigmate Doctrinarum excipiamus. Et ſane, uti jam diximus, ſemper in manibus habendi ſunt illi libri, qui eloquentia & raritate doctrinæ præſtant, judiciumque ratiocinando, linguam bene dicendo exacuunt, eorumque vivendum eſt quadra quotidie, ut & vivorum auditione oratorum, ſapientumque perfectorum.

Inclaruerunt etiam permulti, quorum famæ interfui & gloriæ, ea, quam mox ſubnectemus, induſtria, quæ in eo poſita eſt conſilio, ut AUTHORES nanciſcamur reconditos, & theſauros, ut ait Clemens Alex. non viſos ulli mortalium, aut certe quam pauciſſimis Argis & Lynceis. Inde enim ſemper inaudita promentur & admiranda. Conferunt ad hoc manuſcripti codices paucis noti, libri peregrina lingua conſcripti, Italicâ, Hiſpanicâ, Germanicâ, Polonicâ, Anglicâ, Gallicâ, & volumina dictionibus, ut vocant, eruditis exarata; Hebraicis, Arabicis, Syriacis, Græcis, ſive conceptis eorum verbis ad opinionem Doctrinæ conciliandam, parce tamen laudentur, ſive vernacula aut Latina. Nulla enim, ne Tullii quidem oratio exprimat, quanti ſit linguarum eruditarum peritia; quot linguæ tot auri fodinæ, tot novi Mundi doctrinarum. Neque vero ſine Græca & Hebraica ſacras, profanaſve literas aſſequi pro dignitate quiſquam poteſt, cum ſint primi fontes diſciplinarum & ſapientiæ procreatrices. Ad eumdem ſcopum collimat aliud conſilium; ut novos ſemper libros perquiramus unde ramenta coacervemus aurea, eoſque advehi ex aliis oris, vel remotiſſimis, Arabia, Ægypto, &c. procuremus; aut ex ſecretioribus bibliothecis: ita fiet ut *ſemper ſtudeamus*, quod eſt in hac Arte potiſſimum, ſemperque ſtudendo, quaſi navigando, novos continuo Mundos Orbi veteri aperiamus. Maximum ſane peccatum in hoc choro, ceſſatio à ſtudiis, multi enim ad doctrinam pervenirent niſi ceſſarent, ſibique perſuaderent jam ſe ad ſcientiarum culmen perveniſſe, *Seneſce diſcens*, ut ait ille, *in honore ſeneſce;* famam etiam exaugent ea quæ in itinerariis & peregrinationibus annotaverimus, in Muſæis, in Palatiis, in Bibliothecis, vulgo enim mira ſunt aliis, quia curioſa & inaudita. Jam ad ea quæ hoc capite ſuggeſſimus, conferet Bibliotheca Photii, ut & Colonienſis 19. voluminum; quoties enim reguſtantur, toties nova condimenta, ſaporeſque novos apparant. Bibliotheca Rabbinica Buxtorffii ſubminiſtrat hebraicam penum; Chronicon Alexandrinum, Strabo, Itinerarium Benjamini, aliique ejuſdem notę auctores novos ſemper offerunt fructus adeuntibus eorum limina. Pares primitias Bibliotheca Fuxenſis, Fabriana, Büenſis, Toloſæ: Regia, Thuana, Petaviana, Richeliana, Seguireana, Meſmeana, Pithœna, Signonæna, Pariſiis: Vaticana, Colomnenſis, Barberiana, Jeſuana, Cryptæ-Ferratæ, Romæ: Ambroſiana Mediolani, Aldroandina Bononiæ; Bauarica, Auguſtana, Viennenſis in

Germa-

Germania; Lugduni, Turnone, Avenione, Taurini Jeſuana, Aquiſſextiis Peireſiana, Michaëlina, Roqueana, ubi Borilienſe Muſæum pretioſis rebus nobile. Sunt & aliæ novæ, quas non mihi contigit inſpexiſſe in Belgio, in Burgundia, in Hiſpania, Sicilia, Neapoli, Polonia: earum Arcana dicite Pierides & Analecta; plures memorat Poſſevinus in ſua Bibliotheca V.V.

Utere etiam & Lulliano ſecreto; omnia de omnibus dicito, communem locum habeto, quem mutato nomine, omnibus ut cothurnum tragicum aptes. Naturæ & Artis & Politicæ partes omnes ut ſpeculum habe præ oculis, & materiæ, de qua diſſerendum eſt, adſcribe illa omnia. Ita fiet, ut locupletiſſima redundet oratio. Ita Græci Oratores in Panegyricis Deiparæ, Crucis, jejunii, & rerum aliarum, elogia, definitiones conglobatas coacervant, Cælum, Solem, Lunam, Aſtra, Paradiſum, ignem, aërem, pluviam, manna, fontem, mare, terram, gemmam, aurum, arborem, phœnicem, Reginam, aulam, thronum, ſceptrum, coronam, ducem, vexillum, aciem caſtrorum, arma, victoriam, theſaurum, &c. vocitantes: percurrunt ætates, puerorum, virorum, ſenum, ſtatus Regum, Sacerdotum, Militum, &c. provincias enumerant, &c. V. Epiph. Baſil. Athanaſ. Greti. Ita Juſtitiam in cælo, in terris, & ubique rimabatur orator Auſpicalibus curiæ feriis. Ita Piſeus in ſuis concionibus aliquid ex ſingulis diſciplinis & linguis in prata ſua ut riuos aquarum & ſalientes derivat; ſed cum in eo inſtituto Vulgatæ ſuum momentum habeant, ferient animos acrius & ſcopum certius eæ, quæ ſunt reconditiores, ut Maſora, cabala, optica, Alchymica, Odœporica, Architectonica, Ieracica, Venatica, Nautica, Equeſtris, Notarica, Gemurica, Gemarica, Ciffrica, Polygraphica, Steganographica, ſi tamen licita, Mathematice mirabilis, Naturalis magia, &c. Alſtedius ad has viam aperiet in Encyclopædia, & Garzonius in Platea univerſali. De qualibet virtute dicere licebit ea omnia, quæ ſupra dicta ſunt, eſſe fontem bonorum, Reginam rerum, Solem orbis terrarum, virorum robur, ornamentum matronarum: De Rege dices eadem, Deum, Dei Vicarium in terris, baſim & columnam ſtatus, caput, oculos, & cor imperii, &c. ſic enim etiam percurruntur partes humani corporis, & templorum, aræ, ſacra, victimæ, &c. Varietate tamen erit utendum ut larva, ne ars pateat oculis. Loci interni & externi, argumenta, refutationes, motus adhibendi erunt, & figuræ; eaque induſtria magnum dicturis viæ compendium erit complanatum, Cypr. & Tertull. oratione de patientia, locos omnes percurrunt oratorios, efformantque in Animis dicendi modum optimum. Hos tu conſule, & oratores Auſpicales De Neſmond, de Vair, d'Orleans, le Bret, Xaintonge, &c. Præter has, ſerva tibi arcanam artem, quam nulli pandas æmulo, vendita, & extolle more myſteriorum merces tuas, eas tamen ne vende ſed abſconde, & ſecretum prodere noli, Alchymicorum exemplo: Omnis enim vita ars eſt, ait Ant. Perez nellas cartas ſegondas.

CAPUT VI.

MYSTERIUM VI.

TEMPUS, LINEA, DIES, OTIUM, NEGOTIUM.

De Tempore ſtudiorum aptiſſimo.

SEXTUM Caput Arcanorum ſpectat ad TEMPUS, quia non veritas modo, ut in Tabella calumniæ pinxit Lucianus, ſed etiam ſcientia, ſapientiaque Temporis filia eſt. Duo autem ſunt Tempora ſacra, ut ait Hieronymus, ſtudiiſque graviſſimis accomodatiſſima, ut in Arcanis Pythagoræ prodidit Jamblichus, *Matutinum*, quo natali auroræ Muſæ interſunt omnes, & *Veſpertinum*, Minervæ, quam noctua repræſentat, aptiſſimum, gratiſſimumque: Veris amœnitas, Autumnique temperies, præſtant æſtivis, & hybernis; ſunt tamen & hypocauſta Germanis, & algida Tuſculana Romanis. Antelucana ſtudia ſaniora ſunt nocturnis; Magnum enim eſt pervigiliæ malum, ut habet in Brenno Juſtinus. Pomeridianum tempus à cibo ad merendam colloquiis eruditorum & amœnis ſtudiis ego deſtinaverim. Addo tertium Tempus prioribus adhuc opportunius ad ſucceſſum & profectum. Illud nempe quod eſt ab otio, à recreatione diuturniore, à deambulatione & corporis exercitatione ludicra proximum. Dici enim vix poteſt quantos animus, corporis motu concitatus, impetus habeat, ait Plinius Junior, quantove cultu calamus fluat, otii intercapedine recreatus: certe alacriores omnes ad ſtudia poſt quietem conſurgimus, ait Plinius; & iſtud ipſum Portii Declamatoris exemplo confirmat in controverſiis Rhetor Seneca. Hæc ergo tempora tria majoribus

ſtudiis impendenda ſunt, reliqua jucundioribus & minus ſeriis, Symbolis puta, Emblematibus, Numiſmatis, ænigmatis, ſtemmatis, &c. Sunt etiam horæ quædam ſubciſivæ, ac quaſi temporis micæ & furta lucroſiſſima, dum componunt diſcipuli, dum expectatur, dum luditur, &c. quibus temporibus erudita quædam velut ramenta legere poſſumus; Militarem, Equeſtrem, venaticam, &c. Hac parſimonia temporis eruditiſſima quæque ſtudia percurri poſſunt, quæ uſus habent maximos in vita Doctiſſimorum. Quando in temporis laude verſamur, cavendum eſt imprimis, ne ſicut avari dulcedine uſurarum pereunt, ita nos ſtudiorum voluptate valetudini noceamus, diuturnæ enim vigiliæ & horæ longiores exedunt animum & corpus, vires exhauriunt, hebetant & obtundunt ingenium vel acutiſſimum. Nil de ſomno demendum: non ſtatim à cibo, ſed poſt horas aliquot incumbendum arti. Eſt quædam in ſtudiis literarum ingluvies & avaritia, quæ nocet animo, non concoquenti, ſicut cibus avidius ingeſtus ſtomacho. Ne mihi ſis Helluo librorum, ſed Amicus; Modus ergo adhibendus eſt, qui rebus omnibus eſt ſalutaris. Illi enim diutius & feliciùs ſtudent, qui valent diutius; Valent autem illi diutius, qui ſtudiis moderantur ſapientius; qui autem effrænata ſciendi cupiditate procurrunt immoderate, auferrique ſe ſinunt, in ipſo limine corruunt, ut Claudii cantherius, fractis momento corporis & animi viribus. Neque vero moles illa librorum evolvenda, aut terrorem incutere, aut ad feſtinationem præcocem animum præcipitem dare debet, cum vita longa ſit, ſi ea bene utamur, & ars brevis, ſi methodo ſapienti tradatur, ut contra Hippocratis Aphoriſmum primum Seneca pronuntiavit; & alioqui faſciculus ſagittarum frangi, aut equi cauda ſimul avelli nequeat, ſed pilus poſt pilum, & ſagitta poſt ſagittam; Sapienti ſum Monoſyllabus Magiſter, ſuperfuerunt mihi añi plurimi, licet occupatiſſimo, poſt delibatas omnes diſciplinas, & ut ajebat apud Polyænum Semiramis, horæ plures amicis tribuendæ: cavendi tamen FURES temporis, importuniſſimi. Porro menſura temporis, in eo qui ſui compos eſt, à menſura virium pendet; nunquam ad defatigationem uſque ſudandum lucubrando, ſicut non eſt uſque ad deliquium mittendus ſanguis, niſi imperante neceſſitate; fatigatis enim corporis organis, capiti, oculis, pectori, manibus, cruribus, imperandum nihil eſt; alternis quietis & laboris vicibus recreanda ſunt; Arcus & fides muſicæ nimia contentione franguntur, remiſſione durant: ferrum uſu probo ſplendeſcit, improbo hebetatur & frangitur: limam valetudinis tacitam ajunt eſſe ſtudia, ne ergo conatu incipiente uſque in medullas illam reciprocando, premendoque uſque in medullas immergamus:

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Otia corpus alunt, animus quoq; paſcitur illis.

Otio negotia interpungebat Scipio, ut ait Velleius. Iſtud ipſum deſcribit exordio libri Felix Minutius. Hic diutius incumbendo, venam rupit; ille calore ſtudiorum hecticam febrim, phthiſim, capititis morbos, podagram, Iſchiaticam contraxit; ille in inſaniam & infrunitum ſtatum actus eſt: ſenſim ſerpit malum, & ſero medicina paratur; videmus quotidie tabe confici ingenioſos adoleſcentes dum meditationibus nimiis & ſtudiis intabeſcunt; Minuendus eſt labor, ut augeantur vires; non autem onere præfocentur. Nullis magis impendi decet artem tuendæ valetudinis, quam literatis piis, nulli enim mortalium eam utilius impendunt: gradatim à rudimentis ad ſumma nitendum: qui præpropero ſtatim ad omnia, & ad ſumma feſtinant, conatu aut dum minoribus ſtudiis vacandum eſt, conciones adornant, tot curis diſtricto, diſtentoque animo franguntur & corruunt; ingenioſum tamen eſt admodum defatigationis remedium, quod Experientia ſuffragante Quintilianus excogitavit. Nam cum deſeſſi quopiam ſtudio ſumus, recentes & integri ad aliud reperimur, faſtidium animi condiente novitate; Mutanda ſunt ergo ſtudia, & à remiſſione modica, aurificum exemplo, qui reficiunt oculos exhauſtos auri fulgore, nitoreve argenti, gemmarum virentibus pratis; omiſſis tantiſper ſeriis, jucundiores in manus ſumendi ſunt libri, qui literarum amœnitates deſcribunt curioſas, Regum pompas urbes ſubeuntium, ſtemata principum, tabulas Geographicas, ſymbola Nobilium, Architecturæ ordines, Mathematicas practicas, Urbium munitiones, &c. Ratio quoque in his habenda nationum & ætatem; Alia Gallis, alia Italis, Hiſpanis, Germanis ſunt ingenia, aliæ juvenum & ſenum vires, alia pericula. Alii diutius ſtudendo, meditandoque perdurare poſſunt, alii non item: temperamentum quoque expendendum: Bilioſi alacriores, promptioreſque ſunt; difficilius & laborioſius ſtudent. Pituita qui concreti ſunt, tardiores ſunt, at non ita fatigan-

tigantur. Melancholici, obstinatiores laborando habentur. Sanguinei medii sunt. Illorum omnium caloribus æstivis pomeridianis periculosa est contentio. Decipiendus animus est illecebris studiorum, Musæoque velut optima sede continendus. Qui foras prominent & vagantur, ut lapides volubiles musco nunquam obducuntur. Nec stando semper, nec semper sedendo, studiorum celebranda sunt mysteria, æquale enim periculum est, nisi alternis vicibus, & inambulando plerumque tractentur. Delicatius aliquanto mihi videtur & mollius decumbentium in molli culcitra, lectove, studium: digni tamen illi commendatione sunt, qui morbi occasione, stratum in musæum demutarunt, & scientiam Medicorum omnem exhauserunt, ut alii itinerum opportunitate Geographiam & Antiquitates, litium importunitate Jurisprudentiam, & causæ cujuslibet aut concionis & orationis occursu materiam illam omnem, quæ ad eam pertinet, accumularunt, quæ deinceps ad alia plurima promanavit: hoc Medicis, hoc Concionatoribus, hoc Jurisconsultis est consultissimum, ut & omnibus immortalis illa Apellis consuetudo, quotidie lineam ducere, nullam sine studio & exercitatione diem prætermittere; Athletæ Terentiani more, vires & artem alere, valetudinis & eloquentiæ gratia declamare sæpe: hac via ad gloriam vadunt heroës, ut innuit Plinius. Ideo vaticinatur ex Tripode Horatius:

Nulla dies abeat quin linea ducta supersit.

Anima sicca, veteri proverbio, sapientissima dicitur, quo innuitur aptissimos esse literis jejuniorum dies, vitæque modum abstinentissimum; pinguis enim venter non gignit sensum tenuem, quidquid de Ennio Bacchante dixerit Horatius,

Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda.

Nec durare diu posse carmina, *Quæ scribuntur aquæ potoribus.* Vinum quidem, ut affirmat in problematis Aristoteles, loquentiam excitat, & ingenio calcar subdit, sed moderate haustum, quartus enim cyathus insaniæ est, ut fertur adagio.

APPENDIX.

CAPUT VI.

De festis Diebus, & Ordine legendi Patres.

UT pietati præcipuæ, sic etiam sanctorum Patrum lectioni festi dies dandi mihi videntur interea, donec maturiore ætate, studiisque jam in altum provectis solidos annos & pingue illis otium consecremus. Diximus supra delibandos eos, qui Religionem cum eloquentia devinxerunt, Hieronymum, Lactantium, Cyprianum, Eucherium, Salvianum, Ambrosium, &c. Nunc arrepta ansa præscribemus ordinem eorum omnium perlegendorum, quē tanto vehementius omnes desiderant, quanto invenitur difficilius, & felicius usurpatur. Quando ergo de SS. Patribus opportunissimam intulimus mentionem, proferemus in medium sententias omnium, ac postremo loco nostram collocabimus. Censent nonnulli legendos eos ordine Antiquitatis & temporis, quo vixere; sive sint Latini, sive Græci, quia facit multum ad Historiæ peritiam, & ad doctrinam temporibus aptam & moribus, necnon ad dirimendas hæreticorum controversias. In hunc usum Coccius Chronologiam contexuit, ut & Gauterius, & Theophilus tabellam percommodam, in qua ad oculi nictum apparet qua ætate quisque vixerit. Placet aliis ordo linguarum, ne permisceatur, perturbeturq; stylus; ideoque à Græcis ordiuntur præstantioribus primum, aut brevioribus, tum ad Latinos se convertunt evolvendos. Quidam ordinem materiarum affectantur, & auspicantur ab iis qui scripsere tractatus & dissertationes, Cypriano, Tertulliano, Gregorio Naz. tum ad eos se accingunt qui in sacram Scripturam edidere commentarios, Origenem, Gregorium Magnum, &c. Ac quia plerique in utroque claruerunt genere, ut Hieronymus, Augustinus, Basilius, Theodoretus, Chrysostomus, &c. Primum horum orationes, tum demum legunt commentarios, ne studia misceant; alii ne dimidiatos relinquant libros & interrupta opera, integros Patres unum post alium devorant, quod est consultius legentibus, scribentibus non item: aliqui nullam methodum aliam servant, quam ut incipiant à brevioribus & facilioribus ut sensim percurrant omnes; legunt cæteri ut possunt, qui enim sui juris non sunt, aut Bibliothecam ad manum instructissimam non habent, ut valeant pro arbitrio delectum hunc sequi, diligentiam in fortunæ subsidium advocare studeant: una fidelia duos dealbant parietes, compendiumque viæ faciunt, qui loco libri spiritualis ut vocant, ad igniculos pietatis eliciendos, pios lectitant Patres, eorumque pia opera; puta Confessiones Augustini, & soliloquia, & Psalmorum Comment. Hiero-

Hieronymi & Paulini Epiſtolas; Ambroſii libros de Offic. Virg. fuga ſæc. bono mortis, Bernardum, Bonaventuram, Caſſianum, Dorotheum, Doſitheum, Idiotam, Climachum, Richardum Victorinum, & alios in Bibl. Col. &c. A Lactantio, Cypriano, Minutio, Arnobio, Tertulliano, Salviano, viam ſibi ad alios aperiunt: ab homiliis Chryſoſtomi ducunt initium concionabundi. Ego eſſem auctor ut minores illi Patres in horas ſubciſivas & furta temporis remitterentur, & qui conciones ſcripſere Chryſologus, Leo Maximus in dies concionum amandarentur altius inſerendi, occaſione temporis & feſtorum, quibus addendi alii, qui homilias inter alia opera edidere, Auguſt. Ambroſ. Greg. Naz. Nyſſ. Magn. Baſil. Deinceps exiſtimaverim ab Origene ordiendum, qui pios admodum & utiles in Scripturam edidit Commentarios, cui ſubnecterem Philonem Judæum, earumdem authorem allegoriarum, & imitatorem ejus Ambroſium, Baſilium, Hieronymum, Theodoretum, Gregorios Naz. & Nyſſ. Chryſoſtomum, Auguſtinum de Civitate, de Doctrina Chr. de Gratia, de Virginitate, Trinitate, &c. Tertullianum, Hilarium, Athanaſium, Clementem Alex. Syneſium, Irenæum, Juſtinum, M. Baſil. Seleuc. Iſidorum Peluſ. Magnum Gregorium, &c. qui Colon. & Pariſ. Bibliothecâ comprehenduntur. Sane dum omnes, aut præcipuos legas, Dionyſium Areopagitam, Doctores octo, ut vocant Græc. & Lat. Euſebium, Athanaſium, Epiphanium, Cyprianum, Arnobium, & qui omnium optime demonſtrat diſcurrendi modum, Tertullianum; eruditos, Clementem Alex. Julium Firmicum, &c. in Catalogo noſtro citandos, non eſt ſcrupuloſius de ordine laborandum. Porro illud lege Regia tenendum eſt, ut ſingulos lingua ſua lectites, & cites, noriſque quid vitandum, quidve amplectendum. Nam, v. g. in Irenæo & Lactantio vitandus eſt error Millenariorum, in Tertulliano & Origene longe plures: ſi quos autem, ex manuſcriptis Vaticanæ, Regiæ, & aliarum Bibliothecarum, incognitos nanciſci poteris, habebit ea res gratiam novitatis, famamque doctrinæ. Cæterum etſi laudatiſſimum ſit odore SS. Patrum primam ætatem, ut teſtam recentem, imbuere; & Scripturæ ſacræ cum memoria tenendæ, tum interpretationis, ſtudio; maturiorem tamen ætatem exigit hæc ſchola, nec facile eſt niſi ſecundum exercitationes Theologicas eo curſu defungi feliciter, cum hujus ope ſapientiæ ſoleant intelligi ea quæ ſancti Patres ſunt commentati, ejuſque, & lydio Conciliorum, Romanæque fide Eccleſiæ dijudicari.

Denique vacationum diebus, licet implere cellas, favoſque condire, licet aurea meſſe locupletare mentem, & ampliſſima tractare ſtudia, cum otio, & omnibus ingenii præſidiis abundemus. Eam ob rem Creſolius ſuos de Arte Rhetorica comentarios, *Vacationes* Autumnales appellavit, & ſuos Tullius de humanis Affectibus libros Quæſtiones Tuſculanas; & curioſos ſuos Dialogos Majolus dies vocavit Caniculares. Hæ ſane vacationes animos doctrina, Bibliothecas librorum monumentis referſerunt. Novi ego virum doctiſſimum, qui unis vacationibus initia peritiæ ſuæ tribuere ſolitus ſit. Hoc ergo ſcopo fruendum eſt feriatis diebus, ut magnorum virorum exemplo, aut progreſſus magnos legendo faciamus, aut ſcribamus profuturos orbi commentarios, arboreſque feramus futuris ætatibus fructum non pœnitendum allaturas.

CAPUT VII.

MYSTERIUM VII.

Modus lectionis ſine modo.

SEptimo nos admonent ſacrorum Myſtæ, ut legamus quidem multa, eaque præſtantiſſima, ſed *Multum, non multa*, hoc eſt, feſtinemus lente; obruitur enim memoria multitudine, feſtinatione judicium, ingeniumque corrumpitur. Convivas imitemur oportet, qui cibis non ingurgitant ſeſe, quos non concoquerent, ſed ſedata fame, & lento dente veſcuntur, eaque menſura & modo, ut digerere & in ſuccum ſuum demutare queant dapes illatas: Hoc ritu non tantum multum legitur, ad profectum ſcilicet utile, ſed etiam multa: optima namque multorum inſtar eſſe ſolent. Examine, & judicio exquiſitiſſimo eſt opus, & vitia, doteſque librorum librandæ, ne virtutum loco peccata Authorum ſubeant; fingendus item ad eorum imitationem eſt animus, formandumque judicium, quæ potiſſima laus eſt ſtudiorum. Currendo autem & properando tantum opus perfici non poteſt. Labor fidiſſimus comes eſt, & ſponſor fideliſſimus, ſemper habet eventus felices, hunc ſuſtipe, *labor hic tibi proderit olim.* Non eſt interrumpenda lectio notis exſcribendis, ſed ad finem à capite

capite ad calcem pertexenda, atque reguſtanda denuo, ut ars dicendi, judiciumque combibatur, tum notæ per otium ſignis poſitis indicatæ, excerpentur. Bis & ter quod pulchrum eſt, imo libri præcipui terendi, & præ manibus habendi ſunt ſemper; eam ob rem ille ut Amaſium ſuum circumferebat Homerum ſemper, Heſiodum alius, hic Tullii familiares Epiſtolas, ille Caſſianum, Alphonſus Curtium, & ſacra volumina, Franciſcus Sales Gebennenſis Epiſcopus Epictetum, S. Ignatius noſter Thomam de Kempis. Qui ſubſultim legunt, & faſtidiente animo, non proficiunt hilum: libri, ut ædes affabre factæ oculis eruditis ſpectandi ſunt, ut ſcilicet inde exemplum ſimile petamus nobis, ait ille, ingeniumque authoris in noſtrum transferamus, Apum more, quæ ſalivam illam ſyderum, ſuccumque cæli collectum è floribus, ut mel ſuum, ſuaque conditum opera propinant mortalibus. Alioqui molem ſententiarum indigeſtam, arenam ſine calce vocitabit Quintilianus. Qui memoriam dumtaxat exercent notarum acervo, judicii vero prætermittunt exercitationem, vbi deficiunt eos notæ, de ſuo promere nil norunt, quæ ſumma eſt inopia. Sic informatus eſſe debet animus, ut etiam de medio ſublatis omnibus commentariis, ſuo poſſit marte de quavis quęſtione propoſita ſapienter perorare; *Noſtis tamen*, & legat omnia. Eadem vis eſt illius præcepti & ſententiæ, quæ ſuadet ut adeamus fontes, rivulos autem non conſectemur; qui enim fontes invenit, multum & multa legit, cum principiis inſint omnia: qui rivulis irretitur licet multis, legendo multa, parum aut nihil legit: mea æterna erunt, ajebat ille apud Valerium Maximum, tua horaria. *Fontes* autem dicuntur authores ſcientiarum, & in facultatibus principes: Rivuli, interpretes, Analectæ, Murileguli, Minorum gentium libri. Fons eloquentiæ Cicero, Hiſtoriæ Livius, Poëſeos Homerus, & magna ingenia fontibus capiuntur, mediocria rivulis. Clamat porro Seneca: quouſque interpres eris, & nunquam author? Dic aliquid in Senatu Doctorum de tuo, & ne ſequaris ſemper alienam ſententiam.

Cum autem ſtudia fræna ſint vitiorum, ut Faber ajebat, & affectuum, animique morborum medicamenta, ψυχῆς ἰατρεῖον *ut Seſoſtris in Bibliothecæ regiæ titulo profitebatur*, ac denique vitandarum Aſyla tutiſſima voluptatum, ut Ulyſſis ſapientia demonſtrabat, occludendi ſunt oculi, obſerandæ aures Sirenum cantibus, & ora poculis Circæis; hoc eſt, cavendum imprimis ne aut voluptatum illecebris inter legendum illiciamur, aut errorum veneno corrumpamur, aut vitiorum colluvione inficiamur; ſerpunt enim ut cancer, & irrepunt ſenſim in animum, oculorum & aurium contagione, hę peſtes, atque, ut catoblepas, aſpectu necant; faceſſant igitur & in ultimas aſportentur terras, librorum impurorum, damnatorumque monſtra, ac ne de nomine, ſed de inuſto cauterio appellentur: monet ille poëta, licet peſſimus:

Teneros ne tange Poëtas.
Scripta cave relegas blandæ conſcripta puellæ,
Conſtantes animos ſcripta relecta movent.

Plura diximus in hanc rem in præfatione Chori Poëtici, & in edicto perpetuo adverſus impuros Poëtas V. V. *Præſtandum & illud eſt, ne ſtudiorum amor, Amorem divinum è ſua ſede dimoveat*, certe Diſcipuli Dei præpotentis momento plura diſcunt, quam alii longiſſimis temporum ſpatiis. Teſtis ſagorum diſcipulus Bernardus, Crucifixi μαθητὴς Bonaventura Deiparæ auditor Albertus Rupertus ſapientiæ alumnus, Joachimus potor Angelicæ phialæ: Ephrem devorator oblati è cælo libri, Salomon, Apoſtoli denique divino inaugurati Spiritu, *Magiſter nobis Chriſtus* eſt. Non omittendum etiam illud, ſic legendos libros quaſi non ſimus amplius lecturi, ſic hauriendas in ſcholis ſcientias quaſi repetituri non ſimus; ſic de fonte aureo & torrente hauriendum, quaſi deinceps haurire non liceat, ita fiet ut accuratiſſime ſtudia obeamus; etſi enim nonnulla crebro retractanda ſint, quæ in uſum veniunt occupationum, omnia tamen repetenda non ſunt; alioqui Siſiphium ſaxum volveremus; ſemel tenenda Philoſophia eſt, ſemel legendus Livius, &c. hoc quod in ſæcularibus ludis præco pronuntiabat, hic inclamemus: *Venite viſuri quæ nunquam amplius eſtis viſuri.* Sic hæreant, ſic inſigantur memoriæ, ut reducé non ſit opus; fiat tamen, ſi ſit opuş. Denique cum eadem res, quam annotamus Rubrica, poſſit, ad diverſos titulos pertinere, perfacile fuerit ad marginem paucis id ſignificare & transferre per otium. Nulla ſunt enim quæ variis uſibus aptari non queant: ſi occurrat dubitatio ad quem res titulum potius pertineat, referatur ad Miſcellanea. Qui autem ſemel ad unum ordinem quempiam ſua tranſtulerit, ne referat ad alios; v. g. ſi Concionator virtutes & vitia, &c. in commu-

munibus Evangeliorum ordinaverit: Ne deſcribat alios titulos virt. & vit. Item ſi in Theologia aut Philoſophia, &c.

CAPUT VIII.
MYSTERIUM VIII.

Sæpe ſtylum vertas non tantum corrigendo, ſed ſcribendo notas & libros.

OCTAVUM ARCANUM ſtudiorum ab Hieronymo repetendum, qui *Lectionem ſine ſtylo ſomnum appellat*, & velut vivi ſepulturam ingenii: accinit Themiſtius, qui libros, ſepulchra ſapientum vocat, ubi non corpora, ſed animi eruditi ita jacent ut vivant. Syneſius etiam accenſendus, qui filios & partus liberos indigitat ipſos libros. Suas igitur habeat vices STYLUS, ſua tempora, ubi expletus fuerit animus lectione: *libri ſane liberi ſunt qui ex alimento reſiduo procreantur.* Nunc ergo oratoria, deinceps poëtica, interdum hiſtorica ſuſcipienda exercitatio eſt, aut etiam ſacra declamatio. Primam omnium vult Quintilianus eſſe imitationem perfecti Oratoris, Poëtæ, Hiſtorici, in ſimili genere materiæ, quod egregie præſtitit Du Vair, Ciceronem in eloquentia Gallica imitatus, Virgilius Homerum. Duplex autem eſt illa, aut enim Latinam orationem vernacula lingua, aut vernaculam Latinâ, aut Græcam Latinâ, Latinam Græcâ donamus. Dumtaxat, ut interea combibamus artem & lectiſſima verba atque ſententias. Aut certe quod eſt operoſius, in alia materia, idem artificium impendimus, ut ſi quis laudes Pompeji orat. pro lege Manilia, in laudem alterius Imperatoris demutet, aut panegyricos Plinii, Claudiani, &c. in Elogia Principum. Libet etiam profanas materias in ſacras demutare: ita D. Ambroſius Officia Ciceronis imitatus eſt Officiis Chriſtianis; ita Epiſtolam ad Q. Fratrem expreſſit Eucherius Epiſtola ad Valerianum, Mantuanus Ovidii Faſtos ſequutus eſt, alii alia.

Deligenda eſt elegans materia, quam accurate pertractemus, & in qua omnem Rhetoricæ amplitudinem expromamus; proponendus & deſtinandus animo Liber aliquis eruditus, quem juris publici facturi ſimus, & hoc jam inde ab ipſis primordiis, ut diu parata, ſint in promptu, cum poſcet occaſio. Imitandi ſunt aliqui Veterum loci perilluſtres, panegyrici, ſuaſoriæ, judiciales, morales inſtituendæ de Officiis diſſertationes. Declamandum, colloquendum, diſputandum more ſapientum quæſtionibus, verbo, genus omne exercitationum, non ludicrum, ſed ſerium, oratione, verſu, æmulatione ſummorum, quæ alit & evehit ingenia, ſuſcipiendum: *Hoc vero in his myſteriis eſt ſtylum vertere, hoc eſt, à notis conſcribendis ad componendum, edendumque convertere.* Audiendus Horatius:

Sumite materiam, &c.

Et illud:

Nonumque prematur in annum.

Necnon Hieron. *Grandes materias ingenia parva non ſuſtinent.* Ex intervallo ſpectata opera, ubi qui incaluerat poſuit, & deferbuit animus, ſaniori cenſura dijudicantur: debent etiam ut pictorum tabellæ ſpectatorum oculis emendari, authoris manu limari, perpoliri; paucis Artis fiducia contigit, ut ſubſcriberent FECI. Quæ cum ita ſint, viri graves quamplurimi publicum illum ſcribendi laborem non ſuſcipiunt, & maxima cum laude ſtudiis auguſtiſſimis & aureæ lectioni dant operam, ut animum oblectent & paſcant ſuum, ſeque ad faſtigia doctrinarum evehant. Præſtanti plane judicio viri, qui nolint onerare mortales ſub librorum faſcibus jam fatiſcentes, intelligantque ſummos quoſque Magiſtros ſcripſiſſe nihil, neque meliores ſemper edere lucubrationes ſuas, ſed interdum feliciores & audaciores. Adde quod *tenet inſanabile multos ſcribendi cacoëthes*, quorum peccata nonniſi *una litura* deleverit. Ad ſcribendum autem naturas rerum oportet noſſe, & cauſas, & proprietates, definitiones item, diviſiones, ſpecies, partes, effectus; necnon rationes divinas, humanasque, â jure divino, canonico, civili, à medicina, à politica, à locis Rhetoricis, à Philoſophia præſertim morali, ab Authorum ſententiis, exempliſque repetitas, definitiones conglobatas, epitheta illuſtria, virtutum, vitiorum, aliarumque rerum enumerationes, amplificationes, motus vehementes, adhortationes inflamatiſſimas & incitatiſſimas. Exemplum Enumerationis accipe Sixti, orat. de fide & operibus: *MULTI ſunt quos aut odiendi acerbitate, aut zelandi æmulatione, aut cupiditatis ardore, aut obtrectationis malignitate, aut iracundiæ furore, aut impatiendi æſtimatione, aut luxuriandi voluptate, aut ſuperbiæ æmulatione, aut mentiendi falſitate, aut maledicendi aſperitate, aut quocumque alio hujuſmodi vitio, ita malæ inſti-*

tutionis

tutionis consuetudo & longi temporis usus infecit, ut pertæsum sit illis inveteratam consuetudinem bonæ conversationis institutione mutare. En quam eleganter vitia recensuit. Plura vide in Favo Patrum nostro ex Cypriano ad Donatum, de pat. de element. ex Salviano, Ambrosio, &c. Exemplar item habes orationis comptissimæ apud Paulum Æmylium in Philippo Pulchro; est Ægidii de commendatione Justitiæ, Hoc ingenii specimine proposito, licebit alia nobilissimorum Autorum monumenta æmulari, clavamque, ut ajebat Virgilius, Homerum imitando superans, de manibus Herculis extorquere. Materiarum pro rostris publicis declamandarum indicem, & catalogum exquisitum jam inde ab initio contexunt accurate qui sunt industrii, necnon Poëmatum, Tragœdiarum, Comœdiarum, Dramatum, Controversiarum, Dialogorum, Judiciorum, Pomparum, Epigrammatum, Emblematum, Ænigmatum, ad excipiendos Principes, ad funera, &c. ad quæ omnia mirum in modum confert aliorum exempla suis oculis aspexisse. Idem de concion. d. Cum autem Authorum sententiæ sæpissime tacitis eorum nominibus, velut nostræ proferantur; si ad opinionem doctrinæ conciliandam & fidem, appellabuntur, ut fieri amat in controversiis, in concionibus, & laudationum ornamentis, paucissima verba concepta, eaque aurea dumtaxat & acuta proferantur, eaque illustrium tantum, & vulgo ignotorum, eaque industria, ut ii quorum fragmenta tantũ extant, apud Stobæum, Athenæum, Photium, Eusebium, Eugubinum, &c. integri videantur, & ex integris ipsorum libris citati. Facit enim ea res ad novitatem & authoritatem non parum. Plinius junior Epistola 9. lib. 7. materiam hanc exhausit, & accurate legendus combibendusque est.

CAPUT IX.

MYSTERIUM IX.

Discipulus, omnium est Magister.

NOnum secreti loco habendum, quod Hieronymus, Nilusque præcipiunt, *Discipulus esto priusquam Magister, Ne doceas quod non didiceris, Ars nulla sine Magistro discitur.* Ridebunt alioqui Alexandrum Tyrones Apellis, & periti artis Icarum audaculum subsannabunt. Ideo factu optimum est, ut ab ipsis artificibus & rerum gnaris, artium, rerumque omnium arcana expiscemur. A Ducibus belli res bellicas, ab Aulicis aulam, à Senatoribus curiam, à mercatoribus mercimonia, à matronis mundum muliebrem, à colonis agriculturam, ab opificibus artium arcana, à Medicis, Theologis, Jurisperitis, &c. ipsorum pronuntiata, non verba tantum & formulas. Ita dum Pictorum, Aurificum, Nautarum, Venatorum, Equisonum, &c. fit discipulus quispiam, sensim omnium creatur magister, atque universali rerum notitia rapit omnes in admirationem; & re vera maximum est mortalium, & totius orbis miraculum ille vir omniscius. De quo dixeris illud quod de Roma Olympiodorus:

Urbs est una domus, mille urbes continet una.

Mirantur & amant Agricolæ, Milites, Opifices, Principes, Judices, Medici, Matronæ, Advocati, mortales omnes, de suis rebus omnibus unum hominem tam enucleate perorantem. Est quidem & hæc legere in libris de rebus omnibus seorsum atque artibus conscriptis, sed de ore peritorum excepisse, imo & oculis spectasse suis, usuque & experientia domestica condidicisse, longe est præstantius. In hanc rem Artium omnium, & Exercitationum libros indicabimus, libro posteriore, qui facultates, earumque commentarios continebit. Hæc fuit olim, & nunc est, causa peregrinationum omnium ad audiendos, consulendosque sapientes, & rerum abditarum peritos Artifices; ita Hieronymus in Galliam, Italiam, Græciam; ita Apollonius in Indias & Æthiopiam; ita Pythagoras ad Memphiticos vates, ita Plato in Ægyptum; ita multi nobiles ad Titum Livium de ultimis Hispaniæ, Galliarumque finibus; ita Postellus, Paulus Venetus, & alii, quorum legimus itineraria, sunt peregrinati.

CAPUT X.

MYSTERIUM X.

Aures, & oculi scientiæ Fures, alienæ, & nostræ.

DEcimum Artis Mysterium est, non legere modo opera immortalia summorum ingeniorum, non dicere tantum ornate, & elaboratas orationes procudere, habereque apud eruditos & in supremo conatu, coram Regibus, Conciliis, Pontificibus, Senatoribus, Academicis Doctoribus: sed etiam AUDIRE creberrime perfectos oratores, virosque disertissimos de pulpito dicentes: uno enim momento temporis effun-

effundunt in ſinum noſtrum quod longiſſimo plurimorum annorum labore coacervarunt, atque hoc nullo noſtro labore, magnaque cum animi noſtri voluptate contingit. Velint nolint, cum videri docti appetant, ſua prodant arcana omnia neceſſum eſt, quæ etiam neceſſitas ut Tantali ſaxum nobis incumbit: itaque mutui fures Doctrinarum ſumus, dum audimus & ſpectamus invicem: ſunt enim oculi & aures ſcientiarum omnium adminiſtri & proxenetæ. Eſt & aliud commodum in lucro reponendum maximo, quod ex hominum eruditæ lectionis ore audiuntur authorum citationes ignotorum, & diſcuntur pretioſa reconditarum rerum nomina, hoc eſt, aurei fontes, auri fodinæ, gemmaria, Mundi bonorum: ubi audiveris Codini Paralipomena, venationem Arriani, Philonis Byzantii miracula: Procopii ἀνέκδοτα, Benjamini itinerarium, otia Imperialia, Sixti tractatus elegantes, Juliani Cæſares, Julii Firmici errores profanarum religionum, Hieroclis in aurea Pythagoræ carmina comentarios, Apuleji Metamorph. & Florida, Seldeni Syros Deos, Jul. Cynicismum, Galatini arcana, Cabalam Reuchlini, Maſoram Buxtorfii, Plut. Iſidem, & oracula Opſopœi, Balſamonis in Nomoc. præfationem, Chryſelium Bulgarum, Exordia Arnobii & Capellæ, Corippi; & Curopalatæ pretia, Olympiodori Rara, & alia hujuſmodi, quæ bibliothecam curioſam componunt. Ubi codices manuſcriptos promi ſenſeris, jam in tuis illam omnem ſuppellectilem regiam numerabis bonis.

Idem judicium de conſuetudine & converſatione doctiſſimorum eſto. Eadem enim ab illis elicia familiaritate & arte blandiſſime ſuffuraberis, eadem diſces & forte docebis. Mutua enim hæc eſt inter eruditos & ingenuos opera, nam callidi noſtra furantur, & ſua non depromunt: Abſit ſupercilium, vincendique ſtudium ab hujuſmodi familiaritate, adſit diſcendi, docendique benevola modeſtia, quam in Nepotiano dilaudat Hieronymus, quamque in veterum libris exploratam habemus atque perſpectam: Magna tamen arte fama ſuſtinenda, ſervandumque arcanum ſilentiariorum ope Geniorum: Nam etſi ſpecimen eruditionis dandum ſit ſemper in publico, remota ambitione, præſtitaque humanitate, illud tamen quo præſtas aliis aperiendum non eſt, ne coronam tibi tuam præripiant, tuiſque graculorum more plumis ſe conveſtiant: ſit tamen aliquid in quo emineas, ſit aliquid quod ſuggeras, & proferas inauditum, parce & modeſte, ne prodigas tua, tuiſque te ſpolies, ſat eſt, ſi agnoſcant ex ungue leonem. De Hebraicis, Arabicis, de Juriſprudentia, Medicina, Hiſtoria & aliis arcanis talis modo inſperſis, quanta lateant ſuſpicentur. Tu vero & laudibus, argutis interrogationibus, & blanditiis erue arcana eorum, ſi potes: ſapientiæ genus eſt hoc genus doli boni. Huc etiam pertinet arcanum illud maximum, ne cuiquam adverſaria, notas, & dictata tua pervolvenda permittas; ne cuipiam dixeris quo ſtudeas modo, qua dicas aut conſcribas arte, quos habeas arcanos libros. Nam ea quæ latent, ſuſpicione ſemper & curioſitate inſita mortalibus, majoris fiunt, ut è longinquo majorem eſſe reverentiam aſſerebat Tacitus, & majus pretium; ubi vidit oculus, aſpernatur. Vidi ego virum doctum habitum contemptui, quia feneſtris, quod ajunt, apertis ſcribebat, habendum alioqui in pretio & admiratione maxima ſi ſtudendi modum arcani majeſtate obvelaſſet. Ad famam quoque pertinet, nova dicere, neque Recoctam cramben convivis apponere, cum propter æmulos & exploratores, tum quia argumentum eſt patrisfamilias locupletis. Adſit comitas & ingenuitas, blanda conciliatrix animorum, quæ tamen vulneri non pateat, neque latus nudet aliorum ſimulationi & calliditati, horum peſti temporum, venenoque converſationis. Sit ſilentium ſermone potius, niſi de ignorantiæ ſuſpicione periclitemur. Sit in audiendo patiens animus, auris benevola, laus liberaliſſima; nec vultu aut nutu lædatur amicitia, quæ etiam pietate condiri debet. Moroſa non ſit, neque contentioſa converſatio, ſed blande veritati aſſentiens: moleſtiſſimi ſunt enim, odioſiſſimique mortalium, qui contradicunt ſemper, ut Ariſtoteles eſt effatus. Mentiendum numquam citando, aut aliena ſibi aſcribendo, cum reverentia veritatis, tunc ne quiſpiam Analecta furta, mendaciaque deprehendat, quod præſtitiſſe Ariſtophanem ludis Ptolemæi refert Vitruvius. Denique ut in pilæ ludo, & gratiarum choro jucunda debet eſſe præbens, & accipiens viciſſitudo doctrinarum.

CAPUT XI.

MYSTERIUM XI.

VACUUS MECOENATIS LOCUS.

Alimenta & detrimenta ſtudiorum.

Arca-

ARcanum undecimum, adjumenta & impedimenta & remoras ſtudiorum complectitur. Incentiva ſtudiorum olim erant ludi Greci in quibus de ingenio certabatur, funebres maxime, ut inuit Vitruvius in Mauſoli funere, & Arrianus in Ephæſtionis parentalibus factitatum: Theatra Romana, coronæ, præmia, quæ certamina etiam nunc Anicii, Rhotomagi, Toloſæ, eadem Cadomi celebrantur, argenteo flore præmii inſtituto. Idem factum memini in dedicatione ſtatuæ equeſtris Henrici magni tota Gallia; meoque judicio præmium & coronam Goujonus Rhetor Lugdunenſis promeruit, ita ſubſcribens in baſi:

Cæſar, Alexandrum cernens in imagine, flevit:
Mauortem Henricum, fleret uterque, videns.

Comitia, roſtra, judicia, ſenatus, populus, concio, frequens corona, forenſes actiones in Republica, in imperio panegyrici, declamatorum ſcholæ, philoſophorum Academiæ, gloria, quæ immenſum habet calcar, & honos alebat artes, aderant etiam Mecœnates altores poëtarum maxime, unde natum eſt illud:

Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones.

Carolus Magnus, D. Ludovicus, Franciſcus primus, Ludovicus tertius decimus, literarum parentes, eam ob rem indigitantur in Gallia, Philibertus, & Carolus Emanueles in Sabaudia; Leones & Gregorii Coſmæ Medices & Veneti in Italia, Alphonſus Neapoli, Philippi in Hiſpania, Auſtriaci Bavarique in Germania, Archiduces in Belgio, in Lotharingia Caroli, Franciſci, & in Europa univerſa urbes collegiorum Academiarumque fundatrices eodem elogio æternitati commendantur: ſed quo piaculo ſilebam te Roberte à Sorbona, te Ximeni Franciſce, te Franciſce à Turnone, te Claromontenſis Epiſcope, vos denique bonarum artium auctores & ingeniorum, & ut ita dicam fundatores urbium & Deos; quod enim aliud monumentum aut columnam, quæ veſtras laudes capiat, erigant LITERÆ præter ſeipſas quantæ quantæ ſunt, vos enim Athenas ipſas ſcientiarum procreatrices, & omnia Athenæa beneficiis in eruditos collatis ſuperaſtis. Imitamini genios iſtos poſteri, & hac vadite ad immortalitatem via: ut non tantum coronis, ſed aris & templis, quam acclamat Vitruvius conſecremini: in hunc modum Guillelmus Fichetus Pariſienſis univerſitatis ante ducentos annos alumnus & Rector, prædicat Æduenſem Cardinalem Rolinum hortatorem ſuum, incitatorem Beſſarionem, Xyſtum quartum promotorem: nunc vero, ô tempora, ô ſtatum rerum! deſunt plærumque munerarii, ſucceſſere obtrectatores, cenſores, & æmuli (paupertatem ut ſileam ob quam haud facile emergant ingenia) aliæque ſtudiorum remoræ, bella, venales honores, &c. Auſim tamen dicere, ſi vitium, & malevolentiæ venum huic belluæ ademeris, nullum majus *Æmulatione* ingeniorum, ſtimulum ſtudiorum eſſe poſſe. Mirum quantum acuat nos, & incitet aliorum maximeque æmulorum, qui nobiſcum de præſtantia contendunt aut fama, aut audita facundia, ſive doctrina. Quod in rerum natura præſtat ἀντιπερίςασις, hoc in ſtudiis Æmulatio: vires exauget & exaggerat, motus ciet maximos, ingentia molitur miracula: Quam igitur utilitatem ab inimicis capiendam admonet erudititiſſimus antiquorum ſapientum Plutarchus, hanc ego ab Æmulis hauriendam cenſeo. Ita tamen ut boni ſimus æmulatores, ex Pauli oraculis, & charitatis donaria præcipue exambiamus, ſuadente Bernardo. Amor Dei calcar eſſe debet omnium ſtudiorum, qui & Magiſter omnium diſciplinarum eſt optimus vel Platone teſte, & munificentiſſimus remunerator. Honor vero Dei laborum omnium eruditorum ſcopus eſt ſupremus. Eam ob rem Salvianus in præfatione plane divina librorum ad Eccleſiam, Honori divino ſuas omnes dicat lucubrationes, ut Lucas Amori divino, hic Theophilum, ille Timotheum appellans. Hoc ſtudiorum incentivum; hoc autoramentum eſt maximum, his ſtudiis orbem univerſum, & mundos animorum pretioſiſſimos acquirimus Imperatori Deo. His ſtudiis Dei ſedes eſt vir doctus caſte colens diſciplinas, ad quas amor impudicus acceſſum habet nullum, ut vel ex fabulis docuit Lucianus.

CAPUT XII.

MYSTERIUM XII.

In minimis vis maxima. *Ariſt. Pauſ.*

Manus, & os, & lingua excolenda.

DUodecimum, quod vix quiſquam ſibi perſuadeat, arcanum eſt, manus expedita, & bene pingendi artifex. Sciant, inquit, eleganter pingere, & velocibus notis ſcribere, viri doctrina præſtantes; tum quia res in contrarium plane

vertit, tum ut compendium temporis faciant, tum ut citiſſime legere poſſint, quæ annotarunt, tum etiam ut aliis legenda publicam ad utilitatem ſua ſcripta proponant; tum denique ut aliena manu non ſit opus cum arcana perſcribenda erunt ad amicos, alioqui proditioni erunt obnoxii. Certe ipſi ſibi cruces figunt & ſphingas, qui luctantur oculis cum manu & ſcriptis inquinate exaratis. Diſcant etiam accurate arcanos ſcribendi modos & abbreviaturas, ut Codices manuſcriptos Græcos, Latinos, Hebræos, Arabicos, Copticos, Chaldæos, Rabinicos, & alios lingua vulgari exaratos perlegere, & capere queant. In iis quæ ſilentium non exigunt, aliena manu ſublevare ſuum tædium poſſunt, & oculis etiam parcere, quod admonebat Æditus Dianæ, qui ſcriptione pluſquam lectione deteruntur. Quæ quis uni ſibi ſcripta & nota velit, illa notis arcanis & ciffris Steganographiæ Vigenerii conſcribat, ut ſi quis alius in illa incidat vel luce meridiana caliget, ut in Cimeriis & parietinis tenebris. Orthographiam Gramatici, actionem & pronuntiationem Rhetores. Unum admoneo in linguis perdiſcendis, quas eruditas vocamus, Hebraicis, Arabicis, Græcis, omiſſis tricis minutarum obſervationum, tribus lectionibus tradenda legendi, declinandi, atque conjugandi principia; quarta, rationem inveſtigandi Thematis ac Radicis: tum ad legendos & interpretandos authores progrediendum & componendum; hoc probavi in viris ingenioſis: pueri diuturniore paulo indigent labore & ſtudio. Vernaculæ porro linguæ, Italica, Hiſpanica, Germanica, Anglica, uſu, & ſimilitudine cum Latina & Gallica percipiuntur, & lectione ac verſionibus, ut vocant, columnis hinc inde oppoſitis. Quanti porro ſit linguarum peritia, pretio ipſarum ſcientiarum penſitandum eſt & fama doctrinæ.

CAPUT XIII.

MYSTERIUM XIII.

Memoria immemor, oblivio memor.

Meminiſſe cum velis, aut oblíviſci.

ARcanum quartumdecimum ad memoriam attinet, quam qui habent à Natura præſentiſſimam, felices habendi ſunt, dum illam exercitatione excolant & impleant rebus pretioſis, nec ea, quã artificioſam vocant, egent magnopere, quanquam facilius utantur. Qui autem ea deſtituti ſunt, miſeri plane & ad profectum apti minus, minuſque ad dicendum idonei, niſi ſubſidio diligentiam adhibeant & palimpſeſtum artis, ut ait Tullius. Qui mediocri hac facultate ſunt præditi, medii ſunt, & ſortis mediæ. Porro ars juvandæ memoriæ, quæ cuſtos eſt & theſaurus ſcientiarum, in his poſita eſt præceptis. *Primum* eſt, ut crebro relegantur & repetantur ea quæ annotata ſunt; itaque imprimantur animo altiſſime, & in uſum convertantur, hoc etiam utantur præcepto neceſſe eſt qui cito diſcunt, & illico obliviſcuntur. Qui pollent memoria, qua vice primum legunt authorem quempiam, accurate illud præſtent & ſedate, pura enim cum eſt tabella, tum felicius illinuntur colores, & hærent diutius. Ante ſomnum legenda, & matutino, antelucanove ſtudio retractanda ſunt ea dictata, quæ quis velit cito condiſcere. *Alterum* eſt, ut ſtatim atque notæ ſunt excerptæ: aptentur ſcopo noſtro, & applicentur inſtituto præcipuo, puta Evangeliis, concionibus Scripturæ SS. aut aliis Diſciplinis nobis propoſitis; hæc enim conſuetudo permagnæ eſt utilitatis, quia cum ſenſim apparatum ſuum inſtruat, cum in rem præſentem veniendum eſt, ad manum habet omnem ſupellectilem neceſſariam. *Tertium*, ut per notiora nobis, & quæ non poſſumus obliviſci, cum incurrant in oculos, illa quæ volumus appareant nobis velut in ſpeculo, ſiſtanturque illico ubi fuerint advocata. Ad hunc modum ſigna monitura ponunt ante oculos qui magni momenti negotia gerenda ſuſceperunt, aut in Palimpſeſto deſcribunt, ut lectione admoneantur, inducuntque lituram quæ jam perfecta, & ad exitum perducta ſunt; ita Oratores, imagines agentes, ut appellat Cicero, quæ oculis obverſentur & memoriâ dicendorum refricent, ſibi proponunt: ita qui linguas ediſcunt, ſimilitudine & affinitate vocum cum vernacula, aut Latina, quam norunt ad unguem facillime omnia conſequi ſolent: juvat etiam ad hoc ipſum negotium, ordo Alphabeticus, quem quia non poſſumus obliviſci, levi brachio eorum recordamur, quæ lineis ejuſmodi velut exercitum ordinaverimus, & ad hanc rem conferunt majuſculæ literæ, & à capite crebro majoribus elementis exarata; typi enim quo ſunt grandiores, aut varii, eo magis inurunt memoriæ, quæ ſunt commendata: prodeſt etiam viva vox, quæ alte inculcat, altoque ferit ſulco. Artis etiam eſt, pauculis vocibus

per

per initia aliarum compoſitis, recordari multarum, quo artificio Pontificum, Regumque nomina ſyllabis aliquot includimus; v.g. *liclecl emaneval.* Linum, Cletum, Clementem, Anacletum, Evariſtum, Alexandrum ſonat. Hoc erudito ſtratagemate, contra Theſes quinquaginta ſæpe diſputavi verbis quinque mihi notis comprehenſas; ſic Petri nomine mihi noto, memini Petronii: urbes autem & vicos, domoſque ac cellas varias in domibus probavi nunquam: porro ſimilitudo primarum literarum, profuit mihi perſæpe cum enumerarem authores ab hac vel illa ducentes initium, v.g. à littera P, aut C, &c. Præ omnibus tamen eſt crebra retractatio, more uſurariorum crebro Kalendarium manu verſantium. Auguſtus laterculum Militum explorabat quotidie: Franciſcus Primus Galliarum Rex, in denis digitis reditus & expenſas regni intuebatur; illi bis die numerant pecus. Quid prohibet eruditum virum diligentiam etiam diligentiorem præſtare utendo? Ac quia mollior eſt in adoleſcentibus cera memoriæ, occaſione utendum eſt, & ferrum, dum eſt in igni, tundendum. Exerceatur ergo mentis illa facultas, moralibus oraculis ex Homero, Pindaro, Phocyllide, Theognide, Tragicis, Satyricis, Lyricis, Heroicis, Euripide, Perſio, Juvenale, Horatio, Virgilio, Lucano, Claudiano; Item ex ſapientibus, Platone, Tullio, Plutarcho, Tacito, Livio, Seneca, Triſmegiſto, Dione, Chr. Themiſtio condiſcendis. Exerceatur etiam audiendis eruditiſſimis & eloquentiſſimis cum Magiſtris, tum Oratoribus, & quæ audierit, repetendis. Porro dum de memoria quidpiam è pulpito dicitur, eidem aliarum rerum imperanda eſt oblivio, ne perturbatio cooriatur in dicente. Cum autem duplex ſit memoria, rerum & verborum; qui rerum memoria pollent, judicio & ingenio ſunt exquiſito, qui utrâque præſtant, ſapientes ad miraculum elucent, uti Seneca Rhetor, Perronius Cardinalis, & alii effloruere. Qui in humanioribus literis quæ memoria præſertim conſtant, & Philoſophiæ, Theologiæque myſteria capere non potuere, illi judicio deficiuntur præſtanti, quamvis prudentia rerum, negotiorumve gerendorum valeant interdum: ſumma ingenia judicio, ingenio, memoriaque antecellunt alios ſpatiis prope infinitis & ad omnia ſunt aptiſſimi. Qui ad Philoſophiam tantum, aut politiores literas modo nati ſunt, nec valent ad omnia; finita, terminataque ingenia nuncupantur, diſcrimen ex organis, ut ajunt, aut etiam ab animi propenſione pendet, quam etiam conſuetudo nationum ſuo pondere demergit.

CAPUT XIV.
MYSTERIUM XIV.
ΑΔΥΤΟΝ ΑΒΑΤΟΝ, Nili & Rhodi.

Occultatio defectuum, & ſtudiorum.

QUintumdecimum Myſterium in ſilentio, arcana ingeniorum, ut Perſarum Regum occultante: non adibatur ab iis qui initiati non erant ſacrarium, ideo ἄδυτον dicebatur; Nili origo, & Rhodi ſtigmate inuſtæ ab Artemiſia ſtatua inacceſſibilis erat, eam ob rem ἄβατον appellabatur ſaxum. Hunc in modum ſtudiorum noſtrorum methodus occultanda eſt, & Pictorum more ſub velo ducendæ ſunt in tabella lineæ; defectus porro majori ſtudio tacendi ſunt ne ars infametur, vt ait Hippocrates. Etſi enim faſces, ut ajunt, præ modeſtia ſumittendi ſint, prodenda tamen non ſunt apud alios, quæ videntur nocitura, notitiam enim defectuum illico fama malum velociſſimum centum ſpargit linguis, ac ut ſunt ita comparati à natura mortales, ut aliorum ſic malis & inopia gaudeant, ut curioſitate geſtiunt ea cognoſcendi, magna famam credulitate excipiunt, magnaque deſpicientia, notatos proſequuntur & contemptu, cum obtegere potius humanitate inſita bene natis, exemploque deberent Conſtantini, qui defectus operiebat purpura, ut homines cohoneſtaret ſua ſponte jam invidia minuit exiſtimationem, & Solem Meridianum conſpuere nõ veretur, calumnia vero lucem ipſam offuſcare tenebris & carbone inficere conabitur ſemper. Quid ergo non molientur ſi acceſſerit confeſſio, & ſui publicatio? De omnî plane exiſtimationis gradu hominem deturbabunt. Neque ergo memoriæ defectus, nec difficultas componendi, nec ſtudendi moleſtia, nec capitis aut oculorum imbecillitas, nec ingenii tenuitas in medium eſt proferenda. Imo nec facilitas ſcribendi, memoriæve felicitas, aliæve dotes jactandæ, quia non placent qui ſuas pugnas prædicant, ſui præcones, ac illico vileſcunt quæ ſine labore perfici putantur. Ergo ſilentiarios oportet Genios Muſarum colere, ſagax eſt plurimum curioſitas mortalium ad inveſtiganda ingenii peccata, & ſine venia traducendi. Ne ergo calcar currenti ſubdamus, ſed auram potius

adver-

adverſo vento cervorum more ſeſe tuentium ſubducamus: famâ, non bella modo, ſed etiam ſtudia, & alia omnia conſtant. Qui non habent facultatem orationis extemporaneæ, quam in Oratore exigit Quintilianus, neque copiam fandi in circulis & cœtu populari; illi converſatione crebra debent abſtinere, aut domo paratas afferre in medium materias, quod etiam illi præſtant qui pedanea valent in cœtibus eloquentia: ſatius tamen eſt ut pulpito & roſtris ſint contenti; ſeque illis ut cancellis contineant, ne decreſcant, ſeque ipſis minores eſſe videantur. Qui autem abundant doctrina & dicendi facultate, dicant è pulpito in frequentiſſima auditorum corona.

Cæterum nunquam in publicum prodeat diſputaturus, peroraturus, aut aliud quidpiam præſtiturus, niſi paratus eximie, & ad concitandam admirationem inſtructiſſimus. Vel unica minus ornata, minuſque compta diſputatio, hominem capite minuit & fama: omnium autem maxime elaborata ſit oportet, quæ prima eſt, quia ab ea ſucceſſus & opinio pendet: Qui offendit in limine, & memoria labitur, aut eventu caret proſpero, ſecundiſque ventis, cadit in deſperationem plerumque, animumque ita deſpondet, ut remittat ſtudiis nuntium, ut illi bello, qui primo prælio parum proſpere depugnarunt, Labor improbus fidiſſimus comes eſt, & ſemper cum uſura fructum & ſucceſſum affert. Laboremus pertinaciter, ut Pertinax Imperator; militemus ſtrenue, ut ille alius Imperator, & de amaro ſemine, quod ait Hieronymus, dulcem fructum metemus. Cauſa raritatis Oratorum, ait Tullius, labor eſt, quem plerique fugimus; labore venduntur omnia, labor eſt hominum nutritius & omnium perfectus artifex operum, ait Philo: labore hoc conſequemur, ut non tantum ſimiles nobis ſimus ſemper, minores nunquam, ſed majores ſemper, atque perfectiores. Nullos magis decet improbus labor quam magna ingenia, judiciaque præſtantia, quia plus illi provehuntur, & ut opima gleba, ſegetem proferunt uberiorem. Tarda ingenia labore aſſiduo nonnunquam aſſequuntur, interdum præcedunt promptiora, nam ingenioſi ſi laborem fugitent, lolium tantum, & avenas ſteriles gignunt: ex labore otium.

CAPUT XVI.

MYSTERIUM XVI.

Scientia ſine labore, & in molli menſa & lecto.

ARcanum hoc ſeptimum decimum prædivitum eſt, & authoritate dignitateque præſtantium, aliorum oculis legere, alienis manibus ſcribere, alienis ſtudiis proficere, Analectas habere, ut refert Seneca, qui authores indicent, qui compendio referant verbo vel ſcripto quidquid eſt in optimis libris ſcitu dignum, auditu jucundum, æſtimatione pretioſum: Hac arte quamplurimi hodie paucis nummis & ſportulis exhauriunt omnes virorum doctiſſimorum Bibliothecas. Paupertas eruditiſſima divitum auro ſuſtentata: ſtudet illis, ſcribit illis ſuas illis refundit opes inæſtimabili fœnore, & majori eos ſolatio remuneratur, maxime cum gratis, pro optimatibus elaborat lucubrationes, quod Religioſorum eruditorum eſt negotium perpetuum. Hic modus affinis eſt Regum felicitati, qui ad menſam inter epularum illecebras, paſcuntur eſca doctrinarum, & in ipſa lectuli quiete, auditione rerum optimarum acquieſcunt. Hanc etiam induſtriam magna ex parte imitantur qui collata cum aliis ſtudiorum opera, ſpolia dividunt militiæ, juvant enim ſeſe mutuo eruditi, & doctus doctum acuit, commilitiique jura tuenda putat, ut in Cardinali Sirleto & coætaneis videre eſt. Simili arte nundinantur ingreſſum Bibliothecarum alii, librariorum officinas frequentes adeunt, indices eorum percurrunt, & Geſneri & aliorum Dictionarium ſcriptorum: ſcruta librorum ſcrutantur & coëmunt. Bibliothecas hominum Doctorum licitantur. De Papyrii Maſſoni Muſæo quanta & quam pretioſa vænierint ſcio. Hæ ſunt lucroſiſſimæ omnium nundinæ, noſtra maxime tempeſtate cum apud Bibliopolas ſumma eſt veterum eruditorumque Authorum inopia, omnibus lucro inhiantibus, & vulgares duntaxat libros qui uſu teruntur & conſuetudine quotidiana, excudentibus. Denique alii undequaque data teſſera pecuniaria ex omnibus emporiis libros accumulant curioſos vel ex ipſa Arabia & Ægypto. Nova etiam in dies procuduntur monumenta, vetera quotidie ex manuſcriptis eruuntur Bibliothecarum, deflagaverint licet plurima incendio Alexandriæ, Conſtantinopolitanæ, Cæſarianæ Bibliothecæ, & longe plura Gothorum Bellis perierint. Ex Hiſpania hoc año 1645. laminæ plumbeæ Arabica lingua deſcriptæ Romam allatæ ſunt, in quibus vetus omnis Jacobi Theologia eſt exarata ut ferunt, ut in ultima Sinarum ora, apud Judæos inventi ſunt ſacri

facri libri ante Chriftum natum confcripti fub tempus captivitatis qui feruntur incorruptiffimi. Ceterum cum efferri non debeant ex Bibliothecis Libri, neque commodari, nifi vade accepto & fponfore, propter furta creberrima, & fpoliationes Bibliothecarum lugendas; neque donari, aut vendi, propter injuriam eruditorum, & interitum literarum: tutiffimum eft armariis, & clave obferare, aut catenulis veterum more illigare, nam alioqui Argus non fufficeret illis cuftodiendis, & ipfis cuftodibus alii adhibendi effent cuftodes: nonnulli enim mortalium injuftiffimi comportant ingentem optimorum ftruem fuas in cellulas, pulvere, & tineis exedendam, parum laborantes de fociorum inopia; quanquam qui oftentant librorum multitudinem, quorum nec indicem norunt, neque doctrinam, fapientius facerent, fi eos eruditis ad ufum commodarent, itaque pulverem excuterent. Porro plagiarii funt illi qui libros communi ufui deftinatos abdunt, ut foli fruantur, foli videantur eruditi: aut per fummum fcelus lacerant, extirpatis foliis curiofis quibus foli ornentur, aut commaculant per incuriam, aut infamant, ne alii utantur.

Denique cum librorum copia eo fpectet ut creet homines eruditos, via tutiffima certiffimaque ad comparandam folidam doctrinam, eft DOCERE, fignum enim, ait ille, fcientis eft poffe docere: imo & gradus ad fcientiam firmiffimus. Qui autem ejufmodi eft, is erit paratiffimus ad omnes modos qui quotidie novi, monetæ inftar, procuduntur, fi eos judicet Arti confentaneos. Qui alios ftudiorum artifices adire voluerit, habet Horatium in Arte poëtica, Petronium initio epiftolæ, Quintilianum primis Inftitutionum orat. libris, Tacitum de claris oratoribus, Senecam Rhetorem in controverfiis & fuaforiis, Senecam Philof. epift. Plinium Jun. epift. Auguftinum quatuor de doctrina Chriftiana libris, Plutarch. de Aud. & Educ. Petrum Gregorium fyntaxi Artis mirabilis, Lullum in Arte magna, Lipfium, verbo, omnes Rhetoricorum præceptorum Authores: Mufæum noftrum Rhetoricum & Poëticum. Seria porro ftudia Philofophiæ, Rhetoricæ, Theologiæ, Jurifprudentiæ, Medicinæ, amplectenda: ludicra omittenda nifi juvent.

CAPUT XVII.

MYSTERIUM XVII.

In Microcofmo Megalocofmus, hoc eft Mundus Literarum in Homine.

QUia non unam tantum, ut fæpe monuimus, prehenfamus difciplinam, fed omnes nobis defpondimus, neque civem modo privatumque hominem, fed Imperatorem orbi literario præfuturum creamus & efformamus, eam ob rem ideam univerfalem Ifiacorum exemplo delineabimus, quæ pertineat ad omnes fcientias accurata difciplina perdifcendas. Ponemus ante oculus Mundum omnem, ut animus velut ex edita fpecula luftret omnia, ficut oculus ex alto fubjectam, que fefe aperit, planitiem contemplatur. Hoc more ut ait Max. Tyrius, fapiens omnibus ætatibus, locis, rebus intereft omnibus, nec eft ufpiam gentium aliquid, quod ejus fe fubducat afpectibus. Humana MENS ad res omnes cognofcẽdas facta aptaque eft, & veritas ipfa omnis, ut cenfuit Plotinus, Humani fponfa eft intellectus, omne verum objectũ eft noftræ rationis. Hæc Ifiaci Sacerdotes ipfo nomine præ fe ferebất, omnis fcilicet ENTIS fcientiá, SOLI, hoc eft, fapientiæ & veritati facientes: eoque Pallas Saitana profitebatur effe fe, quicquid fuerat, erat, & futurum in rerum natura erat, velumque à nemine fibi ablatum, quia fymbolis, hieroglyphicis & ænigmatibus velut involucris omnia obtegebant. Trifmegiftus Mercurius duobus quadraginta libris, omnes illas difciplinas tradiderat, quos Clemens Alex. 6. Strom. commemorat. Duos obelifcos Romæ vidimus, alterum ad S. Mariam Majorem, alterum ad Portam populi, hieroglyphicis, facrifque literis, fcientiarum omnium argumenta continentes, ut ex noctua, ibide, gradibus crebris, templorum valvis, accipitre, Serapidis fignis, falutis litera & aliis figuris videre eft. De quibus Horus Apollo, Pierius, Goropius, Athanafius Kirker in Prodromo, &c. Has etiam ille apud Suidam πρῶτος σοφὸς, fuis concrediderat univerfas. Hunc morem veteres affectabantur ut ex Plinio, Auguftino, Caffiodoro, Boëtio, Beda, Alcuino, Rabano, Oecumenico, Hugone Victorino, Alberto, Vincentio Bellovacenfi, Authore propriet. Rhodigino, Petro Gregorio noftra ætate conftat.

Hac fit iter, manifefta ROTÆ *veftigia cerno.*

LIBER SECUNDUS,

SEU

IDEA

COMMUNIUM LOCORUM.

ORBIS LITERARIUS ORBEM RERUM UNIVERSUM IN SUOS TITULOS DESCRIPTARUM SUB DEO CONDITORE COMPLECTENS.

Tituli Locorum communium.

Deus, Chriſtus, Deipara, Angeli, Sancti, Dæmones, Dii falſi, Homo, & quæ ad Corpus, Animum, Statuſque diverſos pertinent, Animalia, Plantæ, Metalla, Lapides, Meteora, Elementa, Cælum, Planetæ, Stellæ, Mundus.

HOS TITULOS, qui exhauſerit penitus, omne plane Scientiarum & Artium omnium ſtadium decurrerit. Nihil enim eſt uſpiam extra hos circulos. Atque hic erit ISIACUS ille decantatiſſimus, hoc eſt, *Omnis Entis ſcientiſſimus:* Et hic liber ISIUM à Plutarcho celebratum, hoc eſt, *Omnis Entis Academia*, ubi ſapientia docet, *Omne quod eſt, quod fuit, & quod erit, non velata, ſed aperta facie.* Erit etiam hoc adamatum ſtudii, laboris, atque temporis compendium. Cum enim ſcientiæ plures eadem de Deo, de homine, de legibus, de virtute, de felicitate, moribuſque decantent & recoquant; hæc ſemel emetitur omne milium aureum, & quod optabat Seneca, Mundum ſapientiæ ſub unum aſpectum ſubjicit, adeo ut ipſa Titulorum tabella ſit omnium doctrinarum, ut cum Græcis ſentiam, protheoria, & humanarum, divinarumque diſciplinarum, non Breviarium modo, ſed ipſa prope Unitas: ſed operæ pretium eſt, ut hos Titulos, in ſuas partes veluti Rivos, aut Ramos arboris opacæ dividamus.

CAPUT I.

DEUS.

ENS Entium, & cauſa cauſarum, Unum omnia, totus oculus, totus auditus, totus animus, totus animi, totus ſui: ut loquuntur Plinius, Syneſius, & Pariſienſis Guillelmus, Primo loco ſtatuitur, quia unum, ſummum, & optimum eſt, extra omnem, & ſupra omnem categoriam poſitus, ut ajunt Anſelmus, Caſſiodorus, & Tertullianus.

DEUS *in genere, Dei laudes, elogia, deſcriptiones*, &c. De his ſacri Præcones, Tertullianus de Trinit. Minutius Fel. Dionyſius de Divinis Nom. & Theologia Myſtica; Arnobius lib. 1. Hilarius & Auguſtinus libb. de Trinit. Lactantius lib. 1. Gregor. Nazianz. quatuor orationibus Theolog. à 36. ad 40. Chryſoſtomus de incompreh. n. Dei: Syneſius in Hymnis opt. Prudentius in Apotheoſi & hamartigenia: Damaſcenus lib. 1. orthodox. fid. & in Parallelis, Fulgentius ad Mon. & Petr. Richardus Victor. de Trinitate: Bernardus lib. 5. de conſid. Anſelmus in Monol. & Proſol. Victorinus in Bibliotheca Patrum, Nicetas in Theſ. Cypariſiota, Petavius tom. 1. Eccl. dogm. Philo Jud. paſſim. Garaſſus in ſumma Theolog. Theophilus in Theolog. natur. & Sebondius, Propriet. rerum, Guillelm. Pariſ. libb. de Univerſo: Recupitus, Coccius in Theſauro: Caſſiodorus lib. de Amicitia: Nicol. de Cuſa Card. acutiſſ. Euthymius in Panoplia, & Lindanus. Scripturæ ſacræ loci illuſtr. Pſalm. &c. communes loci Scr. Concordantiæ Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Galatin. Reuchlin. Fr. Georg. Venetus ex Rabbinis. D. Thom.

1. p.

1. p. initio: Magifter fentent. initio: Theologi fchol. ibi. Maximi Centuriæ, Liturgiæ facræ, Horologium Græc. Pontificale Rom. Rituale, Preces Eccl. Preces Hebræorum: Berchorius, Crefpetius, & alii Alphabetarii.

Ex profanis, Aratus, Orpheus, Homerus, Poëtæ Græci, Latini, Trifmegiftus in Pimandro, Afclepio, fermone facro, clave, & aliis citatis in eclogis phyf. Stobæi, & Vaticana Bibliothec. Plato in Timæo, Rep. & alibi paffim. Platonici apud Eufebium de præp. Eu. Plotinus in Enneadibus, Proclus, Pfellus, Porphyrius, Jamblychus, Eugubinus de perenni Philofoph. libb. prioribus affert ex antiquis reconditiffima. Plinius lib. 2. natur. hift. initio: Lilius Giraldus init. Dio. Chryfoft. oratione Theolog. peroptima. Maximus Tyrius differtatione prima ingeniofiffima, & 26. 27. Rhodiginus lib. 1. Antiquit. Ludovic. Carbo, Yuez Capuc. Aufonius in oratione Ephemeris.

AN SIT DEUS, DEI EXISTENTIA, contra Atheos, Dionyf. de divin. nomin. cap. 5. & c. Ex facris autoribus, iidem qui fuprà, & ex prophanis item, præfertim Garaffus, Theophilus Rayn. & Leffius. Sebondius, Doctr. curiofa Garaffi: Theodoretus de providentia: Boëtius de Trinit. Julius Firmicus de errore prof. Relig. Clemens Alex. Athenagoras, Lact. Arnob. Minutius & alii, qui contra Idola fcripfere, Granatenfis in Catech. Camus in Diverf. Tertullianus de Teftimonio Animæ opt. Petavius tom. 1. lib. 1. Dogm. inftar omnium eft: Origen. de principiis: Coccius in thefauro. Inter profanos Cicero lib. 2. de Natura Deorum, Suidas in Epicuro contra Atheos, Laërtius in Pyrrhoniftis & Diagora, Poëtæ Græc. & Lat. Petrus Gregorius lib. 1. Syntaxeos; legendæ fententiæ Cicer. Eclogæ Stobæi, Poëtarum flores & Mirabellus in Polyanthea.

Demonftratur à Theologis 1. p. q. 2. Mag. 1. ex effectis, & ab Ariftot. 1. de cælo ex movente immobili.

Probatur ex confenfu omnium nationum.

Ex collectione omnium caufarum, fupra quas effe debet una non facta.

Ex contingentibus quæ ab ente fieri neceffario debent.

VITA DEI. *Vivit Dominus;* Sacramentum folemne fcribit Ambrofius, Pfalm. 36. Dionyfius de divin. nomin. cap. 6. & 11. D. Thom. 1. part. quæft. 28. Synef. Hymni, SS. PP. in Joan. 1. *In ipfo vita erat.* Auguft. Cyrill. Chryfoft. Rupertus in illud *Ego fum via, veritas, & vita.*

QUID SIT DEUS? Qualis definitio dari poffit aut potius defcriptio? ENS à fe, Ens independens &c. Infinitum effentia undequaque; Actus purus, totus Actus, Sum qui fum: QUI EST. Νόησις νοήσεως νόησις, cognitio cognitionis cognitio, mens mentis mens, Arift. 12 Metaph. opt. Intellectus Intelligens per effentiam. Spiritus univerfalis in effendo feu in effentiæ perfectione infinita, In cognofcendo, In caufando, Duratione, Immenfitate &c. Spiritus eft Deus. Joan. 4. HOC EST folus, Boëtius de Trinit. Id quo melius cogitari non poteft, Trifmeg. Lactantius: numen præftantiffimæ mentis, Tullius l. 2. de natura D. Videndus Bern. ad frat. de monte Dei & lib. 5, De confider. Anfelm. in Monol. Victorinus. Dionyf. 1. de Div. nom. &c. SS. PP. fupra citati, Hilarius maxime in illud EGO fum, de quo & alii Exodi interpretes: Philolaüs apud Philon. Jud. de mundi opificio: *ἐστὶ γὰρ ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων θεός. εἷς ἀεὶ ὢν μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς αὐτῷ ὅμοιος, ἕτερος τῶν ἄλλων.* Eft Author & princeps rerum omnium Deus, femper unus, ftabilis, immobilis, aliorum diffimilis. Plin. l. 2. Eugubinus. Salv. lib. 1. de provid. Nicol. de Cufa Card. acutiffime, Plutarch. de titulo templi Delph. EI. opt. Senec. 1. nat. qq. Theolog. in 1. fent. Et 1. p. S. Thom. fufe. Philofophi in Theolog. natur. cum Ariftot. 12. Metaph. Theophilus Rayn. in Theologia nat. Garaffus in fumma Theologica, Rhodiginus, Coccius, Philo Jud. paffim: Origen. de Principiis caute legendus. Petavius lib. 1. tom. 1. dogmat. Ec. opt. Exod. 3. *Ego fum qui fum.* quam admirabilem Dei fignificationem vocat Hilar. lib. 1. de Trinit. initio.

DEUS UNUS. Arnobius contra Gentes, Lact. lib. 1. Divin. Inftit. Tertull. contra Marc. l. 1. & 2. Clem. Alex. in protreptico, Athenagoras, Philo Jud. paffim, maxime lib. de Monarchia, Theophylus Raynaudus Th. nat. Petavius fupra Dionyf. de divin. nom. c. 13.

Sibyllarum oracula citata à Lactantio & SS. PP. & apud Obfopœum, Εἷς μόνος ἐστι θεός. Trifmegiftus fupra citatus. Plato, Tullius, Poëtæ Gr. Lat. Theophylus Raynaudus in fua Theologia naturali citat plurimos: legendi Cyrillus Hierofol. Catech. 6. De *Monarchia Dei*, Catechifmus Concilii Trident. Baius, Auguftin. in explic. fymboli. Cypr. Ruffinus & SS. PP. Item Catechiftæ citandi in lib. 2. Aula Theolog. Expendendum illud pro dignitate quod inculcat Mofes, *Deus tuus, Deus unus eft:* Deut. 6. & illa Salica Galliarum lex fapien-

ſapientiſſima æque ac Religioſiſſima, Regiis LugdunenſisCivitatis portis adventanteHenrico II. inſculpta, Unus DEUS, una FIDES, una LEX, unus REX, Theologi 1. ſent. & 1. p.q. 1. Demonſtratur, quia non poſſunt eſſe duo ultimi fines, nec duo ſumma ut ratiocinatur Tertull. & ſi haberent, eaſdem dotes, non eſſent, niſi unus; ſi non haberent, nemo eorum eſſet Deus, quia careret aliqua perfectione, Deus autem omnem habet perfectionem. Duo Soles, duæ Animæ, duo Reges, duo Aurigæ: duo Gubernatores, duo patresfam. eſſe non poſſunt. Nec duo Magiſtri in eadem cathedra ſimul. Vid.com.loc.Scripturæ & ſententiæ exquiſitæ.

DEUS, ſilentio myſtico, & ignorando, ſcitur, & cognoſcitur melius. Dionyſius de div. nomin. & Theol. myſt. Triſmeg. in Pim. ubi & de caligine &c. Eugub. de per. Ph. σκότος 3. Victorinus, Auguſt. Greg. Naz. orat. Theol. & de Chriſt. Nativit. Chryſoſt de incomprehen. natura Dei. Eugubius de perenni philoſ. Philippus Abbas de ſilentio. Pſ. 64. *Tibi ſilentium laus.* Hebr. Per Attributa *Negativa* melius exprimitur quam per *Affirmativa*, ἀόρατος, ἀπείρατος ἀκατάληπτος, Inviſibilis, incomprehenſibilis, infinitus, inacceſſibilis: ἀνεκλάλητος ἀνεκφώνητος, ineffabilis. Dionyſ. de div. nom. Naz. Damaſcenus lib. 1. orthod. fid. Victorinus & alii ſupra citati PP. A ponte in Duce ſpirituali & Medit. Attributorum, Triſmegiſtus in Pimandro & Aſclepio.

DEI Cognitio naturalis, per fidem, per Theologiam, per miracula, per ſcripturas SS. per Chriſtum, per Apoſt. & Doctores Eccleſiæ, per Gentiles, Naz. or. 34. Origen. 1. de princip. Dion. 1. de div. nom. Mag. ſent. in 1. d. 3. op. D. Thom. 1. p. q. 12. Plutarch. lib. de EI Delphico opt. Plin. l. 2. c. 1. Petavius lib. 7. Dogm. c. 1. Cyrill. in 45. Iſaiæ, Theoph. in Theol. Nat. Xenoph. de dictis Socr. Eugub. Philo Jud. paſſim. S. Jure lib. plur. Dio. Chryſ. orat. Theologica. Aug. paſſim.

DEI Ignorantia, oblivio. Triſmeg. in Bibl. Vatic. MS. Deus eſt occultiſſ. & manifeſt. quod Dei ignoratio ſit malum max. Item in Pim. Philo Judæus paſſim.

DEUS Ignotus quis? Baron. in Annal. Iſid. Peluſiota. l. 4. ep. 69. Chryſoſtomus & Oecumenius, Act. 17.

DEI Attributa & Perfectiones in genere. Abſoluta, Relativa, Affirmativa, Negativa, quæ, & quot, & quomodo diſtincta inter ſe, & ab Eſſentia ſeu Natura Divina. De his optimè Bernardus lib. 5. de conſideratione: *Omnia in omnibus, ſingula in ſingulis, ſingula in omnibus, omnia in ſingulis, hoc eſt Deo Eſſe, idem quod hæc omnia eſſe,* &c. Tertull. de Trin. omni magnitudine major, omni virtute viritior &c. Damaſc. 1. orth. fid. Aug. 1. confeſſ. in medit. Syneſius in Hymnis, D. Thom. Opuſc. de Moribus divinis. Fauſtus Reg. de gratia in fine Sap. Omnip. Juſt. & Bonitatem Dei in creando hom. deſcribens ut Dam. & D. Thom. in Incarnatione Naz. or. Nativit. & alii citati. Chavaſſius de notis Eccl. Coccius, Theoph. Raynaud. *Leſſius* ex profeſſo & opt. tomo integro. Garaſſ. in ſumma, Petavius tom. 1. Dogm. eccl. libris decem opt. l. 6. de perfect. Lud. Carbo. V. loci Script. ſelecti, V. Pſal. 144. & alii. Omnis perfectio ſimpliciter ſimplex quæ nullam invehat imperfectionem, Deo tribuenda eſt. Attributa divina & cum eſſentia & inter ſe identificantur re, ſola Ratione differunt. Miſericordia divina Juſtitia eſt, & Deus. *Relativa* reſpiciunt creaturas ut Juſtitia omnipotentia, miſeric. *Abſoluta* non reſpiciunt, ut pulchritudo Dei, felicitas, ſanctitas. *Negativa* non dicunt negationem, ſed perfectionem veram, ut infinitas, immenſitas, incomprehenſibilitas. Hæc philoſophamur modo concipiendi noſtro, ut ajunt DD. Th. 1. p. q. 4. *Deus eſt perfectiſſimus.*

Sibyllina Oracula, Orphei Hymni & Hom. quæ enim falſis Diis impie tribuunt, Deo aptari debent ſoli ut Bonorum omnium fonti. V. Macrob. de ſole, & Jul. Firmicus de errore profanæ religionis.

Attributa omnia DEI, communia ſunt tribus perſonis ſicut eſſentia divina: Juſtus Pater, juſtus Filius, juſtus Spiritus ſanctus, licet approprientur quædam Patri, alia Filio, alia Spiritui S. Propter analogiam ad originationes, & proceſſiones. Triſmegiſtus in Hymno Divino quem Theophilus velut coronidem Theologiæ naturali impoſuit: Plato dialogo de Sancto, & in libris de Republ. Deum bonum, juſtum, immutabilem prædicans, & cauſam bonorum non autem malorum. Philo paſſim duas Dei prædicans perfectiones, Omnipotentiam & bonitatem, & alias. Imperatoriam atque legislatricem facultatem. Plot. in Ennead. Eugubinus de peren. ph. Petr. Greg. in Syntaxi Artis mirab. tom. 1.

SIMPLICITAS DEI. Deus nec eſt compoſitus ex materia, & forma, nec ex partibus entitativis aut quantitativis, nec ex integrantibus, nec ex animo & corpore, quia non

non eſt corpus, ſed ſpiritus, immort. infinitus eſſentia. Nec eſt compoſitus ex genere, & & differentia, nec ex ſubſtantia & accidente, nec ex ente & potentia, quia eſt Actus purus, ſimplex & immutabilis. Nulla eſt in Deo duplicitas, nulla diſſimulatio, dolus nullus, ſed vera ſinceritas, & ſincera fidelitas. Leſſius, Theophilus, Petavius lib. 2. tom. 1. dogm. Eccl. opt. D. Thom. 1. p. q. 3. & omnes Theologi, Mag. ſent. in 1. & 8. Epiphanius & alii contra Anthropomorphitas, qui Deum corporeum eſſe fingebant. V. Caſſian. Liturgiæ ſacr. in Hymn. ἅγιος ἀθάνατος.

SANCTITAS DEI, Impeccabilitas, Deus non eſt auctor peccati, ſed oſor, & Judex, Dionyſ. 12. de divin. Nomin. Baſilius oratione præſtantiſſ. de ea re, & Tertull. contra Marc. PP. in illud Iſaiæ 6. S. S. S. Orig. Hieron. Theodor. Cyrill. Baſil. Chryſoſtom. Liturgiæ ſacræ in Triſagio, & Hymno Victoriæ Ἅγιος ἀθάνατος, & Interpretes liturg. in Bibl. PP. Hiſtoria Eccleſ. de eodem Hymno, Socrat. Sozomen. Nicephori, Baronii, Spondani. Tertull. de Trinit. Gregor. Nazianzen. & alii citati ſupr. Coccius in Theſauro, Leſſius de attributis, D. Petavius lib. 6. t. 1. dogm. Eccl. Prudentius in Hamartigenia & Apotheoſi, Theophil. Rayn. Theol. N. Eſt omnis perfectionis puritas ab omni macula aliena, & irreprehenſibilis, ſpeculum ſine macula, candor lucis æternæ, & fons limpidus omnis virtutis. Videndi Controverſiſtæ contra Calvinum, Blaſphemum, qui Deum facit authorem pecc. Vide Theol. & Philoſ. de concurſu Dei ad actiones hum. non autem ad peccatum in Tract. de peccatis, & cauſa effic. V. Script. loci inſignes de pœnis peccati, & hiſt. Vide Salvian. lib. 1. Proverb. & totis octo libris de peccatorum punitione perpetua ab orbe condito.

Triſmeg. in Hymno divino opt. Pimandri, Plato Dialogo de Sancto & 10. Reipub. in ERI fabula ad finem libri.

BONITAS DEI: Omne bonum, ſummum bonum, Dionyſius 4. de Divin. Nom. Tertull. lib. 2. in Marc. initio op. & ſeq. Bonitas præfecit hominem univerſis fruendis, regnandis, cognominandis. Bonitas adjecit delicias h. Auguſt. in Pſalm. Anſelm. de æt. fel. Dilige unum in quo ſunt omnia bona, Iſidorus de ſummo Bono. S. Proſper de vita contempl. Fauſtus Rheg. de Grat. fine lib. Damaſcen. de Incarn. Boëtius de conſol. *Forma Boni livore carens.* Eugubinus, Coccius, Theophilus R. Garaſſus, LESSIUS, Recupitus, Petavius l. dogmatum. D. Thom. 1. p. 6. q. 6. & S. Bernardus lib. 5. de conſid. Vid. loc. Script. inſignes & Interpret. SS. PP. vid. Vincent. Bellovac. in ſpeculo Theolog. Exodi 33. *Oſtendam tibi omne bonum.*

Triſmegiſtus in eclogis Phyſ. Stobæi, & in Pimandro. Plato de Repub. & in Timæo, Epictetus Arr. & Enchir. paſſim, Tullius 2. de Nat. Deor. Plotinus in Enneadibus, Seneca lib. 3. & 4. de Beneficiis.

Ideo, FINIS ULTIMUS & PRINCIPIUM PRIMUM; quia Bonus eſt DEUS, Mag. ſent. in 2. D. 1. Boët.

Tu requies tranquilla piis, te cernere finis,
Principium, Dux, ſemita, terminus.

Idem,

Felix qui potuit Boni Fontem viſere lucidum.

Dionyſ. Lactant. de vero præmio, Iſidorus lib. de Summo Bono, Auguſt. de Vita Beata, Guill. Pariſ. Vincent. Bellov. Ambroſ. de Fide, Leſſius de Attributis, Anſelm. in Monol. & proſol. Vide quæ de Beatitudine dicuntur. Aug. in Pſalm. Summum bonum eſt bonum tuum, & 22. civit. Aratus, Triſmegiſtus, Stobæus in Eclogis Phyſicis, Plato in Tim. 10. leg. Tull. in ſomn. Scipion. & Macrob. vide ſententia. Cic.

VERITAS, FIDELITAS. *Super omnia vincit veritas*, Eſdræ 3. c. 4. *Magnum principium Regina Veritas*, Clem. Alex. in Strom. 8. Philo Jud. paſſim, Auguſt. libb. de Mendacio, D. Thom. 1. p. q. 18. in opuſc. de Verit. Lactantius paſſim, D. Anſelm. de Verit. Dionyſ. de Divin. Nom. cap. 7. Ruits 4. de ver. Plato paſſim, Plotin. in Ennead. Seneca in Epiſt. Paſſim Stobæus in ſerm. Rhodigin. Diodor. Sic. in Æg. Judice; Petrarcha in Palatio Cryſtall. Africæ; Matth. Vegius libro integro in Bibl. Patrum, Colon. Hymn. Orphei: Leſſius, Lucretius lib. 6. initio, *Veridicis igitur purgavit pectora dictis.* Imagines Deorum; Irenæus in deſcript. veritatis Valentinianorum. Vid. Philoſ. in Metaph. vid. Mag. ſent. lib. 1. d. 8. Exodi 28. Levit. 8. in rationali Pontificis Urim & thumim, hoc eſt, doctrina & veritas, de quibus Hieron. in Epiſt. de Veſtitu Sacerdotum, Philo Jud. Origenes in Exod.

SAPIENTIA. Salomonis libb. *ſapientiales*, ut vocant, Dionyſius de Divin. nom. 9. & Theolog. myſt. Lactantius de vera Sapientia: S. Leo, Damaſcen. & alii Patres de Incarnatione: Philo Judæus paſſim, lib. ad Oroſium, & 14. de Trinit. Valentia in controverſiis, Theophilus in Theolog. natur. &

Christo: Petavius lib. 4. Dogm. Damascen. Ambros. Cyparissiota passim. Vid. Job. c. 28. & Interpr. Baruch. cap. 3. opt. Vide Rupert. Augustin. Bernard. de Dono sap. cum. D. Thom. & Mag. sentent. de Dono sap. Sylv. Alleg. Canisius in catech. Ant. Mirabellus auctus, Tit. Sapientiæ; Mesa. Labata, & alii Alphabeti ord. scribentes.

Trismegistus in Pimandro & Asclepio, & eclogis Physicis Stob. Plato passim, Plotinus, Eugubinus, Seneca passim in epist. & tract. Lucret. Pierius in Hierogl. Erasmus in Adagiis, Rhodiginus in lect. antiquis, Zuingerus in Theatro vitæ humanæ, Berchorius.

PULCHRITUDO: Boët. de consol.

—— *Pulchrum pulcherrimus ipse*
Mundum mente gerens, similique ab imagine formans.

Esther 15. *Valde mirabilis es tu & facies tua plena Gratiarum.* August. in Confess. Lessius, Petavius lib. 6. tom. dogm. Dionys. 4. de divin. Nom. Vid. Cant. Cantic. 1. *Ecce tu pulcher es.* vid. Reuchlin. in 10. Sephirot. *Tipheret* enim pulchritudo, unus de 10. gradibus ad Deum est; vid. August. Psalm. 44. Pulcher in cœlo, in terris, &c.

Plato in Phædro, Dio Chrysost. in Melancoma, & Platonici omnes.

BEATITUDO, felicitas, D. Thom. 1. part. quæst. 26. & Theolog. 1. Tim. 6. 11. *Beatus solus*, &c. & cap. 1. Evang. glor. *Beati* Dei, Off. Eccles. *O Beata Trinitas!* Vid. Mag. 1. sententiarum, distinct. 36.

Lessius Nomina Dei αὐτάρκης, & *Sadai*, sufficiens sibi & abundans, id indicant.

- Arist. 1. Ethic. Lucretius,

---- *Deûm natura necesse est*
Ipsa sui pollens opibus, nihil indiga nostri.

Providet tamen nobis, & curam gerit nostri, quod negavit Lucretius.

AMOR DEI quo amat. Dionys. de divin. Nomin. cap. 4. Boët. in Consolat. Bernard. de amore Dei. August. in Epist. Jo. *Deus est Charitas*, opt. & in illud: *Sic Deus dilexit mundum.* Salvian. lib. 3. de prov. Richard. Vict. de Trinit. Idiota de Amore, D. Bonaventura in opusc. Leo Hebræus libb. de Amore, Lessius, Lactantius de Triumpho amoris, qui Deos omnes captivos duxit. D. Thom. 1. part. quæst. 20. Mag. sent. lib. 1. dist. 10. *est amor in Trinitate, qui est Trinitas:* Deus enim amor, & charitas. Hic est Amor *Absolutus* communis tribus personis. Nam Amor *Notionalis Relativus* & spirator est unus duorum spirantium, Patris & Filii: Amor vero spiratus unus est, scilicet Spiritus sanctus: *O felix hominum genus, si nostros animos Amor, quo cælum regitur, regat!* hæc & plura Boët.

Plato in convivio Deum Antiquiss. & auctorem omnium vocat disciplinarum: V. Vigenere in Amorib. Philostr. Eustathius Soph. Amor crucifixus Ignatii & Ausonii, *Pacis Amor Deus est:* Propert. Orphei hymn. Amoris; Athen. Seldenus de Thamuz & Adonide in Diis Syris, Athenæus fabula Psyches, quæ nupsit Amori divino, ut describunt Fulgentius & Apulejus.

CLEMENTIA, MISERICORDIA. Chrysolog. August. Gregorius Magnus, Hieron. & alii Sancti Patres in Prodigo & Magdál. Bern. de septem misericordiis, D. Petr. Cell. de panibus; Tertull. Pacianus, & alii Patres, de Pœnitentia; D. Thom. 1. p. quæst. 21. & in Opusculo de Moribus divinis. LESSIUS, dulcedo, & suavitas Dei, Sap. 16. in Symbolo Manna, & Psalm 24. 33. 85. 99. vid. loc. Script. insignes. vid. Gregor. Nyss. & Chromat. de Beatitudinibus. vid. Patres in illud, *Estote misericordes sicut*, &c. vid. Evang. Panum. vid. concion. 3. Quadrag. vid. Psalm. 135. op.

Claudianus:

Sis pius imprimis, Nam cum vincamus in omni
Munere, sola Deos æquat clementia Nobis.
Principio magni custos clementia mundi.

In Panegyr. Honor. Plut. de Ira cohib. Deum ait vocari μειλίχιον, mellitum. Plin. in præf. *Deus est mortali juvare mortalem*, &c. Pausanias, Aram misericordiæ decantatam, ad quá omnes confugiebant, describit Athenis. Statius clementiæ templum admirab. Seneca libb. de clementia opt. Themist. in orat. de laudibus Theodosii clementiss. Fingunt Deum Romanorum innominatum, & alios Genios urbium, qui ab hostibus evocabantur fuisse *Clementiam*. V. Aul. Gell. Hoc est Palladium urbium, Dei misericordia.

JUSTITIA DEI. Lactantius de vera Justitia, Salvianus lib. 1. de provid. & septem seqq. August. de Trinit. *Primo Justitia, deinde potentia*; Jobius apud Photium, libræ & trutinæ Deum comparat, Philo de Judice, & alibi passim. Mauritius Imperator moriens, *Justus es Domine, & rectum judicium tuum.* Idem Andronicus senior Hist. Eccl. LESSIUS, Clem. Alex. in Strom. Dei sponsam facit, ex Pindaro, & Matrem servatorum. Item Delrio in Adag. Bernard. 5. de consid. & de septem oscitationibus. V. loci Script. nobiles. D. Thom. 1. p. q. 21. Dionys. de divin. Nom. cap. 8. Theologi de Christi rigorosa satisfact. & de Pœnit. virtute quæ justitia est.

Ima-

Imagines *Deorum*, Fabulæ de *Themide* assidente *Dei* throno: Plato in Prometheo, & alibi passim. Orph. in Hymnis, Ammianus Marcell. *Vigilavit oculus.* Just. Eusebius in Eclogis Stobæi. Pomponius Lætus in Rhamnusia, Plutarch. de *Divina* vind. *Theatrum* Vitæ hum. Valer. Max. Fulgosius, *Daurotius*, Poëtæ Lat. & Græci passim, *Dio* Chrys. orat. 1. de Monarchia, Stobæus sermone 9. Plutarch. de sera Numinis vindicta.

OMNIPOTENTIA *DEI*, qua potest quicquid non implicat contradictionem, aut imperfectionem; ideo *quod factum est, infectum fieri non potest*, ut ait Plin. 2. nat. h. initio, nec bene ratiocinatur in contrarium. Petr. *Dam.* Card. opusc. de Omnipot. V. *Dionys.* Areop. 10. de div. Nom. Philo Jud. passim. Bernard lib. 5. de consider. Anselmus in Monologio & Prosologio, Naz. or. Nativit. Georg. Pisid. in Cosmop. Guill. Paris. de universo: Ambros. lib. 4. sacram. & init. Myst. Chavassius de Notis Eccl. Lessius, Valentia controv. Minutius, Arnobius, V. Controversistæ de Eucharistia, Petavius lib. 5. tom. 1. *Dogm.* cap. 5. *Theoph.* in *Theol.* natur. Sibillæ παντοκράτορα vocant. Orph. in Hymn. *Trismeg.* Plato in Timæo, *Tullius* 2. de nat. *Deor.* Poëtæ Græc. Lat. Stob. in eclogis Phys. Mag. sent. in 1. dist. 42. *D.* Thom. 1. p. q. 25. Potentia *ordinaria* dicitur qua *Deus* agit juxta ordinem naturæ. *Extraordinaria*, qua miracula & alia patrat supra naturæ statum. Potentia *obedientialis*, qua creatura obedit omnipotentiæ *Dei* ad opera admiranda.

MIRACULA & OPERA DEI, Sapientiæ & Omnipotentiæ tribuuntur.

LIBERALITAS & MAGNIFICENTIA. Vid. *Titul. Bonitatis & Amoris.* August. de civit. Dei, & Bernard. apud Pererium & Saillanum de parad. terrestri. V. Ambros. Basil. in Hexameron de bonis homini collatis: V. Ficinum in Epistola de Anima, de Anima, quæ aurea est: *Venite & videte quanta fecit Dominus animæ meæ.* Tertull. de resurrect. carnis, Bernard. de septem miser. & alibi. *Dilige eum qui tibi ministrat syderum cursus, aëris temperiem* & c. de Passione item Granatensis de Benef. D. & Carthusianus, de iisdem Fr. de Sales lib. de Amore, D. Lessius Chrysol. S. 69. op. V. tractat. de Eucharist. & Liberalitate Christ. *D. Th.* opusc. de Sacram. Altaris opt. Se dat in præmium. Chrys. in Jo. Matth. & Paulum de Eucharist. Salv. 1. de provid. *Dei*, liberalitatem in Judæos descr. op. in *Davidem*, & Salom. lib. 2. & 3. Reg. in Christianos, die Pentecostes. vid. conciones ibi, & Bosius de signis in Reges Gall. Vivaldus, Rosselet in lilio S. Seneca lib. 3. de Beneficiis, & 4. Trismegist. apud Stobæum in Eclogis Phis. describit *Deum* plena manu omnia bona in naturæ sinum conferentem.

IMMUTABILITAS. *D. Thom.* 1. p. q. 9. Boët in consol. August. 1. Confess. *Damascen.* 1. Orth. F. Nazianz. orat. Nativit. & quatuor Theol. orat. Chrys. de incomprehens. na. *Dei*, Philo in illud, *Tu vero hic sta mecum*, & alibi passim, Lessius, Theodor. *Dialog. Immutabilis*, & Philo, quod *Deus* immutabilis. Petavius, t. 1. lib. 3. opt. Mag. sen. in 1. *D.* 8. cum pœnitere dicitur, ανθρωποπαθῶς dicitur; & ex Ambrosio, mutat *Deus* sententiam cum peccator mutat voluntatem, quia conditionatæ sunt *Dei* sententiæ, ideoque non mutantur: mutamur nos, solus non mutatur. Augustin. contra Maxim. V. *Theol.* de voluntate & libertate *Dei*, Ruits, &c.

Plato sæpe illud inculcat αὐτὸ τὸ αὐτὸ, &c. *Plutarchus* in tit. templi *Delph.* EI. ES. docet eleganter quemadmodum *DEUS* sit immutabilis, & nos continuo mutabiles. Petavius lib. 3. tom. 1. dogm. Ec. instar omnium est.

ÆTERNITAS *DEI*. *Dionys.* de *Divin.* nom. 9. Greg. Naz. orat. nativit. & 38. quæ Theologica est. August. in confess. Gregor. Magn. 9. moral. 26. Zachar. Mityl. Isidor. Pelus. lib. 3. ep. 149. Basil. & Nyss. contra Eunom. lib. 1. Boët. consol. Victorinus, Philo Jud. passim. Guill. Paris. Theophyl. Rayn. Petavius lib. 3. tom. 1. c. 3. Galatin. Lessius, Synes. hymn. *D.* Thom. 1. p. q. 10. Maximus, *Dion.* Interpr. *Demetrius*, Cydonius, *Damasc.* 1. orth. f.

Plat. in Timæo, *Platonici*, Alcin. *Proclus*, Ficinus & *Plotin.* in Ennead. Eugub. *Plin.* lib. 2. natal. Claudian. descr. Ætern. in Stilicone, Ronsardus in Æternitatis Hymno opt. Imagines *Deorum*, Orphei hymni, Numismata Æternit. *Du* Choux, Hieroglyph. *Pierii.* V. *Philos.* lib. de Cælo & Mundo, an ab Æterno esse potuerit, Conimbric. *Petavius* lib. 3. t. 1.

INFINITAS ESSENTIÆ & PERFECTIONUM. Nazian. or. Nat. *D.* Thom. 1. p. q. 7. *Damascen.* 1. orth. f. Chrysostom. de incompr. Nat. *Dei*, *Dionys.* Boëtius, & alii, citati initio; Cyrill. Hierosol. in Catechesi. de *Deo*.

IMMENSITAS, Deus ubique per ess. præs. potentiam, *Dionys.* *Div.* Nom. 1. Clem. Alex. 6. Strom. Naz. orat. 34. Athan. *Dialog.* 2. Chrys. 38. in Acta, *Damascen.* 1. fid. Nyssen. orat. catech. August. epist. 57. op. & 1. confess. Cyrill. con-

contra Jul. Philo passim, Mag. sent. in 1. D 37. V. D. Thom. 1. p. quæst. 8. V. Ariam de Dei præsentia, pie disp. & practice. Vid. August. epist. 57. quomodo Deus ubique sit.
Plotin. Enn. 6. Virg.

----- Deum namque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum.

Aratus,

Διὸς μεςὰ ἅπαντα: μεςὶ λιμένες.

Deo plena omnia, Salvianus lib. 1. de provid. ex Pythagora, mens universi.

PERFECTIO. Dionys. de Divin. nomin. cap. 13. & ejus comment.

INTELLECTUS DEI. Idem cum essentia, Re; Ratione dumtaxat distinguitur. Communis tribus personis; ut & intellectio rerum omnium absoluta & comprehensiva Dei. Notionalis autem, qua generatur Verbum, est solius Patris generantis, & dicentis Filium. Iren. lib. 2. 47. Victorinus contra Arrianos, Trismegist. in Pimandro, & Ascl. V. D. Thom. 1. p. q. 14. 4. Eugub. de mente &c. in perenni Philosoph. Plotinus in Ennead. Petr. Gregor. in Syntaxi, Mirandulani duo, Theolog. in D. Thom. quæst. 14. Lessius, Theophil.

SCIENTIA DEI, PRÆSCIENTIA, Cognitio Ideæ, omnia ab æterno, Divinæ menti sunt præsentissima: scientia *simplicis intelligentiæ,* est scientia possibilium & impossibilium: *Scientia visionis*, est scientia eorum quæ sunt, & futura sunt in æterna mente, seu *Scientia futurorum.* Scientia *conditionata*, seu *media* inter duas præcedentes, est ea qua cognoscit Deus quid facturæ sint creaturæ liberæ, si in tali & tali tempore producantur, & in talibus circumstantiis, tali gratia adiutæ fuerint. Scientia *contingentium futur.* pertinet ad scientiam *visionis. Decretum* est, quo Deus decernit futura: & præcedit scientiam visionis sive sint necessaria, sive libera. Dicitur *præscientia*, & *prævisio*, quia Res omnes à Deo cognoscuntur antequam sint; ab æterno cognitioni ejus præsentes. & illæ ita sunt Ideæ, seu exemplaria rerum futurarum. Dei enim essentia & natura simplicissima est participabilis ab infinitis creaturis, & hæc est radix possibilium & impossibilium. Non sunt tamen RES, in Deo secundum esse Reale quod habituræ sunt, sed secundum esse cognoscitivum Ideale, quia cognoscuntur à Deo sicut sunt. Quicquid autem in Deo est, Deus est, & in Deo omnia sunt unum, ut acutissime ratiocinatur Nicol. de Cusa, Card. D. Thom. 1. p. q. 14. 15. 16. 17. Mag. sent. in 1. D. 35. 38. 39. de scientia præsc. & quomodo Res sint in Deo.

Dionys. 7. div. Nom. Clem. Alex. 6. Strom. August. 15. Trin. Cyrill. in Jo. & 31. Thet. August. in 1. c. 10. Hilar. 12. Trin. Gregor. Magn. 20. mor. 23. Ambros. 3. fid. 7. Boët. 5. consol. Anselm. in Monol. & concord. Philo de mundi opif. Euthym. in Panoplia, Cyparissiota, Nicetas in Thesaur. Damascen. 1. orth. fid. Synes. de Insomn. & Hymn. P. Dam. op. 36. Theophil. Petavius lib. 4. div. Dogm. opt. Lessius. Vid. Prosper. Fulgent. & alii citandi in prædestinat. ob præscient. Bern. 5. de consid.

Eustratius in 1. Ethic. Arist. Plotin. in Enn. Proclus, Arist. in Met. & Asclep. Ammon. in lib. interpr. Psellus, Trismegist. in Pim. Asclepio cum amplissimis comentariis, Videnda Pallas Saitana, & Isium apud Plut. lib. Osiridis. Vid. Plat. in Tim. Alcinous & Platonici, Ficinus, Mirandul. Picolomineus.

PROVIDENTIA DEI, quæ est Sapientia, *attingens à fine ad finem fortiter, suaviterque disponens omnia,* &c. Benevola Dei voluntas gubernationi totius orbis incumbens, Dionys. in Theol. myst. Synesius de provid. Chrisostom. homil. plurib. Theodoretus libris decem, Salvianus libris octo, Boëtius de consol. Hugo Etherian. Lactant. contra Epic. Minutius, Damascen. lib. 1. Lessius, Theophil. Rayn. in Theol. nat. Garassus, Sebond. Granat. Nicol. Cusanus in imagine quæ circumquaque intuetur, Recupitus. V. liber Sapientiæ, & Ecclesiasticus, & libri Salom. Mag. in 1. D. 35. D. Thom. 1. p. q. 22. Vid. Clem. Alex. Athanag. & alii qui scripsere contra Gentiles. V. Nemesium & Petavium lib. 8. sex. capit. Guil. Paris. 3. part. 1. de universo: *Nesme de la Provid.* Arist. lib. de Mundo, Claudian. in Ruffinum.

Plato in Timæo, Plotinus, Alcin. Psell. Proclus, Ficinus, Mirandul. Trismeg. Tull. de nat. Deor. Seneca, Epictet. Arr. Lucianus in Icaromenippo, Eugub. de peren. phil. Alex. Philos. lib. de Provident. De Choux *Medailles*.

PRÆDESTINATIO Præscientiam meritorum ex gratia & voluntatem salvandi complectēs, *Antecedentem Conditionatam*, si bene uti gratia voluerit creatura rationalis, & *Subsequentem Absolutam,* prævisis meritis ex usu gratiæ. Innuit Paulus Rom. 8. *Quos præscivit, & prædestinavit,* hoc in Proposito; in Executione vero, per gratiam *vocavit*, & *justificavit*, tum demum *glorificavit;* ὃς πρoέγνω καὶ πρoώρισε. Cum autem executio conformis sit proposito & ideæ; sicut executio dat gloriam

gloriam meritis, ita & prædestinatio destinavit meritis. Vita æterna, ut ait August. meritis datur; ergo prædestinatur meritis. Hier. in 1. Isaiæ, v. 19. *si volueritis. Liberum servat Arbitrium, ut in utramque partem, non ex præjudicio Dei, sed ex meritis singulorum, vel pœna vel premium sit.* Et Malach. 1. *Dilectio & odium Dei, vel ex præscientia nascitur futurorum, vel ex operibus.* Ambros. lib. 5. de fide, cap. 5. *Quorum merita præscivit; eorum præmia prædestinavit: non petitionibus defertur, sed meritis. Justitiam servo, non Gratiam.* ita Faust. Rheg. *Præscientia prævidet merita, Prædestinatio preparat præmia.* idem Ambrosius Rom. 8. ait, Jacob dilectum, quia prævidit Deus bonum fore; Esau odio habitum, quia prævisus futurus malus. Basilius orat. quod D. n. e. author pec. docet vasa gloriæ fieri ex meritis, & ignominiæ ex demeritis. Iren. lib. 1. cap. 76. Orig. Rom. 8. & de princip. Chrysost. homil. 16. in cap. 9. epist. Rom. Theodoret. OEcumen in cap. 8. epist. Rom. Geñad. de prædest. Vasquez Augustinum in eadem fuisse sententia docet, & citat hæc ejus verba: *non ex electione Propositum, sed ex proposito Electio ad salutem.* & illud: *Invenit merita quæ eligat.* Propositum autem est Voluntas antecedens salvandi omnes per auxilia Gratiæ, si voluerint ei cooperari. Electio vero est voluntas consequens absoluta salvandi eos, qui meruerunt per gratiam, & prævidentur in gratia morituri, ut ait Honorius: ideo ait August. Prædestinationem esse præparationem beneficiorum seu gratiarum, quibus salvamur; quæ oritur ex voluntate salvandi nos: *Vult autem Deus omnes salvos fieri,* 1. Timoth. 2. & 2. Petr. 3. *Non vult aliquem perire.* Dat ergo omnibus media ad salutem necessaria, denique nullum reprobat nisi prævisis demeritis; nullum ergo prædestinat nisi prævisis meritis. Vid. August. de prædest. de corr. & gratia, epist. ad Sixt. & Simplic. Prosp. de vocat. Gent. lib. 2. Ecclesia Lugd. in Bibl. PP.

Dicitur Electio ad gratiam & gloriam, & transmissio creaturæ rationalis ad vitam æternam, Scot. D. Thom. Præparatio Beneficiorum. August. Mag. sent. in 1. D. 35. & 40. D. Thom. 1. p. q. 23. 24. Prædestinatio, est voluntas æterna salvandi adultos, quos prævidit Deus salutem merituros auxiliis Gratiæ, & pueros remediis à Deo ordinatis, justificatos. Ita Honor. Augustod. de prædest. (& omnes SS. PP. citati à Petavio lib. 9. t. 1. dogmat. cap. 16. & 3.) addens eos prævisos morituros in gratia. V. Boët. lib. 5. de consol. Philos. Anselmus, Damascen. Cyparissiota, August. de prædest. SS. Maximus, Martyr. Nicetas in Thesauro, Sixtus Senensis in Bibl. S. Philo Jud. passim; sed gratiam Christi ignoravit. V. Lessius de Attributis, & opusc. de Gratia, Garassus in Summa, Gamaschius, Moncæus, Martinonus, Mæratius, Vasquez, Suarez. Ex profanis, Tullius de Natura Deorum, Plato 10. Reip. fine, Cebes in Tabella Vitæ humanæ, Epict. in Enchiridio, Seneca de providentia, Plin. in præfatione, Virg.

Quos ardens evexit ad æthera virtus.

Omnes cum Poëtæ, tum Oratores, & Philosophi, cælum virtutis præmium pronuntiavere, sed gratiam Christi ignoraverunt, sine qua nemo salvatur, neque potest salvari August. de Nat. & Gra. Concil. Arausicanum.

Vocatio, & Justificatio sunt Effectus voluntatis *Antecedentis* salvandi omnes; sunt tamen effectus in ratione causæ finalis, prædestinationis. ita D. Thom. non enim omnes vocati, aut justificati salvantur; nam *multi vocati, pauci electi.* Glorificatio vero est effectus prædestinationis ex prævisis meritis, quæ est voluntas consequens. In eum sensum Honor. Augustod. de prædest.

REPROBATIO: Voluntas æterna, damnandi malos propter prævisa demerita, mortemque in peccato, vel originali, vel actuali. Mag. in 1. d. 40. 41. Hanc præcedunt in executione induratio, excæcatio, obstinatio ex consuetudine peccandi, quæ non sunt à Deo, sed à peccatore nolente gratiis Dei coperari, Deus enim, ut ait August. neminem deserit, antequam ab eo deseratur; neminem quoque reprobat antequam peccet, ut ajunt omnes; & refert Prosp. 2. voc. denique Pharao induravit cor suum; & Oseæ 13. *Perditio tua, Israël* (hoc est, ex te,) *in me tantummodo auxilium tuum.* D. Bernard lib. 1. de consid. describit *cor durum,* quod nec minis movetur, nec beneficiis; & concludit, *Nemo duri cordis unquam salvatus est.* Vide quo te hæc ducunt ad *cor durum* Videndi iidem auctores qui supra citati sunt de Prædest. Petavius, Less. SS. PP. Pereterius & Cornelius in Exodum, de Induratione cordis Pharaonis, ex Theodor. Origene, Augustino, Gregorio Magno, &c. Videndus August. de peccato in Spiritum sanctum, homil. de Verb. D. de Duritie, serm. de Lazaro. De gradibus eo ducentibus in Confess. *Velle meum tenebat inimicus; ex voluntate perversa facta est libido, & dum libidini non*

ni non resistitur, facta est consuetudo, & ex consuetudine, facta est necessitas. V. Canis. in Catech. de peccatis in Spiritum sanctum. Porro quod *præscientia* Dei nullam inferat necessitatem bene aut male agendi docet Boët. 5. consol. & alii cit. nec gratia item, decernit Concil. Trid.

VOLUNTAS DEI. Idem re, cum essentia & Natura divina, cum Intellectu & Attributis; communis tribus personis, Ratione sola distincta. Spiratio tamen Activa, qua Pater & Filius per voluntatem, tanquam uno principio communi spirant Spiritum S. non est communis Spiritui sancto, quia notionalis est: sicut spiratio passiva non est communis Patri & Filio, quia non spirantur, sed spirant. Voluntas hæc in rebus ad intra, ut vocant, necessaria est, licet non coacta; in rebus ad extra libera est, & necessario libera, quia, ut demonstravimus olim, creaturæ omnes sunt contingentes, & produci à Deo possunt, ut sunt participabiles naturæ divinæ, & non alio modo; libere ergo produci possunt. Est ergo libertas in Deo ad eas producendas aut omittendas; explic. in ord. ad creata; Ruitz. tom. de volunt. Dei, Suar. Vasq. Mag. sent. lib. 1. d. 45. 46. 47. D. Thom. 1. p. q. 19. *Voluntas signi*, est ea quæ significatur per legem & Evangelium præceptis, & hæc non semper impletur, quia homines non obediunt. Voluntas *Absoluta*, quæ sine conditione est; *Conditionata*, quæ habet adjunctam conditionem. Hæc est Antecedens, qua vult salvare nos, si velimus mereri. Illa Absoluta, qua vult salvare benemeritos, & damnare malos. Et dicitur eadem voluntas Beneplaciti, & semper impletur, & nemo ei resistit. Qui voluntatem signi facit, salvabitur; qui non facit, damnabitur. Est etiam voluntas Dei *Bona:* in præceptis comm. *Beneplacens* in consiliis & votis, ac supererogationis operibus. *Perfecta* in excellentia perfectionis; est & permissiva & absoluta.

LIBERTAS DEI. Basilius in Hexameron, & Ambros. lib. 1. Nemesius item, & Nyssen. Hieronym. in epist. ad Philem. Deus bonus est, quia vult, non quia cogitur; sic homo Deo similis. Dionys. 4. div. Nom. August. 1. de fide, cap. 3. Damascen. lib. 2. c. 22. S. Thom. contra Gentil. lib. 1. cap. 82. Boëtius de consol.

Quem non externæ pepulerunt fingere causæ,
Materiæ fluitantis opus, verum insita summi
Forma boni livore carens.

Chrysost. in epist. ad Ephes. Damascen. 1. fid. cap. 29. Anselmus lib. de voluntate Dei; Lessius, Theophilus, Petavius lib. 5. cap. 4. Coccius, perfectio hominis in conformitate volunt. divin. sita est. Bernard. ad Fratres Mont. Dei. Trisinegist. Plato, Philo, Epictetus, Arr. Poët. Gr. Lat. Eugubin. Lipsius in manuductione.

DE VISIONE, AMORE, FRUITIONE DEI, ET UNIONE. In quibus est sita fœlicitas æterna & Beatitudo nostra Aug. l. 22. de civit. Dei serm. 111. epist. 121. in Medit. & soliloq. Dion. de div. nom. c. 1. Bern. serm. 4. SS. & lib. 5. de considerat. Greg. M. 18. Moral. 28. Epiph. hær. 70. Iren. lib. 5. cap. 3. Hieron. 2. contr. Jovin. Orig. 1. Matth. Hilar. Ps. 64. Chrys. 41. h. 1. Cor. Boet. in consol. Anselm. homil. de æt. fœl. Bellarm. de æt. fœl. Sanct. Coccius, Canisius in catech. auctorit. Theophilus Rayn. in Theol. & morali scientia. Beda in Homil. SS. om. Petavius lib. 7. dogm. Eccl. Lessius, Plotin. Ennead. 5. Ambros. in funere Theodosii, Valentiniani & Satyri: Nyssenus in funere Pulcheriæ. SS. PP. in homiliis in laudem Sanctorum. Greg. 4. Mor. 27. Cyrill. ad Reg. Basil. Naz. Chrysost. in panegyr. Guill. Paris. de univers. V. Salasar de conceptione immaculata Deiparæ, ubi docet eam, in hac vita aliquoties Deum vidisse clare; de Mose & de Paulo disputant alii. D. Tho. opusculo de Beatitudine & 1. p. q. 12. Mag. 1. sent. d. 1. & 4. 5. d. 49. & rursum 1. sent. d. 1. ex Aug. de Trin. & doctr. Chr. Deo fruendum; rebus utendum. Comprehensiva Dei cognitio, est qua cognoscitur Deus quantum cognoscibilis est, & omnes effect. & soli Deo convenire potest. Visio clara Dei sicuti est, fit auxilio luminis gloriæ & essentiæ Dei concurrentis. V. controversistæ de inæqualitate visionis. & de felic. animorum. v. Aug. epist. 112. An oculus corporeus Deum visurus sit, & de videndo Deo. vid. Fernandium in visionum explanatione Chrys. in ill. Isai. *Regem in decore suo videbunt*, describit enim theatrum div. gloriæ. Damasc. in vita Barl. & alias visiones Paradisi.

DEI MAJESTAS GLORIA, DIVITIÆ, ABYSSI, Sublimis, profundus, Terribilis, Inscrutabilis, Invisibilis, Incomprehensibilis, Magnus, Laudabilis, Mirabilis, Sufficiens, Plenus. SS. Patres in visionem Is. c. 6. & Danielis 7. Apocal. 4. & 5. Exod. 19. Rupert. Matth. 1. & Hier. in currum Ezechielis. Chrysol. in Evang. *hominis cujusdam divitis.* Clem. Al. 5. strom. de thesauris abscond. Naz. or. quatuor Theol. Dionys. 1. div. nom. Damasc. 1. l. Chrysost. de imcompr. nat. Dei, Prosper l. 2. vocat. 9. Galatin. de Arcanis, Reuchl. de Sephirot, Bern. l. 5. de

conside-

consider. Aug. 1. confes. & in medit. Trismeg. Philo Jud. Lessius, Garass. Theophil. Rayn. Sibillyna oracula. Obsop. Aratus initio, Orphei Hymni, Clem. Alex. & Athenag. c. gentes.

DEUS, REX, DOMINUS, Judex, Pastor, tutor, lux, causa prima, creator, conservator, author omnium bonorum, Remunerator, Mundus Archetypus. Pater, radix, fons, mare Essentiæ, Sol, centrum, circulus, basis, locus, Dominus scientiarum, &c. Dionys. de div. nom. 11.12.9.5. de Rege R. magno, parvo, pace, exempl. salute, &c. Synes. in Hym. Marguntius, Damasc. Naz. August. Philo', Nyss. in catech. Philo Jud. l. de Monarchia & alibi passim & in MS. Bibl. Vatic. Trismegistus. Eugub. Cyrill. hierosol. Chrysolog. Cyprian. Tertull. in explicat. orat. Dom. Catech. Concil. Trid. Tertull. iterum de Trinit. aut Novat. Arnob. l. 1. cont. gent. Hilar. l. 1. de Trin. Trismegistus in Pim. & eclogis Stobæi.

DEI NOMINA. Tetragrammaton, & alia, Galatin. de Arcanis, Reuchlin. Porchetus. Fr. G. Venetus ex Rabb. Faber. lib. Dodecamenon. Petavius lib. 8. cap. 6.7.8.9. Dogm. Eccl. Dion. cap. 1. div. nom. Damasc. 1. fid. orth. Synes. in Hymn. Eugubinus de Perenni philos. Dio Ch. orat. 1. de Monarchia. Plut. & Lucianus passim, Orpheus in Hymnis & Homer. vid. Hieron. epist. de vest. Sacerd. Buxtorf. in Abbrev.

DEI PICTURÆ, SYMBOLA, HIEROGLYPHICA. Arist. de Theol. Ægypt. Euseb. de præpar. Evangel. Clem. Al. 5. strom. Epiphan. Horus Apollo, Caussin. Pierius, Goropius, Prodromus Athan. Kirker, Oedipus obeliscorum Rom. Authores symbolorum, vulgo *Devises Imprese*, Ital. Ferrarius, Typotius & Aresius. Coccius, Bellarm. & alii controversistę docent qua ratione Deus symbolice pingi queat. Nam alioqui spiritalis natura pingi vere non potest.

MODI LOQUENDI, de Deo ἀνθρωποπαθῶς. Ira, pœnitentia. *Descendam, videbo, Nescio vos* &c. *leo rugiet, quis non pavebit?* Videndi script. sacr. Interpretes, SS. PP. & Theologi cum S. Th. 1. p. Ruits maxime, vid. Dionys. de div. nom. & in Theol. mystica, Lactantius opere integro de ira Dei.

CULTUS DEI. Sacerdotes, Sacrificia, templa, vota, donaria. vid. in tit. virt. Religionis, & status sacri Pontificum: & infra, v. Lact. de vero cultu. August. libb. de Religione & in Enchiridio, Liturgiæ Apostolorum & SS. PP. Theologia officii divini, t. 10. Bibl. Paris. Pontific. Rituales libri.

HÆRESES CONTRA DEUM. Epiph. Tertull. Aug. Theod. Philastrius, Coccius, Gauterius, Hæresiologia, Castr. Prateolus. De Mahometismo, Idololatria, Atheismo infra dicemus.

HYMNI, Synesii, Prudentii, Boëtii, Damasc. Marguntii, Ambrosii, Paulini, Pisidæ, Græcorum, & Latinorum, Psalmi Davidici, Salomoniaci, Magnesii, Odæ Jonini, &c. v. Hymn. Orphei.

LEGES, de Deo colendo. Script. sacr. Concilia, Decretalium, tit. 1. cod. Just. tit. 1. leges Goth. in Hisp. Illustr. Jus Orient. libri Basilicon, Nomocanon Photii. v. Ryntelen, Ficlerum, Diod. de Charonda, Plut. in Numa, Solone, Lycurgo.

CAPUT II.

Deus Trinus, seu *Trinitas SSS.*

DE TRINITATE, In Genere, hoc est de Deo Uno in Essentia, & TRINO in personis, non autem triplici, quod Mysterium sacratissimum & secretissimum appellat Richardus Victorinus, alii Augustissimum, sanctissimum, & supremum maximeque adorandum; scripsit idem Rich. Vict. tractatum excellentissimum, Aug. libb. 17. Hilarius libb. 12. Tertullianus seu Novatus orationem ampliss. Naz. oration. quatuor Theol. Nicenum concilium & seq. Athanasius, Basil. & Nyss. contra Eunom. Victorinus opt. Fulgentius ad Monimum & Trasim. Don. de fide ad Petr. Anselmus in monol. & pros. Boëtius de Trinit. Petr. Lombardus, toto l. 1. sentent. disp. de Trin. 48. distinctionibus, D. Th. 1. p. qq. 16. à 27. ad 43. inclus. Greg. 9. decretal. 1. Codex. Just. tit. 1. lib. Julianus Toletanus, Ambros. libb. de fide, & Spir. Sancto.

Vincentius Bellov. in speculo Theol. Proprietarium rerum. Philo Jud. tres potentias agnoscit, ut Seneca ad Helviam, libro de Sacrificiis Abel, & alibi passim, & hoc vocat Arcanum, Coccius in thes. Nicetas, Cyparissiota, Euthymius in Panoplia Græcol. Damascenus. 1. fid. orth. Garassus in summa Theol. Petavius tomo secundo dogmatum Ecclesiast. opt. Michael Vasquez orat. elegantissima, Perpinianus orat. Ruits, Lud. Carbo, Nicol. de Cusa Card. Berchor. Crespetius. Gerso. Cancell. Guill. Paris. Cathedra Christi, Dominica Trinit. ubi & de *festo & officio Trinit.* ex tomo 10. Bibl. PP. Paris. Sixt. Senens. Carthagena, Galatin. in Arcanis, Prochetus

Prochetus contra Jud. Girald. Pierius in Hieroglyph. Cauſſin. ſymbol. τριόφθαλμος. Videndi Theol. Scholaſtici, Alenſis Bonav. Scotus, Albertus, Suarez, Vaſquez, Valentia, &c. Ruits imprimis, Tannerus, Martinonus, Becanus. Vid. loc. Scripturæ inſignes Job. 28. Eccleſiaſtici 43.

Ex prophanis, Triſmegiſtus in Pim. Plato in Epiſt. Platonici plures. Numenius, Jamblichus, Plotinus apud Eugub. l. 1. de perenni Phil. Suidas in dictione *Sarug*. Obſopœus in Oraculis. Rhodiginus lib. 1. Antiq. Auſonius in gripho ternarii numeri, Bungus de numeris in ternario, Plut. de orat. ceſſ. in Triangulo rerum, opt.

Symbola Trinitatis τρισήλιος μορφὴ, forma triſolaris: ita Damaſc. Marguntius in hym. ſic, *omnis Tricolor Iris*, Vitellio trifolium, fons Tririvus, mons Trivertex, truncus arb. triramus, annulus tricirculus. PP. triangulum æquilaterum, ternarius n. ſupra. Τρία ἐκφωνῶ, ter cano; tria ſunt omnia. Proverb. tres Reges, unum Regnum, tres potentiæ, una mens. Eugub. monas monadem genuit, & reflexit in ſe. Triſmeg. mens, lux, nexus amb. ſpiritus idem. Circa regem omnium omnia, circa primum prima, circa ſecundum ſecunda, circa tertium tertia. Plat. arcanum in epiſt.

> Πρῶτα πατὴρ μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,
> Σύμφυτα μὲν τρία, καὶ εἰς ἓν ἰόντα.

Orac. Sarug. apud Suidam. Primus pater, tum filius, & ſpiritus, cum eis tria conſubſtantialia & in idem convenientia: lapis pretioſus τριόφθαλμος, Trioculus apud Cauſſinum in ſymbolis: palma una tres producens, & tres ſatæ unam, Garaſſus in ſumma Th. qui & alia plurima profundit. ut & Sebondius in Theolog. nat. tria Jod. Hebraica, & una vocalis, camets, circulo unico clauſa, quaſi tres perſonæ in tribus Jod, & unus Deus in una ſyballa *Ja*, hoc eſt *Deus*. Lil. Girald. ex Chald. arcanis ⦿ Tricipitia, & Geryones pingit Pierius, Goropius, author imaginum Deorum, Sinarum. Item populi & alii Barbari, ut Acoſta & Trigautius referunt. Vulgo ſol, ut ſymbolum, affectus luce, ſplendore, & radio, cum tres ſoles, aut tres gemmæ, in unum confluunt, quia tres perſonæ licet realiter inter ſe diſtinctæ & relative oppoſitæ, identificantur tamen cum eſſentia realiter: funiculus triplex, qui difficile rumpitur. V. Salazar in Proverb. Salom. Bonzii funiculum è collo pendentem 3. filis contextum geſtant quaſi torquem equeſtrem: Jeremias ter exclamat, A, A, A: tria principia, unum Principium. Et Apocal. 4. novies Animalia plena oculis repetunt ἅγιος, cum ter tantum in Latinis ſit Sanctus. Unde & F. Georg. Venetus in Harmonia mundi quam aptavit, omnia ad novem revocat, ut ſunt 9. ordines Angelorum, cœlorum, corporum, &c. Rupert. in Deuter. opt. affert ſimilit. *dilectionis* quæ eſt unica, & habet 3. relationes ad Deum, ad ſe, & ad proximum. S. Aug. 15. Trinit. profert 3. omnium rerum gradus & 3. Animæ potentias, memoriam, intellectum, voluntatem, opt. Alii tres gradus Animæ unius, vegetat. ſenſit. rationalem, eſſe, ſubſiſtere, vivere. Ambroſ. tres Angelos Abrahæ apparentes ut unum ſalutatos, *Tres vidit, unum adoravit. Tribus digitis appendit molem terræ*. Hi tres digiti ſcrib. in pariete: tres digiti, manus una: triſagion SSS. Iſaiæ 6. in *nomine* P. F. & Spir. S. nomen unum, tres perſonæ. *Hi tres unum ſunt*, Jo. ep. David in pſ. rep. 3. Deus, D. Deus. *Faciamus hom. ad imaginem*, &c. *Ecce Adam ſicut unus ex nobis*. Job. tribus vicibus hæc omnia operatur per ſingulos, &c. 3, ibidem viſio Eliphaz arcana. Salom. Prov. 30. verba congreg. filii vom. Ibi P. Fil. Spir. S. appellat. Paul. 2. Cor. 13. 13. TER in Anno jubentur omnes Judæi apparere coram Domino: tres erant partes templi Salomonis: viam trium dierum in ſolitudine Moſes poſcebat. Ægytii in myſteriis ſuis ter exclamabant tenebræ incognitæ σκότος ἄγνωστον, Eugub. de perenn. ph. l. 2.

AN SIT TRINITAS. Trinitatem eſſe fides Chriſtiana profitetur & probat ex Scripturis, Conciliis, SS. Patribus, Traditione Apoſtolica, & Symbolis Niceno, Conſtantinop. Romano, Athanaſiano; Miraculis, contra Judæos, Mahometanos qui negant Filium & Spiritum S. Hæreticos. Mirabilis mater ſupra modum quæ in perſecutione Vandalica ſucclamabat: *Memento fili te in fide Trinitatis fuiſſe baptizatum*, Victor. Utic. hoc idem alii Martyres ſuo ſanguine ſunt atteſtati: Tres enim teſtimonium dant in terra, Spiritus, Aqua & ſanguis, Tribus qui unum ſunt, in cœlo. Vid. Catech. Concilii Trident. & Catechiſtas. Vid. Patres omnes ſupra citatos.

QUID SIT TRINITAS: Trias perſonarum & eſſentiæ unitas: Deus Trinunus; ſingulare & ineffabile myſterium, cujus viſio, corona meritorum eſt. Vid. PP. citati ſupra, Aug. præſertim de civitate Dei, ultimo c.

CUR

CUR TRINITAS? Richard. Vict. op. Tract. de Tri. Cur non plures quam tres Personæ? Quia cognitione Patris, omne verum; & Amore P. & Filii omne Bonum exhaustum est. Ideo nil superest quod illi, aut Spiritus S. possint ad intra in Trinitate producere. Fulgentius. Ita Theolog. in 1. & 1. p. S. Th. Anselm. in Monol.

TRINITAS *Homousios, consubstantialis:* non autem homoiousios; similis substantiæ. Personæ tres æquales, & ejusdem naturæ & essentiæ, licet inter se differant realiter ratione personæ. Concil. Nicenum, Athanasius in symbolo & contra Arrianos, Fulgent. SS. Patres & Theologi, omnes supra citati.

QUID essentia Divina: Quid Personæ in quibus natura Divina subsistit, Quid hypostasis, & personalitas? Quid relationes Personarum? An Personæ constituantur per Relationes: an per processiones: an per personalitates? v. SS. PP. iidem & Theologi.

ESSE Absolutum, naturam; relativum, personas indicat Relationes quatuor, Paternitas, filiatio, spiratio activa, & spiratio passiva: Activa non constituit personam ullam, quia invenit constitutas 2. Passiva, Spiritum S. Duæ priores patrem & filium constituunt: sunt etiam *hæ quatuor notiones personarum*, quibus adde quintam *innascibilitatem, seu ingenitum*, quæ etiam est Patris solius, ut & generatio: filii nativitas propria est, amor Spiritus S. In Trinitate est alius, & alius, non autem aliud, & aliud: quia alius personas, aliud naturam respicit. In Incarnatione est aliud & aliud, duæ sc. naturæ, divina, & hum. non tamen alius, quia est unica persona Verbi, SS. PP. citati supra, & Theologi in 1. 5. & in 1. p. S. Th.

Personarum distinctio & æqualitas: Greg. nonus 1. decretal. Petavius tom. 2. dogm. Theol. Fulgentius & alii PP. citati supra.

Quid Processio? vox communis filio, & spiritui, nam uterque procedit, ita & origo, uterque enim oritur & emanat suntque duæ processiones tantum filii, per generationem, & Spiritus sancti per spirationem activam Patris & Filii.

Quid generatio? qua Pater generat filium, seu dictio qua dicit illum, ut verbum suum substantiale, ex cognitione sui, & essentiæ divinæ, & personarum & rerum omnium. Generatio est Processio seu origo viventis à vivente ex principio vitæ conjuncto, in similitudinem naturæ. V. Victorinus. Quænam in Patre potestas ad generandum filium?

Quid Spiratio activa? qua Pater & filius diligendo se mutuo uno communi voluntatis principio spirant Spiritum S. qui est amor personalis, terminus dilectionis qua se diligunt.

Quid Spiratio passiva? Relatio qua Spiritus S. refertur ad Patrem & Filium, duos spirantes, sed unum Spiratorem. Theol. & SS. PP. supra.

Quomodo differt Spiritus à Filio? Quia Filius procedit ut natus per cognitionem & in similitudinem fœcunditatis paternæ, Spiritus autem S. ut dilectus, per amorem, & non in similitudinem fœcunditatis; nihil enim producit in Trinitate. Ita Rich. Victorinus Tract. de Trinit.

Differretne Spiritus à Filio, si ab eo non procederet? Non: quia nullam haberet cum eo oppositionem relativam, quæ constituit personarum diversitatem. Scotus aliter sensit.

QUID PATER, Paternitas, Innascibilitas, & aliæ Patris proprietates? Novatus, seu Tertull. lib. de Trinitate, de persona Patris pluribus differit, & Petavius ex SS. PP. toto libro quinto Dogmatum Theologicorum Tomi primi. Videndus est Marius Victorinus, Athanasius. Hilar. Auguft. supra citati, & qui contra Arianos scripsere.

QUID FILIUS: Verbum, splendor, character, speculum, imago, figura substantiæ, idea, ars, similitudo, λόγος, Νοῦς, sapientia? D. Ambros. in prologo lib. de fide, duodecim gemmis rationalis, comparat duodecim filii proprietates. De eo etiam diffuse Tertull. lib. de Trinitate, Petavius lib. 6. toto Dogmatum Theologicorum, Primogenitus, unigenitus. Filius æqualis Patri, & coæternus, Deus de Deo, lumen de lumine, non autem creatura, ut blasphemabant Arriani, *homousios*, consubstantialis Patri, non autem *homoiousios*, similis substantiæ. Est quidem similis Patri ut Filius & Verbum, sed habet eamdem substantiam & naturam divinam cum Patre, ut & Spiritus sanctus. In hoc fuit omnis Sanctorum Patrum disputatio contra Arrianos. Hoc definitum fuit in Nicæno Concilio 318. Patrum. De hoc Athanas. Ambros. de fide, Auguft. Hilarius de Trinit. Victorinus, & alii sancti Patres citati supra; Faustinus, Vigilius, Rust. Diaconus in Bibl. Patrum. V. Paul. Hebr. 1. opt. & passim alibi. Proverb. 30. omnis sermo. Baruch 3. Sapientia, Isa. 9. & 45. Agnus, Apocal. Athanasius, Auguft. Hilarius, & alii Patres citati supra; Gigas biform. naturæ, Æmil. Filius etiam dicitur

citur Veritas, quia gignitur per cognitionem patris. V. Fulgentius ad Monimum, Coccius in Thes. fuse Petavius tomo 2. Dogm. Theolog. lib. 6. præsertim Rupert. de victoria Verbi, D. Cyrill. catechef. Hierosol. V. Galatin. de Filii Dei nominibus, lib. Arcanorum. V. Rupert. de Victoria Verbi Dei. Petavius lib. 7. toto tit. 2. Dogmatum Eccles. eruditissime Coccius in Thesauro. V. Naz. Nyssenus. V. Chrysost. & alii in festo Pentecostes. V. Fulgentius ad Monimum, Cyrill. catech. de Spiritu sancto; Bernard. in festo Pentecost. S. Leo, Chrysostom. Rupert. Petavius, Garass. Carthagen.

QUID SPIRITUS S. Et quod procedat à Patre & Filio, contra Græcos, qui à solo Patre procedere mentiuntur, & Patre ac Filio minorem, tanquã servum amborum blasphemant; Concilium Florentinum, in quo disputatum est de eo, & omnes Patres Græci citati sunt, deditque manus Græcia Latinis. D. Ambros. libb. de Spiritu sancto, Basil. & Nyssen. contra Eunom. Didymus de Spiritu sancto, Rupertus fuse de Spiritu sancto, & donis ac operibus, Garass. in summ. Theol. de Proprietatibus & Nominibus Spiritus sancti. Quod sit Amor, Donum, Paracletus, Digitus Dei, Pater pauperum, Gratiarum Parochus, seu Distributor, Sponsus, & Cor Trinit. Arrabo, Pignus.

De Donis & Gratiis Spiritus sancti ex Isa. & Paulo, & de fructibus ejusdem Spiritus, Rupertus diffusissime, Petr. Lombardus lib. 3. sent. D. 34. D Thom. 1. 2. q. 68. D. Augustin. aptat 8. Beatitudinibus, Canisius in Catech. authorit. Cyrill. catech. D. Thom. 2. 2.

Quid *Circumincessio*, seu περιχώρησις, personarum? Est illatio unius ex alia & reciproca commeatio ex una in aliam non localis, sed spiritalis. Pater enim in Filium, hi duo in Spiritum sanctum; Spiritus autem, ut ait Salomon, in circulos suos revertitur. Ita Rupert. de Spiritu sancto loquitur, ita Theologi & SS. PP.

Quid *Immansio?* Est inseparabilis trium personarum unio, qua immanent sibi invicem Personæ una in alia, inseparabiliter. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Salazar in Proverb.

Quid *Missio?* Est processio seu origo unius personæ ab alia cum aliquo effectu externo; sic Christus missus est â Patre solo quatenus Verbum, quia ab eo solo originatur & procedit; & hominem univit sibi: quatenus homo, dicit se missum etiam à Spiritu: Spiritus missus est à Patre & Filio, quia est Spiritus amborum, uniens ambos, procedens ab ambobus, & in linguis igneis, ac columba apparuit. Vide Bernard. serm. de Pass. in fine, ubi Spiritus sancti elogia recitat. La Cepede in hymn. comment.

Quid *Appropriatio?* Est communium tribus Personis proprietatum, aut operum, ad aliquam è tribus relatio propter conformitatem proprietatum ipsius. Ita creatio tribuitur Patri propter Generationem Filii, & principium sine principio: est enim Pater origo & principium Filii, licet non sit causa. Ita sapientia Filio adscribitur, quia cognitione gignitur; & sanctitas Spiritui, quia spiratur amore. Porro omnia opera ad extra communia sunt tribus Personis, & omnia absoluta ad intra, essentia & attributa. Supra diximus, Notiones quinque esse proprietates & notas, quibus personarum differentia dignoscitur. De his omnibus D. Thom. sub finem qq. de Trinit. & Theologi.

Symbola personarum licet ex Eugubino, de perenni Philosophia excerpere, & ex Scriptura ac Patribus; Pater, fonte, radice, trunco, origine: Filius, Sole, luce, veritate, sapientia, libro, radio, rivo: Spiritus, igne, sono, Echone, lingua, vento, exprimitur. Synesius in hymnis, Eucherius in Allegoriis Script. Sylva Allegor. Loreti & SS. PP. habent hujuscemodi innumera hierogl. Deum *Eneph* Ægypt. describit Euseb. libb. de præparat. Evang.

Hæreses contra Trinit. Epiphan. Theodor. August. Philastrius, Athanas. Nazianzen. Nyssen. Basilius, Coccius, Prateolus, Gauterius, Castrius, enumerant. Videnda Hæresiologia, tomo integro, Damascenus.

Quomodo homines dicantur Dii? similitudine, officio, & vicaria vice, necnon gratia, ex Dionys. de Eccl. Hieron. Naz. in Apolog. Cresolius in Mystagogo, tom. 10. Christus ipse Deos dixit, ad quos sermo Dei factus est. Psalm. 81. Judices Dii.

Theologia, Mystica, Positiva, Scholastica, Moralis, Ecclesiastica officii; concionatoria, doctr. catechetica, titulo scientiarum, & libro 2. in aula Theologorum delineabitur & instruetur suis Authoribus. V. Petavius in præfat. trium tom. dogmat. Seneca 1. Nat. qq. Eugub. de per. phil. Gillius in Prolegom. Eusebius libb. præparat. Evangelicæ de Theolog. referunt.

Notandum imprimis, eruendos è libris divinis locos arcanos & insignes, & ex versionibus,

hibus, ſeu textibus Hebr. Græcis, Syriacis, Arabicis, Chaldæis, ſenſus abſtruſos ad doctrinæ famam adducendos in medium: ex ſanctis Patribus, item & hymnis, Syneſii, Ambroſ. Prudent. Marguntii, Nazianz. Hilar. Necnon ex prophanis, Orphei, & aliorum; & ex Concordantiis, ac indicibus ſine rubore. Libri Triſmegiſti, citati à Stobæo in eclogis Phyſicis, liber Platonis de Sancto, Timæus, Phædrus, liber Plutarchi de Oſiride & Iſide, Zoroaſtris oracula, Pythagorici ab Euſebio laudati libris de præparatione, Stoici in manuductione Lipſii, fabulæ Poëtarum apud Strabonem lib. 1. Theologiam Veterum arguunt, ut & hymni Orphei.

CAPUT III.

Dii Falſi in genere.

QUI? & quam multi? Polytheiſmus, Atheiſmus, Mahometiſinus, Antichriſtus, Judaiſm. impius. Unde Idola? quam vana, ridicula, impia, crudelia; quando cœperit Idololatria; quando ceſſaverit in Rom. Imperio, & alibi Gentium. Qui fuerint Dii Chaldæorum, Aſſyriorum, Perſarum, Ægyptiorum, Chananæorum, Romanorum, Gallorum, Hiſpanorum, Germanorum, Indorum & Nationum. Quæ Templa, qui modus Templorum? quæ Dedicationes, qui honores, quod jus Aſyli, quæ Immunitates? quæ Aræ, quæ ſacrificia, quæ victimæ, qui Sacerdotes, quæ Sacerdotum initiationes, munia, & jura: quæ Veſtales & aliæ Virgines? quæ vota, donaria, pompæ, convivia, ſodalitates? qui feſti dies, qui ritus, quæ myſteria? quæ ſtatuæ & imagines Deorum, quæ coronæ, & alia inſignia, & numiſmata? quæ fabulæ & genealogiæ? quæ ſacra Eleuſina, Iſiaca, Oſirea, Mithriaca, Cabiræa, Dodonæa, Delphica, Orgia, Deæ bonæ, &c. Quæ ſortes, divinationes, auguria, auſpicia, tripudia, ſoliſtima, ſomnia? quæ Magica maleficia? quæ funera? quæ Apotheoſes, quæ vaſa & inſtrumenta templorum & ſacrificiorum? quæ veſtes, qui cultus Deorum, quæ luſtrationes, expiationes; qui ludi in honorem Deorum, quæ devotiones capitis Curtii Anchari, Deciorum? Quæ evocationes Geniorum? Tyranni, ſtudioſi Idolorum, & alii Victores Idolorum, & deſtructores. Fraudes idolorum, hum. victimæ: videndus Heſiodus in Theogonia, Homerus & Orpheus in hymnis, Lucianus in Dialogis, Apul. in Metam. 11.

EX ſacris Auctoribus, qui ſcripſere contra Idola & contra Gentiles, Julius Firmicus de errore prophan. Religionum opt. in Bibl. Patrum, Clemens Alex. in Protreptico, Athenagoras, Juſtinus Martyr, Tatianus, Arnobius ampliſſime, Minutius Felix, Lactantius eleganter, Tertull. & ejus comment. Pamelius in Apologetico, & lib. de Idololatria; Nazianz. & Cyrill. contra Julian. Aug. de Civit. Dei, Orig. contra Celſ. Joſeph. contra Appionem, Prudentius in hymno Romani Martyris, & contra Symmachum, D. Thom. contra Gentiles, Euſeb. Cæſ. libb. præpar. & demonſtr. Evangelicæ, & contra Hieroclem. Eſt & in vitis PP. Roſveydi notatu dignum, de Origine Idolorum; Ambroſius, Cyprianus, Chryſologus contra Kalendas Januar. idem Ambroſ. contra Symmachum de ara victoriæ contra Judæos & Saracenos; plures ſunt tractatus in Bibliotheca Patrum, Colon. Pariſ. Lat. & Græci. Theophil. Rayn. in Theolog. nat. op. Garaſſus in ſumm. Th. Moametica in Biblioth. SS. PP. qui de Antich. ſcripſ. Iren. Hippol. Effrem, Lactant. Plato in convivio, Heſiodus in Theogonia, Bocatius de Genealog. Deor. Lilius Giraldus fuſiſſime, Natalis Comes, Hyginus, Phurn Fulgentius, Orpheus in hymnis, Ovid. in Metam. & Faſtis, Poëtæ Græci & Latini, Triſmegiſtus 48. libb. Author imaginum Deorum, Plin. lib. 2. nat. hiſt. cap. 1. Macrobius de Sole, Herodotus & Diodorus 5. de Ægyptiis, & aliis, Philoſtr. in imaginib. Athenæus, Vitruvius templa & Aras deſcr. Pauſanias templa, aras, ſtatuas totius Græciæ, Varro de Diis duodecim: Hiſtorici prophani omnes, Cæſar, Livius, Svetonius, &c. Apulejus, Lucianus, Seldenus de Diis Syris, Voſſius de origine Idololatriæ fuſiſſime, ſed purgandus. Plutarchus de Iſide, Oſiride, Oraculis, Goropius de Diis Ægyptiorum, Du Choux de Relig. Rom. Roſini Antiquitates, Alexander Tiraquell. Rhodigin. Grutherus de jure manium, Paſchal. de Coronis, Guicciardin. de funeribus, Scholiaſtæ & commentarii Authorum, Acoſta de Diis Mexici, Trigaut. de Sinis, Cluverius, itineraria Indica, Canadica.

Eſt autem ſcitu, notatuque dignum, quemlibet horum Titulorum in plurimos ita poſſe deſcribi ut quilibet, bene magnum volumen efficiat: exempli gratia, *Templorum* titulus, ſi in ſacra & prophana dividatur, tum in ſacra, ritus, & numerum templorum toto orbe illuſtrium, & ſæculis omnibus, quod opus olim in Rhetoricis dictatis moliti ſumus: idem

idem dictum puta de statuis aureis, argenteis, æneis, marmoreis, ligneis tam variis forma, quam varii DII, Genii, & Heroës, quibus si sacras & pias addideris, ut pellant impias Theodoreti consilio, imo Apostolorum. quis non videt quam lata sese aperiat scribendi planities, & doctrinæ campus? Non absimilis labor in Sacrificiis, & aliis id genus suscipi cum laude posset. Qui scribere amabit & illibatam materiam adoriri, videat exemplar Paschalii, Lipsii, Bulengeri, Guicciardini, Agonistici Fabri, Illorum enim insistendo vestigiis & lineis, poterit intactas ab eis Antiquitates exhaurire.

Et capiti inde suo decerpere fronde coronam. ut cum Lucretio loquar. Mirabile porro Machab. 1.c.3.v.48. fertur, ex libris legis solitos Gentiles scrutari similitudinem simulachrorum suorum, quos enim Scriptura describit abominando, illi colendo sibi sumebant, adeo in perversum ficta, factaque est nequitia.

DII *in specie.* Jupiter, Saturnus, Mars, Neptunus, Pluto, Apollo, Mercurius, mares, &c. de his Lilius Giraldus, Jul. Firm.

DEÆ: Juno, Ceres, Cybele, Venus, Diana, Pallas, Proserpina. V. Natalis Comes, & supra citati, Imagines Deorum præsertim. Seldenus Deos & Deas in Scriptura sacra memoratos describit. Dæmogorgon omnium pater, apud Bocatium, hoc est Dæmon. V. Hesiod. in Theogonia, Orpheus in hymnis, Plato in convivio.

CAPUT IV.

JESUS CHRISTUS,

DEUS-HOMO, ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΣ, ORBIS SERVATOR.

Mirabile Amoris mysterium.

IN genere CHRISTI Laudes communes, Elogia, Epitheta. Arnobius lib. 1. contra Gentes sub med. op. op. Lactantius lib. 4. & 5. divin. Instit. Eusebius Cæsar in Oratione Constantini, Origenes contra Celsum, Clemens Alex. in Pædag. & Parænesi, Nyssenus de perfecta Christiani forma, Ambrosius in Cantica, & alii cantic. interpr. PP. & de Virg. Cyrillus contra Jul. & Naz. Hieronym. Rupertus & alii in curru Ezechielis, & Apocalyp. Agno. Prudentii, Synesii, Damasceni, Nazianz. Vidæ, Mantuani, &c. Carmina, Bernardi prosæ, &c. Garassus in suma Theolog. op. Theophilus Raynaudus in opere eruditissimo, quod inscribitur CHRISTUS, omnes Christi titulos exhauriens cumulatissime, Elogia Juglaris opt. Coccius in Thes. amplissime, Petrus Damianus in homilia, Berule de Magnitudine JESU, Gall. SENAUT de Homine reparato 9. S. Jure Gall. & alii innum. in Medit. Esneuve, Dupont, Grenade Suffren. Vide Anastasium Sinait. contempl. anagog. in hexameron die 4. de Sole.

CHRISTUS dicitur Gigas biformis naturæ; à S. Ambrosio lib. de Fide, Vænantio Fortun &c. Videndi SS. Patres in Homiliis Myster. Christi, Chrysost. Epiphan. S. Leo, &c. Videndi Baronius in Apparatu Annal. Eccl. & Saillanus tom. ult. Annal. de Christo, Josephus, Niceph. Euseb. in Hist. Eccles. Laudatur in Alcorano ut Propheta, sed Mahometh blasphemus, negat Deum, & se præponit ei impie.

INCARNATIONIS Mysterium quod erit semper *Mysterium*, ut ait Basil. Seleuciæ oratione eximia de ea, & *Ænigma insolubile* ut Cyrillus asseruit in Conc. Ephesino & ex eo Suarez initio disp. ac Theophilus, loco tamen non citato Concilium Ephesinum fusissime, contra Nestorium, qui negabat Christi divinitatem, & Mariam Θεοτόκον, Concilium Chalced. contra Eutychem qui duas naturas in unam confusas deblaterabat; in utroque citantur Patres plurimi antiquiss. Athanasius lib. de Incarnatione, ut & Augustinus, & Cassianus de Incarnatione Ambrosius lib. de fide & lib. de Incarnationis Sacramento, Theodoretus dialogis tribus, inconfuso, immutabili, impatibili, Damascenus, Jobius in Bibl. Photii, Richard. Victorinus & Anselm. lib. Cur *Deus homo.* S. Leo in epistolis ad Concil. & Imp. & Homiliis Nativit. Epiph. Passionis: Fulgentius ad Trasimundum, Faustinus, Vigilius, Rusticus Diaconus, Eterius & Beatus in Bibl. PP. Chrysologus de Incarnationis Mysterio & Annunciatione Deiparæ. Bernard. in Cantica & super *Missus est.* Cyrill. Hieros. catech. Cyrill. Alex. in Thes. & de fide ad Reginas, Euthymius in Panoplia. Nicetas in Thes. Cyparissiota, Coccius, Theophil. Garassus, & alii supra laudati. Prosper libb. promiss. Tertull. de carne Christi & adversus Jud. & hæret. V. Rich. Vict. de Emanuele, Origenes de Principiis, S. Effrem Gregor. Neocæs. de Annunt. Vid. Opsopœus in oraculis de Christo, V. Acosta de Chr. revelato Mag. sent. lib. 3. distinctionibus trigintaquinque, disputat de Incarnatione Et post eum D. Th.

3. p. q. 59. & eorum interpretes Theologi, Alenſ. Bonav. Scotus, Albertus M. Suarez, Vaſquez, Valentia, Delugo Card. Mendoza, Vincent. in ſpec. Theol. Coruſcationes Veſtoni, Vid. orationes SS. PP. habitæ in feſtis Annunt. Nativit. Epiphaniæ, Purificationis, &c. Naz. Nyſſ. Chryſoſt. Auguſt. Ambroſ. Epiphanius, Max. Bern. P. Dam. Carthagena. Vid. Patres qui de Deipara peroravere quos infra laudabimus.

CAUSÆ Incarnationis, an neceſſitas, ad rigoroſam ſatisfactionem pro peccatis? an ſolo Amore incarnandus, ſi peccatum non fuiſſet? Hi qui ſupra cit. *cur Deus homo*, & Theologi Vaſq. Suarez. Lugo Cardin. Salazar de conceptione, Theophil. Raynaudus in Chriſto, Raguſa. De convenientia Incarn. ad ſap. bon. & juſt. Dei, oſtend. Damaſcenus, Thom. Theol. Vaſq. Suarez. De cognitione Incarnat. ab Angelis, & homin. iidem. Baruch 3. *Poſt hæc in terris viſus eſt.* op.

Præparatio, promiſſio, Prophetiæ, figuræ Incarnat. Proſper Aquit. libb. promiſſ. prædict. & benedictionum fuſe, Tertull. de carne Chriſti in Adami forma, de reſurrect. carnis, SS. PP. in nuptiis Patriarch. in Cant. cantic. in Balaami prophet. Num. 23. 24. in vellere Gedeon. horologio Achaz. &c. Idiota in Iride, in Nube alii. Vid. Cyrill. in Glaphyr. & libb. de adoratione, Petr. Damian. ſerm. V. Baëza de Chriſto figurato.

Oracula Sybillarum, & vaticinia Veterum, Lactantius, Obſopœus, Galatinus in Arcanis, Cedrenus, Caniſius in Mariali, ex Cedreno, & aliis. Videndus Baron. in Apparat. Oroſius in hiſt. Daurotius in catech. hiſt.

QUID INCARNATIO? Verbi divini cum humana carne unio. *Verbum caro factum*, ut ait Jo. cap. 1. Totius hominis in hypoſtaſim Verbi Aſſumptio: Naturæ divinæ & humanæ in perſona verbi unio; ἐνανθρώπησις, συσσάρκωσις, Filii Dei cum filio hominis hypoſtatica ſeu perſonalis conjunctio; Damaſcen. de fide orthodox. Patres & Theologi ſupra citati: Auguſt. S. Leo, & alii in homiliis Nativitatis; Auguſt. in feſto Nat. *Factus eſt Deus homo, ut hominem faceret Deum.* Cur Filius incarnatus non Pater. Mag. in 1. d. 1. Rich. Vict. de Emanuele, & cur Deus h. Jobius Photii. Damaſcenus de fide orthod.

QUID UNIO Hypoſtatica, terminata ad perſonam Verbi, qua media ſanctificatus eſt homo, tota Deitate unctus: quomodo concomitanter cum Verbo adſint Pater & Spiritus ſanctus, licet non uniti homini? Quæ vis unionis ad meritum Chriſti infinitum, ut docet Bonifac. Extravag. comm. Antiquorum, de Pœnit. & Remiſſ. & ibid. Clem. VI. Extravag. *unigenitus*, Chriſtum vocans Theſaurum infinitum hominibus, & guttam ſanguinis ipſius ſufficientem pro redemptione totius generis humani propter *unionem ad Verbum.* Gloſſ. *exceſſum* appellat de quo in Transfiguratione loquebantur. Eucher. ait, *Inventum* eſſe quomodo homo Deum valeret unione hypoſtat. Irenæus addit, *Inventum eſſe in homine pretium Dei*, Jacobus Cardinalis S. Georgii, ad Velum aur. libro de Jubileo, in Bibl. Patrum Pariſ. aureas habet ſententias, & ait, guttam unam ſanguinis Chriſti mille mundos eripere poſſe Dæmoni. Hæc eſt corrigia calcei Chriſti, de qua Joannes B. loquebatur; Modus unionis in homine ſpoliato propria ſubſiſtentia, terminatus ad Verbum, per quem humana natura Chriſti ſubſiſtit in perſona Verbi, & facit unum compoſitum ex duabus naturis, humana & divina; ideoque Chriſtus dicitur compoſitus ex duabus illis naturis. Mag. ſent. in 1. d. 2. D. Thom. 3. p. q. 2. 3. 4. 5. Theologi omnes ibid. Concilium Epheſinum 2. & 3. parte, S. Leo in ſermonibus de Nat. & Epiphan. Auguſt. tract. 7. in Joann. explicat, comparatione mulieris decantatæ, quæ ſanguinis gutta ex auricula, in aure avulſa defluxit præponderante idolo aureo, Deum emiſſe ſuis dicebatur; quanto magis gutta ſanguinis Chriſti toti orbi præponderavit. V. Velaſq. in epiſt. ad Philipp. Concil. Epheſ. 3. p. Nazianz. orat. Nativit. S. Leo ſermonibus cit. Damaſcen. Ambroſ. de Fide.

Dignitas hominis inde reſultans. Paul. Hebr. 1. *Cui dixit Angelorum, Filius meus es tu.* Athanaſ. de Incarn. Leo de Nat. Agnoſce homo dignitatem tuam. Ambroſ. de Jacob. lib. 2. op.

Quid communicatio idiomatum, ſeu proprietatum reciproca ob unionem duarum naturarum in perſona Verbi, ob quam fit ut divina de homine, & humana de Deo prædicentur; Deus mortuus, Deus infans, homo omnipotens, homo Dominus cæli & terræ. Ita Chryſolog. Venit Deus humana accipere, & dare divina. Ita Auguſt. & Leo de forma Dei, & forma ſervi reciproce ratiocinantur in homiliis Nativit. Epiphaniæ, &c.

Similitudines quibus explicatur unio hypoſtatica & incarnatio, & nomina uſitata: carbo ignitus Iſaiæ: Verbum *inſitum* Jacob. Apoſt. Ignis roridus fornacis. Nuptiæ, ſcala Jacob, rubus Moſis, arca Teſtamenti, nubes

castrorum; Habitus, vestis, visitatio, susceptio, conversatio, locutio Patris in Filio, missio, sanctificatio, unctio, eructatio, scriptio, assumptio, agglutinatio animæ Jonathæ & Davidis: umbra, obumbratio, unio animæ & corporis, ex symb. Athan. Cyrill. in collectan. Suarez, diffuse & accurate in 3. p. Concil. Ephes. 3. p. in Homil. Insitio & inoculatio arborum egregie depingit. V. Plin. & Domus rust. & Geoponica, de umbra Virginea. Novarin. tom. integ.

Quid assumpsit verbum, caro factum? Totum hominem illum, quem univit sibi, non autem alios homines, corpus, sanguinem, capillos, animam, & animæ facultates. Denique, ut canit Ecclesia ex symbolo Athanasii, quod Augustinus citavit, ut in edit. Basil. legi, *Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne consistens.* Contra Apollinaristas, qui divinitatem animæ loco collocabant. Vid. Epiphan. contra Thedor. August. Philastrius. De hoc Mag. in 1. d. 2. 3. 4. 5. D. Thom. 3. p. q. 6. & 7. & eorum sequaces Theologi omnes.

CHRISTUS filius naturalis non Adoptivus. Eterius & Beatus contra Elipandum in Bibl. PP. facundus Hermion. S. Leo serm. de Transfigurat. in illud, *Hic est Filius meus.* V. PP. in illud, *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum*, D. Thom. 3. p. q. 21.

Duæ operationes in Christo, & duæ voluntates, semper tamen concordes; humana, & divina, Concil. Romanum sub Martino I. & Constantinopol. contra Monothelitas. De his Binius in Notis ad Concilia, & Baron. in Annal. S. Leo in serm. de Pass. Euthym. in Panoplia, Cyparissiota, Nicetas, Damascenus, Coccius, D. Thom. 3. p. quæst. 18. 19. Delrio in vindiciis Areopagiticis.

CHRISTI Operationes Theandricæ omnes fuere, hoc est, Dei-viriles, Deo-humanæ, quia ipse Deus-Homo Θεάνθρωπος, ita Dionys. in Theol. Myst. Damasc. &c. una persona verbi, naturæ duæ, hum. & divina. Theodoret. Vid. Delrio in vindiciis Areopagiticis, Theologi omnes citati, Concil. Ephes. & Chalced.

CHRISTUS Beatus Animo & comprehensor, corpore autem viator, ideo meruit gloriam corporis, non Animi, Basil. Seleuciæ, Damasc. S. Leo, Petr. Vener. Chrysost. in mysterio Transfiguration. Ambros. in Lucam, Theologi omnes: Garassus, ibid. Theoph. Raynaudus in Christo suo.

CHRISTUS impeccabilis propter Unionem Hypostaticam, & gratiam: humana enim natura, regebatur à divina. Liber tamen erat, & liberrima voluntate fruebatur. Si peccare non poterat, quomodo liber? quomodo potuit mereri nobis gratiam & salutem; famosa quæstio & pene insolubilis posito præcepto Patris à quo recedere non poterat: ait Cajet. liberum fuisse quia potuit petere dispensationem à præcepto, & non petiit: Theophilus vero, quia liber fuit in electione temporis. Videtur tamen Pater ei præscripsisse tempus cum dicat: *Pater venit hora.* Alii, quia obtulit se cognita Patris voluntate ante ipsum præceptum, quæ est obedientia signi perfectissima apud S. Ignatium. Unde est illud David. *Tunc dixi, Ecce venio.* Alii denique libertatem ponunt in electione motivorum liberrima, quæ ingrediuntur substantiam Actus. Neque enim ei imperaverat Pater ut moreretur amoris & zeli motivo, aut alio quopiam. Anselmus spontanea voluntate mortuum ait, non autem cogente necessitate, quasi non attenderet ad illam necessitatem, sed ageret humanæ libertatis modo, quam ei unio non abstulit quoad ea quæ non pendebant à visione beata. Aug. Cyrill. Chrysost. Rupert. Catenæ SS. PP. Gr. & Lat. in cap. 8. Joan. quis ex vobis arguet me de peccato? Origenes, Tolet. Rich. Vict. de Emanuele, & Butyro ac melle, hoc est Patris & Spiritus S. delitiis, quibus Christus continuo fruebatur. D. Th. 3. p. q. 15. Theologi omnes ibi, Suarez, Vasq. Valentia, Card. Lugo, Mendoça, Martinon. Mæratius, Gamaschius, Theoph. Raynaudus in Christo Ragusa.

Gratia Christi immensa. in Psal. 44. & commentariis D. Thom. 3. p. q. 7. Mag. l. 3. sent. d. 13. 14. & Sequaces, Ragusa, Suarez tomo 1. in 3. p. & tomo de Gratia, divino prorsus, Martinonus Mæratius, Delugo &c. Lorin. in Ps. 44.

Meritum Christi. Quid sibi meruerit & nobis. Mag. sent. lib. 3. d. 18. Clem. VI. Extrav. unigenitus. Aug. tract. 7. in Joan. Adde ea omnia quæ dicuntur de copiosa redemptione ex cumulo omnium actionum, quarum minima pretii fuit infiniti: adde quæ dixi supra De vi unionis Hypostaticæ, quæ pretium infinitum operibus Christi imponebat: Eucher. homil. Ascens. Aug. de verb. Dei, Quem contemnis attende, & totum mundum cum Christo appende. Ambr. Christi vulnera nostræ pretia libertatis vocat, & Animam nostram Christi sanguine factam pretiosam. lib. 1. de Jacob.

Jacob. Jacobus Cardinal. S. Georgii libro de Jubilæo, Glossa extravag. Clem. VI. Unigenitus, de pœnitentiis & remissionibus, S. Leo in serm. nativit. Aug. in Psal. passim: *Conscissus est saccus, & effusus est sanguis Christi, pretium orbis terrarum.* V. Aug. & alii in illud Psal. *verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere.* Gratia omnis per Christum. Aug. lib. de Gratia, Suarez. de Gratia capitis. D. Th. 3. p. q. 8. Bern. *Origo gratiarum Christus, ut mare fluminum.* In cant. cant. serm.

DONA Spiritus in Christo ex Isai. cap. 2. & 61. D. Th. p. 3. q. 7. Mag. sentent. lib. 3. dist. 13. 14. 34. & sequaces interpretes, in cap. Isa. 11. & 61. Rupertus diffusissime de Donis Sp. S. & de Victoria verbi: Et in cap. 1. Joan. vidi spiritum descendentem sicut columbam, in Apocal. septem cornua Agni, sunt septem spiritus.

De scientia Christi, Divina, Beata, infusa, experim. D. Th. 3. p. q. 9. 10. 11. 12. Mag. in 3. d. 13. Aug. in Jo. cap. 7. Sapientia Salomonis, Sap. c. 6. 7. 8. 9. 10. figura erat sapientiæ Christi, qui plusquam Salomon fuit, & plusquam Adam Auctor scientiarum, Suida in verbo Adam & Seth. V. ibi columnas duas scientiarum omnium. Doctrinæ Christi Evangelicæ vis & efficacia. Lact. de vera sapientia Clem. Alex. 5. strom. & lib. Pædagogi.

VIRTUTES Christi Theandricæ, Caritas, Virginitas, Humilitas, Patientia, Religio, Obedientia, Paupertas, Mansuetudo, Justitia, Fortitudo, Temperantia, Sapientia, Prudentia, Zelus gloriæ divinæ & Animorum. Misericordia, Gratitudo, Pietas, Liberalitas, Devotio, veracitas. Fides in eo non fuit quia Deum clare videbat, & omnia. Spes non fuit, nisi quo ad ea quæ nondum habebat. Pœnitentia non fuit, quæ est de propriis peccatis: de his D. Thom. 3. p. q. 7. Mag. sent. l. 3. d. 33. Bern. & alii SS. Patres in Homiliis & orationibus de mysteriis Christi, Nativit. Circuncis. Oblationis, Prædic. Passionis, Resurr. Auctores medit. Granat. A ponte, Berule de Jesu magn. Auctores de Imitatione JESU, Gaudier, à Kempis, Nyss. Lactantius lib. 4. Div. Instit. de Justitia, Ambr. in Proverb. SS. Patres supra citati in elogiis. Bernardus, homil. super Missus est: & de Nativit. Ambros. in Lucam, Nyssenus de forma Christiani. August. in Joan. Gallinæ eum comparans, Drogo de Sacr. pass. Jul. Firm. de error. p. Rel. Aug. de Virginitate, Tertull. & Cypr. orat. de patientia, Nyssenus de perfecta Christiani forma, Bernard. in Cantica proponit sibi Jesum ut formam virtutum: de Jesu nomine disp. Bonav. in stimulo divini Amoris, Gaudier. de Imit. Jesu.

MYSTERIA Vitæ Christi: Conceptio, Nativitas, Circumcisio, Oblatio, fuga & reditus de Ægypto, Inventio in Templo, Silentium altum usque ad 30. an. Baptismus quo in ignem versa omnia circum, ait Just. Mart. tentatio, Vita perfecta, jejunium, prædicatio Evangelii, Miracula, Transfiguratio, Triumphus, Pedum lotio, Eucharistiæ Institutio, Passio, Crucis mysteria, sepultura, descensus ad Limbos, Resurrectio, Ascensio, Missio S. Spir. Judicium, post Victoriam de Antichristo. De his Baronius & Saillanus in Annalibus accurate. Interpretes Evangeliorum, SS. PP. & alii: & Bibliotheca homiliarum tomis 4. & Cathedra Christi concionantis à nobis adornata: Et catenæ Patrum, Lat. Gr. in Evang. Suarez, tomo de vita Christi, op. Ludolphus de vita Christi, & Lanspergius. SS. Patrum orat. Cypriani Zenonis, Nili, Cyrilli, Naz. Nyss. Chrysost. Basilii Seleuciæ, Methodii, Epiphanii, Leonis, Ambr. Aug. Chrysol. Max. Bernardi, Petri Dam. Laur. Justin. Guill. Par. Gersonis Cancell. S. Th. Bonaventuræ, Carthagenæ & al. recentiorum, P. Marcell. Capucinus, Drogo de Sacram. D. Pass. Gaudentius Brixiensis de Agno, & Damasc. de Transfigur. Patres Concilii Ephes. p. 3. Theodotus & alii. Gaufrid. Blesensis, Yuo Carnotensis, tom. 10. Bibl. Paris. PP. Ubi Theologia officii Divini de cruce scripf. Grethserus & plur. Patres tomo 2. ejus Paleotus, Mallonius, Fr. Bozius opt. Lipsius, De Sales, Collius de sang. Christi, Pintus de Christo Cruxifixo, La Riviere Carthus. scr. Meditationes, Guevarre, Granata, A ponte, Esneuve Suffren, Debarri, Metezelli conciones.

In Cathedra Christi indicavimus ad omnes totius Anni conciones SS. PP. qui de his scripsere mysteriis, Nilus apud Photium, de Ascens. Resurr.

Dotes corporis Christi Viatoris, Sanitas, Robur, sensuum præstantia, pulchritudo. Dotes corporis gloriosi.

Dotes animæ Christi naturales, Memoria, intellectus, judicium, ingenium, naturale lumen, voluntas, affectus. Dotes animæ Christi supernaturales, gratiæ, dona, scientiæ infusæ, per se & per accidens, experimentales, virtutes item infusæ, & acquisitæ, vitæ ratio & genius. Dotes animæ beatæ, visio excellentiæ, amor, fruitio, unio. De his omnibus

bus iidem qui ſupra Theol. & SS. Patres, Suarez eximie t. 3. de vita Ch. in 3. p. S. Thom. Perfectionis Chriſti ſymbolum fuit Adamus in paradiſo terreſtri, & Cherub ille Ezech. perfectus decore & ſapientia, V. Pſal. 44.

NOMEN JESU SSS. De hoc nos fuſiſſime egimus noſtris in Matth. comm. Galatinus in Arcanis, Arnob. lib. 1. contra gentes, Carretus Jud. ad fidem converſus, clavem omnium ſcripturarum & myſteriorum in Chriſti humero cernens hoc nomine conſignatam, S. Bern. in cant. cant. 1. 5. *oleum effuſum* &c. Seyſſellus in Lucam, Serarius & Magallianus in Joſue, Philo bibl. in Davide, Iſidorus Peluſ. lib. 1. ep. de Danielis nom. Baltaſare. Dicitur hoc nomen *gloriæ SSS. omnipotens, mirabile, magnum memoriale, benedictum*, &c. in Scripturis. Chriſtus promeruit illud in cruce, Philip. 2. ideo eſt nomen acquiſitum, ut Africanus, Aſiaticus, Francicus, Magnus. De hoc vid. Alex. Severi vitam in hiſt. Aug. Origines, Chryſoſt. Naz. Effrem, & alii PP. Anagr. ES JUS VIS ES. Sibyllæ in oracul. numerum 888. Clem. Al. 318. Abr. militum num Ambr. foris Jeſus, Crux intus, Deſtr. Hierico ad Grat. imper. I. lib. de fide 2. fine.

NOMINA alia CHRISTI. Iſaiæ 9. *admirabilis* &c. ibi & Iſa. 7. *Emmanuel* Gen. 49. *Silo, ſiloach, miſſus, ſapientia, Legifer, Dux, Radix David* &c. in O. officii *filius hominis, Chriſtus*, lapis, petra, mons, Sol. &c. Damaſ. in verſ. *fortis Iſraël*, & in Canticis *Dilectus*. Pſ. 18. *Sponſus, Gigas, Meſſias, filius olei*, Iſ. Galatinus in Arcanis, Porchetus, De o. offic. V. Amalarius Fortunatus tom. 10. Bibl. Pariſ. & opuſc. Th. Raynaudi de o.

Attributa Chriſti: ſanctitas, ſapientia, bonitas, fortitudo, miſericordia, poteſtas excellentiæ, eloquentia, gratia, veritas, manſuetudo, juſtitia, pax. Pſal. 44. Lux mundi, caput hominum & Angelorum. Garaſſus, Theophilus Raynaudus in Chriſto.

Dignitates & officia: Pontifex, Epiſcopus animarum, Paſtor bonus, Pan magnus, Apoſtolus confeſſionis noſtræ, Angelus Teſtamenti, dominator, Triumphator, Rex Regum, & Dominus dominantium, princeps paſtorum, judex vivorum & mortuorum, primogenitus, unigenitus, Rex Gloriæ, Gloria Domini, MESSIAS, SALVATOR, Redemptor, mediator, advocatus, pretium noſtrum, negotiator, theſaurus, margarita, medicus, præceptor, rabbi, magiſter, propheta, & ſacerdos magnus, præcurſor pro nobis; paracletus, Agnus Dei; templum, altare, propitiatorium, ſacrificium, regni cœl. Evangeliſta, exemplar, idea, forma noſtra, omnia eſt nobis Chriſtus, ut Ambr. l. 3. de virg. & Clem. Al. pædag. c. 6. & alii SS. Patres dixere. *omnis ſermo*. Proverb. cap. 30. initio & 1. Apocal. α & ω. Alphabetum omnis ſcientiæ, Theophilus in Chriſto ſuo, Garaſſus in ſumma Theo. Galatinus in Arcanis, Rupertus, Hier. & alii in curru Ezech. & 4. faciebus, Ambroſ. 2. fid. & de Jacob. c. 1. Auguſtinus paſſim, Coccius Bellar. Perron. De Euchar. & Sacerd. Ch. Berule de magnit. Chriſti. Clem. Al. in Pæd. & hymn. Naz. in apol. carm. & orat. Th. Nyſſ. de perf. Chr. forma, Greg. magn. in Ezech. Paulinus in Epiſt. Fulgent. ad Thraſim.

Prædeſtinatio Chriſti: Rom. 1. Hebr. 1. Auguſt. de prædeſt. ſanctorum, Suarez. & alii Theologi.

Cultus, Adoratio, Gloria Chriſti toto orbe. Garaſſus in ſumma Theol. opt. Theophil. in Chriſto ſuo excel. Rupert. de victoria verbi. Euſeb. in orat. Conſtant. Hebr. 1. Gen. 49. in figura Joſeph, Mardochæi, Danielis, Davidis, Samſonis, Gedeonis, Nehemiæ, Zorobabelis, &c. V. Cyrill. in Glaphyris, & libb. de Adoratione, Nerembergius in ſtromatis, S. Aug. in ſerm. quadr. de temp. Cyrill. de Cyro Iſ. 45. Syrac. in Eccleſ. à cap. 44. ad finem.

Oratio Chriſti. Actiones Chriſti, converſatio Chriſti, pueritia, adoleſcentia Chriſti &c. V. Garciam con. Evang. Barad. Salmeron. Ambroſ. Morales, Suarem to. 3. 3. p. Th. Raynoud. in Chriſto.

Genealogia Chriſti. Hieron. Rupertus in Matth. & de victoria verbi D. & interpr. Matth. Gloſſa ord. Recentiſſ. Baron. Saill. iidem de hebdom. Danielis 72. in Daniel. ut & Theodor. Cyrill. Cornelius, Torniell. Scaliger: Et nos in commentariis noſtris ad Matth. de Geneal. dix. fuſe. Binetus quoque in concionibus adventus. Arborem hanc Genealogicam ſæpe conatus eſt dæmon ſecuri injecta ſuccidere aut eradicare ſterilitate Annæ, Ezechiæ morte &c. ut notat Rupertus, ſed Deus conſervavit, Greg. Magn. in Job. hamum & lineam qua Leviathan cap. Genealogiam Chr. dicit; Ruper. ſcalam Jacob, initio in Matth.

Adventus Chriſti duo: primus humilis in incarnat. ſecundus glorioſus in judicio. Alii in figuris, per gratiam in Euchariſtia, in viſitationibus adverſ. proſp. in concionibus, Tertull. de carne Chr. & adverſus Jud. Irenæus,

Lactantius, Auguſt. ep. ad Heſychium. Hieron. ad Heliod. Cyprianus & Tertull. de ſpectac. Hyppolytus de conſum. Effrem, Eucherius in homil. de judicio. Cyrill. or. de exitu An. D. Thom. & Mag. ſent. ad finem de 4. Noviſſ. Cypr. de Eleem.

De Antichriſto, quem deſtruet Chriſtus adventu ſuo, iidem, & interpretes Apocal. Viegas, Cornelius, Caniſius in Catech. auctor de 4. Noviſſ. affert. Bern. Iſid. Chryſ. Baſil. & alios innumer. V. Bibliotheca homil. de judicio, ampliſſ. V. Acoſta de Chriſto Revelato, & liber coruſcationum, opt. de his & nos egimus in concionibus Advent. in Cathedra Chriſti coron.

Regnum Chriſti, Garaſſus luculenta Oratione depinxit in ſumma Theol. Theophil. in Chriſto. Cyrillus in Cyro Iſ. 45. Macarius in homiliis paſſim, ut & Auguſt. S. Ignatius lib. exercit. Spir. Gregor. Magn. lib. Reg. Figuræ in regno Davidis, Salomonis, Joſaphat, Joſiæ, Ezechiæ, Cyri. Parallelas lineas duxit Saillanus in Annal. Pineda de rebus Salom. Baeza de Chriſto figurato: de eo diſputant Theologi. V. Suar. tom. 3. in 3. p. Lorinus in Pſal. 2. Bernard. epiſt. ad Conradum Regem.

Præmia Chriſti, referenda ſunt ad Titul. Aſcenſ. & Gloriæ; præmia vero quæ pollicetur ſuis imitatorib. ad titul. Beatitud. & ad ſtatum Religioſum: de imitatione Chriſti in tit. imitat. Dei. videndi Patres de Reſur. & Aſcenſ. homiliis plur. *hæc ſunt præmia humilitatis tuæ Chriſte*, exclamat Eucher. Cypr. de Aſcenſ. Epiph.

Hæreſes contra Chriſtum, præter Idololatriam, Magiam, Judaiſmum impium, Mahometiſmum, Atheiſmum, & ut ſic dicam, Achriſteiſmum hujus temp. Neſtoriana, Eutychetis, Monothelitarum, Acephalorum, Apolliniſtarum &c. enumerant & confutant Tertull. contra Jud. & Hermog. Iren. Epiphanius, Philaſtrius, Aug. Theodoretus; Facundus, Eterius, & Beatus, & alii in Bibl. Patrum, recentiores Acaſtro, Coccius, Bellarm. Gauterius, Prateolus.

Denique videndus Ambroſ. in Prov. quomodo pertranſierit Chriſtus benefaciendo omnibus, via Aquilæ incedendo, & libro 3. de fide cap. 4. quomodo ſit principium Redempt. & omnis virtutis noſtræ, Bern. 13. in cantic. origo fluminum mare, origo virtutum & gratiarum Jeſus.

Poſſevinus in apparatu ſacro citat alios authores magno numero, qui habentur Manuſcripti in Bibliothecis Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, apud Religioſos PP. Auguſtinianos, Carmelitas, Dominicanos, Franciſcanos & alios. Præter eos qui in Vaticana, Regia, Bauarica, Auguſtana, & aliis inclytis Bibliothecis aſſervantur, theſaurorum inſtar.

CAPUT V.
MARIA DEIPARA,
ΘΕΟΤΟ΄ΚΟΣ.

LAUDES & Elogia in genere: Gregor. Neocæſarienſ. Thaumaturgus, Methodius, Epiphanius, Ephrem, Syrus, Cyrillus, & alii, homil. authores, Proclus, Theodotus, &c. parte 3. concil. Epheſ. Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius lib. 2. de Virginib. Nazianz. in Chriſto Pat. Nyſſen. in Nat. Fulgentius, Damaſcenus, h. Chryſippus, Heſychius, Andreas Cret. & Hieroſol. Germanus, PP. Conſtant. Hildephonſus, Anſelmus, Bernardus, Fulbertus Carnot. Petrus Bleſenſis, Amed. Lauſan. Richardus à S. Vict. Hugo Vict. Bonaventura in ſpeculo, &c. Vincentius Bellov. in magno Mariali MS. Bibl. Fuxenſis, Joan. Geometra verſ. Græcolat. S. Thom. Guerricus Abb. Richard. à S. Laurentio, S. Antoninus opt. Gerſo Cancellar. Bernardin. Petr. Cluniac. in epiſt. de ejus merito, de quo & Biel. Mariale Buſtii, Caniſii, Delrii; Sanazarius, Mantuanus, Salazar, Poza, Viegas in Apoc. carthagena; Spinellus egregio volumine, Poireus in triplici corona, Valentinus in Triumpho virg. caniſius in catech. authorit. de Salute Angelica, ſpeculum exemplorum, Delrio in cantica, Laur. Juſtinian. in homil. Metaphraſtes, Mariale Bruni, Baron. in Appar. & Annal. Saillanus in Ann. ult. Nicephor. in hiſt. Eccleſ. Hieronym. contra Helvidium, Coccius in theſauro opt. Suarez tomo de vita Chriſti optime. Roſaria plur. Litaneuticon, Theoph. Rayn. Spieras in conc. Sabbathi, quad. Bibliotheca homiliarum tomis 4. in conc. de ea. cathedra Chriſti noſtra coronata in conci. de ea, Iſolanus in Biblioth. Patrum, Suida, Guill. Pariſienſ. Novarini umbra virginea eruditiſſ. Irenæus elegantiſſime ait, Mariam à circulo mortis, cui nos EVA innodaverat, nos *Recirculaſſe vitæ*, lib. 4.

MARIÆ nomen, & Deiparæ Virginis, & alia, Bonavent. Epiphan. Spinellus, & alii ſupra; & qui de ſalutat. Ang. ſcr. apud caniſium.

Prædeſtinatio & Amor totius Trinit. Epiph. Spierus, Salazar.

Figuræ, prophetiæ, oracula Sibyllarum, & Delphica, habentur omnes in concionibus PP. Damascen. Epiphan. &c. & in libb. citatis Spinelli, canisii, ex cedreno, & aliis authoribus, Opsopœus legendus in oraculis.

Conceptio. Anselm. Petr. Lomb. 3. 3. Gaguinus in Poemate eleg. catharinus, Vadinghus, canisius, Salazar, Poza, Gerso canc. opt. Spinellus, cathedra nostra coronata, carolus Fernandus, Lorin. concil. Basileense.

Mysteria alia vitæ, D. V. Nativitas, Præsentatio, Annunciatio, Visitatio, Purificatio, Vita, compassio, Assumptio. Videndæ homiliæ SS. Patrum in eos dies, Thaumat. Damascen. &c. supra citatorum, Hildeph. Andr. cret. Procli, Germani, Bernard. Paleotus in historia admiranda de spasmo Virg. concil. Basil. Martyrolog. Baronii, Surius, Metaphrastes, Marial. canisii, & aliorum, Meditationes Pl. V. Bibl. homiliarum, 4. tom. De aliis festis Deiparæ Spinellus egit fuse, Poireus, canisius, & alii citati principio.

Gratia Deiparæ: Dona S. Spiritus, privilegia, Bernard. serm. de signo magno, de quo extat tabella pulcherrima, Bonavent. in speculo fusissime, Suarez; & citati supra.

Virtutes Deiparæ: opera, exempla, merita, præmia, fides, spes, amor divinus, virginitas, humilitas, pietas, obedientia, patientia, clementia, misericordia, prudentia, fortitudo, justitia, modestia. Ambrosius lib. 2. de virg. Damascen. Med. vitæ ips. & citati supra Spinellus, Poireus, sancti Patres in homiliis supra laudatis.

Attributa Deiparæ: Mater Dei, Θεοτόκος, Mater Ecclesiæ, & Christianorum, & misericordiæ, Mediatrix, Advocata, Regina, Sponsa, Filia Dei, Templum Trinitatis, thronus, cælum, arca Testam. DEA; Gregor. Nazianzen. in Christo pat. f. V. Salazar de conceptione, Theoph. litaniæ, Augúst. formam Dei vocat, Concil. Ephes. Aug. Bernard. Epiph. op. Iren. Damasc. Petrus Cluniacensis, D. Antoninus ait plus esse, dici matrem misericordiæ, quam Deam.

Nutrix: Martyr, Virgo, Vidua, Sacerdos sub cruce, majestas, & gloria; Paleotus, Mallonius, hist. admiranda, Adhelmus, in cordis sang. offerebat sacrificium, Christus in sang. corporis.

CULTUS ab omni ævo, & ubique terr. oracula Sibyllarum, Argonautarum, carnutens. August. visio, imagines toto orbe, templa, miracula, asyla, donaria, vota. V. hist. Podiens. Monserrat. Lauret. Hallens. Lipsii, Sichem, charmensem, Lætam, & alias. Spinell. canisius ex cedreno. Bonifacius, de B. V. Poiræus in corona.

Regna illi oblata: Urbes consecratæ: Hungaria, Gallia, Sabaudia, Hispania, Ordines Equitum torquatorum, iidem qui supra, Favin. D. Ruits Armorial. constantinopolis à constant. Magno Deiparę devota.

Victoriæ ejus opera obtentæ: Duces, Imp. in eam pii. Hist. Eccles. Bonif. Spinellus.

Dona scientiæ, salutis, Imperii, & alia impetrata, Daurotius in catech. Bonif. Spinellus cantipratanus, Pelbartus.

Apparitiones, & alia id genus; iidem qui supra. Peccatores ab ea servati, & alii à periculis eruti.

Religiosi Ordines illi addictissimi, & ejus ope atque præsidio instituti, conservati, aucti. Hieronym. Platus de bono status Religiosi, & alii citati supra.

Congregationes & sodalitates sub ejus tutela. Spinell. Annal. congr.

Peregrinationes illustres ad D. Lauret. Aniciensis, Montisserrat. Sichemiensis, Hallensis, charmensis, Lætæ, &c. Tursell. hist. Lauret. Odo Gisse Aniciens. Lipsius, & alii Historici Deip. Spinellus.

Præter ea quæ in Romana & Hiſpanica hiſt. ſparſa ſunt, Vaſconcellus de regibus Luſitaniæ, Maffejus & du Jarric rerum Indicarum hiſtor. ut & Trigautius Sinenſium, Japonicarum alii Oſorius, de hiſtor. Luſitaniæ & de rebus Emanuelis, Hiſtoria Portugalliæ Gall. in primo tomo Hiſpaniæ illuſtratæ habentur iſti: Damianus à Goes de Olyſippone, Reſendius, Morales, Coneſtagius, Viperanus, Duardus, Nonus & variæ regum Luſitanorum Epiſtolæ, Joannes Barrius de geſtis Edoardi: Regolatus Barroſus de Africæ deſcriptione. Portugalliæ Regum Geneal. & de regibus Portugalliæ, Duard. & Nonus, D'Aviti in mundo Geogr. & Belleforeſius vita Fr. Xaverii, Japon. Martyres, relationes Ind. vita S. Elizabetæ, Perpinianus, hiſt. Societatis Jeſu, hiſt. Indiæ Orientalis, Itineraria, Status Europæ, videndæ tabulæ regum Luſitaniæ & Cartæ Geogr. Acta regum Luſitanorum P. Antonii, Luſitanæ hiſtoriæ delitiæ, Mercurius Luſitanus, *Geofroy de l'origine des Rois de Portugal. Union de Portugal*, de Jure ſuccedendi in Regn. Luſit.

Hiſtorici Angliæ.

Præter ea quæ in hiſtoria Romana, Gall. Hiſp. & Eccleſiaſtica, bellique ſacri monumentis leguntur, Beda venerab. de hiſtoria Anglicana. Gildas ſapiens de excidio Britanniæ: corpus hiſtoriæ Anglicanæ, in quo veteres ſcriptores habentur. Matthæus Vveſtmonaſterienſis,

monasteriensis, Guillelmus Malmelburiensis, Henricus Huntindonus, Ingulphus, Rogerus Huedem, Thomas Vulsinganus, Galfredus Monumetensis. Ponticus Virunensis: Neubricensis, Polydorus Virgilius, Hasphel-dius: Hi tres non sunt in illo corpore. Historia Angliæ Gall. du Chesne, Sanderus de schismate Anglicano, historia Reginæ Elizabetæ, Martinus Polonus & Rogerus continuator, Camdenus, Buchanam, Vasseburgensis, Florimondus de Remond tomo 2. de Maria Scotiæ regina per summum nefas cæsa, vita Guesclini, Talbotti & aliorum debellatoris, Acta Puellæ Aurelianensis, Joannes Monachus de Guillelmo conquisitore, Merlini fabulæ proph. apud Sigebertum, & registrum temporum. Duplex de bellis ævo nostro ad Rupellam & insulas gestis, Monetus in Cracina op. d'Aviti in mundo Geographico, Status Europæ Lugd. Batavorum tomis exiguis, Britannia Camdeni, Britannia illustrata Scriverii, videndæ regum Tabellæ & Cartæ Geographicæ necnon Chronologi. Item compendium regum Gall. Angl. Scotiæ &c. uno vol. Epist. P. Blesensis, Baronii Annal. corpus hist. belli sacri Joan. Monachus & Sarisberiensis totus, Gauterii chronol.

Rerum Britannicarum scriptores, Gildas, Beda, Galfridus, Virunius, *les grandes Annales d'Angleterre, hist. d'Elizabet par Camden*, historiæ Hiberniæ compend. Hiberniæ Vindiciæ *l'Innocence de Marie Stuart.*

Historici Scotiæ.

Historici SCOTIÆ. Præter ea omnia quæ in Angliæ vicinæ scriptoribus reperiuntur: Leslæus Episcop. de regibus Scotorum, Hector Boëthus de Scotiæ hist. Saxo Grammaticus, Florimondus de Remond. tom. 2. regum Galliæ, Angliæ & Scotiæ compendium uno vol. Joannes Major, historiæ Scotiæ scriptor. d'Aviti in mundo Geograph. Belleforesius, Scotorum historiæ libb. 16. *Abbregé des Roys de France & d'Escosse*, Sanderus, Tabella regum Scot. Carta Geograph. Gauterius in sua chronol. tabella, Mercurii, Gazulæ hujus temporis, Duplex histor. Gall. Spondanus.

Historici HIBERNIÆ præter ea quæ in Angliæ, Scotiæ, Galliæque historicis referuntur. Est liber eximius de sanctis Hiberniæ, vita S. Malachiæ apud sanct. Bernardum: vita S. Patritii. V. Bedam, d'Aviti in mundo Geograph. vitam Elizabetæ, Mercurios & Gazulas hujus temporis. Hac ætate 1641. & seq. annis strenue decertarunt Hiberni catholici contra hæreticos & de illis triumpharunt sæpe.

Historici Germaniæ.

Cæsar, Suetonius, Livius, Tacitus, Florus, August. hist. script. Plutarc. Strabo, Plinius & alii veteres, historia Ecclesiastica, Gallica, Italica, Anglica, Hispanica plurima conferunt ad Germanicam rem & gloriam: Præterea, magnum monumentum est Alemannicarum rerum scriptores numero XIX. uno volumine Hayminsfeldii.

Corpus historiæ Germanicæ tomis septem, in quibus historici celeberrimi supra numerum, Otho Frisingensis, Conradus Abbas Vrspergensis, Schnafnaburgensis, Ligurinus, Matthæus Paris, Marianus Scotus & alii prope infiniti: vidi in Biblioth. D. de Vitey Cabilonensis Consiliarii regii instructissima & humanissima, & in bibl. Collegii nostri Taurinensis à P. Monod locupletata historicis, inibi sex Tomos lectionum antiquarum Canisii spirantes eruditam Antiquitatem in pluribus scriptorum monumentis ad Germaniam spectantibus. De Dories, de Ducibus Bavariæ, tom. 2. lect. Ant. Canisii.

Histor. Germaniæ, Fuccii & Pontani historia suorum temporum, Bertii comentarii rerum Germanicarum, Lazii, Vienna Austriæ, Annales Suevici, Krutii, Urtisii, & Pistoris, Alemannia Godati, rerum Germanicarum scriptores, Turpinus, Sigebertus, Robertus de monte, Lambertus, Schnafnaburgens. Francolini Vienna, Genealogia Austriæ Lazii, Velseri Augusta Vindelicorum, hist. Ubiorum, item Mandubionum. Eadmeri histor. Hermanni Cerberke chronicon comitum Schauemburgensium de septemviratu Imperii, Genuolde historia Comitum Lusatiæ, Viperti, chronicon Braugeri, Albertus. V. Dornani, origines Palat. Marquardi, Freheri.

Sarmatia Gaguini, & Genealogia regum Poloniæ.

Vitichindus, historia Saxoniæ, de Vethphalis Saxonibus, Verneri.

Rerum Moscoviticarum authores. Rerum Moscoviticarum, Sigismundi Liberi, Fabri. Rerum Bohemicarum scriptores.

Historia motuum Rhetiæ; Spercheri, legatio Rhetica Paschalii.

Krantzii Metropoles. Ejusdem Saxonica, Bohemica, Dania, Norvegia, Suecia, Wandalica, &c. Joannes Aventinus, Annales Bojorum. Item Historia Bojorum ab uno P. de Societate JESU, Cuspiniani Cæsares, & Egnatii, Luitprandi historia, Turpinus, Eghinardus, & alii, de Carolo Magno, & Ludov. Pio in historicis Galliæ, Chronicon Germanicum

Gallice Nauclerus, Trithemius de origine Bavarorum. Lud. Dulcis vita Caroli quinti. Sleidanus mendax, & hæreticus. Chronicon Hirſaugienſe: Surius, Hiſtoria ſuorum temporum, Reinerius de Reineci' Familiis, Theatrũ Genealogicum, Regiſtrum Chronicorum.

Genealogia Auſtriæ Vitignani.

Ludovici ab Avila libri de Bello Germanico, Caroli Turlei de Migrationibus, Item Cluverii, Kyriandri Annales Treverenſes, Germaniæ deſcriptio, Andreæ Athamen. Rheni diverſoria, Pontani, Monarchia SS. Imperii, Goldaſti, Freheri, Piſtoris, Vitæ Imperatorum, Stradæ à Keberg *Chaſtelains de Basle.*

Chronicon Auſtriæ, domus Auſtriacæ ſtemma Ammir. Lupoldus de Zelo Germanorum: Cluverus de moribus antiquis &c. Germ. Natalis Comitis hiſtoria, Æneas Sylvius, Chaſſanæus in Catalogo gloriæ mundi de dignitatibus Imperii: Beatus Rhenanus hiſtor. German. Lonſæus de viris Illuſtr. Germ. de origine domus Auſtriacæ. Eraſmus Stella de antiquit. Boruſſiæ. Mollerus deſcriptio Rheni, Chronicon Bavaricum, Poſſevinus, lib. 16. cap. 17. Bibl. ſelectæ. Guillemani Suiſer. Annales. Vita Henrici Imperat. Chronicon Auguſtanum: Serarius, Rebdorffi Annales. Compilatio Chronicorum, Sanſovinus in Ottone. Vid. Sabaudiæ hiſt. Reiner. Batavia & Junii. Witembergus, Benterus, Hartmannus. Schardius, Andreas Braver. hiſtoria Bojorum. Vitæ omnium Imperatorum Italice. Caniſii antiquitates Ingolſtadii, Duces Bavariæ, chronicon Argentinenſe, hiſtoria de Landgraviis Turingiæ, Chytræi, Saxonia Pingonii, ſtemma Saxonicon, Ammirati ſtemmata, Serarius, Rerum Moguntinarum, Regiſtrum temporum, D'Aviti in mundo, Belleforeſius in Geogr. & hiſtoria.

BOEMICA Hiſtoria: Boemica Æneæ Sylvii, Jo. Epiſc. Olomucenſis, Jo. Pubranii hiſt. Boem. Krantzii Boemica, Chronicon Boemiæ, Petri D'Aviti in mundo Geograph. hiſtorici belli ſacri ſupra, depoſitio, Friderici Conc. Lugd. hiſtoriæ Italicæ ſcriptores, de bell. Imper. in Italia geſtis, Mercurii, & Gazulæ horum temporum ab anno 1619. quo cœpere Bella infœliciſſima tota Europa, Cometa horrendo anni 1618. & aliis igneis meteoris prænuntiis, in Germania præſertim, ob Mantuanum, & Montisferratenſe diſſidium & Palatinum. V. Rerum Boëmicarum Antiqui ſcriptores uno vol. Videndæ tabellæ Imperatorum, & Cartæ Geographicæ, hujuſque temporis Gazulæ, & Mercurii.

HUNGARIÆ Hiſtoriam ſcripſit Bonfinius, Æneas Sylvius, Turotius in Chronico. Petr. Randanus, Melchior Soiterus, Alphonſus Ciaconius, Poſſevinus, Stuarth. Rogerius Preſbyter in volumine ſcriptorum Hungariæ, Turotoſius in Annalibus, D'Aviti in mundo Geogr. Homines Illuſtres Theveti. op. op. in Mathia Corvino, Jo. Huniade, &c. Gauterius, Videndæ Tabellæ Regum, Cartæ Geogr. Mercurii, Gazulæ hujus temporis, de Bellis Regis Hung. Imperat. contra Suecos, totis 27. annis & amplius.

POLONIÆ Hiſtoriam exequitur Cromerus, Remoldus, Æneas Sylvius, rerum Polonicarum Scriptores uno volumine. Philippus Callimachus hiſtoriam Polonorum contra Turcas, hiſtoriæ Poloniæ libri 7. D'Aviti in mundo Geograph. Belleforeſius. V. Tabulæ regum, Cartæ Geogr. Mercurii, & Gazulæ de bellis noſtrorum tempor. & victoriis de Turca & Moſc. reportatis.

Hiſtoria GOTHICHA & DANICA, Saxo Grammaticus. Olaus Magnus, Procopius, Agathias, Jornandes de rebus Gethicis, Leonardus Aretinus de Bello Gothico, Chronicon de Origine Francorum, & Gothorum, Cluverius, Victor Uticenſis, hiſtoria Eccleſiaſtica, Hiſpanica, Gallica, de Gothis, Wiſſigothis, Hunnis, Wandalis, Longobardis Orbem inundantibus, Claud. in Stilicone, Ennodius, & Sidonius Apollin. in Theodorico Olympiodorus apud Phot. Dialogi Gregorii Magni, Pontanus rerum Danicarum, Krantzii Dania, Hiſtoria Regum Daniæ, d'Aviti in mundo Geographico, Videndæ leges, &c. Gothorum, in corpore Hiſtoriæ Hiſp. leges Longobard. de Attila, Hunner. idem de bellis Suecorum in Dania an. 1644. à Sueco Horn. illatis: vide Mercurios, & Gazulas hujus temp.

HELVETICA & SUEVICA, Chronicon Helveticum, hiſtor. Helvetica tribus tomis, Annales Suevorum Cruſii, Fabuſ. Chronicon Suevorum, Guillemani Helvetia, Oliverius de la Marche in hiſtoria Caroli poſtremi Burg. Ducis, in hiſt. Germaniæ, & Gall. plur. ſub Franciſco I. d'Aviti in mundo Geogr. Belleforeſt, Spondanus, Jovius, Guicciardin. Cominæus, Annales Sangallenſes Everardi. Status Helveticus, Lugduni Batavorum tomo exiguo cum aliis excuſus.

Moſcovitica Hiſtoria, Poſſevinus in ſua Moſcovia, & Moſcoviticis, Herbeſtanus, Jovius, Beinoldus, Eidenſtenius, *Sclavo-*

Sclavoniæ Annales Sclavorum Helmodi.
Leodienſium, Geſtorum Radulphus.
Saxonica, Krantzii, D'Aviti,
Norvegica, Krantzii, D'Aviti, Olai magni,
Suecica, Krantzii, D'Aviti.

Hiſtorici Italiæ.

Præter citatos ſupra in Hiſtoriæ Latinæ Romanæque titulo, qui magno ſunt numero, cum Antiqui, tum recentiores. Legendi ſunt recentiſſimi. *Priorato*, & Capriata de Bellis noſtri temporis: liber vulgaris Rom. deſcriptionum, Roma ſubterranea. Parietinæ, Pighius, Romanarum Antiquitatum tomis 3. & itinerarium Italiæ Principis Condæi curioſis refertum rebus. Roma vetus, & recens Donati. Cluverius libro Antiquitatum Italiæ, Siciliæ, Germ. Leandri, deſcriptio Italiæ, D'Aviti in mundo Geographico, Villamontius, Volaterranus, Theveti, Boccatii, Jovii Petrarchæ commentarii de viris illuſtribus, Villani hiſtoria Piſtorienſis, Mellinus & Luchinus, hiſtoria Comitiſſæ Mathildis, hiſtoria Pontificia, ſupra poſita eſt in hiſtoria ſacra, & Eccleſiaſtica. Videndæ tabulæ ſum. Pontificum, tabulæ Ducum Venet. Regum Neapolit. & Siciliæ, & aliorum Italiæ Principum. Venetiæ, Sanſovini, Scriptores de diſſidio Pauli V. & Venetorum, *Hiſtoire de Ravenne*, Thomaſi.

Legendi etiam ſunt qui peculiarem Provinciarum, & ſtatuum Italiæ deſcriptionem contexuere, parvis tom. Lugduni Batavorum.

Mantuæ, Bergomas, Pyrrhus, Pontius, Platina, Æquicola, Volaterranus, D'Aviti.

Ravennatium, Rubeus, D'Aviti.

Neapolitanæ hiſtoriæ ſcriptores, Barthol. Fantius, Bened. Falcus, Jov. Pontanus, Herempertus, & alii duo. Lud. Contilis, Zenobius, Acciajolus, Pandulphus, Collenutius, Mambrum, Petrus Stephanus, Fagius de geſtis Alphonſi. Item de eodem Æneas Sylvius, Faccius de Rebus Alphonſi, Summontius, Coſto, Noſtradamus in hiſtoria Provinciæ, hiſtoria Hiſp. de Viſcardo, & Rogerio, hiſtoria Gallica Caroli 8. Lud. 12. 11. & aliorum, hiſtoria Aragonum, hiſtoria Belli ſacri. Jovius, vita conſalvi magni apud Jovium. Ferdinandi geſta Guicciardin. V. hiſt. Rom. Pontif. donatio Ludov. Pii, Jovius libb. hiſtor.

Siculæ hiſtoriæ ſcriptores uno volumine habentur, Volaterranus, Gemiſti Plethonis epitome rerum Sicularum, Faſellus cum aliis ſcript. D'Aviti in mundo Geographico.

Venetæ hiſtoriæ ſcriptores. Donatus, Janottus, Jacob. Purliliarum comes, Egnatius, Sabellicus, Bembus, Petrus Juſtinianus, Petr. Marcellus, Faroldi Annales Veneti, Blondus, Vencarii Annales Veneti. Volaterranus, Dandulus, Maurocus, D'Oglioni, D'Aviti in mundo Geographico. Status Reipublicæ Venetæ Lugd. Batavorum, cum aliis excuſus parvis volum. hiſtoria Belli ſacri ſupra citata; in ſacra hiſtoria. Sanutus maxime: videndæ tabellæ expanſæ Ducum Venetorum, Mercurii, Gazulæ, de bello contra Turcas geſto ab anno 1645. Victrice Republica Veneta. Suis copiis ſine auxiliaribus, quod eſt glorioſiſſimum.

Florentinæ hiſtoriæ Authores. Ammiratus, Nardus, Poggius, Villanus, Leonardus Florent. Boninſegnius, Ugolinus, Verinus, Aretinus, Leander, Ptolemæus Lucenſis, Maleſpina, Machiavel, hiſt. Florentina, Volaterranus, D'Aviti, in mundo Geographico. Videndi ſtatus Lugd. Batavorum excuſi, Mercurii, & Gazulæ, de Bello Barber.

Ferrariæ Hiſtorici, Serdus, Jo. Bapt. Pigna, Guil. de Podio, Gregorius, Priſcianus de Antiquitate Ferrariæ, Hiſtoria Ferrarienſis Atteſtinorum Volater. D'Aviti in mundo Geograph. hiſt. Pontif. Clementis VIII.

Mediolanenſis & Longobardicæ hiſtoriæ commentarii. Joan. Maria Duces Mediolanenſes; Ripamontius; Carolus Sigonius de Regno Italiæ. Boſſus, Corius, Paulus Diaconus, Simoneta de Franciſco primo Duce Mediol. Jovius de Viris Illuſtr. in Sfortia & Galeatio. Georgius Merula, Hiſtoria Vicecomitum Mediolanenſium, Triſtani Hiſtoria; Jovius Libb. Hiſtoriarum, Guicciardinus, d'Aviti in Mundo Geogr. V. Hiſt. Gallic. Hiſp. Eccleſ. Status Lugd. Batav. Diaria, Mercurii Vittorio, Capriata, Priorato.

Genuenſis hiſtoriæ Authores. Defliſch. Auguſtin. Juſtinianus, Antonius, Gallus, Senarega Capharus, Chriſtoph. Cyprius, Cirinus, Georgius Stella, Jac. de Voragine, Bracelius, Parthenopæus, Bizarus, Paulus Interianus, Folietus, Braccellus de Claris Genuenſibus, Paulus Peruſinus, Capellus, & Sigonius de Andrea Auria, Benevenutus de S. Georgio; Volater. D'Aviti in mundo Geographico. Status Genuenſis, Lugduni Batav. excuſus. Hiſtor. Ludovici XII. Regis Galliarum & Lud. XI. Videndæ Tabellæ Ducum Genuenſium, & Mercurii de Bellis Caroli Eman. 1623. & Gazulæ Hodiernæ.

Bononiæ H. Leander Albertus, Sigonius, cherub. Girandas, Pompon. Viz. Joan. Garzonij

zonii Hist. Bononienſium, Alb. Bononia Sigonii, Episc. Bonon.

Montisferratenſis H. Benevenutus de S. Georgio. Hiſtoriæ Tragicæ de Alerano primo Marquione.

De Atteſtinis Principibus, Cynthius, & Pignac.

De Eſtenſibus Principibus. Gallonius.

De Urſina Caſa: Sanſovinus, D'Aviti in mundo, Volater. in Anthropol.

Patavii, Coruſcus, Acephalus Dandulus, Faba fuſca, Annales Patavini, Cortuſus, deſcriptio Patavii, de rebus Patavinis in Monaſterio Carcerum Rolandi Patavini, Annales de Ezzelini rebus, Scaliger item, Vedalti Ann. Patavini, Zamaldoni hiſtoria Patavina. Luitpr. 860.

Galeatius & Gatinus de Dominis Carraerienſibus. Piſtorienſium hiſtoria Melini, & Renati Serravallini, Crema Allemanni, Cremona Cavitelli, Loffredi Antiquit. Puteolorum: Bergomum Bellafilii; Brixia Capreoli, Placentia Humberti Locati. Cremona I. B. Burdegalli.

Novocomum Porcarii, Bertuſſii Catajum; Jo. Barbarani Vicetia, Fr. Vincentii Laudes Vercellarum; Marcolini origo Barbarorum, Barletius de Obſidione Scondrenſi, Sarainæ. Verona, de Senarum Antiq. Guido presb. Ravennas de Italiæ civitatibus, Imolenſis hiſtoria Mainardi Epiſcopi V. Theatrum Bruin. Urbium totius Orbis tomis plur. & Regiſtrum temporum & Cartæ Geograph. V. Raviſium, Egnatium, hiſt. Tragicas. Dodecameron. Bocatii prohibitum.

Barletius de vita Gilberti tertii Corrigienſis. Jul. Goſſelinus de vita Ferdinandi Gonzagæ, Tigrinus de vita Caſtrutii. Bembus de vita Guidi Ubaldi & Barthol. Colleonis.

Hieroſolymitana hiſtora ex ſacra Script. Joſepho, Annalibus Saillani, deſcriptione terræ SS. Adrichomii; Hier. Bedæ, &c. & corpore hiſtoriæ belli ſacri ſupra citati, ex itinerario Villamontii; ſerti ſacri, ex mundo Geogr. D'Aviti; ex Evareſmio in illuſtratione terræ S. ex Pineda de rebus Salom. ex Prado & Villalpando, ex faſtis Siculis; ex hiſt. Saracenorum, & Ægyptiorum, atque Othomannorum, ex vita S. Ludovici, ex Epiſtolis Hieronymi, ex hiſtoria Helenæ, & Eudociæ Imperatricum; ex hiſtoria Eccleſiaſtica ſupra citata; ex geſtis Patriarcharum ex Annal. Baronii. Videnda Carta terræ Sanctæ Burchard. Bedæ deſcript. Anſelmi ord. M. Valafridus de ſubverſ. urb. Hieroſol. Anſelmi Epit. bell. ſacr. Hier. S. terr. Frameſti, Friderici exped. Aſiatica. Guill. Odoeporicon. Pacifici itinerarium; *Bouquet ſacré*, Villamont. Bellonus.

Hiſtoriam Cypri ſcripſit Steph. Luſignanus. D'Aviti in mundo Geogr. Belleforeſius.

Dalmaticam in vita Scanderberg & Pyrrhi habes, & in mundo Coſmogr. D'Aviti, in hiſt. Veneta.

Hiſtoriæ Perſicæ authores: Herodotus, Xenophon, Plutarchus, Procopius, Bizarrus, Spondiginas in vita Iſmaelis. Florimondus tom. 1. hiſt. Hæreſeos, & D'Aviti in mundo Geograph. rerum Perſicarum varii ſcript. Briſſonius de regno Perſarum. Chron. Alex. Beroſus, Manethon, Megaſthenes, & alii apud Euſebium, non extant. V. Joſephus. Script. ſacr. V. hiſt. Eccleſ. & Imper. Rom. atque Græci ſupra.

Hiſtoriæ Africanæ authores, Romani, Græci ſupra, & Procopius. Jovius, & Thevetus in Tomumbejo Ægyptiam tangunt, vita S. Ludov. hiſtoria belli ſacri, Hiſpanica D'Aviti, de Regno Marochiano & aliis in mundo Geograph. de Jarric, & Maffejus in hiſt. Ind. Plut. in Annibale, Polybius, Juſtinus, Florus, Appianus, Diod. Siculus, & ſeq.

Æthiopicæ hiſt. authores, Damianus à Goeſ. deſcriptio Africæ, Leonis, & Alvarez, Aloyſius Cadamuſtus, Ludovici Romani navigatio Jovii lib. 18. Sannuti Geographia Africæ. Nicolaus Godinus de rebus Abyſſinorum, D'Aviti in mundo Geographico, Belleforeſius. V. hiſt. Indica, & geſta patriarcharum & hujus temporis hiſtor. tomi duo hiſt. Orient. opt.

Tartarorum hiſtoria. In vita Tamerlanis. Per I. Dubec excell. per Thevetum in viris illuſtribus: in itinerario Pauli Veneti, Rara ſunt admodum, & curioſa. videnda alia itinerar. tribus volum. Italice *Viaggi.*

Scytharum hiſtor. ex Herodoto, Juſtino, Strabone, &c. Parthorum item ex Plutarch. in Craſſo. Xenoph. Philoſtrato.

Hiſtoria Indiæ Orientalis, Maffeus, du Jarric: Trigautius. Hiſtoria Japonica, & Martyr. Japon. tomi duo hiſtoriæ Indiæ Orientalis tabulis refertiſſimi & rebus curioſis. Itineraria citata in hiſtoria Luſitanica & Hiſpanica; plura d'Aviti in mundo Geogr. Navigationes Holland. & bella frequentia, expugn. Malacæ.

Hiſtoria Indiæ Occidentalis, Joſeph à Coſta, Fernandus Cortez, itineraria tomis tribus, Holl. navigationes; hiſtoria Americæ tomis tribus Thomæ Hariot curioſa admodum, Petrus Cieca. Joan. Lery, Monardus, Garcias,

Carata,

Carata, Theveti Francia, Antractica, Aug. de Zarate. Florida Baſſaneri, Fr. Lopez navigationes Columbi, Veſpucii, Magellani, & Anglorum. Hiſpania illuſtrata, Gonſalvus Ferdinandus, Ovetenſis hiſtoria generalis; Funez, hiſtoria Gallica Indiæ Occ. Canadenſis hiſtoriæ ſcriptor Gallicus. Relatio Patris Biardi primi Miſſi ad Evangelizandum Canadenſibus cum patre Maſſeo. Relationes Canadenſes P. le Jeune, &c. & P. Lallemand. *Hiſtoire des Yncas du Peru. Baudoin.* Hollandica bella Fernambuci, &c. Gazulæ & Mercurii hujus temporis.

De Viris illuſtribus, Plinius, Æm. Probus, Petrarcha, Bocatius; Urſinus, Ferronus, Ritius, Bergomas de clar. Mulieribus, & Plutarch. Polyænus, Jovius, Thevetus, *Coſte, femme illuſtre.* Fodere, exempla virtutum P. Rho. Vitæ Pictorum, & Arch. Vaſari & Baglione. Vitæ Juriſconſultorum in tract. I. Vitæ Medicorum. de ſcriptorib. Hieron. Gennadius, Sigebertus Trithemius, Poſſevinus, Geſnerus; Allegambe, & alii de ſcript. ordinum religioſorum. Draudius, Bibliotheca Pontificia, Fab. Juſtinianus, Schotus, Bellarm. Molanus, Gauter. Spondan. Genebr. Jacob. la Croix.

Hiſtoriæ Naturalis Authores.

ORDINEM rerum à Deo præpotente ſapientiſſime conſtitutum, ſequatur neceſſe eſt Ordo hiſtoriæ: poſteaquam igitur ea percurrimus quæ ad homines ſpectant; ſubnectenda nobis occurrunt, ea quæ ad Brutas Animantes & reliquas naturæ partes videntur pertinere. De his igitur diſſeruere, ac veluti in ampliſſimo theatro conſpicienda propoſuere, Ariſtoteles de hiſtoria & partibus animalium ac natura univerſa, hab. Græcol. ut & Theophraſtus de plantis & aliis rebus naturalibus, quas indicat Photius in Bibl. Plinius in hiſtoria naturali quæ eſt mundus magnus rerum omnium ex 1022. volum. Ælianus de animalibus & varia hiſtoria Græcol. ut & Philo ſapiens in corpore Poët. Græc. Georgius Piſidas ibid. Fabulæ Æſopi, Phædri, Avieni, Cyrilli, natura ſua magiſterium homini præbentibus animantib. Tullius, & Plutarch. de induſtria animalium ut & Baſil. Ambr. Theodoretus.

Dioſcorides de plantis & aliis rebus naturalib. Mathiolus, d'Alechampius, Rouillius, Bellonus, Durante, Duretus, Scaliger, Cardanus, Garcias ab Horto, Colinus, Botanica, ſeu Herbaria, Ferrarius de Floribus & plantis, Curtius & alii de hortis. Itineraria Indiarum, Acoſta, Majoli dies caniculares, Gaudentius rerum mirabilium, liber otiorum Imperial. Agatharchides, Geoponica Conſt. Cato, Varro, Columella, Palladius de re ruſtica, domus ruſticæ ut vocant Liebaut, Deſerres, & aliæ antiquiores plenæ Arcanis. Magia naturalis à Porta, ſpagirica variorum; Theatrum Chymicum, Geber, Ulſtadius Flammel. Augurell. Lullus & clavis ejus MS. à Villanova Cæſarius, Kunradus, Hermes, Turba Philoſ. Gemmarius Perfectus; liber de Gemmis, Alberti Magni opera, arcana de Metallis, &c. Agricola, Cæſalpinus de metallis, Cabeus de Meteoris & alii vulgares; Gilbertus, Cabeus, & Kirker de Magnete, Gometius de Sale, Anemologia ſeu tractatus de ventis; Kirker de luce & umbris; Berchorius & Buſtius de Gemmis, Libri de Mumia & Antimonio, de tribus regionibus terræ, Neſmond, de Ambaro. Tardinus de pilis. Campanella.

Hiſtoria naturalis Americæ, Acoſta de natura novi orbis: hiſtoria Aquatilium, Boſſuetius, Rondeletius de Piſcibus, Salmani hiſtoria animalium, Vvotonis de differ. animal. Geſnerus hiſtoriæ animalium Gigas. Aldroandus naturæ Genius, cujus nos Muſæum Bononiæ vidimus in urbis Palatio rebus rariſſimis refertum teſtamento legatum Bononienſibus; de Balneis Italiæ authores ſexaginta uno volumine. de Balneis Sabaudiæ & Galliæ ſcripſ. alii. Aviarium d'Eſparron. Venatica Fouilloux, Cynegetica poëtarum & Halieutica; Nerembergius rara de rebus nat. ſcrip. Areſius. Ruſcellus, Tardinus de pilis, Muſæum Domini de Peyres, & aliud Borillii Aquiſſextiis plenum raris rebus. Muſæa Regum, Principum, Card. & erud. Medicorum præſertim. Guildinus de centro gravitatis, Fromondus de Meteoris, Palatium ſapient. Boneti, Heresbach de ruſtica, Decreſcens de fruct agrorum.

CLASSIS PHILOLOGORUM,

Qui doctrina Humanioris literaturæ præſtant, & ornant eloquentiam, juvantque ſcientias eminentiores.

PRÆTER jam laudatos in hiſtoria naturali & Philoſophis Moralibus, Martianus Capella de nuptiis Philologiæ, Athenæus de cibis & conviviis antiq. eruditis. Græcol. Pauſanias de templis & ſtatuis Græc. lib. 6. maxime. Græcol. Petronius & Apulejus (non caſti) hujus lib. 11. op. &

Florida Macrobius eruditus. Aulus Gellius perdoctus, Censorinus de die natali, Philostratus Græcol. Gall. com. Vigenere op. ut & in Onosandrum qui & Gr. l. Vitruvius de Architectura cum commentariis, Lucianus Græcol. Photii Bibliotheca 300. codicum, Breviarium, Gr. l. plena rebus Arcanis, Onosander de re bell. Gr. l. Constant. Porphyrogeneta, Æliani Tactica cum notis Sixti Arcerii, & Leonis Imp. Tactica uno volumine Græcol. Vegetius, Frontinus, Ælianus, Polyænus lib. 8. Stratagem. Leo Imperator, Valtrinus, Lipsii Poliorcetica, Dux Perfectus, Erardus, & de Ville de munitionibus. Item Perretus, & alii plurimi in Bibl. militari comitis Ill. de la *B*uisse, militiæ Hollandicæ exemplaria plur. tom. Instructiones militares: de Bombardis ibid. & aliis. *Art militaire à cheval, & pour l'infanterie de Vvalausen. Castrametation de Stevin. Artillerie de Diego Ufano*, Architectura militaris moderna, Gogen. Jo. Mandena de curiosis orbis, authores finium regundorum eruditiss. per Rigaltium, Codinus Curopalates de officiis imperii cum Gretss. com. adde catalogum gloriæ mundi Chassanæi, Fenestellam de Magistratibus Rom. Sigonium, Lipsium de off. Galliæ, & L'Oyseau, du Tillet, Bulengerum de Imper. theatro, &c. Alexandrum ab Alex. Tiraquelli, notitiam Pancirolii & libr. de antiquis perditis, & novis inventis, Polydorum Virgilium de inventoribus rerum, Textoris Officinam, Erasmi opera purgata, Manutii Adagia, cœlium Rhodiginum, Antiquitatum, Rosinum editionis ultimæ, & Calcagninum, itinerarium Benjamini rarissimum & perantiquum, itinerarium Antonini & Rutilii, itineraria Indiarum & alia supra cit. legenda Alstedii omnium scientiarum Encyclopædia, & Thomæ Garzonii ejusdem rationis platea universalis, Flust. expurgatus. Ars Magna Lulli, & in eam Digest. Yues Capuc. Trithemii Polygraphia, (Steganographia vetita est) Vigeneri ciffræ & notæ arcanæ, Gaffarelli curiositates inauditæ purgatæ. Digestum Yues, Petri Gregorii Syntaxis Artis mirabilis, compendium scientiarum, Julius Pollux, Onomasticum Romanum Diction. hist. poëticum Agonisticon & semestria Fabri, Mercurialis Gymnastica, Bocatius de Genealogia Deorum, Lilius Giraldus de diis, imagines Deorum, Hyginus, Phurnutus, Fulgentius Palæphatus, Natalis Comes de fabulis Deorum, Budæi Pandectæ & de Asse, *B*rissonii formulæ & Marculphi, Cassiodorus Variarum, Goropius, Prodromus Kirker, *B*rissonius de regno Persarum, Apostolii Parœmiæ & Diogen. Oudin. *Prov. Espagnols*, Arsenius Monembasiensis, Monier *Politiq. S. famille* Corderi, Gervasius Tilesberius de otiis Imperialibus, theatrum genealogicum omnium ætatum & famil. Henninges, tom. 4. theatrum Hondorfii, Legatus Paschalii, & alter, Friderici Malasear, Wierus de præstigiis Dæm. *Les familles de France par Jaques de Bée*, Gallia purpurata, Crispus de Ethnicis caute legendis, de anima. *Admiral de France de la Popeliniere*, Digressiones Sopranis, Donati Roma vetus & recens, Rho variorum exempl. Gruterus de jure Pontif. & jure Manium, Meursii Græcia feriata, glossarium ejusdem, Vossius de idololatria purgatus, & R. Majemonidæ, Middendorpius de officiis scholasticorum, Fournier de navigatione, Onomatographia *B*allesteri, Osorii institutio Principis, & de justitia nobil. gloria Marquez, *l'homme d'estat*, Hisp. *Gouernador*, Fabiani, Justiniani index authorum, & Elenchus materiarum universalis, Draudii theatrum authorum, Schoti, Molani, Bellarm. Possevini, Bibliot. scriptorum, Polymnemó Magiri, Erasmi opera omnia purg. Lycosthenes, Textor. Et de nuptiis: de Ægyptiis scr. alius, Leges Atticæ Petiti, Græcia feriata Meursii & alia ejus opera, Seldenus de Diis Syris & jure gentium, de orig. idololatriæ, 2. volum. scripsit in Hollandia, alius, sed hæreticus & Sanctorum hostis, Vossius, Midendorpius de Academiis, Gruterus de jure Manium, Guicciardinus de funeribus, Epitaphia veterum. Inscriptiones Smetii, Lipsii, Scaligeri, omnium monumentorum, Pierii Hieroglyphica, Horus Apollo, Caussini Symbola, & Epiphanii, Alciati Emblemata, Duchoux numismata, & de religione & milit. Rom. promptuarium numismatum, & iconum antiq. Symbola Reusneri, Jovii, Dominici, Paradini, Typotii, Ferrarii, Aresii, Ruscelli, & alterius recentiss. stemmatum ratio Phil. *Monet, la Barre, de Varennes, Moreau, Colombiniere, de Charmette, Connestables, & Chevallier de l'Ordre; le grand Armorial.* Ferroni, Favini theatrum, Ordines equitum Torquatorum D'Aviti, Compini stemmata M.S. & alia citata supr. Elogia Recupiti, Alberti, Juglaris, l'Abbe, Icones Virtutum, Habiti Antichi, Baiffius de re vestiaria & nautica, *B*alduinus de Calceo, Pascalius de coronis, & Legatus, quem & Federicus scripsit Marselas, Lampas artium, seu Thesaurus Criticus 7. t. Theatrum vitæ hum.

Stobęus

Stobęus, Polyanthea, Mirabelli exempla virtutum, ubi ſex authores, Parthenii Erotica, Heraclidis politica: Apollodorus, Allegoriæ Homeri Heraclidis, Plutarchus Junior de Flum. & Mont. Mauſaci, Turnebus, P. Meſſie, Victorius, Aug. Dathus, (Caſaubonus, & Salmaſius aliique hæretici non ſine venia & antidoto legendi,) Angel. Politianus, Lazius, Hotman. de leg. Rom. Monetus de Monetis, Cluverii opera, Aubanus de morib. Gent. Puteani opera, Adagia Arabica, capitula patrum Hebræol. Volaterranus, Ant. Meliſſa, Græcol. Stobæo ſuppar. Oracula, Obſop. dies Caniculares Majoli, Aucupium d'Eſparron, & Renaudii, Venatio Dufouilloux, Ars equeſtris, Pluvinel. & alterius antiquioris, vocabula Artium Binet. & P. Moneti, Nomenclatura, Pantocoſmus, Navigat. Hollandicæ, Congreſſus Regum, vulgo *Entreueües des Rois*, opt. Caroli 4. & 5. Lud. 12. & Ferdin. Catharinæ & Iſabellæ, triumphales Regum ingreſſus, *Labyrinthe Roial.* Hercules Gall. Theſeus, Perſeus, Auguſtus in reduces, coronæ Regnorum, Aven. Lugd. Pariſ. Burdegalæ, Matiſcone Aquiſſ. Pandectæ triumphales Modii tomis duobus, Serlio de Architectura, *De l'Orme*, *Duret*, *Droüet*, *Perret*, *Vignoles*, *Polyphile*; Merula Guilelmi Nicolas, ordines quinque, & Joan. Vredeman. fuſiſſime: de Machinis Baſſant Philo, Byzantius de 7. mundi miraculis M. S. De l'Agneau, ut & Arriani Venatio, Beda de ſeptem mundi miraculis, Malingræus de lege Salica, Humbertus Maurus de unctione Reg. Rouſſelet, Lilium Sacr. & de Regum Gall. virtutibus Heroicis, Vivaldus gloria liliorum, de his & Gerſo. Pintus de unctiſſimo Gall. Rege, Delrio diſquiſit. Magic. d'Ancre, de Magia convicta tom. 2. Bodini Dæmonomania, Le Loier de Spectris, Tyræus de locis infeſtis, Nider, Malleus Maleficarum, Peucer de Divinationibus & Buleng. Enſis Regius Savaroni, Guſmani, Honeſtos trabajos, Schotti obſervationes, Voſſii origo idololatriæ, Pithoei opera erudita, Sigonii faſti Rom. & Onuphrii: Idem Sigonius de antiquo jure Italiæ, Horæ ſubciſivæ Biſciolæ, Raderi obſervationes & Cerdæ. Simeonis Epitaphia veterum, Adagia veterum Eraſmi purgata, Tiraquellus de nobilitate, legibus connubialibus, & jure Primigeniorum: Item in Alex. ab Alexandro, Cragii Reſpublica Lacedæmoniorum, Sebaſtiani, Erigenæ Numiſmata, inſigne Velleris aurei Chiffletii, Iconologia Del-Ripa, Imperii Romani Numiſmata, Symbola Camilli: umbræ apparentes, ejuſdem, Fulvii Urſini familiæ Romanæ, ejuſdem Urſini imagines virorum illuſtrium. Antiquitates conviviorum Stuckii & Grutheri, Gazæi Epiſt. arcanæ, Ciaconius de Triclinio, faſti Vignerii, Turturetus de Nobilitate, de Origine Auſtriaca, Budæus de Philologia, ſtudio literarum, &c.

Philologi Sacri.

Quamvis hi authores qui divina præſtant literatura pertineant ad aulam Theologiæ, tamen in gratiam eorum qui curioſam amant Bibliothecam, eos hoc loco ordinabimus ne interluceat acies.

Liturgiæ apoſtolorum & SS. PP. ſeu miſſæ Græcol. cum interpret. liturgicon Pamelii. Durandus Dur. & Albaſpinus de ritibus Eccl. Gretſerus 3. tomis de Cruce, Jacobus Bozius de Cruce, op. Paleoti hiſtoria admir. de SS. Syndone Sabaud. cum Mallonii comm. Chifflet de Syndone Veſontionenſi, Collius de ſanguine Chr. Adagialia ſacra Delrio, ſingularia de Roa.

Onomaſticon ſacrum: Arcudius, Novarini opera. Roma ſubterranea, Parietinæ, Galatinus de Arcanis, Reuchlini Cabala, Porchetus, Harmonia & Problemata Fr. GE. Veneti purgata: Leo Hebræus & alii Rabbini uno volum. Buxtorfi ſynagoga Hebr. Maſora, Epiſtolæ, Abbreviaturæ, Bibliotheca, Libri antiquitatum liturgicarum. Elæochriſmata, Fortunati Saccha, Bulengerus de ſacris veſtibus, Opera d'Aquin ex Hebr. Chriſtiani, jus regni, Diatribæ Bulengeri contra Caſaub. Cellotii Hierarchia & Petavii tomo 3. lib. ult. dogmatum Theologic. de ſcripturæ antiquit. Neremberg. Stromata ſacra ejuſdem, Gretſer. de proceſſionibus, hortus crucis, Serarius de proceſſionibus: Theoph. Raynaudi opuſcula, Joſephi Vicecomitis obſervationes Eccleſiaſticæ, Bolducius, Tyræus de apparitionibus, Bozius de ſignis Eccleſiæ, Gretſerus de imaginibus, Buleng. MS. de Patriarchis, Ryntelen & Fichler ex legibus, probatio omnium myſt. fidei. tom. 10. Bibl. PP. Pariſ. Cellotii hierarchia & alia opera, Reynaldi lilia, Vivaldi opera, expeditiones S. Roman. Sauſſeyus de oſculo pedum, Gavantius Chytræus de apparit. Diſquiſitiones reliquiariæ Ferrandi Soc. I. Theol. Adagialia ſacra Schoti, Encomia Muſculi, Jay ſpeculum prælator. Honori opuſcula, Sirmondi opera varia, ad Suburbicarias &c. Smiglerius, Valtejus Vicecom. obſerv. Eccleſ. Arcudius, Theoph. Rayn. de ſtigma-

ſtigmatibus, corona, heteroclita, liber de agno & de O. tres Patriarchæ, de Martyrio, de duobus capitibus, de Juda proditore &c. Rubenus de falſis Prophetis, Spoelbergius, Rupeſulcaudius Cardin. vir im̃ortalis memoriæ.

Claſſis Grammaticorum.

Sub his tyrocinium ponant neceſſe eſt, qui ad doctrinæ & eloquentiæ regnum adſpirant, jaciunt enim bene dicendi fundamenta, dum recte loquendi ſcribendique formam præſcribunt, & primos humani ſermonis lapides dum dedicant auſpicato, gradum ſibi ad Rhetoricæ facundiæque præſtruunt faſtigium: eam ob rem Heſiodus linguæ Theſaurum præſtantiſſimum appellavit, & Diodorus Siculus harum Nutriculam literarum Grammaticam laudibus in cœlum uſque extulit. In hac Claſſe Orthographiam, Etymologiam, com̃entarios, Lexica, Dictionaria Grammaticas, ut vocant, ordino, alii in Philologorum acie reperientur. De Grammatica, Orthographia &c. videndus Caſſiodorus de div. lect. Rabanus, Beda.

Authores linguæ Latinæ, Varro, Nonius Feſtus, Sextus Pompejus, uno vol. Iſidori Etymologiæ ſeu origines, Gloſſarium Meurſii, antiquarius, Julius Pollux; Suida, 2. vol. eruditiſſ. Goropius, Euſtathius in Homerum, 4. vol. Fr. Sylvius, Hadrianus, Turſellinus, Schorus delectus Latinit. Fons-aureus Manutii phraſes, apparatus, Nizolius, Calepinus, Theſaurus linguæ Lat. op. op. Dictionar. Monet, Lexicon juris Calvini eruditiſſ. Lexicon medicinæ, Lexicon Heſychii, Budæi, Scapulæ, Theſaurus ling. Græc. opt. Lexicon Tuſani, Conſtantini, Lexicon aliud brevius, lexica bibl. regiorum & Ximeniorum, Hebr. Chald. Syriaca & Græca, Lexicon Gilii maximum, Lexicon Hebr. Buxtorf. Arca Noë, Pagnini, Syriacum unius de Soc. Jeſu, Pentaglotton Hebr. Arab. Chaldaicum, Gloſſarium Græcum, Vetus Papiæ Diction. R. Kimki, Morellius, Gram. Coptica Kirker, Grammatica Latina, Priſciani, Manutii, Alvari, Deſpauterii, Vilbonii, Græca Chryſoloræ. Garini, Vergaræ, Anteſignani, Clenardi, Gretſeri, Gram. Hebræa, Quinquarborei, Bellarmini, Mayri &c. Arabica Poſtelli, Grammaticæ omnium linguarum & Dictionaria Gallica, Germanica, Italica, Hiſpanica, Anglica, Indica, Sinica, Sclavonica, Polonica, Æthiop. Alphabeta omnium linguarum uno vol. Scholiaſtæ veteres Homeri, Pindari, Ariſtoph. Sophoclis, Euripidis, Æſchyli, Spondanus, Servius, Donatus, Probus, Pomponius, Beroaldus, Lambertus, Hortenſius, Naſcimbænus, Landinus, Pontanus, Scaliger, la Cerda, Abramus in Virgilium. Raph. Regii in Metam. Ovidii & Gall. comment. Conſtantii, Pauli, Merulæ, Mycilli, Zarotti, Ciofani, Calderini & noſtri in Elegiacos & Met. Ovidii, Bonfinius, Acron, Porphyrio, Mancinellus, Badius & Abramus, Lambinuſque in Horatium, Delrio in Senecæ Tragœdias, Claverius in Claudianum, Paſſeratius in Catullum, Tibullum, Propertium, Placidus Lactantius in Statium, Britannicus, Pithœus, Cario, Pulmannus, Badius Aſcenſius in Juvenalem, Caſaubonus in Perſium, Raderus in Martialem, Jo. Brodæus in Anthologiam Epigramm. Gr.

Abrami commentarii, in Ciceronis orat. &c. Sylvii, Aſconii Pædiani, Manutii, Vallæ, Strebæi, Balduini, Marſi, Merulæ, Hubertini, Clerici, Philetici, Badii Aſcenſii, Camerarii, Rami, Victorii, Rulandi, Michaëlis, Toxitæ, Boëtii, Ferrarii, &c.

Commentarios in Suetonium, Tacitum, Livium, Senecam, &c. hoc loco non citamus, nec eos qui SS. Patres ſunt interpretati quia notiſſimi ſunt & fere ſemper cum Authoribus eduntur. Sunt ſane eruditiſſimi in Sidonium Apollinarem, & Tacitum. Theologorum, Philoſophorum, Juriſp. & Medicorum Mercurii, ad ſuperiores evolant diſciplinas: ſumma vero in Arce locum ſibi elegerunt Oedipi ſacræ Scripturæ, & Mercurii Triſmegiſti tanto plane Elogio digniſſimi, qui ſine omnium ſcientiarum etiam ſupremarum præſtanti notitia, & afflatu divini Spiritus, provinciam illam Regiam, & divinam ſibi optatam aut demandatam, pro dignitate procurare non poſſunt.

CAPUT II.

Aula ſecunda divinæ Scripturæ.

UNum prædicat Hieronymus, unum iterumque, iterumq; replicans admonet, ut divinæ legis amore animum occupemus, ut Scripturarum ſcientiam amemus, ne vitia carnis amemus, ut pro gemmis, & ſerico divinos codices amplectamur: dignus plane cui in mortalium Concione peroranti omnes uno acclament ore, applaudant conſenſu, quippe qui ſit in hoc ſtudiorum genere experientiſſimus, & toties ſacro certamine victor coronatus, ut divinorum librorum

brorum Esdras Bibliothecarius & Arca testamenti utriusque merito indigitetur. Et vero Scripturæ sacræ studium tanto aliis omnibus altius, & divinius est, quanto hi libri, ut ita dicam, lintei sunt Sibyllinis, & aliis vel eminentissimis diviniores, afflatu nimirum cœlestis numinis conscripti, lingua Dei dictati ac pene digito Spiritus S. sculpti, ut lex ipsa Mosi concredita, cæterarum mater, & parens fœcunda Commentationum. Quot libri, tot è cęlo demissa munera: quot voces, tot oracula; quot sententiæ, tot miracula: quot syllabæ, tot Mysteria; quot apices, tot arcanorum adyta divinorum. Eam ob rem caste adeundas admonet Mystes Petrus cœlestium paginas disciplinarum: *Hoc primum intelligentes quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Succinit Paulus in hanc sententiam allocutus discipulum: *Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Jesu. OMNIS SCRIPTURA divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Utilis, inquam, non sufficiens. Accedat enim traditio Apostolica, & Ecclesiæ authoritas atque interpretatio necesse est. Quæ verba Pauli Chrysostomus, Primasius, Sedulius, Olympiodorus gravissimis, & copiosissimis exaggerant amplificationibus, sed non placet extra orbitam currere, aut propositi nostri lineas transilire. His ergo præfandi more stabilitis; statuendum est primo loco qui sint libri Scripturæ, quos vocant *Protocanonicos*, Veteris Testamenti hebraice exaratos; & Esdræ temporibus ab Ecclesia Judaica authoratos, & quos vocant *Deuterocanonicos* æqualis quidem authoritatis cum Protocanonicis, sed posteriore tempore in canonem relatos, ac fere Græca lingua descriptos, ob frequentem illius linguæ usum in Judæa, ea tempestate, ut docent exempla Septuaginta interpretum. Sunt autem omnes Canonici, qui consueto volumine scripturarum continentur, si discesseris à quarto, & tertio Esdræ libro, ac tertio Machabæorum, & Manassis oratione, atque in eorum numero Protocanonici illi quos diximus Hebraïce exaratos, & sub Esdra Canoni insertos, Deuterocanonici, qui Græce conscripti, & post ea tempora inter Canonicos annumerati. Canonici autem à Regula Ecclesiæ dicuntur, quæ Spiritu sancto gubernata cognoscit libros, ab eodem Spiritu profectos, & ob veritatem authoritatemque divinam fidei nostræ Regulas esse profitetur traditione, & interpretatione sua consignatos. Canonem ergo omnium librorum divinorum determinavit Ecclesia, eademque ex omnibus, solam versionem Latinam affirmat authenticam, quia in alias hæreticorum fraude, & Judæorum perfidia errores irrepsere. Depravationes præcipuas erudito volumine P. Cottonus annotavit, ex antiquis Patribus erutas, qui jam tunc hæreticis, notam inusserunt corruptelæ, & ex hæreticorum hujus temporis strophis.

Docendum deinceps quinam sint authores librorum Canonicorum, qui divino afflati Spiritu eos condiderunt. Neque vero cum hoc nodo luctandum est nobis magnopere, cum omnes fere scriptoris nomen proferant, exceptis Judicum libris, qui à Samuele feruntur exarati, ut Regum 1. Reliqui Regum libri à prophetis Gad, Nathan, Ahia, & sequentibus conditi suut, ut & liber Paralipomenon. De libris Judith, Esther, Tobiæ, Sapientiæ, Machabæorum certa ferri non potest sententia: putat Saillanus librum Judith ab Eliacim Pontifice concinnatum, Tobiæ à juniore Tobia; Estheris à Mardochæo; Machabæorum libros à Simone postremo. Genebrardus autem librum Sapientiæ Philoni cuipiam ascribit; non autem Judæo Philoni. Mihi non liquet. Ratum tamen fixumque est à propheticis viris eos profluxisse. Tempus vero quo conscripti sunt ex Authorum ætate certa, vel incerta, pronuntiandum.

Tertium, in hac disputatione opportunum, est ipsa divinorum librorum partitio: quæ cum varia sit admodum apud Authores Hebræos, & Christianos, unicam sequemur, in Vetus, & Novum Testamentum, ac duos & viginti Veteris Testamenti, octo vero novi libros, ita ut totius cœlestis scripturæ sint libri triginta, denario, & ternario consecrati. In Unius & Trini Dei reverentiam, & majestatem.

Interrogant nonnulli quinto loco, de version eut vocant, & translatione Scripturæ, in alias linguas: Ex Hebræa in Græcam jam ante Ptolemæum facta fuerat demutatio, ut docet Cottonus, & ex ea suffurati plurima, Plato, & alii Græci fuerant, ut arguit Clem. Al. 5. Strom. sed nobilissima illa fuit, quæ à septua-

ſeptuaginta interpretibus ad Ptolemæum miſſis perfecta eſt, Spiritu ſancto eadem omnibus ſuggerente, ſive diverſis incluſi eſſent cellis, ſive eadem aula recepti: Rem deſcribunt Joſephus in Antiq. Jud. & Ariſteas, in Bibl. PP. Gr. Porro ob miraculum tanti conſenſus tantæ fuit authoritatis, & tantam omnibus admirationem concitavit, ut præ Hebræa citaretur ab ipſis Apoſtolis, de qua & Auguſtinus ſuis de Civitate libris prædicat inaudita, donata vero latinitate eſt à Spirituali, & prophetico viro qui *Italicæ* fuit Author verſionis primis Eccleſiæ temporibus, ex Hebraica, & Græca lingua in Romanam demutatis voluminibus: quam operarum indiligentia, & hæreticorum nequitia perturbatam reſtituit Hieronymus, & approbavit Eccleſia Romana. Norunt porro eruditi viri in SS. PP. lectione verſatiſſimi, & exploratum habent, in Africa, Italia, Gallia, Hiſpania, & officio Eccleſiæ, Latinas translationes admodum varias fuiſſe, verbis quidem, non tamen ſententiis diſcrepantes. Certe Duvallius Sorbonæ columen, peculiarem in Eccleſia Lugdunenſi deprehendit ſuis in libr. Eccleſiæ Lugd. notis, qui Bibl. Colonienſi SS. PP. continentur. Porro in linguam vernaculam jam olim translatos ſcripturæ libros animadvertimus, ſed cenſura Eccleſiæ Romanæ tota ea res definita eſt, propter hæreticorum ſycophantiam.

Ad extremum diſputari ſolet de ſenſu ſcripturæ, Sex D. Auguſtinus agnoſcit. Sixtus Senenſis ſupra tricenos. Nos cum Caſſiano & Comitiis SS. PP. quatuor duntaxat numerabimus, qui & ad duos revocari ſolent, Literalem & Spiritalem, ſeu Myſticum, ut ferunt. Ita Magiſter orbis Paulus: *Litera occidit, ſpiritus vivificat: Non litera ſed ſpiritu*, quamvis enim de litera veteris teſtamenti id pronuntiarit; in novo tamen teſtamento præter literam, ſenſum etiam cæleſtem D. Auguſtinus & omnes patres prædicant, literalis porro ſubdivitur in Grammaticum, qui eſt ſoni & ſignificationis propriæ verborum, & in intentum à Spiritu ſancto, per literalem metaphoricum. Ita in Apocalypſi Stellæ 7. & candelabra 7. & Byſſinum, & incenſa. Grammatico ſenſu ſignificant id quod ſonant: intento autem ſenſu ſunt, ſeptem Epiſcopi & juſtificationes, & orationes: eadem ratione cantica canticorum, & alia metaphorica explanantur: verum extra metaphoras literalis eſt unicus. Cæterum in Symbolicis & metaphoricis aliud verba ſonant, & aliud innuunt. Ita Clem. Al. 5. Strom. & Eucherius lib. allegor. Spiritalis autem ſenſus, & myſticus, is eſt qui ſub literæ Cortice nucleum habet ſpiritalem, ſignificationemque altiorem. Et hic eſt triplex, Allegoricus, qui refertur ad Chriſtum, ad Deip. & Eccleſiam; Tropologicus, qui ad animum & mores, Anagogicus ad æternam vitam cæleſtemque politiam pertinet: exempli gratia ait Caſſianus, Hieruſalem ſenſu literali ſignificat urbem illam Regiam Judææ Metropolim, allegorico Chriſti humanitatem, Deiparam, &c. Tropologico animum Chriſtianorum, Dei ſedem, Anagogico Hieruſalem cæleſtem. Idem de omnibus dictum puta, de Davide, Joſepho, Joſue, &c. literali, & myſtico ſenſu acceptis, inde ſylvæ allegoriarum, inde allegoriæ Theophili, Eucherii, Greg. &c. fundamentum tamen literæ ſemper eſt retinendum, in quo Philo Jud. & Orig. offenderunt. Chryſoſtomus literalem ſenſum amplexus eſt qui eſt aliorum omnium fundamentum, dum tamen per literam veteris teſtamenti intelligas ex figuris veritatem & ſpiritum novi, & in novo teſtamento, agnoſcas exploratam hujus vitæ gratiam, & futuræ æternam fœlicitatem. Porro in allegorico ſenſu illud obſervandum eſt eandem rem pro varietate dotium nunc in bonam, mox in malam partem accipi, nam Leo, v. g. ſignificat Chriſtum ob vigilantiam, terrorem & clementiam majeſtatis: *Leo rugiet, quis non pavebit?* At propter barbaram & inhumanam crudelitatem, dæmonem notat qui circuit quærens quem devoret. Idem eſto judicium de aliis rebus omnibus animatis, & anima deſtitutis: plerumque in numeris eſt myſterium & fracti cum integris accenſentur. Sæpe ab una re in aliam ordine rupto tranſiliunt ſcriptores ſacri, nec ſimul aut eodem tenore ſcriptæ ſunt prophetiæ, ſed pro occaſione temporum, ſtatuum & bellorum. Diſtinctio vero ſcripturæ in ſectiones, & capita à Judæis originem duxit prout in Synagogis Sabbathis ſingulis legebatur ejus portio aliqua: in capita autem, ut modo proſtat, non ita pridem novum & vetus teſtamentum diſtributum eſt, adiectis capitum ſumariis, imo & ſingulorum verſuum, ut ſulcorum diſcrimine. Numerarunt Hebræi ſingulas diſtinctiones, imo & literas, inde Maſora & Concordantiæ Hebr. Gr. Lat. Gloſſam Ordinariam concinnavit Strabus ex SS. PP. anno Chriſt. 900. quam Liranus, Burgenſis, Fevardentius, & hoc anno 1647. alii pluri-

bus

bus Patrum ſententiis locupletaverunt, Catenas aureas ex SS. PP. Græci, Latinique contexuere in omnes ferè libros ſcript. in Evang. in epiſt. Paul. in Prophetas, in Job. in Proverbia, Pſalmos, in Pentateuchum. Plures, MS. habentur in Bibliotheca Vaticana, Regia, &c. ut indicat Poſſev. in catalog. aliæ jam luce fruuntur in Paul. in Job. in Evang. in Pent. Regulæ Tichonii apud Aug. libb. de doct. Chriſt. magnam afferunt lucem, ut & ea quæ ibi Sanctus Doctor ediſſerit: Pauca ego meo ſenſu moneo, remiſſis ad Junilium, Caſſiodorum, Iſidorum, Salmeronem, Serarium, & Sixtum Senenſem lectoribus: primum ediſcendam à puero dum tenera & tenax eſt memoria, Scripturam ſacram veterum more, quem innuit Hier. in epiſtol. tum legendam ſæpius ab Geneſi ad Apocalypſim. Alphonſus Rex Catholicus legerat in tantis Regni & bellorum negotiis quaterdecies: Legebant Hebræi totam annis ſingulis in Synagogis & feſtum abſolutæ lectionis celebrabant; legit Eccleſia quotannis in templis. Legunt & religioſi in Tricliniis. Tertium quod admoneo ex his illud eſt, interpretandam eodem divini ſpiritus afflatu quo ſpirata eſt, & ex arcanis Apoſtolorum Patrumque veterum ſcriniis, ibi enim theſauri deliteſcunt, inauditi, & incogniti. Porro legendæ illius ordo alius mihi non videtur quam à principio ad finem, & à capite, quod ajunt, ad calcem, marte proprio ad faciendum ingenii periculum. Deinde cum comm. etſi Hier. à Pſalmis, Eccleſiaſte, Jobo. ad prophetas & cantica promovendum gradum ſuadeat Demetriadi. Author eſſem potius, ut ab Evangelio & Epiſtolis legendi primordia caperentur: ſuadeo deinde, ut Patres & interpretes in tot partes dividantur quot ſunt ſenſus in quolibet verſiculo, & ut ſinguli ad eas ſententias, & ſenſus ſimul allegentur in quibus conſentiunt. Ita enim demum veritas ex ordine eluceſcet. Porro ſinguli verſiculi capitum ſingulorum in quatuor ſenſus diviſi, exornandi erunt variis Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ, Samaritanæ, Arabicæ, Copticæ, Græcæ, Latinæque linguæ, ut vocant lectionibus, & verborum arcanis ſymboliciſque ſignificationibus, necnon omnis literaturæ humanioris & ſcientiarum eminentiſſimarum, cum ſacrarum tum profanarum placitis. Addo eruendos ſenſus altos, & reconditos ex SS. PP. & abſtruſis doctrinarum theſauris. Didici enim experientia, ea vulgo promi quæ ſunt in cortice, nuces autem non frangi, in quarum ſinu, & umbilico latet nucleus. Porro cum Scriptura ſacra lucem offerat, & omnibus diſciplinis opem ferat, omnes quoque illi ſubſerviant neceſſe eſt, Theol. Juriſpr. Med. Math. Philoſ. Rhet. Philologia, peritia linguarum, omnis denique Encyclopædia velut ancilla Reginæ doctrinarum aſſurgat: docent hoc Cornelius à Rynthelen, & Fichlerus qui ex codice Juſtinianæo, myſteria Romanæ fidei, & religionis omnia contra hæreticos comprobarunt. Docuit Sandæus in Medico, & Juriſc. Evangelico. Seldenus in diis Syris, Pithoeus in legibus, Delrio in Adagialibus, Villalpandus in templo Salomonis.

Claſſis Librorum Sacrorum.

Biblia ſacra Xiſti & Clementis, Latina authentica variis excuſa formis & typis, diverſis locis. Biblia Græcol. Xyſti cum notis diverſ. lect. 2. t. op. Biblia Complutenſia Ximenii pl. tom. ling. diction. Biblia Regia, Antverp. pl. tom. ling. dict. & Apparatu, Biblia Regia Pariſienſia omnium præſtantiſſima, ubi linguæ omnes & Pentateuchus Samarit. &c. Biblia Ariæ Montani Hebræolatina veter. teſtam. & novi teſt. Græcol. & Biblia Pagnini ejuſdem modi, Biblia Vatabli Hebræogræcol. V. T. & N. Græcol. Biblia Latina pluribus tomis cum Gloſſa Strabi interlineari, Lirani & Burg. notis, & SS. PP. ſentent. à Feuardentio pridem & hoc anno 1647. plur. aucta. Biblia cum Catenis aureis Patrum Græc. & Lat. Biblia Hebraica cum Targum & commentariis Raſchi. Ralbag. Abenezra &c. hoc eſt Rabi Symeon Jarchi Rabi Levi filii Gerſon. Biblia latina ingenti volumine, Marginalibus notis ss. Patrum & tabellis illuſtrata pluribus, Biblia Latina min. vol. & pluribus parvis tom. Biblia Græca & Hebraica plur. tomis minor. Biblia parva in quarto. vetus teſtam. Hebraice, Novum vero Græce continentia commodiſſ. rara. Biblia Syriaca Novi Teſt. Biblia Arabica, Biblia Coptica MS. Vatic. Pſalmi Arabolatini, Pſalterium Hebræogræcolatinum optimum. Novum Teſt. Græcolat. & tomi alii ſeorſum, Lat. Gr. Biblia Antiquiſſimæ Topographiæ, & MS. vetuſtiſſima. Biblia Hebraica cum Mazora Hebræorum min. & major. hoc eſt, Concordantiis Hebraicis notatis. Biblia Gallica Lovanienſia additis Cottoni notis locorum ab Hæreticis depravatorum ex Geneva plag. Biblia Italica, Hiſpanica, Germanica, probata ut & alia lingua vernacula ſcripta dum Roma probet. Exapla, Octapla, Canones Evangelici. Pſalmi Salomonis putati quos citat Lanctantius,

tius,

tius, & Novarinus. Editiones ſpectandæ, Romana, Veneta, Pariſ. Tigurina, Lugdunenſis.

Concordantiæ Bibliorum Alphabeticæ, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ: Aliæ ſunt œconomicæ & per communes locos digeſtæ, compendioſæ & portatiles minutiſſimo charactere, aliæ ampliſſ. loci communes in ſcripturam, Indices Dictionum Hebraicarum.

Novum Teſtamentum Tabellis illuſtratum & notis ad commentandum ordinatis, P. Natalis. Paraphraſes Monſtrevil & Talon, & Epiſcopi Graſſenſis Gallicæ.

Nonnus heroicis verſibus Græc. Joan. Ev. ſcrip. Juvencus Presbyter Latinis verſibus, Evangelia Anicii in Velaudunis aſſervantur in Theſauro Eccleſiæ Cathedralis, S. Theoduli Aurelianenſis Epiſcopi Biblia argenteis characteribus picta ſcripſerat olim Theodoſius Junior aureis, & P. Trigautius accepit à Sereniſſimo duce Bavariæ aureis ſcripta litteris munus ad Sinarum regem. Zimiſces Imp. Gemmata & aurea triumphare in curru poſt victoriam juſſit. Clodoveus, Cramnus, Andronicus ſortes ante bellum ſacras inde petiere, & in conciliis Generalibus in ara accenſis facibus proſtant, Romanæ fidei & Chriſtianæ Religionis oracula.

Sixti Senenſis Bibliotheca ſancta juvat plurimum, Iſidori, Caſſiodori, Junilii Africani, Athanaſii & Dorothei Synopſes, partitiones Tyrini, Salmer. Serarii & aliorum in ſcripturam univerſam proluſiones.

Hiſtoria Scholaſtica Petri Comeſtoris, Novum Teſtamentum Lat. cum Iconibus, Epiſtolæ & Evangelia totius Anni. Lat. Gall. Biblia Marii cum Prolegomenis opt. Biblia Gordoni, Marianæ, Sa, Menochii, Tirini, Columbi.

Claſſes conciliorum & Canonum.

QUIA Magnus Gregorius, conciliis quatuor primis Generalibus ut quatuor Evangeliis, habere ſe fidem profitetur, idemque de omnibus generalibus indictis, & approbatis à ſummo Pontifice credendum eſt; eam ob rem poſt Scripturas concilia ordinamus: Canones Apoſtol. Conſtitutiones Apoſt. Turrian. de Soc. Jesu, Concilia gener. Græcol. romæ 4. t. concilia generalia græcol. & latina cum provincialibus Coloniæ excuſa cum notis Binii erud. Eadem edita Pariſiis tomis 9. loco 4. Colon. ſed prima editio ſcatet erroribus incuria operarum: habenda ſunt igitur 2. edit. concilia Generalia, & Provincialia latine dumtaxat tomis aliquot: Epitome eorumdem omnium. Item Canones omnium. Concilia Toletana, ſeorſum, Africana ſeorſum, Gallicana Sirmondi tomis 3. ubi caute leges canon. de adult. concil. Arel. & Nicol. de Bapt. vini. Collectanea Canonum mult. Fulgentii, Ferrandi, Creſconii, Iſidori, Burchardi, Aug. decretum Yuonis, in modum locorum Com. Decretum Gratiani Theologico more diſp. 99. agitatum. Jus canonicum totum, ex Decreto, Decretalibus, Clementinis, & Extravagantibus coagmentatum. Gloſſis atque margaritis, & Lancelloti Inſtitutionibus adornatum. Nomocanon Photii ubi leges Imper. & Canones Paralleli, adiecta in fronte præfatione ſyderea Balſamonis qua leges firmamento ſtellato confert, Balſamon, & Zonaras in Canones tomis 2. op. Græcol. ſeorſum: interpretes, & Gloſſæ Juris can. V. Bullaria recentiſſima Pontificum, & decret. epiſt. Petri Greg. Toloſ. Repetitiones 5. Vol. Panormitanus, Felinus, I. Andr. Turrecr. Hoſt. Speculator.

Claſſis Patrum.

Damus his locum ante alios interpretes ſcripturæ quia eas Apoſtolico ſpiritu enucleatius explicarunt, tum quia dignitate, author. ſanct. antecellunt.

PATRES GRÆCI. Liturgiæ ſacræ ſeu Miſſæ Apoſtolorum, Petri, Jacobi utriuſque Matthæi, Baſilii, Chryſoſtomi editæ à Cl. de Saintes, cum interpr. Maximi, Cabaſ. Germani, &c. in Bibl. PP. Gr. Pariſ. Liturgicon Pamelii 2. tom. opt. Lindanus in Petri Liturg. Miſſa Æth. Muſarabum, in PP. Bibl. tomus 10. Bibl. PP. Pariſ. ubi Ratio divini Officii à Patribus explicatur: Pontificale, & Rituale Rom.

Philo Judæus Græcol. Dionyſius Areopagita, Lancelii Corderi, Haloix cum commentariis, Maximi, & Pachymeris: Ignatii Epiſtolæ Gr. l. cum comment. Athenagoras græcol. cum com. & vita, in Bibl. PP. Gr. Pariſienſi habentur plures, Clemens Alex. Græcol. cui annexa doctrina Orient. Origenes lat. cujus Philocalia, & in Celſum Gr. Citat Origenis comm. græca, in Evang. Bulenger. in diatribis contra Caſaubon. Gregor. Neocæſ. Thaumaturgus Græcolatin. Euſebius Cæſar. de præpar. & Dem. Evangel. Hiſtoria Eccl. de vita Conſt. c. Hierocl. & Mar. Gr. l. S. Athanaſius. Græcol. tom. 2. edit. Pariſ. Nov. quædam ab Holſtenio deprompta continens. S. Baſilius Græcol. tomis 3. edit. Pariſ. S. Gregorius Naz.

Naz. cum com. Nicetæ 2. t. Græcol. S. Greg. Nyssenus Basilii frat. tom. 2. Græcol. Cæsarius frater Naz. habetur in Bibl. PP. Gr. Paris. S. Chrysostomus Gr. l. Frontonis Duc. tomo 9. S. Ephrem Syrus cum comm. 2. t. lat. S. Cyrilli Alex. opera tom. 7. Gr. l. Auberti, de eo plurima toto concil. Ephesino. S. Cyrilli Hieros. Patriarchę catecheses illuminatorum, & mysticæ Græcolat. S. Epiphanius, Petavii 2. tom. Græcol. Theodoretus Sirmondi. Græcol. tomis 4. Synesii opera Græcol. Isidori Pelusiotæ libb. Epiph. Græcol. Basilii Seleuciæ, Macarii, & Thaum. opera Gr. l. uno vol. Eustachius Græcol. Methodii orat. de Purif. græcol. Gennadius patr. const. græcol Damascen. græcol. Theophylactus in Evangelia, & Epist. Pauli Græcol. Jobii, Ephræmii, Eulogii, Methodii, Nili opera S. sunt & aliorum apud Photium fragm. Th. Galletus aliquos etiam refert in suo religioso, Epitome apud Photium Diodori Tarsensis, Homiliæ de cruce variorum apud Gretser. t. 2. de cruce, Joan. Climacus, Græcol. Oecumenius, & Aretas 2. t. græcol. Catenæ PP. Gr. variæ, in Proph. & Evang. Job. Prov. in Bibl. PP. Gr. Paris. habentur isti, Ignatius, Cæsarius, Theophil. Antioch. Tatianus, Hermias, Gregentius, Dionys. Alex. Proclus, Theodorus Presb. Zacharias Mitylen. Abucara Theorianus, Leontius, Harmenopulus, Dorothei doctrinæ, M. Erem. Antiochus, sententiæ PP. de imaginibus, tomo 2. Liturgiæ Veteres, Germani Max. Cabasilæ explic. Nicolaus Methonensis, Samonas, Nicetas, Euthymius. Philotheus, Hyppolitus Martyr. Agapetus, Æn. Gazæus, Hesychius, Chrysippus, Andr. Hieros. (est, & Cretensis,) Nemesius, Olympiodorus, Psellus, & alii in cant. Titus Bostrenus in Luc. Amphilochius, Timoth. Cyril. Palladii Lausiaca, Aristeas, Moschi pratum spir. Nilus, Thalassius. Asterii Homil. Græcol. omnes. Est, & additus tom. tertius: sunt & tomi duo inscripti, Orthodoxi PP. ubi Cydonius de morte calcand. citat coccius in Thesauro plures alios in Bibl. Lat. PP. Colon. & Paris. Philo Carpathius in cant. Anastasius Synaïta in Gen. Anast. Antiochen. Cyparisiota, Nicetas, Studita, Isaias presb. habentur M. S. in vaticana Regia, Bavarica, Palatina, Ilar. de his Possevinus, in Apparatu sacro.

Patres Latini.

IRENÆUS Lugdunensis Episc. Latine tantum habetur Tertul. cum comm. Pamelii, cerdæ, Rigaltii, Cyprianus cum comm. Arnobius, Minutius Felix, Zeno Veronensis, Lactantius,' Hilarius Pictaviensis, Ambrosius, Maximus, Hieronymus, Victor, Marius Victorinus, Augustinus edit. Basil. Cassianus, cum comm. & libris de incarnatione, Ruffinus, Paulinus, Optatus Milev. Lucifer Calar. Prosper Aquit. Vincentius Lirin. Hilarius, & Cæsarius Arel. Eucherius Lugd. Chrysologus, S. Leo, Max. & Fulgentius eodem vol. & Valerianus, Facundus caute leg. cum de Eucharistia loquitur & Bapt. Christi, Salvianus Massiliensis in Favo patrum à nobis edito, Ennodius, Sidonius Apoll. Claudianus Mamertus, Cassiodorus, Gregorius Magnus, Isidorus Hisp. Hildephonsus, Ferrandus Diaconus, Franco Abbas de Gratia, Beda, Alcuinus, Rabanus, Lanfrancus, Algerus, & Guitmundus, Anselmus, Rupertus, Idiota, Hincmarus Rhem. Yvo Carnot. Hugo, & Richardus de S. Vict. S. Bruno, S. Bernardus, Petrus Blesensis, Jo. Sarisber. Amedeus Lausanensis, Petrus Cluniacensis, Goffridus Vindocinensis, Magister sententiarum, Alensis, Bonaventura, S. Thomas, Scotus, Guillelm. Paris. opera & tom. alter concionum, Gerso Cancellarius tomis 2. Laurentius Justinianus, Philip. Abbas de silentio, Guerricus Abbas, Holanus, Petrus Cellensis, Adhelmus, Arnoldus; lectiones antiquæ Canisii. Vide plures in Bibliotheca Patrum Paris. edit. ult. & ampliss. præter aliquot supradictos prostant isti, tomo 1. Junilius Africanus de partibus divinæ legis, Theodorus de incarn. Moses Barcepha de Paradiso, Urban. IV. Salonius Vien. in prov. Olympiodorus Philo Carpath. Aponius, Justus Orgelitanus, Lucas, in cant. Theoph. Antioch. Petrus & German. in orat. Dom. Arnoldus de Virgin. Deiparæ, Victor in Evang. Marci, Titus in Luc. Theodulus in epist. ad Rom. clem. Al. in ep. canonicas, Victorinus in Apocal. Julianus in proph. Nahum, Remigius in Prophetas Min. cl. Taurin. in ep. ad Gal. Primasius in epist. Pauli, & Apocal. Andreas Cæs. in Apocal. Sedulius in epist. Pauli, Chromatius de 8. beatitud. Esaias Abbas, Sophron. Cæsarius, Pantaleon, Theofridus, Berengosius & Drogo, opt. de Sacramento Dominicæ passionis. Julius Firmicus op. opt. de errore profan. Relig. Julianus Toletanus, R. Samuel Marochianus, Phœbadius, Idacius clarus, Paulinus Aquilejensis, Cerealis Victor. Joannes I. Xystus, Hier. à S. fide, Gelasius, Joan. Maxentius, Vigilius, Faustinus, Faustus, Rusticus Diaconus, Peregrinus, Bertrandus, Steph. Parisiensis, V. Decretales ep. sum. Pontificum in tomis Concil. V. Martialis epist. in

in Bibl. PP. Pacianus, Gaudentius Brixienſ. Philaſtrius, S. Ambr. æquales, Fauſtus Rhegienſis, Eligius Noviomenſ. Laurentius Novar. Jonas Aurelianenſ. Stephanus Æduenſis, Petrus Damianus, Gerberti, Lupi Steph. Tornacenſ. Arnulphi epiſtolæ Polycarp. Martial. Cornel. Anton. liber. Fauſti, Nicephori Paciani, Bachiarii, Theoph. Procli, Antonini Symmachi. Hildeberti op. Agnelli, Niconis Athanaſii, Aleſii, Studit. Adhelmanni, Durandi de Euchariſtia, Ruricii, Deſiderii ex biblioth. Colon. epiſtol. Barlaami opera, Gaudentius Brix. Gennadius, Ebrardus, Bernardus, Ermengardus, Reinerus, Lucas, Pilicſordius contra Vvald. Paulinus Aquileienſis, Ecbertus, Dungalus, Humbertus Cardin. Eccleſia Lug. contra Joan. Scotum, Eterius, & Beatus contra Elipandum, Serapion Hermas, liber Paſtoris, Marci capitula, Diadochus, Gildas Iſaac. teſtamentum 12. patriarch. Oreſieſis, Mart. Dumienſis, Evagrius, Dacrianus, Edmundus, Zutphanius, Halitgarius, Liturgiæ, Miſſæ, Severus de Ritibus, B. Odo, Methodius Timoth. Nicetas, Jac. à S. Georgio de Jubileo, Berrario, &c. Ammonius, Sophronius, Dorotheus, Prochorus, Linus, Sulpitius, Severus Sul. Hilarionis chronol. Nicephorus, Egeſippus, Melito, Falco, Odo, Marcellini Chr. Poëtæ ſacri & Sibillæ, Didymus, Hildephonſus, Paſchaſius de ſpiritu S. Paſchaſius Ratbertus de corpore, & ſang. Chriſt. Eulogius, Julianus, Rol. Hugo Etherianus de regreſſu Anim. Potho Prumienſis de domo Dei, Joan. Hieroſ. Nic. Oreſmius de Monetis, Gregor. Palamaſ. anim. & corp. lucta, Petr. Cell. de panib. Agobardus, Honorius Auguſtodunenſis, Pariſienſis Bibliotheca ſecuta eſt ordinem materiarum, & tractatuum, Colonienſis vero ordinem temporum per ſeriem ſexdecim Sæculorum. Ex Bibliotheca Colonienſi alii plures repetendi: ex Vaticana, Regia Bavarica, Palatina, Auguſtana, & aliis Bibliothecis M. S. plures videndi quos citat Poſſevin. ex Theſauro Jo. Coccii.

Theologia officii Eccleſiaſtici.

Subteximus catalogo Patrum eos qui Theologiam officii divini tradidere, hoc eſt, myſteriorum & cæremoniarum rationes: quæ Theolog. tanto eſt divinior, quanto propius ad ipſa adyta accedit, & pretioſes habet ſui ſtudioſos. Decet autem imprimis ſacerdotes. Hujus fontes ſunt Liturgiæ & earum interpretes ſupra laudati, & Dionyſ. in Hierarchia Eccl. Cyrillus in catech. tom. 5. Liturgicus. Bibl. Pariſ. tom. 10. totus, ubi ordo Romanus, Iſidorus, Albinus, Amalarius, Rabanus, Valfridus. Berno, Petr. Dam. Micrologus, Yuo, Hildebertus Cænoman. Rupertus fuſiſſime, P. Cluniac. Radulphus, Gemma animæ, Carolus Borromæus, Cl. Marcellus. Fons alter eſt, Pontificale, & Rituale Romanum: quorum rationes Durantus, & Durandus eruditior afferunt in medium. Scortia de Miſſa, Biel in canonem Miſſæ, Albaſpinus, Arcudius, & in Liturgico ſuo erudito Pamelius, videndus Bellarminus de Miſſa, Coccius, Richeomus, & alii controverſiarum Agoniſtæ, Manuale Gavantii.

Theologia Doctrinæ Chriſtianæ.

Comes eſt SS. Patrum hæc Theologia, ac licet humiliori ſtylo, & pedeſtri ſermone incedat Tyronum gratia, docet tamen eadem quæ SS. Patres, & Scholaſtici Theologi, de fide, ſpe, charitate, præceptis, ſacramentis, & operibus bonis. Hanc tradit cyrillus Hieroſol. Catecheſibus 23. Hanc Auguſt. Chryſol. cypr. Tertul. Nyſſenus, Ruffinus in ſymbolo, & oratione dominica. Hanc Hieron. in epiſt. hanc concilia generalia in ſymbolis, & articulis fidei. Hanc magnifice Concilium Tridentinum in catechiſmo Concilii, hanc Peraldus de virtutibus; hanc Caniſius in catechiſmo authorit. quod ſolum opus è tribus à S. Ignatio demandatis perfectum eſt, reliqua duo ſuma ſcilicet Theologica & caſuū ab aliis duobus tentata patribus interrupta permanſit: Croquetius, Daurotius, Granatenſis: Richeomus, Augerius, Coyſſardus, Barnaudius, Bellarm. Bonnefontius, Sonnius in demonſtrationibus Evangelicis, Baille in catechiſmo controverſiarum, Coſterus in Enchiridio controverſ. Conſtantinus, Fontius, Cottonus in inſtitutionibus & Lactantius, Bayus in catech. Theol. Pædagogus Chriſtianus, parochorum Manuale, Marulus, Buſæus proſequuntur. Conſtat Theologica doctrina, Patribus, & exemplis, ac praxi. Scripturæ, loci, & fidei decreta ex conciliis proferenda, & ſimilitudinibus explic. tradendæ praxes confeſſ. comm. Miſſæ, orationis, remedia tent. peccat. virtutum actus, ars merendi per bona opera & præcepta, ephemerides ſacræ vulgo, *Journee Chreſt.* Caucini & ordo noſter vitæ, ſolarium, annus Chriſt. Suffreni, P. Barri, libb. ſpirit. Stobæus, Polyanthea.

Theologia ſpiritualis Myſtica.

Theologia ſpiritualis, quæ in perfecto Dei cultu,

cultu, & amore posita est, à perfectis aut eo tendentibus, exhibito, ut indicat Augustin. in Enchiridio ad Laur. subsequi divinæ scripturæ, & SS. Patrum ordinem debet, quandoquidem hi sunt ejus fontes duo. Christus enim sermone in monte, Paulus, & alii Apostoli in Epistolis, David in Psalmis, Prophetæ, & Job in oraculis, Salomon in Canticis, Arcana omnia spiritualis vitæ prodiderunt: patres autem quamplurimi citati jam à nobis eam cœlestium disciplinarum Principem, & Magistram perdocuerunt. Dionys. Hieron. Aug. Prosper. Eucherius, Hilarius, Cæsarius, Ambrosius, Basilius, Nyss. Naz. in Carminibus, Paulinus, Cassianus, Climachus, Nilus, Dorotheus, Diadochus, Antiochus, Studita, Esaias, Isaac, Idiota, Bernardus, Hugo, & Richardus à S. Victore, Symeon Junior, Dacrianus, Zutphanius, Bonaventura, Edmundus, Potho, Guill. Paris. Gerso Cancell. Petrus Damianus, Laurentius, Justinianus: Hildegardis, Catharina Senensis, Brigitta in revelationibus, Benedict. & alii fundatores, in Reg. Antonius in epistolis adauctis recens, Gregorius Magn. in pastorali, Bruno, SS. vitæ Surii Bollandi, &c. Recentiores innumeri, Blosius, Thomas à Kempis, Cantiprat. Granatensis, Harfius, Suson. Taulerus, Eskius, Exercitia S. Ignatii aurea, Barlaami, & Josaphat vita à S. Damasceno olim, jam descripta, Dionysius Carthus. sive Rikelius, Ludolphus, & Lanspergius de Christi vita, Costerus, Baldesanus, Arias, Arnaja, Depaz. Dupont, Rodriguez, Caucinus, Suffrenus, Fr. de Sales, Fascius de Mortif. Drexelius, Nerembergius de Arte voluntatis, Richeomi, Bineti, Cottoni opera: Debarri, Poireus, Molina, Carthus. La Riviere quatuor Amores divini. La Riviere Carthusiani opera, Nigroni Ascetica, & in Regul. Rossignolius, Hier. Natalis, Christoval. de charitate. Abecedarium spir. Gusman de labore, Hermes Christi Jacquinotii. Opera Camusii, Guevara, Ledesma. Ambr. Camald. Fonseca de amore Dei, Humbertus Æduus, Stellæ vanitas mundi. Desiderans, militia, & prælium script. Gall. Castro de B. Virg. Varsevicius, Massovita, cœli via, cœli Peregr. Alex. Ariostus Curriculum spiritale, & solarium nostr. Vita item D. Chantal. Constantini opera, Filerii, Oltrandi, Theresiæ, Berullii, Verruchini, Fombardi, Domeneci, Palatium Amoris divini, Bellarmini opera pia, Luxemburgii, Theophil. Albertinus de Angelo custode, & liber Societatis Angelicæ. Saillanus de Timore Dei, liber de fiducia in Deum op. Gal. Jo. à Jesu Maria, Gerso, Pinelli. Platus de Bono status Rel. Esneuve opera, soliloquia Animæ. Affectus Animæ devotæ Renaudiani. Maximæ D'Auxironi, dedicatio sui, Chiffletii, Lilium Sacrum Rousseleti, Augerius, de pœnit. Arnulphi Canonici opera, Quatuor fines hominis seu extrema, & novissima ut vocitant: de Rosario plures, Lancitii opera spiritualia: Amator Jesu: Jesus Amabilis. Epistolæ, & opera D. de Chantal. Bonneson. saint Jure op. op. Meditationes Capigliæ, Bruni, Aponte, Suffren. Esnævi, Natalis Granatensis, Aug. Ansel. Bernardi, in exterminatione mali, promotione boni Rich. Vict. & de Paz, in Abrenunt. mundi, & sui, Basil. Doroth. in virtutum praxi, & contemplatione, Prosper. Aquit. in Amore perfecto. Aug. Bonaventura, in sanctitate perfecta, & unione cum divina voluntate, Bernard. vid. quæ diximus de sanctitate, in vita D. de Chantal. Rosveydi, Gononi, vitæ Sophronii pratum spir. vitæ piorum innum. in Hist. sacra citatæ, *Nesme de la provid.* Aquado, *Oeuvres spirituel. Addresse de salut*, *Tolosain*, *Crespet*, Institutio Virgin. vir justus Castanæi, *Conference d'Arnaja*, Scribanius, Coste, symbolum, *Monde renversé* Finari, de expeditionibus, S. Roman. Pinti imago vitæ Christianæ, *Horloge*, Coriolani. Ripaut *Directeur pacifique Grandeurs de la maison de Dieu par Dubois. Le Chevalier Chrestien. Le Soldat Chrestien*, Hisp. *Ragionamenti da Vulpieno.* Fonseca de Amore Dei, Carbo de Frat. Concordia. Vanales de Sacerdotio. Aviso de Ribera. *Honofre de l'oraison.* Navigatio cœli, Segorbe. *Exercices Dom Sans Juoye. L'Amoureux de Jesus, Le Nazareth de Sarclier, Garet consolateur des scrupuleux, Crespet triomphe, Exerc.* &c. Muerte Christiana Avila, *Guide des affligés, De Salo, du Purgatoire.* Possevin. Villogaile,, Maric. Clypeus Patientiæ Coreni, *Le Pelerin du Ciel, Chemin du Ciel.* Sydereo, *D'Oraison. Estats de l'autre vie*, Nic. du Sault. *Confiance en Dieu, Instruction de Castori*, Bernardini de perseverantia, Cordub. in Regulam, S. Franc. Corona Virginis Posarelli, Bonifacii sapiens fructuos. *L'Eucharistie Couronnée*, Speranza Hortus pastorum, de perfectione Religiosa, *Piatti della Passione*, Scribanii opera varia, Arias de imitatione Christi, &c. *D'Angles conduitte, Cordier la famille sainte, Prato fiorito d'Essempi.*

Porro Theologia hæc cum sit pretiosissima, & ad cœlum promerendum maxime conducibilis, summa doceri industria, & improbo labore

labore exhauriri diſcendo exercendoque debet. Eam ob rem per principia, & rationes, quod ajunt, tradenda eſt, ejuſque pronuntiata pro virili, more Theologico ſtabilienda eſſent ſcripturæ locis, conciliorum authoritate, & SS. PP. ac Magiſtrorum ſpiritualium teſtimoniis, & experientia, ut conſtet perpetuam, atque immutabilem, hanc fuiſſe diſciplinam, & eatur obviam imperitis, & novatoribus qui præſumunt docere, quod numquam didicerunt, ut ajunt Nilus, & Hieronymus, ut decipiant animos aut diſcipulos, & diſcipulas, ut ita dicam, poſt ſe abducant in præcipitium. Sic ergo docendum eſſet: Ita ſanxit Chriſtus Dominus. Ita pronuntiarunt Petrus, Jacobus, Paulus, Joannes Apoſtoli, In hunc modum, Antonius, Pachomius, Macarius, Paphnutius, Hilarion, & Arſenius locuti ſunt, & evicere. Ita præſcripſere Baſilius, Caſſianus, Climach. Benedictus, Ignatius, ſic habent Bonaventura, Richardus, & Hugo Victorinus: ſic Bernardus, Bruno, Franciſcus, Dominicus, Laurentius, Juſtinianus. Rationes Theologicæ, Philoſophicæ, Politicæ, morales, & naturales evincunt, & ſtabiliunt vitam virtutum, quam gratia Dei, ſupernaturalem præveniendo, & adjuvando præſtat. Hoc primum, & novum inſtituimus in curriculo noſtro ſpirituali tomis 4. ſi Dei adſpiret gratia. Alterum quod molimur, ordo eſt docendi diſcendique, ut ordine tradatur, & acquiratur hæc diſciplina quantum Dei Beneficiis, & humano conatu fieri poterit. Ita præfamur Dei O. M. veniam, Dei enim munus eſt vita ſpiritualis, Dei donum eſt contemplatio, pluſque orando, & tolerando boniſque ſtudiis incumbendo proficitur, quam doctrina Magiſtrorum, quamvis ſine Magiſtro, & Duce labyrinthum hunc Regium ingredi debeat nemo, alioqui nec exitum neque ſalutem inventurus. Igitur adſpirante vocationis divinæ gratia, Statuatur ordo vitiorum, & affectuum ordinatorum, ſingulis artibus ſingulorum enumeratis ut ſigillatim edomentur, omneſque fibræ radicitus extirpentur quæ ſunt partes virtutis purgatricis. Tum virtutum omnium acies ordinetur. Ita ut una poſt aliam & ſingulæ per partes examine, & exercitio peculiari præter generale omnium, acquirantur, quod ad animi purgati ſtatum facit, inde ad virtutes Heroicas exemplares, & aliorum perfectrices eadem methodo progrediemur, etſi ad omnes occaſiones omnium virtutum. intenti excubare ſemper debeamus. Statuatur etiam ordo meditandarum rerum, per virtutes, vitiorum, & affectuum debellatrices, & per myſteria divina præſertim Pſalmorum, Evangel. epiſtolarum, & aliorum divinæ ſcripturæ librorum. Per ordinem Attributorum Dei. Chr. Deiparæ, & creaturarum quem deſcripſimus. Senſim enim hac arte perdiſcuntur omnia, & cognitione atque uſu vita perficitur; Alioqui, ſine ordine qui gradiuntur, circum aguntur in orbem, & in idem redeunt oſtium, promoventque maximo labore nihil.

Claſſis interpretum Scripturæ.

Diſtulimus in hunc locum Interpretes, ut expeditiorem campum aliis complanaremus, & hanc etiam Patrum operam, in cumulum laudum, & coronam ipſorum civicam conferremus. Sunt enim ipſi Principes interpretum, & Magiſtri, ſecundum chriſtum, & Apoſtolos qui plurima Vet. Teſt. loca in novo ſpiritus afflatu divini explanarunt quę primo loco ſtatuenda ſunt. Videndi indices locorum Scripturæ in omnibus Patribus, & Bibliothecis PP. plurima enim inde recondita eruuntur, & ſine labore aliorum labore fruimur. Tenendum & illud eſt, alios quidem laboraſſe in textu Scripturæ vertendo, ſtabiliendo, expurgando, ut ſeptuaginta interpretes, Hieronymus, Author Italicæ, Ximenius card. Arias Mont. cottonus fecere: alios apparatum ſtruxiſſe in Scripturam univerſam, qua in claſſe numerandi ſunt Junilius, caſſiodorus, Iſidorus, Sixtus Sen. Arias Montanus, Tirinus, Serarius, Salmeronus, & ævo noſtro Pariſienſes DD. Quoſdam vero in totam ſcripturam continuaſſe commentarios, aut pene in totam, Chryſoſt. Aug. Lir. Bedam, Rabanum, Strabum, Hugonem, card. Lyranum, Dionyſ. Carthuſ. Haymonem, Tirinum, Gordonum, Menochium, Sa, Marianam, Cornelium. Alios denique in partem unam tantum, aut plures, ut fecit Toſtatus, Nyſſ. Hilarius, Ambroſius. Nonnulli hoc tantum opere pretium fecere ut allegorias ſcriberent, Loretus, Eucherius, Valerius de arboribus ſcr. Delrio Adagia, Pintus locos de crucifixo. Ita Delrius Pharum ſcribens per partes divulſas ſolem & diem allaturum ſe arbitrabatur obſcuris: Aliqui locos comm. & conciones ad ſingulos textus exaggerant in commodum concionatorum, Velaſquez, Mendoça, Celada: alii tractatus moliuntur ingentes, ut Pineda de Salom. Villapandus, de Templo, ſolas ſuas cogitationes Sanctius adducit in medium. Nos omni literatura humana divinaque,

naque, linguis, & SS. *PP. Arcanis* ſententiis, & omni apparatu cenſemus ordonandos librorum divinorum commentarios. Sed Delus de diis Syris qui in ſcript. memorantur diſſerendo, ſtravit viam eruditis. Novarinus in circuitu ſacro, Umbra Virg. Aquis nuptial. &c., feneſtram aperuit, & fores muſarum piarum. Supereſt ad exhauriendum laborem hunc ultimum, ut juxta librorum ordinem laterculum interpretum componamus. Mature Cartas eſſe Paratas oportet in ſingulos Script. libros, & capita, & verſus, ut ſtudiorum tempore ab ipſis primordiis quidquid occurrit notatu dignum, ad Loculos referatur ſive à profanis ſive à Sacris authoribus excerpatur. Ita demum ſenſim ſine ſenſu, & Patrum ſententiis, & juris Oraculis, & Philoſop. Medicinæque arcanis, & politiore literaturæ gemmis commentarii exornabuntur. Videnda Clavis Catarini in ſcript. Prolegomena Serarii Salmer. Tirini, Marg. Sixti ſen. notæ. Vide PP. Catenæ plures, confer Joſephus libb. Antiquit. Jud. in totum vetus Teſt. & Seder ollam Hebr. V. Guill. Pariſ. op. op. tract. 1. de legibus fuſe.

In totam ſcripſere illi quos initio cap. laudavi, & de Hebræis, Raſchi, Ralbag. Aben-Ezra, Targumiſtæ.

In Geneſim, Origenes, Philo, Baſil. Chryſ. Nyſſ. Nemeſ. Auguſtin. Theodoretus, Cyrillus iidemque in quinque lib. Moſis quem Pentateuchum appellant vulgo. Toſtat. Cornel. Pererius, Catena Lipomam. & Græc. PP. Fernandius, in Gen. Lorinus in Levit. & Deut. Heſychius in Levit. Roier. M. S. Conſtantinus, Rabanus, Ruſconus, Procopius; Saillanus, Marius Victor. Tertull. verſu, in Choro poët. noſtro. in Joſue, & Judices, Origenes, Auguſt. Toſtatus, Procop. Theodoretus, Saillanus in Annal. Serarius, Magallianus, Naxera.

In libb. Regum, Gregorius Magn. Rabanus, & Paralip. Theodoretus, Angelomus, Eucherius, Freculphus, Toſt. Sanctius op. Mendoza princip. Pineda, & Villapanda, de rebus Salom. & Templo, Torniell. Saillan. in Annal. V. Ambroſ. in Apologia Davidis, Chryſoſt. de Davide, & Baſil. Seleuc.

In Eſdram, & Nehemiam: Beda, Lombard. gloſſa recentiſſ. & qui in totam ſcripſ. Sanctius.

In Judith. Rabanus, Serarius, Celada, Saillan. &c. ſup. viæ Chronol. Genebrardi, Petavii, Gordon. & Bellarm.

In Tobiam, Ambroſius, Beda, Serarius gloſ. Saillan. Celada.

In Eſther, Serarius, Rabanus, Saillan. V. Sixt. Sen. Iſidorus.

In Job. Origenes, Hieron. Philippus preſbyter. Auguſt. Gregor. Mag. allegor. Catena SS. PP. duorum, & viginti, Catena Comitoli, Didacus Huniga, Pineda, op. op. Saillan. Bolducius, Ambroſ. de interpellatione, Gloſſa ord. recentiſſima.

In Pſalmos aliquot Origenes, Ambroſius, Nyſſenus in titulos Pſ. Baſilius, Chryſoſtomus, Chryſologus, in cantica omnia ſcripturæ, Jacobus de Valentia. Proſper, Bernardus, recenſentur 150. interpretes Pſalmorum à Poſſevino in verbo *David*, B.

In omnes Pſalmos, Auguſt. Hieronymus, Ruffinus, Arnobius, Junior, Apollinarius, Jacobus de Valentia, Remigius, D. Thom. Genebrardus, Titelmanus, & omnium locupletiſſime Lorinus tomis 3. ingentibus Janſenius, Velaſquez, Senenſis recenſet plurim. Catena SS. PP.

In *Proverbia* Hieronymus, Janſenius, Baſilius, & Ambroſius in aliquot locos, Salonius, Vienenſis, Rabanus, Peltanus, Salazar omnium ampliſſime, & eruditiſſime, & Cornelius à Lapide, V. Catenæ SS. PP.

In Eccleſiaſtem, Gregor. Thaumaturg. & Nazianzenus, Paraphraſ. Hieronymus opt. ſapientiſſime, Salonius, Olympiodorus in Bibl. PP. Lorinus, Pineda doctiſſ.

In Cantica, Origenes, Nyſſenus op. Theodoretus, tres *Patres*, *Philo* Carpathius, Aponius, Juſtus Orgel. Lucas, Honorius, Rupertus, Richardus Victorinus, Bernardus, D. Thom. Guillelmus. *Pet.* Joan. Cantacuzenus, Sanotius, Delrio, Sherlogus, Beſſonus, Giſſerius fuſe, Coſmas Damianus, Pſellus, Polychronius, Italus al. Salazar.

In Sapientiam, Rabanus, Lorinus, &c. univerſales Gloſſæ.

In Eccleſiaſticum, Rabanus, Pina docte, Cornelius à Lapide erudite, Tufus, egregie, Gloſſa recens.

In Prophetas omnes aut pene omnes, Hieron. Theodoretus, Cyrillus, Cornelius à Lapide, Maldonat. in aliquos.

In Iſaiam, Origenes, Baſilius, Chryſoſtomus, D. Thom. Procopius, Hector Pintus, Oleaſter, Sasbout, Forezus, Oſorius, Sanctius, Alvarez, Cornelius.

In Jeremiam, Origenes, Rabanus, D. Thom. Caſtrius, Agellius, Hugo Vict. Quinquarboreus, Giſſerius. Acoſta in Threnos.

In Ezechielem, Origenes, Gregorius magn. Rabanus, Hugo Victor. Richardus Vict. Hector, Pintus, Pradus, & Villalpandus.

In Danielem, Richardus Vict. Joach. Ab. Pererius, Michael Picardus, Capgravius, Pererius.

In Oseam, & alios Prophetas, minores, ii qui in omnes sup. Julianus, Toletanus, Remigius, Albertus, Alensis, Ribera, Palatius, Theophylactus, Philippeaux, in Osee, Castro, vid. Catenas *SS. PP.*

In Machabæos, Serarius, Josephus, opere opt. Nazianzenus, & qui laudarunt Machabæos apud Serarium, V. Bellarmin. & Baraud. aliosque controvers. Alcasar, in vetus Testam.

In Evangelia omnia, Harmonia Ammonii, Baradius, Juvencus presb. versu cecinit Evangel. Cornelius, Salmero, Maldonatus, Quadriga Evang. Garsias, Beauxamis, Ferus, Catena D. Thomæ, & Catena Gontzen. Jansenius, Hieron. Natalis, Rupertus, Augustin. in qq. & de consensu Evang. Euthymius, Theophylactus, Chrysologus in aliquot, ut & Chrysost. Origenes, Titelmanus, Greg. M. Catenæ PP. Corderi, Sandæus in Medico Evang. Jurisper.

In Matthæum, Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus, Rabanus, Tostatus, Christianus, Drunthmarus, &c. supra.

In Marcum, Victor Antiochenus, &c. supra.

In Lucam, Ambrosius, Titus, Bostrenus, Græcol. in Bibl. PP. Gr. Toletus, op. Seysellus, moratissime, Stella, catena Patrum 32. in Bibliot. Palatina.

In Joannem Chrysostomus, Cyrillus, Alexandrin. Nonnus, Heroico versu Græco. Augustin. Beda, Toletus op.

In Acta Apost. Chrysostomus, Oecumenii Catena PP. Arator, Diaconus versibus, Lorinus op. Sanctius, Cornelius.

In epistolas omnes Pauli, Chrysostomus, Theodoret. Græcolat. Sedulius, Primasius, Ambrosius, D. Thomas, Beda, Anselmus, Theophylactus, Græcol. Justinianus, Cornelius, Oecumenii Catena PP. Græcol. Salmero, Titelmanus.

In aliquot epistolas Pauli, Origenes, & Augustinus in epist. ad Romanos, Hieron. ad Galatas, Theodulus, Claud. Taurin. Hugo Vict. Rabanus, Cl. Altissiodorensis, Velasquez, in epistol. ad Philipp.

In epistolas canonicas, Clemens Alex. Didymus Alex. Serarius, Lorinus, Salmero, Clemens Lanthoniensis, Conradus, Hensel. Paez. in epist. Jacobi, Cornel.

In Apocalypsim, Augustinus, Victorinus, Andreas Cæsariensis cum Oecumenio, Græcol. Ambrosius, Ansbertus, Rupertus, Primasius, Viegas, Ribera, Alcasar, Aureolus, Pavonius Joachimus Abbas, Cornelius luculentissime, Monstrevil. paraphrasis Gall. Circumferebat quidam circulator Romæ fabulosam de Turca, Apocal. explicationem ann. 1646. luit pœnas.

Videnda Geneva plagiaria Cottoni, de locis corruptis ab hæreticis. V. Ariæ Montani, Scripturæ explic. in Bibl. Regiis.

Mixta opera edidere, Alanus, Alcuinus, Spieras, August. Triumphus, Mich. Ayguanus, Bertharius, Bonaventura, Augustinianus, Brunus, Guillaudus, cl. Scotus, in Bibl. Vatic. Regia, & aliis apud Possevinum, citantur, interpretes Mss. innumeri.

Classis Concionatorum.

Claudant agmen Concionatores, qui velut Rorarii, & Triarii Romanæ Ecclesiæ, librorum omnium apparatu, & armamentario instructi contra hostes debent depugnare. Scripturam, & Patres, ut digitos, norint suos, & impendant, ut salem & solem orationis, quibus melius est nihil. Oratorem Christianum, Stellam, & Granatensis Rhetoricam calleant ad unguem: audiant viros eloquentes, ait Augustin. & Apostolicos, faciant opus Evangelistarum, contemant eos qui auribus pruriunt, & à veritate auditum avertunt, unum eorum sit opus, *Salus animorum*, quod est opus Dei. Non plausus, sed cruces ambiant; conciones SS. PP. combibant penitus, Basilii, Nazian. Nyss. Chrysostomi, Chrysologi, Cypriani, Augustini, Gregorii M. Eucherii, Cæsarii, Fulgentii, Epiphanii, Ambrosii, Leonis, Damasceni, Methodii, Basilii Seleuciæ, Eligii, Laurentii, Nov. Justiniani, Fulberti, Andreæ, Cret. Germani, Chrysippi, Hesychii, Petri Cluniac. Asterii, Yuonis, Bernardi, Petri Bles. Gersonis, Guillel. Paris. D. Thom. Bonav. Richardi Hug. Vict. Bedæ, Rabani, videant Epitomen concionum P. Blanchet. & in Cathedra Christi coronata, omnes citatos in singulas conciones ac innumeros modos ad perorandum quolibet die comitiorum Christianorum. Habeant etiam ad manum Bibliothecam magnam 4. tomorum Cunidii homiliis SS. PP. in omnes dies abundantem, aut aliam Minorem, juvat etiam habere ad manum vernacula lingua concionatores Hispanos, Italos, Gallos, & pios libros supra citatos, Caucinum, Granatam, Aponte,

te, Sanjureum, conciones Bernardini, Vincentii Ferrerii, Spieratis, Granatæ, Bellarmini, Buftii, Oforii, Avilæ, Diez. Carthagenæ, Metezelli, Panigarolæ, Suarez, Valladerii, Lopez, Bitontini, Mazarini, Albricii, Olivæ, Bineti, Seguirani, Cottoni, Valderamæ, Pipini, Baëzæ, Acofta, Kearnæi, Delrii, Hilareti, Stapletoni, Raulini, Avega, Senautii, Pelbarti, Garciæ, Ekii, S. Geminiano, Coeffeteau, Ardentis, Naufeæ, Delicio; Sophologi, Clitovei, Nideri, Camus, Beffe de Paulude, Meurieri, Maillartii, Lamberti, Difcipuli, Molinerii, Beaux-amis, Antonii in opere aureo, Canifii, Hugonis de prato Florido, &c. conciones Feri, Bielis, Clictovei, Vigelii, Avega, Vivaldi, Parati, Inchino, Mariffi, Zamoræ, Gaftii, Peroneti, de Vitriaco, de Voragine, Helmefii, Segobienfis, Toffignani, Saniago, Peraça, Caftanei, Vigor. Janieri, Dynoci Loyer, in Magnificat, Pacheco fpeculum facerdot. Epitome Lopez, Thezaurus concionatorum Præfentati, Eftremera de nomine Jefu, Picart, Carancæ, Catechifmus Croquetii Catechefes, Beauxamis conciones *L'entreé Royale de Jefus*, conciones Dupuyer, Radulphus Ardens, Horofco, Urimaria, Buratel. Araneus Taffo, Magnificat, AS. Geminiano. Quadragef. Gori, Dominicus à pace, Francifchinus, Arefi, Righinus, Honofrius, Michael de Miffa, conciones Cyni, Cottoni, Molinier, Canegiani, Carraciolæ, Verrati Ovandi, de Janguas, d'Offuna, Marcello, Bofquier, Homel. Gaut. Illyricus Auximus, Rofarium Topiaris, Trophæum Ifraelitarum, Gravatii fimilitudines, & aliorum plurium. Sylva Granatenfis, Rojon. Albricio, Cofto in Symbolum, Polygrano, Fiamma Conc. Grodicii, Kearnæi Cofteri, Sachez, Coftæ: Canifii, Quadragef. la Haye, Conc. Marcellini Depife, Encyclopædia ejufdem. Qui fuo Marte poffunt cudere orationes, illis fuadeo nullos, ut confulant præter SS. Patres, & S. Bonaventuræ Bibliothecam, unde non inflantia, fed inflammantia verba hauriant, & Seraphicos fenfus Cherubicafque conciones: Chriftus enim in cathedra crucis opere concionatur, & verbo, & meritis infinitis, falutis: hic eft fafciculus myrrhæ, Bernardi hæc fumma Philofophia, quam de fcripturis SS. ad populum propalamus. Scitum illud Plin. hift. n. *Sale & fole nil eft melius*, Theophyl. in epift. de Chryfelio opt. *Sole & auro nihil eft pretiofius*, utrumque fuo nomine optime complectabatur, *Chryfelius*, hoc eft, fol aureus, aurum folare is erat omnium fcientiarum, & virtutum compof. talem volo concionatorem Chryfelium, aut Heliæum ex fole, & fale: fal terræ, & fol fit oportet, ait Chriftus, Evangelifta Catholicus novas femper cudat conciones. Numquam nifi egregiè paratus verba faciat: ftudium, & labor pro Chrifto funt concionum fideliffimi comites, & remuneratores. Deliniant initio verbis electis, & rebus curiofis, ut fub finem motibus falutem perfuadeant.

Claffis Controverfiarum.

Hi funt Heroes Ecclefiæ & concionatorum Coryphæi qui fuftinent impetus hoftium qui fugant & fundunt copias Hæreticorum, qui Bella Domini, Spiritu Domini, armis Domimini, Scriptura, traditione, Conciliis, Patribus & lingua, omnibus eruditis, ut gladio utraque parte acuto conficiunt, qui cum Auguftino & Hieronymo Monftra perdomant, & calamo & lingua, fapientiffime utentes, Ambidextri, utraque manu pugnant contra vitia & mores corruptos in roftris Catholicis, & contra Hærefeon Portenta in Urbibus hærefi ambuftis, in hac acie generofiffima FORTIUM DAVID, præter citatos, SS. PP. numerantur, Bellarminus, Duperron, Debarraut, Coëffeteau, Defaintes, Demochares, Roffenfis, Vvaldenfis, Stapletonus, Sanderus Baronius in Annal. Hofius card. Coccius, Armamentarium omnium PP. Gonterius, Gauterius, Cottonus, Valentia, Becanus, Gretferus, Serarius, Chavaffius, Veron. Fichet, Araucour, Turrianus, Garetius, Efpencæus, Fevardentius, Villegagnon D'hilaire, Marcellinus Capucinus, Richeomus, Valentinus, Clemenfonus, Ferrerius, Florimondus, Alphonfus Pifanus, Caftrius, Andreas Jungenicius, Confeffio Hieronymiana Ambrofiana & Auguftiniana, Milleloquia eorumdem, Malleus Calviniftarum Uranii ex chryfoftomo, Panoplia Lat. Lindani, Panoplia Græca Euthymii Latino-Gr. Ruardus Tapper, explicatio articulorum Lovanienfium, Princeps Condæus, Petavius, Raconis, Cauffinus, le Moyne, Bofc. & alii ætate noftra contra Arnaudum & Cyranum qui & Petrus Aurelius, Theoph. Raynaudus contra hærefim duorum capitum, Miraillet, Ifnard, Cofteri Enchiridion, Poffevini refponfio, Hajus, Saconay, Pamelius in liturgico & comment. Tertul. Cuerus Cutbertus, Cornelius à Ryntelen, & Fiklerus omnia fidei Myfteria probaverunt ex codice Juftinianæo contra Lutheranos & Calviniftas: ex eadem arce machinas & tormenta libravit in eos præfes Pri-

Primus Sabaudiæ Senatus, vir æterna fama dignus ob doctrinā & pietatē aurei sæculi, Patornæus, Raimundus, Catech. Baillii Socolovius, Vives, Coiffier, Zacharias Boverius, Antimornæus Coquæ, Antichristus Ferrerii, Sonnius, Clingius, Hermas, Pamelii Liturgicon, Garetius, Turrianus, Valentia, Canisius, Regin. Polus ad Henricum 8. Porcheti victoria Judæorum, Raymondi Pugio, Hæreseologia, Mocquot, Michael. Episc. Maspurg. Cochleus. V. in Biblioth. PP. Paris. contra Vvicleftistas, plures DD. *Antimartyrologe & Anacrise de Severt*, *Deschamps*, & alii contra Jansenistas de gratia sufficiente; videnda victoria & Arcus Triumphales & Trophæum S. sedis & Basiliscus noster, & card. Richelius. Exorcizare solebat hæreticos cottonus tacitis verbis & Patorneus. Non est agendum coram audientium corona, cum eis qui meditantur conversionem, quia nolunt videre vinci, non cum indoctis quia insolescunt. Gonterii & Veroni Methodus opt. Nostram sumus experti invictam: Aut Ecclesia potest errare, aut non: Si non? falso vos advenistis titulo, qui ea tantum causa venisse vos dicitis: si ita, nulla ergo esset fides quæ errori subiaceret. Huic argumento centum & vigenti Ministelli per totos sex annos non potuere respondere hilum. Serio & diu hæc scientia controversiarum comparanda & usus Libris conjungendus: Pecunia & suo interesse omnes capiuntur, his machinis expugnandi sunt: ipsi hoc suggessere mihi, & probavi experientia; O si pecuniæ in hæc animarum lucra expenderentur! Bella alunt hęreses. O si principes pacem colerent! Porro hæretici, ut Faber ajebat, primum à peccatis & vitiis; deinde ab hæresi abducendi sunt, oratione, sacrificiis, mortificationibus, exemplo, patientia, mansuetudine, doctrina inusitata, SS. PP. conciliorum, linguæ Hebraicæ, Græcæ, Latinæque peritia ad miraculum, ipsorum libris & articulis fidei contrariis scripturæ convincendi sunt, audiendi, tum è pulpito refutandi: scripto nullus finis, respondendum est tamen & pro uno millia reponenda, sed cavendum ne vel in apice erremus. Optimus modus fuit Perronii & noster, falsas citationes ipsorum demonstrando: contra hæreticos exemplis egit Petrasanta noster.

CAPUT III.

Aula III. Theologiæ Scholasticæ,

Et Classis Theologorum Scholasticorum.

THeologia Corona scientiarum, in lamina summi sacerdotis aurea tetragrammato inscripta collucens, ut prædicat Hieronymus Epistola de vest. Sacerdotum, supremum doctrinarum culmen & κορυφὴ τῆς ἐπιστήμης, ut ex Pythagoreis affirmat Eugubinus lib. 2. peren. Philos. cœlum ingeniorum tot Astris micans quot arcanis disputationibus, ut initio Naturalium quæstionum pronuntiat Annæus Seneca; hac inauguratione Arcana tradi solet & suscipi, ut in celeberrima florentissimaque Academia, & à sapientissimis eruditissimisque magistris, ab ingeniosissimis moratissimisque discipulis hauriatur, in Sorbona Paris. in Acad. Hisp. Ital. Germ. Gall. in collegiis Societ. Jesu &c. Relig. Magna prorsus diligentia, magna fidei & Religionis puritate, & accuratissimo studio doctrinarum tradenda docendaque est, magno labore colenda, & vigiliarum lucubratione retractanda regustandaque, magna veneratione ob fidei veritatem qua nititur, & ob religionis majestatem quam tuetur & præstat, excipienda. Præclarum sane faciunt operæ pretium & incredibili demerentur initiatos Beneficio, qui pertractant omnia hujus eminentissimæ sapientię arcana, nihilque eorum quæ in usum & disputationem cadere solent intactum prætermittunt. Qui autem ludunt operam in prolegomenis ut vocant & parergis, aut ita prolixe luxuriantur in nonnullis quæstionibus interdum etiam alienis ab instituto, ut illibatas relinquant partes præcipuas, v. g. de Trinitate, de gratia, de peccatis, de merito, de justif. de legib. de Matrim. Confir. Extr. unct. ult. finibus næ summam injuriam inferunt auditoribus, & notam inurunt ipsis mysteriis indiligentiæ. Ordo Magistri sententiarum est peropportunus, ut S. Thomæ, Alensis, Bonav. Scoti, aliorumque veterum Theologorum. Docendi Methodus usu contrita præstantissima est & saluberrima, quam secuti sunt omnes notæ melioris antistites disciplinarum, & immortale nomen assecuti in Sorbona, ubi de scriptura etiam & historia Ecclesiastica respondendum, utinam & de linguis omnibus eruditis, in collegiis nostris, ubi & de casibus consc. respond. Alius modus Damasceni floridior est & Petavii, sed hic solidior & fortior. Compendia Becani, à S. Joseph. &c. sunt accommodata properantibus aut recolentibus cursim studia, verum molientibus atque moventibus majus opus, non est festinandum, sed terenda sunt limina scholarum & ipsa subsellia

lia laboribus incurvanda, clamoribusque concertationum frangenda sunt. Non enim bene nisi in Sole & pulvere Scholastico, in certamine & palæstra quotidiana, in gymnasticis exercitationibus, in Agonibus heroicis disputationum Herculearum, & auditione assidua præstantissimorum magistrorum, meditationeque athletica & constanti, necnon optimorum authorum lectione, ac judicio maturo verarum opinionum, hæc Regina & Domina scientiarum comparatur, qua qui initiati non sunt aut leviter tantum tincti, nec scribere de rebus sacris norunt caste & emendate, nec pro Rostris de Religione secure perorare: Gomes in vita Card. Ximenii ait eum admiratum actus Sorbonicos, eorum imitatione Academiam Complutensem instituisse, & lepidum narrat eventum propugnantis præ timore Claudii imitatione Imperatoris. Armanda porro est Theologia, scientia militari controversiarum quasi scuto, & gladio veritatis, scripturarum oraculis illuminanda, & conciliorum, antiquorum Patrum effatis, ut columnis stabilienda, emblemate vermiculato ornanda, corroboranda, quod præstitere diligenter Mag. sent. D. Thom. Valentia, Vasquez, Duvallius Gamaschius Ruitz. & præ aliis Dionysius Petavius in libris dogmatum Ecclesiasticorum, Bellarminus, Perronius, Coeffetæus, & Coccius ac Desaintes in controversiis, ita & Cottonus, Gauterius. Eadem firmanda civilibus Imperatorum Regumque legibus, canonico stipanda jure, ac demum in pias conciones, & eruditas, animorumque salutem expendenda, totius curriculo vitæ exaugenda, qua lucubrationibus, & scriptis, qua disputationibus & amicorum colloquiis, ac demum sapientia Beatorum, ut ait Aug. consumanda coronandaque laurea sempiterni doctoratus. Ferendæ sunt in oculis disputationes quæ sunt primarum partium de Deo uno, de Trinitate, de visione Dei, de libertate Dei, de prædestinatione. De Christi unione hypostatica, libertate, & meritis. De transsubstantiatione, & unica laicorum specie, de gratia & justificatione; cavendum ab opinionibus erroneis, & novitate suspectis, quæ periculum animo creant, & Ecclesiæ perturbationem. Novarum enim opinionum studiosi & rerum, ac veterum eruderatores, fuere sæpissime hæresum authores, & damnatarum infausta capita sectarum; dum præfidunt ingenio suo, ut de Origene, Tertulliano, & Vincentio, ait Vincentius Lirinensis, & inventa sua more simiarum, & ore impudenti, contra fidem Eccl. & authoritatem indurata & indomita obfirmati pertinacia defendunt mordicus. Porro Theologiæ, quæ fide fundatissima est, regulis, expungendi sunt errores qui occurrunt in libris veterum contra traditionem Apostolicam, & sensum Ecclesiæ Romanæ, quale est illud Cypriani de rebaptizandis hæreticis, Concilii Arel. de nuptiis adulteræ solvendis, & renubendi licentia contra Evang. Marc. 10. Luc. 16. Rom. 7. 1. Cor. 7. verbis conceptis, & illud de vini Baptismo, quod ore Christi damnatum est. In Patribus etiam occurrunt aliquando scopuli Ecclesiæ regula & scripturarum enavigandi, ut in Irenæo, Lact. & aliis somnia millenariorum. In Origene & Irenæo damnatæ hær. in Fausto & Cassiano Nævi, de Gratia Semipelag. in Hilario & Ambrosio Nebulæ, hic enim ignem inferis, ille dolorem Christo demit patienti, Facundus quoque durissime de Sacramento Eucharistiæ locutus est, ut & Theodoretus dum ex illa sumunt argumentum contra adversarios, sed ex fumo fecit splendorem Cardinalis Perronius, ingenii, doctrinæque miraculum. Non offendet autem ad lapidem ullum, qui Regia via tutissimarum & communissimarum sententiarum progredietur, & firmissimum in fundatissima Theologia figet gradum. Qui multa legerunt, non multum, & Theologiæ mysteria non norunt, aut a limine salutarent duntaxat, illi multa, & maxima peccare solent. Novatoribus & scruta nescio quæ fumosæ nec legitimæ antiquitatis ostentis similia, sacrorum Isidis instar ostentantibus obluctandum est omnibus fidei viribus, donec in terram, ut ait ille, septima volutatione arietentur. Peritissimis sanissimæque sententiæ Doctoribus auscultandum, standum traditionibus, scripturis, conciliis approbatis, fidei regulis, Ecclesiæ Romanæ authoritate, SS. Patrum consensu. Cæterum cum eodem genere palæstræ, Theologiæ, Philosophiæque constent Agones, Dimidium facti jam habent qui victores è Philosophiæ quadrivio laureatique prodierunt. Itaque mysteriis initiantur, ut cum magistris plurimum tribuant, authores tamen serio lectitent, seu prælibando, seu regustando, seu inter utrumque volando. Hoc est arcanum maximum. Petrus Lombardus Episc. Parisiensis, magister sententiarum qui prælegitur, ita dictus à Patrum sententiis quas ut dictata profert, quatuor libris omnem Theologiam est amplexus. In 1. de Deo trino, & uno disputat. In 2. de Angelis homine,

ne, & peccatis ac gratia. In 3. de Incarnatione Christi & virtutibus fide, spe, caritate, religione, &c. In 4. de Sacramentis; Judicio, Purg. Inf. Beatitudine: ac per distinctiones tantum, & sententias progreditur. Itaque citatur, Mag. in 1. d. 26. in 4. d. 6. hoc est libro 1. dist. 26. in hunc omnes antiqui scripsere commentarios D. Thom. Bonav. Scotus, Mayro. D. Thomas etiam quadrifariam divisit hanc disciplinarum omnium disciplinam: In prima parte agit de Deo uno trino, Angelis, homine, creaturis. In secunda parte quæ dicitur prima secundæ partis pars, tractat de Actibus humanis; de peccato, gratia, & legibus, & virtutibus in universum atque donis. In secunda secundæ partis parte, agit de virtutibus, fide, spe, charitate, religione, justitia, &c. in quarta; quæ tertia pars dicitur disputat de Incarnatione, & Sacramentis: quia tamen morte præventus, illam non absolvit, additum est supplementum, ut vocant tertiæ partis, in quo quod supererat de Sacramento Pœnitentiæ, Ordinis, Extr. Unct. & Matrimonii peragit, ac de finibus ul. Modus autem disputandi ipsius per quæstiones, & articulos contexitur, ac in articulis proponit primum argumenta contraria, tum conclusionem, quam ratione firmat in corpore, ut vocant articuli, & ad extremum, ad argumenta respondet citaturque in hunc modum, D. Thom. 1. 2. q. 5. art. 4. a. 1. aut 2. 2. q. 3. a. 3. aut in corpore art. hoc est. D. Thomas prima secundæ quæstione 5. ad 5. art. 4. primum arg. in secunda secundæ quæst. tertia. 3. aut in corpore articuli: opuscula ejus, & alia opera citantur suo modo; faciunt hæc ad indicem etiam ipsius intelligendum in gratiam eorum qui aliis facultatibus addixerunt sese. Theologi secundum illas materias dividunt quadriennium. De Deo, de Angelis, de actibus humanis, de peccatis, gratia & legibus, de fide, spe, charitate, & religione. De Justitia & Jure, de Incarnatione, de Sacramentis in genere, & in specie, de Baptismo & Eucharistia, de Pœnitentia, & aliis. Jam ita sunt hæc connexa, ut Deus proponatur tanquam finis obtinendus per media interna, gratiæ & virtutum, & per externa Incarnationis, & Sacramentorum: duo ergo sunt finis & media. Vulgo, tractatum de Matrimonio ad casistas remittunt, & præcepta divina. De confirm. & extr. unct. silent, & de ult. finibus, deberent tamen amputare fimbrias, & lacinias disput. prolixiorum in quibus luxuriat stylus, & omnes partes perdocere; nec non de canonico jure scita proferre plurima quæ ad Theol. conferunt. De justificatione agunt alii in tract. de pœnitentia, alii cum de gratia & meritis, ac reviviscentia eorumdem. De ea Conc. Trid.

Jam vero, Citavimus Patres, & concilia in Idea locorum communium: neque necessum est eadem recantare. Dionysio ergo Origene, Hilario, Augustino, Nazianzeno, & aliis tacitis, ordiemur à Damasceno qui Græcorum Primus Theologiam eo ordine fere quem diximus, quatuor libris orthodoxæ fidei contexuit, Nicetas, in Thesauro, Cyparissiota in centuriis, Euthymius in Panoplia Græcolat. Magister sententiarum Petrus Lombardus, Al. Alensis D. Irrefragabilis, Bonaventura D. Seraphicus: Albertus Magnus, S. Thomas D. Angelicus, cujus summam multi, & prælegunt, & comentantur. Vincentius Bellov. in speculo Theol. Scotus D. Subtilis, Henricus Gandavensis, Mayronis Actus Herculei Sorbonici author. Durandus, Aureolus, Caperolus, Jo. Major, Herveus, Petrus de Alliaco, Ægydius Romanus, Petrus Victoria, Gregorius Ariminensis, Ochamus Dux Nominalium. Guill. Parisiensis, Gerso Cancellarius, Hieronymus ab Angesto, Almainus, Paludanus, Marsilius, Alanus Copus, Aug. Romanus, Dom. Flandria, Vivaldus, Gabriel Biel. Beliratius, Driedo. A. Vega, Trigosius, in Bonav. Cajetanus, Soto, Melch. Canus, Bonnez, Palatios, Viger, in 1. p. Sonnii demonstrat. Baconus, Javellus, Valentia, Molina, Vasquez, Suarez, Delugo Card. Mæratius, Gillius, Ruits, Conink, Alarcon, Zuniga, Salas, Moncæus, Rebellus, Lessius, Becanus, Tannerus, Baldellus, Bubalus, Martinonus, Mendoça, Arriaga, Palaficinus, Ripaldi, Hungerus, Henriquez, Scortia, Mascaregnas, Gamaschius, Garassus, Petavius, Theophilus Raynaudus, Raim. Sebondius, Filesacus, A. S. Joseph Compendium, S. Thom. Bonjoannis, & aliud brevius solarum conclusionum, Opuscula D. Bonaventuræ, & D. Thomæ, Suarez, Lessii, Molinæ, &c. Horum alii in universam Theologiam aut fere universam scripsere, commentariis Authorum, alii disputationibus, ut Suarez, Vasquez, Valentia: alii in partem aliquam: de prædest. Moncæus, ab Angest. de Angelis Bubalus: de legibus Salas, Vega de justif. Baldellus de Actib. h. Ruits de Trin. Medin. Soto & Rebell. de just. Konincq. de Sacram. Delugo, de incar. just. Sacram. Præpositus de incarnatione, Ragusa, Maldonatus de Sacramentis, & indulg.

Pro-

Proftius de Jubilæo, Leffius, de gratia, Turrianus, de gratia, Molina de gratia, Diotallevius, de gratia, Arrubal in 1. partem, Granadus in 1. part. difputationes Th. Haji, Becanus, Tractatus Marianæ, Ricardus de media villa, Braduardinus de caufa Dei, Pennotus de libertate, Faventini difput. Malderus de virtutibus Th. Delorca, Dionyf. Carthuf. Rofellus de Sacramentis, Vega, Aragonius Koëlim. Ledefma, Curiel, Cumel. Cafpenfis, Conrad. de contractibus, Hæredia de Sacramentis, Thomas Argentin. Curfus Theol. Sebaftiani Oxonienfis de Sacram. Articuli Lovan. Teperi, Fœlix de Incarnat. Gregor. Ariminenfis: Arriba, Rofarium Pelbarti, Hadrianus Florentius. Pici Theoremata, Seyfellus de Providentia, Syrenus de Angelis, Camerarius de Prædeftinatione, Petrus Simon de veritate, Rupipofei diftinctiones, Lexicon Theologicum, Attenftain compendium D. Th. & Theologiæ, conclufiones D. Th. Baffolis, Malvenda de Antichrifto, de Rubione, Vignerii inftitution. Bayi Catechifmus Theologic. Rugetus, Zechi tractatus: Bonacina de Incarnatione, Jo. Major. Sirenius de fato, Efpencæus de continentia. Soncinas: de Rada de Chrifto, Gervafius de Notitiis, Dionyf. Ciftertienfis, Galante. Lenfæus de libert. Canus, Mengo flagellum Dæmonum. Cutbertus Tonftalius de Euch. Sanchez de Sacramentis, Turrianus de juftificatione, Roffi opera. Vincent. Regius, Marande Theol. Yues.

Claffis Theologorum Moralium vulgo Cafiftarum.

Greg. Naz. in explanatione currus Ezechielis pereleganti, affirmat eminentiffimam illam Aquilæ faciem humaná effe confcientiam, feu confcientiæ fcientiam pretiofiffimá, quæ ideo ferri *defuper* dicitur, quia difciplinæ omnes ad amuffim, & Regulam ipfius dirigi, & ad fcopum ipfius qui eft falus æterna, debent recta linea collimare; eam ob rem Lucenfis Epifc. Hugo Carretus M.S. in Bibl. Fuxenfi Tolofana in Ezech. affeverat Aquilam fignificare motum Creaturæ Rationalis in fupremum finem.

His ergo ponderibus, & momentis præftantia hujus facultatis diviniffimæ definienda eft, quæ in ordine ad æternam vitam fpectat, Jus facrum feu licitum, & illicitum per Dei legem, & Ecclefiæ feu internum forum feu etiam externum, & utrumque attendas; fori, & poli ut ajunt: eam ob rem media eft inter Theologiam fcholafticam, canonicam, & jus civile, quia de Theologia fchol. mutuatur Regulas humanorum Actuum, confcientiæ, legum obligationes, Sacramentorum, & peccatorum rationem, etfi non tam accurate, aut prolixè de iis difputet contenta folido: de jure Can. Leges, & canones Ecclefiafticos necnon cenfuras, & pœnam; de jure civili, leges Imperatorum, & municipales quæ confcientiam legitimis certifque vinculis obligant, & conftringunt: mutuas ergo fibi præbent operas hæ difciplinæ, & moralis fcientia fublevat fcholafticam difputationibus decalogi, præceptorum Ecclefiæ, cenfurarum, Beneficiorum, & Matrimonii: his enim fere finibus, & cancellis circumfcribitur fchola confcientiæ, nifi Reftitutionum adjicias materiam, quæ eft Juftitiæ, & juris. Porro practica eft univerfa, & vim habet maximam, & ufum quotidianum, in Ecclefiæ Gubernatione, & facramentorum adminiftratione, & confcientiæ regimine: fero pœnitet non ftuduiffe. Authores hujus difciplinæ, Theologi omnes qui de pœnitentia, & aliis facramentis, de Actibus humanis, & de Juftitia, & Jure, deque reftitutione, ac religione differunt: tum jus canonicum, & Concilia, & fumm. Pontificum Bullaria. Jus civile univerfum atque confuetudines, ut vocant provinciarum. Denique illi omnes qui curriculum Cafuum laboribus, ftudiis, & fcriptis emenfi funt fuis, five totum, five partes: porro alii per compendia, & enchiridia feu Manualia ordine Alphabetico tradunt cafuú definitiones inftar Aphorifmorum Hippocratis, ut Emanuel Sa, Navarrus, Toletus, Filliucius, Sylvefter, Tabiena, Angelus, Antoninus, Fumus, Rofella, Cajetanus, Hermes parochorum Gal. Medulla cafuum. Alii modo, & more Theologico progrediuntur, ut Henriquez, Sanchez, Valerius Reginaldus, Fillucius in opere majore, Azor, Rebellus, Leffius, Suarez de Religione, Molina de legibus, Baldellus de Act. hum. Bonacina totus, Fagundez, & Sanchez de præceptis, Caftro palao de facramentis, &c. Rodriguez in quæftionibus Regularium, Layman, Sayrus, Comitolus, Diana, Barbofa de poteftate Ecclefiaftica, Garfias de beneficiis, Avila de cenfuris, Theophilus Rayn. de monitoriis, Salas, & Medina de obligationibus. Pontius de Matrimonio, & Mart. Perez, Jacobus Graffius, Villalobos, Praxis Criminalis regularium, Alberti Lucenfis, Navarri opera: majora confilia, & reliqua, Rebuffus de beneficiis, methodum juris fequitur Proftius de jubilæo, & indulgentiis, Jacobus à S. Georgio, de jubilæo,

læo, in Bibl. PP. Cottonus in inſtitutionibus: ſumma Benedicti.

Huc pertinent Regulæ Cancellariæ & omnes juris Canonici interpretes, controverſiſtæ certarum rerum gratia, Morales Philoſophi, Javellus. Theophilus Raynaudus Philiarchus de Sacerdotis officio, Myſtagogus Creſolii & Anthologia ejus ſacra, Liber Valerii Regin. ſeorſum editus de Prudentia Confeſſarii aureus, Theologia Moralis Gordoni.

CAPUT IV. AULA IV.

Juriſprudentia.

JUriſprudentia Regina Regnorum, Domina Populorum, Mortalium Arbitra, Judex civium, Divinarum humanarumque rerum ſcientia, forenſis Religionis Sacerdos & Antiſtita: Caſſiod. 1. Var. l. 1. de juſt. & jure, ſapientia rerump. cui toto orbe Academiæ & univerſitates ut vocant veluti quædam juſtitiæ templa, à Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principibus, Optimatibus, rebuſque publicis orbe toto conſecratæ ſunt, ut Politici Status ſeminaria & firmamenta regnorum, ut Juſtinianus in præf. inſtitut. &c. pronuntiat: hac methodo ab infulatis juris flaminibus & myſtis traditur, & ab inauguratis Laureaque Doctoratus coronandis excipitur. *Æquitatis* ſcopo non lucri cupiditate, legum divinarum & humanarum reverentia, non violatione; labore improbo, non otio Nepotantium diſſoluto, memoria fœlici, jüdicio fundatiſſimo, laudabili advocatione veritatis, non fuco mendacii, pauperum patrocinio & defenſione, non divitum loculis exenterandis, Dei oculis, non mortalium acceptatione. Conduceret plurimum ordiri ab effatis Theologiæ quæ de legibus auguſtiſſimas inſtituit diſputationes: Tractatum *de legibus*, appellitant, eſtque breviſſimus apud Greg. de Valentia, diffuſior apud Molinam, Suarem, Baldellum. Juris tradidit modum Præſes primus Senatus Sabaudiæ ſæculi noſtri Papinianus, mihique perfamiliaris, *Via ſcientiæ* ut vocant per principia Moralis & politicæ diſciplinæ in ſua *Juriſprudentia Papinianæa* & per Rationes legum in ſuis rationalibus, eſt enim anima legum ratio, & interpres earumdem oratio. Tradidit vero ſecundum vulgatam juris diviſionem in res, actiones & perſonas, Gregorius Toloſanus in ampliſſimo juris ſyntagmate, ſed deſideratur à nonnullis in eo paulò profundior ſcientia cum extet & emineat, in eo opere politior literatura, idem etiam tradidit jus Canonicum methodo commoda in partitionibus juris canonici. Alias ſecuti ſunt vias Hotmannus, Donnellus, Poſſevinus, Vigelius, Myſingerus, Vveſembechius. Placeret ſane omnibus Philoſophica docendi ratio, hac enim via ſolidius & compendioſius doceretur juriſprudentia, citatis legibus ad ſingulas concluſiones diſputationum, materiis juris, ordine ſcientiæ & objecti diſpoſitis, definitionibus, diviſionibus, ſpeciebus, caſibus ſingularibus, cauſis, effectis, principiis, rationibus, contrariis, ſimilibus, objectionibus, ſolutionibus, corollariis denique omnibus adductis in medium, ita demum jus civile & canonicum diſceretur per regulas & principia univerſalia, quæ pertinent ad omnia prorſus negotia omneſque controverſias, non autem memoria legum tantum, quæ corticis eſt tantum delibatio non medullæ. Certe cum juſtitia ſit *virtus juris cogniti tribuendi*, & juriſprudentia cognitio juris, ſeu legum, quæ jus definiunt & continent, & illa in voluntate, hæc ſita ſit in intellectu. Juriſperitus verus ex juſtitia & juriſprudentia conflari debet, ut ſit vir bonus & juris tribuendi peritus, itaque juſtus virtute & ſcientia. Jus autem, eſt Ratio dominii ſeu debiti, ſeu ratio & titulus propter quem res tali, & tali debetur, ſeu jus eſt ratio SUI, ob quam quilibet aſſerit aliquam rem eſſe ſuam. Quam Rationem lex determinat, concluſione, definitione, ſententia, lata ſcilicet ab homine juſto & perito juris, qui rem ſuam cuique voluit tributam, qui eſt ſapiens legislator, non privatum bonum ſuum ſecutus, ſed publicum omnium: finis enim hujus ſcientiæ eſt ſalus mortalium civilis, quæ in eo eſt poſita ut ſuo jure & ſua re quilibet potiatur: Hoc eſt ergo juris omnis Breviarium, & dividitur omne jus & omnis juris prudentia ſecundum diverſas rationes debiti, ſeu ſui, aut *ſuitatis* & hæc eſt forma nativa ſcientiæ: Nam alia diviſio in res, actiones & perſonas, eſt materialis & omnibus artibus communis: rationes igitur dominii, ſeu ob quas rem ſuam quivis dicit merito, & aſſerit ſibi debitam, ſunt germaniſſimæ partes juriſprudentiæ, inde eſt juſtum quod eſt ſecundum illas rationes, injuſtum quod eſt contra ejuſmodi rationes, medium rationis & rei inter plus & minus appellant Theologi: juſtum quando quis habet quantum debet, nec plus, nec minus, inde lanx & libra juſtitiæ & æqui-

æquiponderans ἰσόῤῥοπον, Græci vocant, In commutativa justitia attenditur æqualitas rerum inter se sine personarum attentione: in distributiva attenduntur res secundum personas, plus enim Duci debetur spoliorum, quam Gregario militi: at in nominum solutione, tantum reddendum est ab omnibus cuilibet mutuum danti, quantum commodavit, tantum pœnæ & supplicii cuique imponendum, quantum peccavit: in vindicativa justitia tantam debet offenso satisfactionem, quantum offendit, hoc est jus tertii & læsæ partis. Jus ergo in una lance librandum est, & res debita in alia lance, ut fit in monetarum pondere examinando. Jam rationes ob quas dicit aliquis rem esse suam, sunt, *inventio, occupatio*, productio, piscatio, venatio, societas humana, & civilis, publicum privatum, donatio, testamentum, substitutio, fideicommissum, legatum, contractus, stipulatio &c. Ut tamen ordo servetur inter istas rationes SUI, seu debiti & Dominii, ordiendum esset à jure naturali, & pergendum inde ad jus Gentium, tum ad civile & municipale, sacrum, profanum, publicum, privatum: v. g. jure naturali continentur ea quæ omnibus hominibus sunt debita jure societatis humanæ, tum quæ ad Nuptias, & patris ac filiorum officia, alimenta, Testamenta &c. in Gentium jure, de commerciis, bellis &c. in civili de contractibus &c. in jure Canonico, eædem sunt formæ juris. Beneficium enim quis dicit suum electione, postulatione, collatione, nominatione Patroni, & Pastoris institutione, Resignatione, permutatione, triennali pacifica possessione &c. Quia vero in sua causa judex esse debet nemo, propter amorem sui qui cæcus est & jus non videt, exoculatus cupiditate inflammata, ad salutem publicam tuendam & bella cædesque devitandas dum de suo certatur, instituti sunt judices & forum competens, & leges conditæ, ut judices non arbitratu suo, & corruptelis affectum, & munerum, sed secundum leges de suo, seu de jure pronuntiarent; instituti advocati & procuratores & dies fatales, & testes, & tabulæ ut de jure & ratione SUI constaret judicibus, institutæ etiam actiones quibus res repeterentur advocatorum postulatione, vindicationes rei, evictiones, restitutiones spoliatorum, executiones ad exhibendum, Publiciana, institoria negotiorum gestorum &c. Sed ex alto, jam in littus obvertenda prora est, eoque, unde vento inopinato provecti sumus revertendum.

Deinceps igitur existimaverim, juri canonico incumbendum studio præcipuo contra quam fiat, quia corrigit & emendat jus civile, eoque dignius est, quo divinius & nobilius; quam etiam ob rem juris antecessores canonici *protosedent*, ut cum Tertulliano loquar. Hoc vero clavo figendum trabali in animis initiandorum; arcanum omne facultatis hujus, hoc est prudentiæ juris utriusque, in textu canonum & legum positum esse, & in RATIONE quæ anima est omnium jurium, erubescunt enim legum & artis hujus antistites sine lege loqui, & legem sine ratione proferre, aut etiam pronuntiare nisi tota lege perspecta. Porro juris canonici textus constat Decreto Gratiani: Decretalibus Gregorii Noni. Decretalibus Bonifacii octavi, Clementinis Clementis quinti, & Extravagantibus decretalibus communibus & Joannis XXII. Decretum Gratiani in partes tres tribuitur, Prima centum distinctionibus componitur: Secunda causis sex & triginta, & distinctionibus septem de pœnitentia ad causam usque 33. Tertia conflatur & coalescit ex quinque distinctionibus de consecratione hoc est de sacramentis. Centum Primæ dist. citantur in hunc modum, primo canonis vocabulo, vel duobus aut tribus cum plures canones ab eadem voce principium sortiuntur. v. g. C. non decet, dist. 12. hoc est canone qui sic incipit, distinct. duodecima. Causæ vero in secunda parte ita citantur, v. g. 1. q. 1. Can. Gratis, hoc est, causa prima, & ejus causæ quæstione prima: canone cujus initium est illa vox Gratis. In tertia parte citantur per canones & distinctiones ut can. Baptismi. D. 4. de consecratione. Glossæ canonum citantur hac nota Glos. Conglutinatum est autem Gratiani Decretum ex canonibus veterum Conciliorum & SS. Patrum sententiis ante annos quingentos: digessit autem illud author ejus Gratianus in materias & velut communes locos additis disputationibus & quæstionibus Theologorum more. Alia Decreta Yvonis, Isidori, Cresconii citavimus supra in tit. Canonum. Decretales Gregorii IX. constant solis Pontificum responsis, libris quinque, & citantur per capitum voces primas more Canonum & per titulos, ut Cap. subdiaconus, de temporibus Ordinationum, ita citatur liber Sextus Decretalium Bonifacii Octavi addita voce in Sexto. Ita & Clementinæ præmissa nota Clem. ita Extravagantes præposita voce extrav. Institutiones juris Can. Lancellotti authoritatem non habent,

facem tamen præferunt tyronibus. Confert ad hujus juris vim & notitiam Bullarium Pontif. noviſſimum quod eſt ampliſſ. Nomocanon Photii, leges civiles parallelorum more componens cum canonicis. Balſamom & Zonaras in canones, Conciliorum tomi. Abbatis Siculi, Panormitani, Felini, Jo. Andreæ Gloſſæ, repetitiones Juris Can. tomis 5. ubi veteres omnes canoniſtæ habentur. Tuſchi repertorium ſeu definitiones. tractatus Greg. XIII. tomis 23. ſumma Hoſtienſis, Speculator, Durandus, Jo. à Turrecremata Card. Rebuffus in Decretal. & tract. varii, Barboſæ tomi plures, Gambacurta de immunitatibus, Garſias de beneficiis, Lotherius de benefic. Flaminius Æmylius, Caſiſtæ citati in Claſſe Theologorum, Gonzales de beneficiis, Gigas de penſionibus Epone de Jure g. Her. qq. de immunit. Duardus de cenſibus, Pontius de Matrimonio. Lotherius de re beneficiaria, Candidi Diſquiſ. Morales, Index juris Canon. d'Aoys, Marius Alterius de cenſuris, Salgado de regia protectione, ſumma Villalobos. Roſellæ, *Somme Beneficielle Bouchel.* Anaſtaſius Germonius de Sacrorum immunitatibus, Anellus de Sacerdotio. Fragoſi regimen reip. Chriſt. Deciſiones Canonicæ, 4. DD. Mohedani, Bellameræ, Caſſiodori, Capellæ Tholoſanæ, Collectio Privilegiorum Roderici, Pariſius de reſignat. benefic. Moneta de commutationib. ultimarum voluntatum. Barboſæ Collectanea DD. de poteſt. Parochi &c. tract. Decreta Eccl. Gallic. Bouchelli, Maſcardus de probationib. 3. t. Bonacina de Clauſura. Manuale Prælatorum Regularium Mirandæ. Thom. à Jeſu de Statu Monach. differentiæ Ir. Fontaneti, Gutierrez de Matrimonio. Epiſt. Decret. Pontificum, 3. t. Epiſtolæ Nicolai PP. tom. M. Epiſtolæ Innocentii 3. & ejus opera omnia, Sanctiones Joverii, ſumma Reynerii, Tabiennæ, Ant. Genuenſ. de jure Eccleſ. Blennianus de benficiis, Theſaurus Sacerd. Samarini, Theſ. Religioſ. Batholomæi, Homobonus de Statibus, & examine Eccleſiaſtico, ſumma conſtitut. Matthæi, ſumma Nalei, & Aſtenſis, ſumma juris can. Caniſii, dubia Regularia Portelli, examen Fernandez, inſtit. beneficiariæ, Toloſani titulorum expoſitio, Carthagena de Clericatu, de Graſſis Theſ. Chr. Religion. Guerrero, Marchini bellum Divinum, & de Ord. Aſvar. Pelag. Planctus Eccleſ. Bruni de legationibus, Ricciulus de jure perſonarum extra Eccleſiam, Elucidar. Eccl. Officii Dognate de contractibus, Ugolinus de irregularitatib. caſus militares Creſpolti, Lopez de contractibus, &c. canonicæ qq. Gutierrez, Practicabilia Eccleſiaſtica Antonii Genuenſis.

Lucerna inquiſitorum, Bern. Simanca de Cathol. inſtitution. Zerolæ praxis Epiſcopalis, Privilegia ord. Minor. Aſorbo, Sbrozzo de Vicario Epiſcopi, Directorium Viſitatorum Reſtolæ, Abredo de dignit. Epiſcop. Auguſt. de emendat. Gratiani, ſpeculum conjugiorum, Hildoſti de juriſd. in exempt. Akonis Pragmatica Sanctio Gumieri, Concordata Rebuffi.

Practica Criminal. Salſedo, Veſtrii introductio Rom. Aulæ ſumma Conciliorum Caranſæ & Bullarum, & Quarantæ, Villete *des Cerem. Eccleſiaſtiq.* Coriolanus, de caſibus reſervatis, Gudebarus de Vivæ Voc. oraculis, Summa divinorum præceptorum Zaradi.

Catalogus Abbatum MS. Binsfeldus de uſuris & maleficorum confeſſionibus, Dæmonomaſtix, Joſephi Vicecom. Obſerv. Eccleſ. Rævardus, Conſilia Sanchez, Vocabularium, Scot. Theſaurus de pœnis Eccleſ. Soprani Appendix Fillucii, Gordoni Theologia Moralis, Alagona Compendium juris, c. praxis ad Bullas pœnitent. Debolo œconomia canonum, Leonis Romani, opt. Boiſ. in decretales & Guido Papæ. Imola, Covarruvias, Navarrus, Cæcilii concilia, praxis Criminalis regularium ſerti Lucenſis quæſtiones regul. Roderici, Cellotius & Petavius de Hierar. Eccleſiæ & plurimi eorum qui mox citabuntur in jure Civili. Directorium inquiſitionis Eymerici & alii ejuſd. g. Numerus & taxa beneficiorum totius orbis; ſcientia Canonica Giballini, Clauſura.

JURIS autem Civilis Textus conſtat inſtitutionum Juſtiniani libris 4. qui citantur per paragraphos & titulos hoc more §. 1. inſtitut. *de authoritate tutorum*, Digeſtorum ſeu Pandectarum libris 50. conflatis ex veterum juriſc. reliquiis & citantur *ita* ff. vel, ππ. legis prima dictione & tit. l. *hoc edicto* ππ. vel ff. de *dolo malo* hoc eſt lege illa quæ ita incipit, Pandectis ſeu ff. de dolo malo. Si lex ſit amplior, dividitur in paragraphos hac nota §. ut §. idem Pomponius, lege, hoc edicto, digeſtis de dolo malo; vel certe citantur authores ipſi legum, ut hic, Ulpianus lib. 2. ad edictum. Non enim ſolent citare Juriſconſulti per libros & numeros legis, niſi raro admodum, ut cum l. fin. c. fin. hoc eſt lege finali: aut in jure can. capitulo finali, hoc eſt ultimo illius tituli. Tituli porro ſunt omnes ordinati in indice ordine Alphabetico, ſub ini-

initium totius juris. Pandectæ autem dictæ sunt ἀπὸ τοῦ πάντα ἔχειν, quod est, omnia habere, quia jus omne continent. Dividuntur in digestum vetus, infortiatum, & novum: infortiati vox barbara significat adauctum & corroboratum, non autem φορτίον onus, quia scriberetur per ph. non f. digesta vero dicta sunt ab ordine rerum per libros & titulos commode ordinatarum. Pars vero juris potissima, cui studium majus est impendendum propter usum & authoritatem majorem, est Codex Justinianeus libris duodecim coagmentatus, quorum priores novem impenduntur in lites potissimum. Citatur autem Codex per vocem primam legis & titulos more digestorum præposito signo Codicis. C, vel Cod. ut l. *properandum* C, de *ludiciis*. subsequuntur novellæ Imperatorum leges, per libros authenticorum dispositæ quæ citantur per Numeros Novell. 17. de *mandatis* Principum, vel per authenticorum lib. hoc modo, authenticorum collatione tertia, &c. de mandatis principum: sunt autem collationes 9. quæ citantur per titulos & capita novellarum: è novellis 168. tantum sunt authenticæ & authoritatem habent, reliquæ exauthoratæ & antiquatæ sunt. Denique duo sunt feudorum libri qui per capita & titulos citantur, ut feud. lib. 1. cap. 6. §. 2. Brevius sic feud. 1. 6. 2. id est, feudorum lib. 1. cap. 6. §. 2. Ad textus formam accedunt libri 6c. Basilicon Græcol. multis volum. quorum etiam extat compendium uno vol. quibus Basilius Imp. exauthorabat Justiniani Codicem & Pandectas, ut suas leges stabiliret, ut videre est in scholiis Nomocanonis Photiani. Verum neque hi libri habent authoritatem, neque novellæ Isaaci, Leonis & aliorum ad calcem Codicis annexæ: accedunt & leges Gothorum in libb. Hispaniæ illustratæ. Leges Longobardorum, Bojorum, Ripuariorum, Salicæ: jus Orientale Græcorum, Codex omnium legum, leges 12. Tab. Atticæ, Spartanæ, Locrenses, Mosaicæ, quas Pithoeus lineis parallelis aptavit civilibus, constitutiones regni Neapol. statuta Sabaudica, Delphinalia, consuetudines Paris. Burg. Norm. Bojorum, Augustæ prætoriæ, &c. Omnes porro bonæ leges ab æterna lege, fonte justitiæ derivantur, ut ex Augustino docent Theologi, & ex illo principio velut conclusiones deducuntur aliæ certissimæ, aliæ probabiles; bonus autem textuarius, ut ajunt, est opt. Juris. bonus institutista & bonus rubricarius est bonus Jurista, hoc est qui callet ad unguem textum legum & institutiones Justiniani & titulos legum Rubeo olim colore describi solitos, adde paratitla, summas scil. titulorum, næ ille bonus erit Jurisperitus: his ergo insudandum est, hic Rhodus hic saltus, secundum textum, Glossæ ad amussim tenendæ sunt, citantur enim hac nota Gloss. & habent authoritatem ac pondus sive sint Accursii, sive aliorum DD. vetuerat omnes Glossas Justinianus præter unam κατὰ πόδα, ad pedem literæ, ut ajunt: atque utinam obeditum esset, non laboraremus immenso pelago, & inextricabili opinionum labyrintho, ut Petrus ait Blesensis communibus contra communes digladiantibus, incerto litium eventu, & alea judiciorum ambigua, ad quem, legum Tyrones, ut Athenienses ephœbi, ad Minotaurum damnati videntur, nisi Theseus aliquis aut Ariadne porrecto industriæ filo opituletur oberrantibus. Jam vero leges hæ Justinianeæ vim nullam habent nisi quam Principes eis nutu & voluntate sua, tribuunt, ideo edicta legibus contraria panguntur, & plurimi consuetudinibus suis reguntur, non legibus; penes quos leges Augustales authoritatem habent nullam, nisi ornamenti & exempli. Capitularia Caroli Magni, & Caroli Calvi loco legum erant olim in Gallia, priusquam ex adyto Florentino pandectæ promerentur ante años supra 400. nunc in pretio est Codex Henricæus in Gallia, & Regum ordinationes, ut vocant, habetur tamen honor. Pandectis, tanto scilicet ingenio, judicio, doctrinaque concinnatis, & secundum eas Germania, Italia, Hispania, Sabaudia, Delphinatus, Provincia, Tolosa judicat. Secundum textum & Glossas vim habent doctrinæ repetitiones juris can. & civilis (decisiones autem authoritatem judiciariam) hoc est interpretationes continuæ totius textus legum. diximus supra de jure can. In jure civili Bartoli, Baldi, Jasonis, Fabri, Cujacii & aliorum illustriss. DD. accedunt *lecturæ*, hoc est interpretationes separatæ aliquot titulorum, & commentarii non continui. Sic sunt lecturæ Seyselli, Alciati, &c. sub hæc *Tractatus* juris, hoc est amplissimæ disputationes de materia quapiam doctrinæ methodo, hujusmodi sunt tractatus Menochii de præsumption. Fabri de erroribus pragmaticorum, &c. deinceps sunt *consilia*, hoc est, Advocatorum consultationes & resp. in causis propositis: sed hæc licet abundent doctrina in utramque partem: suspectæ tamen sunt fidei, quia patroni suis indul-

dulgent clientibus ſtudio majori victoriæ quam juſtitiæ, & veritatis: hac in claſſe cenſentur conſilia Romani, Decii, Bartoli, Surdi, &c. huc revocantur lites conteſtatæ vulgo, *Palaidoyez*, *D'expilli*, *Marion*, *Puymiſſon*, &c. præſtant tamen uſu & rerum judicatarum authoritate eæ juris partes quas vocant *Deciſiones*, vulgo *Arreſts*. hujuſmodi eſt Fabrianus Codex, Sc. Sabaudiæ complectens Guido Papæ, Delphin. Romanæ Rotæ deciſiones, &c. *Practicæ*, ſubſequuntur omnium utiliſſimæ, & uſu frequentiſſimæ in ordine judiciorum, quales Damouderii, Imberti, &c. ad has pertinet ſtylus curiæ, ſeu modus procedendi in cauſis, & judiciis. *Repertoria* quoque ſuum obtinent locum, hoc eſt, judices concluſionum & ſententiarum juris univerſi ordine percommodo Alphabeti citatis legibus, & Doctoribus, ut merito non communes locos modo, ſed fontes cauſarum, & juſtitiæ Bibliothecas appelles, hujuſmodi eſt repertorium Bertachini, Brixienſis, & Tuſchi. Accenſendæ ſunt Margaritæ & indices juris d'Aoys, &c. Lexicon juris eruditiſſimum Calvini, notæ Gothofredi Marginales.

Tyronibus initiandis deſtinantur Inſtituarii, qui docent inſtitutiones, Iſagogen, & introductionem ad juris univerſi doctrinam, ut Myſingerus, Vveſembec. &c. Rubricarii qui titulorum Rubricas, Summiſtæ qui legum ſummas; Paratitlarii, qui paratitla hoc eſt, brevia titulorum argumenta conficiunt, ut fecit Cujacius, & alii. Neceſſum eſt autem, ut tituli varii & multiplices memoriæ comendentur, ut ſciatur, quo in cubili, quove loco fera latitet, & novacula ad juris nodos diſſolvendos aut proſcindendos. Caput artis eſt Academia florentiſſima ſub Papiniano quopiam, aut Paulo, legum doctrinam excepiſſe. Cujacium, Fabrum, Duarenum, initiatores habuiſſe, plus confert, quam cujuſquam oratione poſſit explicari. Philoſophiæ peritia ad ratiocinandum, & reſpondendum, experientia fori quæ praxis eſt, uſus legum, Bibliothecarum luſtratio, librorum arcanorum delectus, & præ omnibus comes juris divina Sapientia juvat cum auditores legum, tum magiſtros ipſos. Ducatur autem initium à lectione citationum juris & Doctorum, quæ cum fiat per abbreviaturas & notas, ſine Mercurio peragi non poteſt: hanc diſciplinam paucis tradidit Haloander, & nos ſupra fores aperuimus ad adytum juris Doctorum citationes multas implent paginas, & ex eorum nominum notitia pendent: ſecundum hæc traduntur inſtitutiones, & paratitla, quaſi juris totius compendia: tum libri codicis aut digeſtorum poſt communis juris principia, & hiſtoriam, quæ continetur elegantiſſimis Juſtiniani præfationibus, tomo etiam 1. tract. Greg. XIII.

Olim, ordine conſtituto, materiæ juris tradebantur in Academia Berytenſi & aliis toto quinquennio, ita ut auditores primo anno Juſtinianei de nomine Imperatoris appellarentur, Dupondii primitus dicebantur, velut duorum obolorum. 1. anno rudiment. ſecundo *Edictales* ab edictis; tertio Papinianei à libris Papiniani; quarto Lytæ quaſi jam ſoluti legibus ſtudiorum; quinto paralytæ pluſquam ſoluti & quodammodo ſocii magiſtrorum & Doctorum. Conſtat hoc ipſum ex prooemio digeſtorum de methodo juris docendi ad anteceſſores: tunc omnes juris libros & titulos perdiſcebant ad numerum; nunc ſine ordine illo Juſtinianeo alea Tyrocinii ponitur, & pauciſſimi tituli explicantur, quia moram non ferunt, nec labores ſtudiorum tyrunculi, utinam ſaltem exularet ab Academicis auditoribus morum corruptela; non enim deſunt anteceſſores eruditi: nunc enim plurimi ad leges perdiſcendas miſſi, eo fine leges audire videntur, ut ſint exleges, adeo enim effractis pudoris & verecundiæ repagulis, & Chriſtianæ modeſtiæ frænis excuſſis effrænes ad peccandum impunitate ſibi ſumpta feruntur, ut vitiorum omnium voluptatumque emiſſarii videantur. Eam ob rem domi erudiri eos ſub oculis parentis atque cenſoris tutius eſt, ac deinceps ad Academias, ſubeundi gratia examinis laureæque Doctoratus promerendæ gratia dimitti, quod videmus à ſapientiſſimis factitatum. Quo in agone lex à Doctoribus propoſita poſt prælatiunculam ex Caji præſcripto, ſummatur primum, tum dividitur in partes & capita, & explicatur deinceps caſus legis, ſeu exemplum proponitur, & deciditur: ampliatur lex, ad alia extenditur, reſtringitur, & limitatur ad certas lineas, & terminos. Leges ſimiles & affines tum ex civili, tum ex jure canonico proferuntur ad lucem & ornatum; Doctorum effatis, & ſententiis confirmatur, ſoluuntur antinomiæ legum contrariarum, res etiam judicatæ poſſent afferri, ſicut in Pandectis ſuis præſtitit Ayrodius, ad extremum reſpondetur Argumentis Doctorum, & aguntur gratiæ.

Confert autem plurimum ad legum majeſtatem, humaniorum literarum peritia, ut docent

cent Cujacii observationes. Annotavit Petitus, ad legem Rhodiam de jactu erratum irrepsisse, in Italia pro in Talia insula Cycladum: neque enim diripi potuissent à Cycladensibus qui in Italia naufragium fecissent, & movet risum omnibus glossa quæ Cyclades Græciæ insulas in Italia collocat: In codice Theodosiano, ut annotavit Sirmondus legebatur judicem debere pronuntiare de periculis, pro pariculis, id est, scripto & paribus exemplaribus, quæ observatio liberavit eruditos magna difficultate. Et nos in lege *laudabile*, de Advocatis diversorum judicum animadvertimus retinendum esse, *Solatium puncti*, id est, salarium & præmium suffragii obtenti de præstantia præ aliis, quo suffragio qui judicabatur à Senatoribus primates advocatorum, fiebant ab imperatore advocati fisci, & Kalendis Januariis solatium illud seu salarium percipiebant. Qui mos servabatur olim in senatu Parisiensi ante Pauletam Nummariam, & servatur adhuc in senatu Dolano, sufficitur enim in locum demortui senatoris unus de tribus qui punctum seu suffragium habet curiæ inter Primates advocatorum: servatur adhuc mos suffragii in senatu Sabaudico, sed præmium suffragii non percipitur, accedat enim oportet & qui dat censûs honores comes doctrinæ: indicat hoc ipsum lex *Jubemus pro tempore Primatem*, Male autem Savaro in notis ad Epist. Sidonii Apollin. aptavit advocatis fisci, quod solis oratoribus & Poëtis tribuebatur salarium, qui Kalendis Januariis eloquentiæ punctum omne & suffragium tulerant, in Consulis aut Imperatoris eo die prodeuntis Panegyricis, Meminisse autem oportet eorum quæ diximus libri primi principio, de Methodo conflandorum locorum communium jurisprudentiæ, quæ non repetimus, ut nauseam & fastidium velut averruncos genios ablegemus. Interest autem plurimum authorum multitudinem nosse, eorumque Nomenclatorem in promptu habere, præsertim in Italia, ubi pars major vincit & qui pro se plures Doctores allegat, causam obtinet & reportat victoriam & victoriæ præmium.

Præter textus legum & fontes juris allatos supra, magni fieri solet Harmenopuli Enchiridion Græcol. item ejusdem promptuarium & epitome legum Basilii & Leonis atque Alexii in Bibliotheca Heidelbergensi. Item promptuarium juris canonici ibid. & excerpta ex legibus ad sacrorum dogmatum fidem: quo exemplo Ryntelen & Fichlerus jurisprudentiam Theologicam ediderunt ad confutandos Lutheranos & Calvinistas heroico plane & divino opere: magnifiunt tractatus Gregorii XIII. tomis tribus & viginti distenti in quibus præstantissimæ materiæ à laudatissimis jurisperitis pertractantur, quorum indicem mox dabimus, laudatur etiam ille liber bene magnus qui singularia Doctorum inscribitur, capit enim plurimos magni nominis Doctores, Tuschus mole sua & definitionibus infinitis admirandus, promptuarium juris raritate & utilitate commendatur, aptavit enim legibus scripturam aut potius leges scripturæ divinæ in commodum concionatorum, Azonis suma magni est pretii, Fabrum, Cujacium, Bartolum, Baldum, Jasonem, Panormitanum, Felinum, & alios supra laudavimus, constit. Carolinæ Vigelii V. Theologi & Casistæ de legibus, de justitia & jure, de beneficiis & censuris, Molina, Suarez, Lessius, Sanchez.

Repetitiones juris Canonici quinque volumin. instar Thesauri sunt: Octo volumina repetitionum in jus civile edita Lugd. aurifodinas juris civilis nobis exhibent, Aurelius David in Pandectas, Costalius, Corasius, Cynus, Dynus, Cagnolus, Fabri rationalia, Monarcius, Donellus enucleatus, Alciatus, Hotman. Udalricus Zazius purgatus, Mathesilanus, Anton. Clarius ad leges 12. tab. Benedictus in *cap. Raynutius*. Ant. Cuchus, A Butrio, Gribaldus, Oldendorpius, Lecturæ Seysselli, Purpurati, Odofredi, Diaz de regulis juris, Bulgarus, Faber, Vivienus, Mayerius, Vigelius in Canones, & in Pandectas, omnia ad Syllogisticem Logicam & conclusiones revocans, Bibliotheca juris Gall. Charondæ, Pandectæ item Boucheti, lecturæ I. à Ripa, Alexandri, Salicet, Imolæ, Zabarellæ, Jo. de Anagnia, Connanus in jus Civile, Chopinus in consuetudines Galliæ, de variis Privilegiis Scholast. Rusticorum &c. Chassaneus in consuetudines Burg. & Catalog. Gloriæ Mundi, in consuetudines Britanniæ Argentré, in consuetudines Parisiensis Molineus purgandus, disp. de Cherri, Decisiones, Bellameræ, Cassiodori, Capellæ Tolos. Taurin. Matthæi de Afflictis, Capitii, Grammatici, Boerii, Surdi, Thesauri, Guidonis Papæ, Rotæ Romanæ, Vincentii de Franchis, Martæ, Farinacii, Meynardi, Marci, Putei, Ayrod. Pandectæ rerum judicatarum, A. Graphiis, Codex Fabrianus præstantissimus, Cedro dignus, Arresta Paponi op. *Arrest de Loüet*, *Chenu*, *Bouvot*, *Filleau 2. tom. Arrest de Monthelon*, *de Tornet*, Ro-

bertus

bertus rerum judicatarum, Marcus Mantua, Duarenus, Collect. Riccii, Maynard. Fontanon. Tractatus juris Greg. XIII.tomis 23. rarum opus; decem alia Volumina Tractatuum opt. Lugduni edita variorum, Syntagma communium opinionum 3. voluminib. Menochius de præsumptionibus, de Arbitrariis judicum, de retinenda Possessione, Mascardus de Probationibus, Duarenus de sacris Ecclesiȩ Ministeriis, & officiis, Ruzæus de jure Regaliorum A. S. Geminiano, de Bannitis, Stracca de Mercatorib. Robertus de utroque gladio. Negustutinus de Pignoribus, & alii plures eodem vol. Bossii tractatus varii, Craveta de Antiquitate temporis, Paleotus de nothis, & spuriis, Ricciaillius de jure personarum extra gremium Ecclesiæ. Nicol. Genüa de scriptura privata, Paschalius de juribus patriæ potest. & Ayrodius, tractatus cautelarum Cæpolæ, *Notaires de Papon*, 3. vol. & Berguere, Tractatus de Dote variorum, Afinius de executionibus, de lodemiis variorum, Fontanellus de pactisdotalib. Fusavius de substitutione, PetriGreg. Syntagma, & partit. I.Can. Mantica de tacitis ambiguis & conventionib. & conjecturis, ult. voluntatum. Galganetus de jure publico, collatio Juris Gal. A. Pinelli de Rescindenda vend. & bonis matern. tractatus variorum de Tutelis, & Curatelis, Cancerius, var. resolutionum, & Covarruvias, Promptuarium juris Montholini. A S. Geminiano de appellationib. Ubald de Soc. de honore funerum Mareschal. Tr. de Cambiis, Gratus de dictionibus, *Ragueau des droicts Seigneuriaux*, le Bret de Regum summo imperio, Bosquet jura coronæ, Francicæ, Chopin, de Domino Regio, de legibus, & cons. finium regundorum Brixiani, Rigaltii, Vaure status Christianus, Georg. Mandii de diffamationibus, de Expensis, & melioramentis; Jo. Garsiæ, Jo. de Selva, de Beneficiis, Peckius, de jure sistendi, Berlichii de jure Novercarum, Gigas de pensionibus. Brussellus de conditionibus, Marsilius de Reditibus Eccl. Peckius de testamentis conjugum, Vasquerius, de successionibus 2. vol. Massa de successione legati. tract. de Restitutionib. in integrum decem Authorum: de Tutela Regia, Valescus, de emphyteutico jure, Lazarus de Monitoriis, & Censuris, Ant. Fabri opera omnia, Act. forenses Pelei. Fachineus digestorum novissim. scientiæ, Martæ, Fusarius de Substitutionibus, emptione, & consilia recent. Fontanella de Pactis nuptialibus, Gomesius ad leges Tauri Arismini, Tepati sententiæ, Steph. Duranti qq. Juris Budæi Forensia, Caranza, de partu naturali, & legitimo, Cancerii Resolutiones, Trigliorius de substitutionibus, Scattia de Cambiis, Paschalis Consentini, de viribus patriæ potest. *Observations du droict, Bernard, Droits de Patronage, Corbin, & loix de France, Edits concernant la Cour des Aides, Questions de Coquille, Ordonnance des Rois de France depuis S. Louys.* Moneta de conservatoribus, Rodericus Gallæcus de Annuis, & menstruis reditibus, Tractatus de Actionibus, duodecim Doctorum, Resolutiones de Ripol. & varii Tractatus, *Bibliotheque Tolosaine, ou Arrests de Maynard*, &c. Hippolytus Riminaldus, Corasius, Novellæ Justin. Græcæ, & Latinæ, Contalii Adversaria, Brissonii de verborum signific. Methodus Juris Vigelii, Mudæus pro Socio, Syntagma opinionum comm. speculum communium opinion. contra comunes, Cævallos, Ziletti Tractatus Criminal. *Jurisprudence de l'Ommeau*, Vvesembekius, in Pandectas, Codicem, & Institutiones, Postius de manutenendo, Botellus de Magistrat. & Edict. Coteræus, de jure militum, *Theveneau Ordonnances*, *Bouquet du Domaine*, Mornacii opera, Fontanoni Arresta, Rob. Cerealis, de ponderibus, & mensuris, Rod. Sucri Allegation, & consilia, Laurentius de Judice suspecto, Argelus de acquir. possessione, Surdus de Alimentis, Ubald de Societate, Sebast. Medicis de fortuitis casibus, Peregrinus, de Fideicommissis, Salteur. Opusc. & *D'oucieu, des mains mortes*, *l'Oyseau des offices*, Barbosa de præscript. & Episc. praxi, Mancinis, de ratione status, Bened. XII. Majolus, de Irregular. Tiraquellus, de Jure primogeniorum, de Nobil. & legibus connubialibus, de majoratibus DD. Hispani, de duello, & aliis plur. Alcitatus, Gutierres, de Tutela Regia, Lopez de contractibus, Mirandæ Manuale.

Consilia Fulgosii, Cumani, Barbatiæ, Bolognini, Curtii, Surdi, Romani, Decii, Alb. à Rosate, Rolandi à Valle, Navarri, Beroï, Bursati, Ferreti, Elberti, Leonini, Hug. diffuti, Everardi, Grammatici, Hippolyti Riminaldi, Jo. Mariæ, Dupinu, Pasceti, Sylvani, Zazii, Socini, Grati, Angeli de Perusio, Panciroli, Rivini, Cornæi, Nattæ, Cravetæ, Croti, Castrii, Ancharani, Maschianesii, Hotomanni, Mandelli, Parisii, Portii, Molinchi, Plauti, Philippi, Gabrielii, Pigneroli, Holdradi, Bertrandi, Mysingeri, Vesembechii, Menochii, Alciati, Farinacii, Baldi, Belloni, Angeli, Gambelloribus, Dubret, Cacherani,

A Ri-

A Ripa, Belloni, Chaſſanei, Zunti, Garſiæ crimin. *Practicæ*, Imberti, Bruni, Bojeri, Maſueri, Gallicæ. Ars Notariatus Colon. Paponi, Berguerii, Aurea Berberii, Diaz. Ballandier, de Ferrariis, Criminalis, Damouhderii, Lopes, Serti Regularium, directorium Eymerici, Theorica Mandoſii, & Tannini, V. Farinacius pro criminalibus.

Repertoria Bertachini plur. volum. Petr. Brixienſis, Tuſchi Cardinalis, D'Aoys, juris civilis, & Juris canon. 2. tom. Vigelii Penus, Juris civilis, Brederodi, Emporium Juris cicilis, &c. Reyger Theſaurus Juris civilis, ſententiæ Juris, loci communes Juris, Margaritæ decreti, & decretalium. Syntagma P. Gregorii.

Dictionarium juridicum Alberici, Pratæi, Spigelii Alphabetum juris, Lexicon juris Briſſonii, Calvini opt. Pandectæ Budæi, tomi tres indicis, tractatuum juris 24. volumin. 24. tom. flores legum.

Inſtitutarii, Angelus, Ferrarius, Faber. Skeneidevinus, Borcolten. Caciuncula, Veſembekius, Myſingerus, Hoperus, Haloander, qui & docet legere in jure, Contius, Marcilius, Cuchius, Nicaſius, Nomius, Portius, Theophilus, Fabrotius, Fregius, Melch. Kling. Franciottus, Junerius. Harpreoten.

Paratitlarii & Rubricarii, Cujacius, Vigelius, Maran. Veſembekius, Goveanus.

Compendia juris, Pacii, Lagii, Antinomiæ Pacii, Belloni partitiones juris, Hotmanni, Hofferii, de Brochardis juris, Alciatus.

Ratio docendi juris, Droſſæi, Loriot. Vigelii, Coraſii, Donnelli, Hofferi, Hotmanni, ratio legendi, Haloandri, Veſembekii.

Actiones Forenſes, d'Expilli, Marioni, Puymiſſoni, Lebret, Servini, Varenni, Roberti, Dvvair Senatuſconſulta, Peleus, diſceptationes Forenſes Gratiani.

INDEX

Tractatuum Juris, Gregorii XIII.

TOMUS PRIMUS.

TOMUS II.

De Statutis, Conſuetudinibus, & Privilegiis.

TOMUS III.

PARS I.

De

De ordine iudiciorum, Odofredus, Guido de Susaria, Jacobus Gentilis, Tancretus.
De officio iudicis, Cautiuncula.
Speculum iudicum, Ravaudus.
Qui dicantur dies sessionum. Revardus.
De iudiciis, Placentinus, Soccinus, Massa.
De Matthæis.
De officio iudicis in causis capitalib. Trach.
De compromissis inter coniunctos, & de exceptionib. Blancus, de Butrigariis.
De arbitris Lanfrancus de Oriano, Bapt. Perusinus, à sancto Blasio, Petrus Jac. à monte Pessulano.
De laude meri juris, Gazzonus.
De consiliis habendis, Bartolus.
De consilio sapientis adhibendo, Scala.
De recusationibus, Aufrerius, Lanfrancus de Oriano.
De officio advocati, Politius.
De tabellionib. de Perusio.
De substantialib. procuratorii, de Grassis.
De alienatione, Pulveus.
De remissionib. litigatorum, Severolus.
De actib. judicialib. Guterius.
De foro conscientiæ, & contentioso, de Zanetinis.

PARS II.

De summo bono, Rogerius.
De jurisdictione & imperio, Muscornus.
De rescriptis, Guido Papæ, de Grassis.
De præceptis judicum, de Arena.
De actionum varietate, Placentinus.
De actione & ejus natura, de S. Blasio.
De in jus vocando, Schench.
De citationib. ab Ariadno.
De Monitoriis, Mandosii.
De compulsoriis litteris, Guido Papæ.
De cessione juris, Joannes de Grassis.
De cessione actionum, de Arena.
De petitione, Lanfrancus ab Ariadno.
De exceptionibus, Martinus de Favo. Lāfrancus ab Ariadno, Inocentius quartus. De Monte Albano.
De libellis formandis Odofredus, Germanus Barensis.
De dilationib. Lanfrancus ab Ariadno.
Defensorium juris, Jo. Monachus.
De exceptionibus dilatoriis, & declinatoriis judicii, Bagarotus.
De jurejurando propter calumniam. Cartius.
De satisdationib. Schenc.
De judiciali missione in possessionem. Vincentius.
De 1, & 2. decreto, Odofredus, de Belviso, & Guido de Suza. Guido Papæ.
De excussionibus pignorum, Bartolus de Saxo Ferrato.
De excussionib. bonorum, de Arena.
De discussionib. de plumbino.
De sequestris, de Perusio, Curtius.
De sequestrationibus, de Arena.
De debitore suspecto, & fugitivo, Caccialupus.
De iure sistendi, Pechius.
De cessione bonorum, Brunus.
De debitore inope, Beatius.
De remediis possessoriis, Rogerius.
De adipiscendis possess. Personalis.
De mentiente circa possessionem, Cuchus.
De interdicto *uti possidetis*, de Boccatiis.
Fallentiæ ad regulam *spoliatus*, &c. Corsetus.
Petitorii disputatio, Francus.
De finib. regundis, de Monte.
De iureiurando in litem, de Phanutiis.
De expensis in iudicio factis, de Arena, Lanfrancus ab Ariadno, Schenk.

TOMUS IV.

De Probationibus.

De positionibus, Odofredi, de Arena, de Bobio, Curtii.
De negativa probanda, Martini de Fano, Fr. Herculani.
De probationibus Federici Skenk.
De instrumentorum fide & productione, Lanfranchini ab Adriano.
De probationibus & confessionibus, eiusdem.
De reassumptione instrumentorum, Paridis de puteo.
De notorio. Ant. de Butrio.
De testibus, Nepotis à Monte Albano, Butrigarii, Bartoli, Baldi, Schench. Nelli, Campegii, Curtii, Barbarii, Aufrerii, Tindari, Croti, Alberici de maletis, Lanfr. de Oriano, Mariani, Socini senioris.
De reprobatione testium, Bartoli, Bagaroti, Jacobi Ægidii, Angeli de Perusio.
De testium examinatione. Nic. Lescut. Repertorium testium Jo. Mariæ Monticello; de præsumptionibus, Aciati, Guid. Papæ.
De iureiurando Joan. de Selua Corseti, Baueriæ.
De nullitatibus processuum ac sententiarum, Sebastiani Vantio.

TOMUS V.

De sententiis, & re judicata, Feder. Schench.
De sent. defin. & interlocutoria, Fr. de Aceptantibus.

De

TOMUS VI.

De Contractibus licitis.

PARS I.

PARS II.

TOMUS VII.

De contractibus illicitis, & aliis illicitis.

TOMUS VII.

De ultimis voluntatibus.

PARS I.

De substitutionibus, Baldi de Ubaldis, Bartoli de Hucio, Ant. Fumei, Lanceloti Polyti, Udalrici Zasii, Paul. Leonii.
De successionibus ab intestato, Dini Magellani, Cini Pist. Matth. Matthesilani, Nicol. de Ubaldis, Passagerii, Ant. de Rosellis, Oliverii Textoris, Covarruvias.
De success. ab intestato clericorum Regul. & Sæcul. N. de Ubaldis.
De hæredibus ab intestato, Maturini, Epitome success. de Rojas.
De jure Accrescendi, Joan. Duareni. De quartarum materia, Bartoli de Hucio.
De Trebellianica Ant. Corseti.
De legitima filiorum, Marci Mantuæ. De Alimentis cujuscumque generis, Jo. B. Pontani. De collationibus, Vitalis Nemausensis, & Joan. Saportæ.

PARS II.

De jure liberorum, Marci Vertrani, de filiis non legitime natis, Ben. de Barzis, de naturalibus liberis, & eorum success. Lud. à Sardis, de nothis spuriisque filiis, Gabr. Paleotti.
De legitimatione, Anton. de Rosellis, Martini Laudensis.
De patria potestate, Ascan. Clementii, Sebast. Monticuli.
De suitate, Ang. de Periglis, Jo. Pyrrh. J, Raynaudi, & extraneitate.
De inventario, Ang. de Perusio, Rol. à Valle, Seb. Monticuli, Phanucii de Phanuciis, Guid. Papæ, Baldus de Perusio.
De tutore & curatore, Ant. Piaggii, Borgnini Cavalcanti. Pupillorum patrocinium d'Hamouderii. De tutorum ratione, modo, forma justif. mercede, periculis, liberatione, gratiis, ejusdem.
De Pupilli, libertatis, & liberationis favoribus, M. Mantuæ. De Essentia infantis, proximi infanti, & pubertati, Faræ Sardi.
De curatore bonis dando, Odofredi.

TOMUS IX.

De Matrimonio & Dote.

De sponsalibus & matrimoniis, Jo. Andreæ, Jo. Brunelli, Ant. Guberti, Alex. Carrerii, A Capistrano.
De legitimis nuptiis, Jo. Boschei. De ritu nuptiarum, & jure connubiorum Brissonii.
De nubere vol. doctrina, Bern. Aquilani.
De matrim. hæret. dirim. à Pontif. Thom. Campegii.
De pœnis & remediis, secundo nubentium, Jo. Garonis, Fajani.
De Bigamia, Jo. Montagne, de consang. & affinitate, St. Costæ.
De arbore consang. & affinit. Jo. Andreæ, Prosdocimi de comitib. Jo. Cynthol. Hier. Mangiaræ, de affinitat. Greg. Rhamnusii.
De dotibus, earum juribus, Privilegiis, Baldi de Bartholinis.
De dote, lucro, juribus, privilegiis, dotario, dotis restit. fundo dot. Campegii, Rogerii, Rol. à Valle, Guberti, Paleotti, Phanucii, Butrigarii, Bapt. de S. Blasio, Bernardini Pandi, Pandulphi Pratei.
De donatione mutua inter virum & uxorem, Anglebermei.

TOMUS X.

De Feudis: P. 1. & 2. Mart. de Silimanis, Baldi, Caccialupi, Laur. Silvarii, Guerini Pisonis, Th. de Marinis, Guill. Hannetonii, Jacobini de S. Georgio: Jac. de Ardizone, Jo. Blanchi, Petr. Rebuffi, Udalrici Zazii, Melchior Palaes, Petr. de Bella-pertica, Petri Ravennatis, Jo. Andreæ, Curtii junioris, Jo. Ferrarii Montani, Fr. Sonsbekii.
De fœminis ad feuda recipiendis vel non, Hiero. Garzonii.
De Homagiis, Jacob. de S. Georgio.
Quæstiones Laudemiales, Amedei Aponte.
Quis sit Judex in causa Feudali, ejusdem.
Lucerna Laudemiorum, F. Solonæ.
De Primogenitura. Mart. Laudensis, Jo. Lecirier, Jac. à Saa.

TOMUS XI.

De Judiciis Criminalibus.

De accusationibus publicorum judiciorum, Placentini.
De accusationibus & inquisitionibus Boniconti.
De Criminibus in genere, Barth. Tægii.
De Crimine Læsæ Majestatis, Mart. Laudensis, incerti, A. Hier. Gigantis. de seditiosis, Nic. Boërii, Conr. Brunii.
De publicis concubinariis, Bermondi Choveronii.
De quæstionibus, Antonii de Canario.
De Carceribus, Baldi de Perusio. de potestate procuratoris & defensoris in causis crim. Rubei, de defensionibus, Jac. Novelli.
De securitate ac salvoconducto, Greg. de Magalottis. de fuga, Joh. Thierii.
De Tormentis, indiciis, & tortura, Guid. de Sura Bruni, A. de Rosellis.

De

De mutationibus Ecclesiarum, Status & personarum. Petri de Perusio.

De visitationibus, Jo. Fr. de Paninis, de Spoliis Ecclesiast. Redoani.

De Spolio, J. B. Pontani, de censuris Ecclesiast. Jo. de Lignano.

De interdicto Ecclesiast. Calderini, Pulvei, Jo. de Lignano, tabula remissoria ejusdem, Antonini de Excommunicatione, Fr. de Platis, Nic. Pulvei, Antonini, Jac. de Belviso, A Capistrano.

De Canone pœnitentiali, ejusdem.

De irregularitate, Nic. Pulvei, Antonini.

TOMUS XV.

De beneficiis, permutat. incompatib. Jo. de Selua, Duareni, Io. de Lignano, Alf. Hojedæ, Petri de Ubaldis, Feder. de Senis, Æg. Bellamera, Gommari, de mandatis Apostol. Leobini Dallerii.

De unionibus, Caccialupi, de unione Eccles. & Revoc. P. de Perusio.

De Benef. reservationibus, Gasp. de Perusio, de reservatis Papæ & legatis, Æneæ de Falco, de Gratiis expectativis, Io. Stafilei, Lud. Gomesii, de pensione Ecclesiastica, Pauli de Roma.

De pensionibus, Caccialupi, Hier. Gigantis, Taxæ Cancellariæ Op.

Directorium electionum, P. de Baisyo, de electione novorum Prælatorum, Guilliel. de Mandagoto.

PARS II.

De Simonia mentali, Redoani, de Simonia, Caraffæ.

De Decimis, Tyndari, Rebuffi, Andreæ Hispani.

De caritativo subsidio, Bart. Bellenceni, Remigii de Gonny.

De Canonica portione, & de quarta, Lupi de Castellione.

De Canonica, Episcopali, & Parochiali, Petri de Ubaldis.

De beneficiorum congrua portione, Rebuffi.

De beneficiis, acquis. amissione, Chr. Roffinatii, Corasii.

De nominationibus, Rebuffi. de Ecclesiast. reditibus, Marci Ant. Marsilii Columnæ, Fr. Sarmenti.

De rebus Ecclesiæ non alienandis, Redoani.

Papa an possit incurrere labem Simoniæ, Campegii.

De beneficiorum pluralitate, pens. reservat. fruct. regressu, ejusdem.

De Pensionibus Episcopalib. Camilii Cautii.

De beneficiorum servationibus, Campegii.

De benefic. commendis, unionibus, Annatis, resid. ep. Coadiut. ejusd.

De pacificis possessoribus, Rebuffi, de horis Can. Io. de Lignano, Alberti de Ferrariis, Nic. Plovii.

De donatione Constantini, Hier. Albani, vid. Eugubinum.

TOMUS XVI.

De dignitate & potestate sæculari.

De dignitate, Laudensis, de nobilitate, Bonni de Curtili.

De Rom. imperio & jurisd. Fr. Zoanneti de imperatore Castaldi.

De Aristocratia Christ. civitatis, Io. Quintini de Regim. mundi Amich. Ulcurrunni, de potestate regia Ant. Corseti.

De majestate principis, Jo. Redin. de juribus & privilegiis regni Francorum, Io. Feraldi, de successione regum, Guil. de Montferrat, Schedula Magistratuum Civilium, de Magistrat. Rom. Io. Pyrrhi.

De principibus, Mart. de Carasiis, de consiliariis principium.

De legatis principum, ejusdem, de nobilit. Hisp. Io. de Arze.

De authorit. præemin. Concilii magni & parlamentorum, Io. Montagne.

De Parlamentis, ejusdem, de Castellanis & castris & official. dominorum M. Laudensis.

De Custodia Clavium portarum civit. Boërii.

De potestate sæcularium super Ecclesiis, Auferrii, Bern. Laurentii.

De confœderat. Pace, convent. principum: Laudensis, Io. Lupi.

De imperat. militum deligendo, Cæpollæ, de bello & bellat. Lupi.

De bello & ejus justitia, M. Laudensis, Fr. Arias, Petrini Bellini, Io. de Lignano, Paridis de puteo, de re militari, iidem.

De jure & privilegiis militum. cl. Cotereo, Marci mantuæ.

De milite, Mart. Laudensis.

TOMUS XVII.

De variis juribus & acquisitionibus.

De jure Prothomiseos, Matth. de Afflictis, Baldi de Ubald. Iac. Novelli, de præscriptionibus, Rogerii Dyni de Mugillo Fr. Balbi, de Antiquitatibus Temporum, Aymonis Cravetæ.

De Statutaria Urbis præscriptione, Io. B. Bonii.

De

De Moratoria præscriptione, Marci Ant. Cucchi.
Annales censûs. Quintiliani Mandosii.
De rei furtivæ prohibita usucapione, Adriani Pulizæ.
De protestationibus, Mart. de Ve. Ioan. de Augusellis, Constantii Rogerii, de curatore bonis dando, Odofredi, quæ res fructus appellatione continentur, Io. Copi, de fructibus futuris, pendent. perceptis, qui percipi pot. aridis, liquidis, veteribus, novis, gravioribus de fructibus, & dotis Fr. ejusdē.
De expensis & meliorationibus, Io. Garsia, de augmento rebusque additis, Alb. Bruni, de diminut. deteriorat. interitu, peremptione, refectione, mutatione, transformatione, de permanentibus, seu perseverantibus in eodem statu, ejusdem.
De venatione, piscatione, aucupio, Sebast. Medicis.

TOMUS XVIII.

De variis verbis juris.

De privilegio, Mart. Laudensis, de privilegiis Doctorum, Petri Lenauderii, Miles an Doctor præferend. chr. Lanfranchini Signoroli, de Homodeis, de Equestri dignitate, P. Calesati.
De privilegiis scholarium, Rebuffi, Horatii Lucii.
De privilegiis rusticorum, Renati Chopini.
De privilegiis creditorum, Petri Verani.
De Paupertate & ejus privilegiis, Cornelii Benincasii.
De peste & ejus privilegiis, Hier. Prævidelli.
De authoritate Glossæ, Ant. Corseti, de Glossis contr. Dyni, de concordantia Glossarum, Ant. Nicelli.
De electione opinionum, Matth. Matthesilani.
De communi opinione Ant. Mariæ Coratio.
De extensionibus, Petr. And. Gammari, de correlativis, Bapt. de S. Blasio, de verbis geminatis, Corseti, de minimis, ejusdem, de gerundiis, Ciaffi.
De præpositionibus, Alberti de Pergamo.
De conjunctionibus, Ant. Fumei, de definitionibus, Seb. Medicis, de rebus dubiis & quæstionibus controv. Nic. Valla.
De rebus seu dispositionibus dubiis, Alber. Bruni.
De clausulis, Vitalis, de Cambanis, Celsi Ugonis.
De Brocardis, D. Damasi, V. Alciatum.
In his tomis 18. partes sunt 25. adjecti sunt 3. tomi indicis locupletissimi, qui est instar repertorii juris; omnia duce & auspice Gregorio 13. Pontifice Maximo, sed jam antea præcesserant tomi 8. tractatuum juris.
Singularia Doctorum.
Lud. Romani, Matth. Matthesilani, Henrici de Boverio, Guid. Papæ, Fr. Cremensis, Gerardi de Petra Santa, Antonii Corseti, Hippolyti de Marsiliis, Guil. de Ludo, Marci de Mantua, Amanelli de Clarag. Io. de Arnono, Trigona, Bartoli, Dini Raynerii, Petri de Ravenna, Innocentii, Alberti, Ant. Colombeti, Andr. de Ysserna, Guill. Mar. Boni.

INDEX

Omnium Authorum, qui in lib. repetitionum Juris Canonici continentur.

Ioan. Gutherius,
Ioan. Quintinus,
Lanfrancus de Oriano,
Laur. Belus,
Laur. de Rodulphis,
Lud. Gomesius,
Marc. Ant. Marscotus de Calvis,
Marian. Socinus,
Matth. Neuritius,
Mich. Calidonius,
Nic. de Tudeschis,
Paul. de Elcazariis,
Petr. Andr. Gammarus,
Petr. Ancharanus,
Petr. de Crassis,
Petr. Paul. Parisius,
Petr. Rebufus,
Petr. de Ubaldis,
Philip. Francus de Perusio,
Quintil. Mandosius,
Rochus Cursius,
Sebast. Medices,
Steph. Aufrerius,
Steph. Costa,
Steph. de Gaeta,
Thom. Cananus,
Vinc. Carotius.

Hi in diversa Capita juris Canonici scripsere.

CAPUT V. AULA V.

Medicinæ.

MEdicina, parens & servatrix humani generis, ut ait Cassiodorus (hæc oratorie dicuntur, salva semper fide & religione Romanæ Ecclesiæ) quæ abjectum à natura, oppressum ab hostibus morbis, depositum à sociis hominem, sublevandum ope sua, & à doloribus ac periculis mortis recreandum suscipit, quæ medicos quodammodo ἰσοθέυς, ut canit Hippocrates, divinandi peritia & admiratione mortalium efficit, & servatos opera Dioscurorum suorum deorum nominibus indigitat, ut Dea quæpiam filios ab se novo valetudinis restitutæ partu editos, ut Suidas observavit, in Academia celeberrima, ut olim Alexandriæ, & nostra ætate Parisiis, Monspelii & aliis Gall. Hisp. Ital. Germ. universitatibus, & ab experientissimis magistris, purpuratis DD. tradi solet iis qui Philosophiæ stadium cum laude decurrerunt. Ibi enim medicus incipit, ubi desinit *Physicus*, magno illo Hippocratis jurejurando & Sacramento sanctiss. adactis in fronte operum Hippocr. Tres porro medicorum sectæ numerantur, licet omnes scopum eundem spectent, valetudinem curandam, sanitatem restituendam, morbos abolendos. Sunt enim *Empirici* qui sola experientia nituntur medicamentorum, loca, tempora, temperamenta, ætates non attendendo, atque hi sunt omnium periculosissimi: alium enim in biliosis, alium in pituitosis, alium in sene, viro, puero effectum & eventum medicamenta eadem sortiri solent: aliud præstabit venæ sectio in putrida febre, alium in pleuretica, aliud integris viribus, aliud prostratis. Alii sunt *Empyrici*, ab igne nuncupati & à Chymicis remediis, qui essentias rerum ut vocant, spiritum, salem, sulphur, oleum, Mercurium & Antimonium præparatum porrigunt & propinant mortalibus, magno sane periculo, nisi rationalium more temperent illa stillatitia arcana pro ægrotantium modulo, & alia rerum opportunitate. *Methodici* dicuntur illi, qui simplicium medicaminum vires & morborum naturam expendunt quidem, sed ad alia multa non adjiciunt animum, & hi ad eundem scopulum allidunt corpora ægrotantium, mutatur enim successus, pro temporum locorum, virium, ætatum, temperamentorum & sexuum varietate. *Rationales* denique omnium minime periculosi, omnium maxime salutares, maximeque expetendi, si ament ægrotantem, sperentque mercedem amplam & securam; si religione Romana fideque sint insignes, si remedia chymica opportuna riteque præparata non respuant, si experientia & successu felici *Beati*. Hi duabus sectis præcedentibus addunt *Rationem*, medicamentorum moderatricem, conditricemque perdoctam, quæ spectatis omnibus circumstantiarum modis & varietate temperamentorum, ætatum, sexuum, virium, locorum, temporum & victus consuetudine, & eruditis componendorum adhibendorumque regulis pharmacorum fœliciter artem administrant. Aliæ sectæ natione tantum differunt non modo medendi, Judæorum, Arabum, Ægyptiorum, Latinorum, Græcorum. Judæi perfidia & odio in Christianos infames fuere semper; Arabes præcellunt remediis, Ægyptii jam inde à Mercurio Trismeg. nominatissimi fuere, παςοφόροι, seu *Palliati* dicti à pallio, sex libris Trismegisti de Medicina perceptis qui cum aliis 48. disciplinarum omnium arcanis refertissimis in pompa circumferebantur, de his Cornelius Celsus elegantiss. in operis sui procemio. Traducit alias sectas Plinius quæ ad deliniendos mortales & decipiendos, utebantur Balneis, lectis suspensis, oscillatione, vini voluptate, aliarumque blandissimarum voluptatibus sorbitiuncularum. Clemens Alex. lib. 6. Strom.

Tria sunt Medicinæ Munia ut cecinit Ausonius,

-sonius, *servare*, *cavere*, *mederi*, in Gripho Tern. est medicina triplex, Galen. apud Framboil. τὸ γνῶναι, προγνῶναι θεραπεῦσαι, nosse scil. morbum ejusque remedia: prænosse exitum, & curare pro virili, sanitatemque instaurare, hoc enim imprimis incumbit medico ut norit apprime naturam rerum & morborum; vim remediorum, exitum morbi, & curandi modum, cum adhibeatur valetudinis servandæ aut recuperandæ gratia: si autem morbi curationisve successum prædicere non noverit, & incurabilia fuerit aggressus, artem ipsam infamabit, quod per sacramentum est nefas ut & secretorum propalatio. Verum hujus scientiæ quæ donum & inventum est Dei, ut ait Syracides, quamque nemo nisi insanus contemnere solet, ut idem ait, cum sit mortalium custos & sospitatrix. Solemnis divisio in Theoreticen & Practicam nota est, sed exactior in partes quinq; tradi consuevit.

Prima PHYSIOLOGIA est: cognitio scilicet naturæ rerum, ad remedia comparanda, & corporis humani, cui medendum est. *Anatomia* corpus humanum describit. *Osteologia*, ossium compage, venarum, arteriarũ, nervorum, musculorum, ligamentorumque descriptione, tum triplicis ventris Tabulis, capitis, pectoris, & ventris infimi artuumq; delineatione continetur. Pars altera Physiologiæ, rerum naturam omnem & maxime plantarum & aliorum medicamentorum simplicium vim contemplatur, duce Dioscoride, comitibus aliis pluribus: sacra plane & momenti maximi est hæc pars, quæ in remediorum investigatione versatur.

Altera Medicinæ pars PATHOLOGIA dicitur à Passionibus morbificis, est autem notitia morborum hominem infestantium, qui sunt affectus præter naturam qui lædunt aut impediunt actiones naturales cum dolore; est & causarum atque symptomatum eorundem morborum cognitio. Sunt autem alii morbi *similares* qui totum hominem impetunt, ut Febris, calor præter naturam cordi impactus & inde in omnes corporis partes diffusus; Quotidiana à pituita, Tertiana à bile, Quartana à melancholia, continua à sanguine corrupto, complicata ex duabus aut pluribus, multis humoribus simul effervescentibus; Ephemeræ unius diei à succensis cordis spiritibus, Hecticæ habituales à substantia solida cordis accensa, aliæ ab humida substantia cordis excandescentes: acutæ quæ statim magnas habent exacerbationes: hyperacutæ quæ majores proferunt dolores & quatriduo interimunt: hyperperacutæ quæ biduo naturam vi mali expugnant: essentiales in quibus est vera febris, natura & focus cordis: symptomaticæ quæ ex alio morbo cooriuntur: aliæ pestilentes, & contagiosæ quæ vim suam vicinis inurunt ob malignitatem venenatæ qualitatis, & arguuntur exanthematis & pustulis. *Dissimilares* morbi sunt ii qui certas partes corporis organici invadunt, & hi sunt in triplici ordine anatomico, alii enim sunt morbi capitis, Hemicrania, Cephalalgia, Epilepsia, Carus, Catoche, Catalepsis, Apoplexia, Paralysis, Lethargia, ab humore frigido inundante cerebrum, ut delirium, insania & mania, phrenesisque multiplex à vapore inflammante cerebri membranas, bilioso præsertim, & ab atra & flava bile: est & dolor capitis pulsans à sanguinis redundantia & exuberantia accensa, qui sanguinis missione curatur, alius à sole, à studio &c. est & per vigilia & insomnia, à prædictis caussis; tum oculorum, aurium, dentium, linguæ, tonsillarum, laryngis affectus, & colli strumæ, anginæ, gutturositates ab humorum defluxu. Pectoris morbi pectoris partes impetunt, Phthisis pulmonem ferit & corrumpit acri de cerebro fluxione, aut ulcere nato ex venæ ruptæ malo, Orthopnœa, Dispnœa, Asthmus, in quibus respiratio laborat propter humoris affluxum. Peripneumonia, inflammatio pulmonis, acutus morbus & difficillimæ curationis, ob motum perpetuum & cordis viciniam. Cordis morbi præcipui sunt febres, & palpitatio, spasmus, & præfocatio à vapore infesto, & halitu maligno: lateris dolor, Pleuresis est, membranam illam transversam, quæ diaphragma dicitur lacessens affluxu frigidi & calidi humoris inclusis ex quo fit empyema cor tandem obruens: sanatur missione sanguinis properata, & Chirurgica lateris apertione ad pus sensim educendum. Hepatis affectus sunt calor immodicus, caloris defectus, scirrhi. Unde oritur peccatum & defectus hæmaroseos, seu sanguificationis laudabilis, ex quo peccato ruina totius ædificii corporis humani succedit: inde lepra varia, scabiesque multiplex vitiato sanguine. Inde hydropisis, cum aqueus humor sanguinis loco proculditur. Oppilatio item atque durities hepar infestat & sanguinem lædit, inde colores pallidi, & icterus. Ventris infimi passiones, Diarrhæa, lienteria, concoctricis & retentricis facultatis luxatio, dysenteria, fluxus sanguinis, tetanos, expultricis facultatis torpor, fames canina, pica, atrophia, cacochy-

cacochymia, concoctionis defectus à caloris infirmitate, facultatis retentricis & expultricis læſio, ſingultus, cholera morbus ab affluxu bilis: algor ſtomachi, languor; & hydropiſis triplex, tympanitis, anaſarca, aſcites à flatibus, aut aqueo humore, colicus dolor inteſtinorum à bile, aut humore pituitoſo; calculi dolor, dyſuria, hernia multiplex, & is qui vulgo *miſerere* à deſperata curatione dicitur. Sunt lienis ſcirrhi & alia horrenda pathemata, incubi, ephialtis, icterici, hydrophobi, plethora, à ſanguinis redundantia, torpor à pituita, ſtupor à melancholia, emproſthotonos, opiſthotonos, morbi nervorum, antrorſum aut retrorſum curvati, à repletione, aut inanitione, convulſiones vulgo, anticæ & poſticæ, ut paralyſis à reſolutione; ſunt tumores, ulcera, fracturæ, vulnera; ſunt à venenis frigidis, aut calidis ſupra modum lethales affectus, ſeu morſu venenatorum animantium, ſeu propinatione infuſis, venenum enim ait Dioſcorides, ſubito corpus univerſum in ſui ſimilitudinem convertit ob exuperantem vim igneæ, aut algidæ qualitatis: ſunt morbi mulierum innumeri à matrice, ſunt puerorum & ſenum affectus; morbi plures quam remedia à natura noverca, & matre. Differentiæ horum affectuum dicuntur accidentales à tempore, & modo petitæ, inde alii Chronici, diuturni & longi feruntur morbi, alii breves, alii leves ſine periculo, alii graves & periculoſi, alii lethales & incurabiles, alii magni à doloris, & cauſæ gravitate, alii acuti à doloris & periculi gravitate, cito enim acuti tollunt hominem de medio. Epidemici & populares ab aëre infecto, aut alia cauſa communi, contagioſi qui contagione, & afflatu maligno hauriuntur, peſtilentes, qui occulta veneni malignitate ſerpunt, & præſens intentant periculum, ſive calore, ut cantaris, ſive frigore, ut cicuta, ſive occulta alia qualitate, eſt enim in morbis τὸ θεῖον τι, ut ait Hippocrates, à Deo inflictum telum. Interdum lenta ſæviunt tabe morbi, ut venena nonnulla. Interdum ſubita impreſſione, ut venena præſentiſſima. Canis rabidi morſus interdum poſt novem annos hydrophobos facit, & aquæ timore furioſos. Sphaceliſmus, ſideratio, gangræna ſubito interimunt, cancer ſero tandem. Fœlix Mithridates qui antidoto invento, & poto ſæpe veneno profecit, *Toxica ne poſſent ſævà nocere ſibi*: fœlix, qui contra hanc morborum cohortem, poſt raptum ætherea domo ignem exortam, remediorum auxiliares copias in procinctu ſemper habet & ad dimicandum paratiſſimas colluctandumque: natura enim cum morbo luctancte, debilior cadat neceſſe eſt, vincat fortior. Alea plane incertior hæc eſt quam belli: cadendum eſt demum, & in domum æternitatis noſtræ abeundum.

Tertia pars Medicinæ CRITICA nuncupatur à judicio, quia de eventu morbi judicat & eſt judicialis tota. Hujus ſpecies ſunt *Simiotica*, quæ ſigna contemplatur, quæ ſunt argumenta ſecuritatis, aut periculi. *Diagnoſtica*, quæ diſcernit alia ab aliis examine accurato. *Prognoſtica* quæ ex dictis providet eventum ac ſucceſſum, & prædicit, ſicut Aſtrologi ex aſpectu ſyderum naturales effectus prænuntiant: quam rem admirandam prorſus affirmat Hippocrates, & famæ proxenetam. Sunt in herbis & plantis ſigna virium, quas vocant ſignaturas, ex quibus agnoſcitur cui morbo medeantur: ſic pulmonaria, dentaria, ſerpentaria, &c. docent, ex ſimilitudine opem quam ferunt. Signa & ſymptomata ſunt effectus morborum ex quibus medicus agnoſcit cauſas, & ex cauſis pronuntiat futurum exitum demonſtratione, ὅτι καὶ διότι; à priori, & à poſteriori, ut Logici appellant; atque hæ ſunt indicationes, ut vocant morborum: judicationes autem, aut criſes ſunt velut Senatuſconſulta & Arreſta quibus lata eſt ſententia: & altera pars victrix eſt, altera victa; ita ſudoribus, ſomno, purgatione alvi, urinis &c. judicantur morbi victi. Singuli morbi ſuas habent indicationes, hoc eſt, ſua ſigna propria, quibus, ut effectis agnoſcuntur, ut febres ſuis periodis dierum 3. 4. pleureſis ex lateris dolore pungenti, & reſpirandi anxia difficultate, ſi adſit febris: ſunt & generales indicationes ex pulſibus quorum ſunt differentiæ 50. formicans, caprizans, vermicularis, deficiens inſtantem arguunt mortem; validus vires arguit & vim morbi; creber & incitatus calorem vehementem, & acumen morbi; oppreſſus morbi magnitudinem; varius humorum diverſitatem; lentus pituitam aut virium imbecillitatem notat; qui ſervat rithmum & periodum, bonus; intercadens dicrotus non bonus: ex urinis & excrementis argumenta ſumuntur; lividæ, nigræ, crudæ malam omen ferunt: ex vultu depreſſo, aut incenſo, ex naſo contracto, ex oculis cavis, ex modo decumbendi, ex inſomnia, delirio, ex cibi appetentia & coctione, ex diebus criticis & judicialibus, quarto quolibet indices, ſeptimo judice, ex ſudoribus, ex medicamentorum ſucceſſu, & totius corporis inflamma-

flammatione, aut refrigeratione, ex facultatis, naturalis, vitalis, & animalis functionibus, ex quiete aut inquietudine decumbendi notatur phlegmon intus latens, unde oritur febris accensa. Docet artem criticam Hippocrates in Coacis prænotionibus, in prognostico, in epidemicis, & in aphorismis, illa toties repetens, φοβερὸν κακὸν, θανάσιμον θανατῶδες. Docet Galenus lib. de pulsibus.

Quarta pars Diætetica: Ratio victus, & valetudinis curandæ scientia, quæ locis salubribus, aëre, tempestatibus anni opportunis, temporum varietate Astrologica, ciborum delectu, mensura, intercapedine, modo exercitationum, & occupationum genere laboris, quietis, otii & negotii, somni & vigiliæ libratione temperata, castitate, & affectuum moderatione, fuga noxiorum, usu salubrium velut amuletis, & antidotis continetur. Galenus opt. de curandis animi morbis: quanti enim ira, odio, amore, tristitia periere, & ambitionis veneno. De hac Hippocrates, de salubri diæta, aëre & locis, Galenus, de tuenda sanitate, Celsus optime initio sui operis, schola Salernitana perjucunde, Lessius, Mercurialis, &c. Duobus illam finiebat capularis senex; intus mulso, foris oleo: quatuor Italus; *Soccoli, broccoli, bon capello, poco cervello:* Cura pedum & capitis, fuga curarum, usu salubrium ciborum. Temperantia & liber animus ab affectibus inordinatis vitam propagant: intemperantia, luxuries & animus effrænis jugulant, & præfocant.

Quinta Therapeutica, seu sanatrix appellatur & morborum curatrix, pars exoptatissima & ad quam aliæ partes, ut ad scopum collineant, ut ad portum feruntur. Ac cum aliæ Theoreticæ videantur, hæc tota practica est & in usu desudat. Atque hæc est demum illa scientia remediorum præscribendorum & adhibendorum ad depellendos morbos, valetudinemque restituendam in qua elucescit operæ pretium Medicinæ, gloriosum & triumphis dignum, quia principes servat & triumphatores. Hæc autem curatio vel fit medicamentorum potionibus & aliis corpori infusis, vel affusis, inunctis, & adhibitis, quo in genere Balnea numerantur herbarum, aut mineralium, & Pharmacopoea dicitur à pharmacis, seu medicamentis componendis & propinandis, unde & Pharmacopolæ qui vendunt pharmaca, Pharmacopoei, qui conficiunt: pharmacorum genera Bauderonus enumerat, & antidotarium multiplex, & Tabella Mathioli. Aut certe manu, igne, ferro, sectione agit, & Chirurgia dicitur quasi manu opus suum peragens, quæ & tumores, phlegonem, ulcera, vulnera, fracturas procurat & luxationes, & adhibet medicamenta, emplastra, unguenta &. alia id genus. Diæta quoque pertinet ad Therapeuticem. Si enim servari sanitas sine certa ratione victus non potest, multo minus recuperari. Plerique abstinentia una persanati sunt: ita ex pluvio sudum optabat Heraclitus.

Has ergo partes, ut præstet Medicus, seque dignum elogio præstet Homerico,

Ιητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων:
Unus vir Medicus multis mortalibus anteest.

debet esse curriculum universum emensus Medicinæ, thesesque in Academia nominatissima de ea universa pro dignitate propugnasse, ad lauream & purpureas insulas promerendas; tum adiisse celeberrimas Academias, & ætatem cum experientissimis & sapientissimis medicis duxisse, eorumque arcana emunxisse. Authores qui curriculum universum emetiuntur devorasse, parentes Medicinæ Hippocratem & Galenum combibisse, Celsum Oribasium, Rasis, Avicennam, Aëtium, Fernelium concoxisse, societatem in practica Medicina cum fœlicibus & fortunatis Archiatris iniisse, plus meditationi remediorum quam urbanitati & concinnitudini quam affectant aliqui, tribuisse, communes locos secundum ordinem morborum, & medicamentorum longo usu & studio comparasse, in Xenodochiis tyrocinium posuisse, adinvenisseque salutare quidpiam mortalibus, ut inter eos locum obtinere possit quos Suidas, & Tzetzes immortalitati commendarunt, quosve opera virtutis, & fidei & religionis cum doctrina conjunctæ merita in cælum evocarunt. Est quod discat etiam à Rusticis Medicus. Sit castus & pius imprimis, ut manum Dei auxiliatricem sentiat, non illas Menecratis ambitiosi Θεῶν χεῖρας, non amuleta superstitiosorum. Sit moratus, amœnus, fidelis & sacramenti Hippocratici memor, sed longe amplius Christiani, & salutis, ita curam gerat corporum, ut animorum valetudini prospiciat, admonendo maturè laborantes de procuranda conscientia. Ægrorum temperamentum, studia, mores, affectus, adversa, prospera, consuetudinem exploret, ut tempora, sydera, causasque morborum. Chirurgorum & Pharmacopoeorum præstantissimorum, ut & medicamentorum dotibus utatur: domesticos qui assident ægrotanti interroget, plenum bonæ spei vultum præ se ferat semper, nil in aures ad-

ſtantium inſuſurret inſpectante ægro, & acquieſcat in nonnullis levioris momenti, fiduciam & amorem ſui ingeneret. Curam & ſtudium oſtentet frequentia, admoneat partem magnam ſalutis ab ægrotantis animo forti pendere & obedienti. Jam in conſultationibus, non ducatur æmulatione vel pertinacia, ſed veritatis ſtudio & ſalutis. Agitur æterna vita, ubi de vita vel morte hominis agitur, ubi nulla celeritas temeraria, nulla cunctatio longa eſt, cum res, & occaſio poſtulant. Venena neſciat, niſi ut paret antidota, ut monet Dioſcorides. Non præſcribat pharmaca ad lucrum & famam, ſed ad neceſſitatem: ſimplicium, ut vocant, norit vires, hortum ipſe habeat medicum in quo avocetur erudite, regium ſpectarit diligenter. Domeſticas & peregrinas norit plantas, Plinium non aſpernetur, ſtudia colat liberalia, & deguſtet alias ſcientias, ut omnium horarum & opportunitatum homo eſſe poſſit. Incurrit enim Medicus in omnium hominum genera frequentiſſime. Celſus Medicinam, conjecturalem artem appellat quæ non pervideat intus, ſed foris tantum, ideo oportere medicum, noſſe plurima, amicumque ideo extraneo utiliorem. Jam, ut ad authores veniamus, Traquellus libro de Nobilitate recenſet & nobilitat innumerabiles. Clem. Alex. indigitat Triſmegiſtum l. 6. ſtrom. noti ſunt parentes Medicinæ, Hippocrates, Fœſii com. infiniti, Galenus totus Græcol. & Galeni compendium Lacunæ, Celſus Latino ſermone præſtans, Oribaſius, Trallianus, Aëtius in tetrabiblo, Act. Paulus Ægineta, Nicander in corporib. poëtica Græc. Serenus Sam. in choro Lat. poëtarum. Largus, Aretæus, Empiricus, Rufus, Actuarius, Myrepſus, Trincavellius, uno volumine, Medicæ artis Principès, Varandæus, Toletus, Rodericus à Caſtro de morbis mulierum, & Medicus politicus, Valeriola, Donatus, Anton. Alex. Maſſaria, Carancæus, Medica decas, Franc. Porti Theſaurus pauperum, Langæi epiſtolæ Medicæ, Praxis Bauderoni, Joan. Henricii praxis medica, Joan. Gallego de Ciſerna Pyretologia: Vidividius. *Examen des Eſprits, criſe des eſprits.* Joan. Skenkii obſervationes, Fogeroles de morbis Senum, Ranchinus de morbis pueror. Arnaldus à Villanova, Cufner de Pueris, Foxius, Cæl. Aurel. tardarum paſſionum, Leonellus Faventinus, Augerius Ferrerius, Gorræus, Sanctorii Methodus errorum vitanda, Roſa Anglica Joan. Anglici, Lazari Riverii praxis medica, Anatomia Gocel. Vigier. Steph. Roder. Caſtr. quæ ex quibus, Jac. Primeroſius de Vulgi in Medicina erroribus, ſcriptores de Chirurgia, Tagautius, Hollerius, Marianus Santus, Geſnerus, Dondus, Maggius, Ferrius, opus Chirurgomedicum Fabricii Hild. Jonſtoni idea Medicinæ, Bollonii opera, Vatablus, Leſſius de cur. valetud. Prævotius Medic. pauperum, Heurnius, Rammelinus, Colledonius, La Moniere, Aloyſius de Riſu Sardonico, Marſilius Galeat. de Febribus, & Ricardus de Grades uno vol. Duncanus, Anton. Ludovicus, Onomaſticon Bunsfeldii, Rhegini exercitationes, Roſa Gallica Champerii, Dioſcorides, Mathiolo, Dalechampio, Dureto, Gartia, Colino, adauctus, & Botanicis ſeu Herbariis, ac Plinio, Leonicenus, Riolandus, Geſnerus, Bellonus, Hermolaus, Philomium, Avicenna, Meſue, Hali, Serapion, Iſaac, Almanſor, Raſis totum continens. G. Benedictus, Mercurialis, A Vega, Fernelius, Fracaſtorius, Valeſius, Veſalius, Fallopius, Laurentius, Joubertus, Sylvius, Monardus, Guillemeau, Ranchin, Fontanus, Merindolus, Senertus, Zacutus, Cardanus, liber de Balneis Venetiis excuſus complectens Savonarolam, Montagnanam, Gainerium, Ugulinum, Mengum, I. de Dondis, Pantheum, Aleardum, Bendinellum, Bertolinum, Franciottum, Fumanellum, Zimaliam, Paſinum, Elyſium, Branchaleonem, Maſſam, Bart. Taurinenſem. Georg. Agricolam, & de Balneis Digniæ, Aug. Donius, de Natura hom. Alexis ſecreta, Bar. Mayrolæ de morbis acutis, Iatrologia Baſſiani, Balneus, Viluenſis, Eraſtus, de putredine, Foreſti obſervationes, Ferrerius, & Fracaſtorius de morbo Neap. & ſympathia. Gentilis de febribus, Gerardi opuſcula. Heurnii opera, Hucherus de different. febrium: Michael Baptiſta libro mirabil. Med. Citeſius de Abſtin. Jo. de Tornamira, Myrepſii op. medica. Picolomineus de humoribus, Sylvius de ſignis ſalubrib. Silvaticus de febribus, Snebergius, Vayrus, de faſcino, Tuſſanus de febribus, Silanus, in 9. Almanſoris, Paradoxa Fuskii, Moxius, Rondelet. de cur. morbis.

Practica Jouberti, Hollerii, Dureti, Bruelli, Rondeletii, Heurnii, Methodus Berthotii, Montui, Hasfurtii, Sylvii, Zuingerii, Boſuetus de Arte medendi, Enchiridion medicinæ Gualteri, Scrinium medici, Riff. Veterinaria medicinæ, Framboiſiere, Med. Charitatis, methodus medendi, Galeni, Fernelii, praxis Bauderoni.

Ad Chirurgiam pertinet Anatomia, Laurentii,

rentii, Fallop. Vesalii, Cabrol. Caroli Stephani, Paré, Curtii, Andernatii. Eustachii cum figuris, Pigræi Chirurgia, & Cauliaci, Paræi, Ponc. & Botalius de sanguinis missione, Petrus Martyr de Ulceribus, Sclopetorum vulnerum natura, & curatio, Thadæus de venę sectione, Mizaldi, harmonia corporis hum. Saracenus, & Salius de peste, ac Th. Jordanus, Gourmelin. & Pigræus, de ulceribus, & tumoribus, Grevinus de Venenis, lectiones Anatomicæ Dalechamp, de lue Venerea, Th. Paracelsi opera expurgata, Tagautii Chirurgia, Fabricii, Guidonis, Chirurgorum dux, vulgo, *Guidon des Chirurgiens.*

Ad Pharmacopœam spectant omnes qui de plantis scripsere, de quibus supra cum Dioscoride, Clusii Herbarium, Fuksii, Collenucii, Leoniceni, Nevarei, Dorstenii, Costæi, Scaligeri, Dureti, Cæsalpini Hortus, Christoph. Depas, Monardis, Miraldi, Curtii, Ferrarii, omnes de quibus in Historia Nat. domus Rusticæ, &c. Omnia dispensatoria ut vocant, & Antidotaria, Mesue, Nic. Præpositi, Vvecheri, Bauderoni, Med. Charitatis, Nic. Salernitæ, Antidot. libri Remediorum, *Receptes*, Quercetani Pharmacopœa, Riolani, Renaudii, Compend. Medicam. Alexandrini, Historia stirpium Clusi, Fuski, Alexikepus, & medicus hort. D'orenetus de simplic. Burg. Renealmius, de plantis cum figuris, Robert. Cenalis, De ponder. & mensuris, practica Bordonii.

Ad Diætam qui supra, Thesaurus Sanitatis, Hortus Sanitatis, Regimen Vitæ, Secreta Liebaut, & Vveckeri, imago, Sanitatis de Levis, Lessius de Sanit. tuenda, Bartholom. de Montagnano, Hugo Senensis, Ant. Cervisanus, Ant. Guaynerius, Franc. Barbas, de re uxoria, Jacobus Fabiniensis, Nicol. Marsilius, Thadæus Florent. Thomas Florentin. Trusianus, Jo. Mandena, de Curiosis orbis. Vivere Medice, vivere beate, & diu.

CAPUT VI. AULA VI.

Mathematicæ.

Mathematicæ disciplinæ, quas hominum vestigia, & patrimonium undis immersabile vocabat Aristippus, & quæ vel ipso nomine scientiæ quo solæ appellantur, quanto sint ambiendæ studio, quanta voluptate animi, quantove salutis Publicæ bono impendendæ, docuit vel unus Archimedes Patriæ defensor, & Psellus classis Barbarorum expugnator: Mathematicæ inquam, patientissimum hominem desiderant, qui ingenio, imaginatione manuque valeat, sitque liber, & locuples, ac alia nulla districtus occupatione, ut docuit ævo nostro Tycho, Gassendus, & qui stipendio amplissimo authorati floruerunt, Appianus, Orontius, Regiomontanus, Maginus. Initium ducitur ab Arithmetica, & Geometria, quæ sunt aliarum fontes. Illa numeros, hac figuras planas, & solidas contemplatur: Algebra, in numeris figuras, & demonstrationes rimatur, ut in Diophanto videre est Clavio, &c. Musica, quæ Arithmeticæ filiola est, numeros eorumque proportiones considerat in sonis sive flatu, sive pulsu, sive voce fiant: in proportione quadrupla, octupla, quintupla. Inde illæ consonantiæ, ut appellitant, Diatessaron, Diapason, Disdiapason, Diapente, ut, fa; ut, sol. Inde Systemata usque ad tonos triginta, Inde modi tredecim, Lydii, Phrygii, mixti, &c. & Musica, Diatonica, Chromatica & Harmonica, de qua Plutarchus, Capella, Athenæus Zarlinus, Mersennus, Parranus, & alii. Astronomia, Geometriæ subalternata, attendit in Astris figuram orbicularem, circulares motus, eorumque proportiones: Aspectus trigonos, sextiles, synodos, parallaxes, dodecatemoria, seu domos Planetarum duodecim: Epicyclos, eccentricos, & augem, apogæum, stationes, æquationes, retrogradationes, elevationes, influentias, eclipses, ortus, occasus. Gnomonica, à gnomone, & stylo qui centrum universi, & axem repræsentat sphæræ sic dicta, considerat umbram solis per duodecim circulos horarios progredientem sectis in totidem partes circulis, in quibus horologia describuntur, sive regularia quę nec declinant, nec inclinant, sive irregularia quæ alterutrum, aut etiam utrumque præstant: sunt autem ii circuli quinque numero, Horizon, Æquinoctialis, Meridianus, Verticalis, Polaris in sphæra recta sectiones æquales sunt & spatia linearum: in obliqua non item, excepto horologio Æquinoctiali. Delineantur ad stellas, ad lunam, ad speculum & aliis modis mille. Optica in triplici visione, recta, reflexa, & refracta figurarum geometricarum vim admiratur, & Catoptrica in speculis, Omphaloptica in tubis & sectionibus vitreis. Gæodesia figuras easdem metitur, & magnitudines rerum radio geometrico, quadrato, quadrante, semicirculo, Astrolabio; radix autem hujus disciplinæ tota est in triangulo proportionali. Computus, Solis & Lunæ motuum adæquationem

tionem concinnat, ad tempora festorum Ecclesiasticorum, Paschalium maxime aptatam, per embolismos, Cyclos, Aureos numeros, Epactas, &c. Geographia terram expendit & metitur atque aquam, verbo, mundum, secundum latitudines ab æquinoctiali ad boream vel austrum, & longitudines ab oriente, eumque dividit in Zonas quinque, juxta quinque Sphæræ circulos, torridam sub æquinoctiali, temperatas duas intra tropicos cancri vel capricorni, & polares frigidas duas, intra polares orbiculos; ac eodem more dividit in climata juxta mutationem temperiei, capiendo primordium à Syene Ægypti usque ad polos per intervalla certorum graduum. Mechanica Machinas molitur & munitiones, vim majorem in certis figurarum modis & angulis exploratam habens, ut in circulo, in cochlea, in vecte; nam quo res à centro longius distat, hoc movetur velocius & potentius in figura circulari ut patet in funda longiori & breviori, in vecte longiore vel breviore quo onera sublevantur, hypomochlio depressiori vel altiori, & pondera tanto facilius attolluntur, quanto plures sunt cochleæ licet motus sit tardior: Ballistæ & Catapultæ machinæque Petrariæ tanto feriunt fortius, quanto longius à centro contenduntur: sclopi porro, bombardæ & tormenta vim habent physicam, ne detur penetratio, igne prorumpente foras & secum rapiente globos ferreos, quia non habet satis spatii intra tubum illum: juvat tamen ictum figura illa cylindrica: porro angulus rectus in munitionibus constantius resistit arieti & ictibus tormentorum æneorum quam angulus acutus, quia lineæ recti anguli fortius obnituntur, & se tuentur mutuo: spectantur etiam lineæ defensionis, & alia sexcenta Geometrica in arcibus, & in acierum & exercituum ordinatione, agmina quadrata, lunares, ovales, circulares, spirales lineæ & figuræ. Architectura proportiones expendit, longitudinis, latitudinis, altitudinis, crassitudinis, profunditatis, & figuras quadratas, trapezia, circulares, ovales & alias, in ædificiis, in columnis, in vestibus, in arcubus, in aquæductibus, in theatris, in templis &c. Indiget tamen etiam sapientia Philosophica & Medica ad situm salubrem & amœnitate commodum sibi deligendum, ad dignoscendas soli & materiaturæ subservientis dotes, ut sapienter admonet hujus disciplinæ conditor Vitruvius. Conferunt ad exercitium & contemplationem instrumenta ut vocant Mathematica regula recta & divisoria: circinus scriptor, & divisorius, quadratum ut vocant, Mathematicum, quadrans circuli, perpendiculum, libella, triangulum proportionum, sphæra Globo mundi incluso & circulis horariis divisa & planis horologiorum, Astrolabium universale Rojas, aut regionale Stoflerini, quale olim Turnone construximus Philosophiæ candidati: Meteoroscopiū & torquetum Appiani, Helioscopium Skeiner & tubi uranoscopi, perspicilla Galilæi vocant, instrumentum reflexionum opticarum, specula ustoria ærea, vitrea, concava, lenticularia, cylindrica, polyoptica, omphaloptica, enoptica, pyxis speculorum admirabilis, organum speculorum, tubi optici, annuli mathematici, Globi cælestes, & terrestres spectatæ magnitudinis, mappæ universales, regionum, locorum, urbium; itineraria, pyxis nautica, radius mathematicus, in crucis modum, vulgo Baculus Jacob, aut semicirculus ad dimensiones, circinus terrarum mensorius, organum horologiorum, & picturæ apud Bætinum qui & alia profert artis inventa: Archimedis sphera motus omnes cœlorum repræsentans in musæo Caroli V. Gallorum regis, P. Athanasii Kirker inventa, Machinas Mechanicas descripsit Bessonus, Agricola, Vegetii, interpres, Martianus Capella de omnibus mathem. scripsit.

De Arithmetica scripsere Diophantus Græcol. Algebræ princeps, de qua audio scribentem Præsidem comitatus Burgundiæ Boyvin omniscium & sapientem, Clavius, Boëtius, Euclides, Gemma Frisius, Tartaglia, Barlaamus, Barocius, Bombellus, Tonstalus; Cardanus, Bungus, Nicomachus, Nonius, Psellus, Stiphelius, Jordanus, Lucas à Burgo, Leonardus Pisanus, Stevinius, Cad. Beza, Gosselinus, Ramus, vernacula lingua plures, Bachet de ludis & jocis numerorum, & Dioph. Arithmetica, de Moya, Savone, Fabri, Stapulensis, Tonstalii, Chaligar, Peverone, Fustel, Rabbi Elias, novum lumen, *Prattica mercantivole*, *Hisp.* Paulinus de septenario, *livres de Savone*, constat operationib. 4. Additione, Subtractione, Partitione, Multiplicatione, Regula Societatis, & aurea trium, radice quadrata, & cubica, & arcanis Algebræ, sinuum &c. Probatio per 7. & 9. ludi & joci.

De Musica, Plutarchus, Athenæus, Boëtius, Bulengerus, Zarlinus op. Mersennius op. in Genes. & de Musicis instrumentis, Guido Aretinus, Berno, Conradus Hirsaugiensis, Optalicius

licius de organis, de Hydraulicis, Bulenger de Theatro Salomon, de cauſ. Harmoniæ, Muſica, Franchini, Foskii, contrapuntur. Var. Athenæus, Poſſevinus lib. 15. cap. 5. bibl. ſelectæ numerat. 200.

De Geometria, Archimedes, Euclides, com. Clavii &c. extat Græce cum comment. Procli Græc. Eutocius in archimeden, Apollonii Pergæi & Sereni Conica, Athenæi Mechanica cum Birone, Onoſandro, Aphricano, Herone, Heronis Geometroumena, Machinæ, Gæodeſia, Geoponica, & Cteſibii Hydriazygia, Beſſoni Machinæ, Regiomontanus de Triangulis, Buteo de quadratura Circuli, Clavii opera; Tartalea, Proclus, Pſellus in Quadrivio, Orontius, Ptolemæi opera, Theodoſii & Menelai Sphærica, Leautaudi elementa Geometrica, Sylvius de modo menſurandi per viſum, Stofler, Appianus, & Rojas, Ræinuſque per Aſtrolabium, Serenus de ſectione Cylindri & coni, Holometrum Abelis de Fulione, Albatechnii Sphærica, Alberti Dur. inſtitutiones Geometricæ, Apollonii Perg. Conica, Picolomineus in Mechanica Ariſtotelis & al. Cleomedis circularis inſpectio, Coſmus, Bartolus de arte metiendi, Eutocius, Aſcalonita, Ubaldi Theorica Planiſphæriorum, Cardanus de proportionibus, Jordanus de ponderibus, Ceredius de modo attollendarum aquarum, Marini comm. in data Euclidis, Pappi collectiones Mathematicæ, Appiani quadrans, Gornelius Gemma de arte Cyclognomonica, Orontius de circuli quadratura, Regiomont. Cuſanus Cardinalis, Rudimenta mathem. Munſteri, Leautaudi, Georg à S. Vincentio tom. 2. recentiſſ. Pelet. de dimenſione, Breſſius, Fuskius.

De Aſtrologia Aratus Græcol. in corpore poët. Græc. Manilius in Choro Poët. Lat. Julius Firmicus & alii quinque veteres eodem vol. op. Hermes, Bethem. Zael, Almanſor, Omar, Ptolemæus totus, Ariſtarchus de Magnitudine Solis & Lunæ, Uranologia D. Petavii ejuſdemque tomi duo de doctrina temporum, opt. Scaliger de emendatione temp. Clavii Sphæra, Scheineri Roſa Urſinia, & alia Galilæo tributa de perſpicilliis & tubis opticis, Helioſcopium, Empedoclis Sphæra, Cteſibus, Philo Byzantius Hipparchus in Arati Phœnomena, Alphonſinæ Tabulæ, Alphraganus, Albumaſar, Hipparchus, Iſaac Monachus, Tycho Barbæus op. Keplerus, Appiani Aſtr. Blanchini Tabulæ, Origani, Magini, Junctini, Petavii, Gemma Friſius & alii de radio Aſtronomico & aliis, ejuſdemque de uſu Globi, Cæleſtis & Aſtrolabii, Aſtrolabium Joannis de Rojas, Stoflerini & aliorum, Jo. Lucidus de emendat. temporum, Poſſevinus lib. 15. bibl. ſec. c. 11. Bætinus, Baranzani Aſtrologia, Horoſcopi de quibus & in Aſtrolabiis citatis, Campanellæ Aſtrol. & Horoſc. Jo. Grammaticus de Aſtrolabio, Gaſſendus, Copernicus: Aſtrolabium demonſt. Clavii, Aſtrolabium aliud univerſale Gemmæ Friſii, Aſtronomia Helvetii, Mollerii, Beſſæi, Bonicontii, Pierii, Sphæra Procli, & Sacroboſchi, Ephemerides Mizaldi, Junctini, Magini, Origani, Petavii, Petrarcha contra Aſtrol. Mirandulanus, P. de Angelis, Scaliger contra judiciariam & alii apud Poſſev. l. 15. Capella. Sententia Galiæi &c. de motu terræ & cæli quiete, damnata eſt ab Urbano 8. & Paulo V. & demonſtratur falſa, per diſtantias Solis à polis varias ſemper, & à nobis, & per ortus ſtellarum ab eodem puncto per alhidadam viſos, ac per diſtantias Planetarum & ſtellarum à terra: ſi enim terra ſtatuator in medio Planetarum ubi erant diſtantiæ olim poſitæ? Hypotypoſes orbium Cælſtium, Jo. Vernetus de 8. Sphæra, Prædictiones Aſtronomicæ, Lupicinus de radio Aſtron. Sphæra Picolom. Argoli Ephemerides, & Everarti, Primum mobile Oſvaldi, Sphæræ tractatus plurium, ſphæra, mundi R. Abrahæ, Ziegleri Aſtron. Albumaſar de ſignificat. & experientiis, Albubater & Meſſahala de Ann. Aben Ezra, de Nativitatibus, Gebri Aſtronomia, Hipparchus in Aratum, Kepplerus, Galilæi & Gaſſendi opera, Mizaldi Cometographia, inſtrum. Aſtronom. ſupra diximus in bibl. Vaticana plur. & computus.

De Gnomonica: Clavii Gnomonica, Voëllus de Horologiis, Athanaſius Kirker de magnetis uſu, de luce & umbra, Fabrica & uſus inſtrumenti Horologiorum, Bætinus in Apiario, op. Aſtrolabii uſus, Jo. Paduanus de Horologiis, vernacula lingua plures, Federicus Comandinus de Horologiorum deſcript. Bonetus de uſu annuli aſtron.

De computo Eccl. Beda, Cenſorinus de Anno, Petavius, & Scaliger ſupra computus Aſtronomicus, Clavius de Kalendarii reformatione, & Apologia Kalendarii ejuſdem & computus, Kalendarium Regiomontani, computus in Photii Myriobiblo, & in Vaticana bibliot. multiplex, Jo. à Sacroboſco de anni ratione, V. Chronologos, Martyrol. in Choro Poët. nos de anno, Piſſer. de Æra Hiſp. &c. Baronius, in Annal. Eccl. pluribus diſput. cum de Paſchali controverſia differit,

& citat. vet. computi authores, SS. PP. & Kalendaria.

De Cosmographia, Geographia, Hydrographia, Chorographia, Topographia, Poliographia, veteres Cosmographi, Plinius, Strabo, Stephanus, Avienus & Priscianus, Poëtæ, Antonini & Rutilii Itinerarium, Pomp. Mela de situ orbis, Solinus, Ariani peri plus, Dionys. de situ orbis, Ptolem. Græcol. Ptolemæi Tabulæ, Magini, Ortelii, Mercatoris, majores & minores, Glareanus, Appianus, Gemma Frisius, Clavius in Sphæram, Jo. Laur. Cosmographia, Jo. Ferelii Cosmotheoria, Vernerus in Ptol. civitates orbis Bruini, Munsteri, registri temporum, d'Aviti mundus tomis 4. Belleforesius, Munsterus, navigationum tria volumina, *Viaggi* 3. navigationes Hollandicæ, America 3. vol. India Orient. 2. vol. vide titulos Historiæ Nation. Guidaimant, Tartaleæ inventio Navigat. Picolomineus de magnitudine terræ & aquæ, pyxis nautica, speculum nauticum Aurigarii, P. Methini Garciæ, Pilotage, Laur. Corvinus Alex. Citolinus, Ant. Pinetus, Ben. Bordonius, de insulis, Marius Nigri, Merula, Gualt. Lud. speculum orbis, Lazius, Goropius, Cluverius, Æneas Sylvius, in Europa, Volaterranus, Levinus, Apollonius, Olorius, Transylvanus de novo orbe, Thevetus, Cortes. Nunius; Alvaradus, Oviedus, Cartier, Adrichomius & alii vet. terræ sanctæ descriptores & recentiores, Villamont &c. Pantocosmus: Status omnes orbis parvis volum. Itineraria Romani Patricii, Pauli Veneti, P. Martyris, Columbi, Barri, Americi Vespucii, Magellani Navig. historici Indiarum, Merulæ Cosmographia Generalis, Mecometria, Castelnaud sive Guideymont ad navigat. novus orbis regionum Cadamusti &c. Itinerarium Hugonis, Mappæ univers. & pecul. Globus terr. & cælestis, Pantosconi.

De Optica, seu Perspectiva & Catoptrica, Psellus, Thes. opticus Alhazen, Vitellio, perspectiva com. Jo. Cantuariensis, perspectiva Danielis Barbari, Euclidis Optica & Catoptrica, Maurolycus; Merula, Egnatii Danti perspectiva, Aporta, Cardanus de speculis, Bætinus in apiario curiosiss. Aguillonius, Oculus Skeiner, Athan. Kirker de luce & umbra, Albertus Durer, picturæ ratio Vignoles, Marolois; Bætinus, Pomp. Gauricus de sculptura. De Architectura, Vitruvius, Alb. Durer. Serlio, Drouet, Perret, de l'Orme op. Vignoles, Polyphilus, Maurolycus, Diagraphice Alb. Durer. Jo. Jucundus, ordines 5. Philander Vitruvii comment. Scaniozzi, Caboreus, Veredeman 5. ord. Gogen. fortific. Herard. fortific. de Ville de Architect. & machinis, Blancani echometria, & mechanica, Fabio Colona in spiritalia Heronis. Aug. Ramelli machinæ, G. Ubaldi mechanica, Stevinus de hydrostaticis, Diego Sacredo. 5. ordres, Plum. 5. colonnes, Dietrelin. Bullan. Ducerceau. le Muet. Rusconi, Balbus Rivius, Roma Magii, Laur. Palladio, Cataneo, Tarchi, Bassi, Lomazo, Valderunus, Barbarus, & Merula in vita Cæs. *Forces mouvantes de Salomon, De-caux.* Besson, Pneumatica Portæ, Fabio Colona hydraulica Heronis, Stradæ artificia, Hicesbachius, Herrera Crescentiensis agricult. *Cheminées, Sauvegarde*, Paduanus de Ventis, Palyssi, *de la nature des eaux, Jaques Besson, invention des eaux.* Pachynier, Picolomin. Monantholus, Victorio, Zovia, Metii & Clavii Geometria practica ad mensuras, *Architecture de Savot, feux d'artifice de Salomon, de Caux, de François Tibourel, de Hanzelet.*

De re bellica, Herardi Munitiones, de Ville, Perreti, Frontini Castrametatio & stratagemata, Duchoul, Lipsii Poliorcetica, Polyæni Stratagem. Bessoni Machinæ, Vegetii commentarius de machinis vet. Tactica Constantini, Leo, Onosander, Vegetius, &c. supra, Hollandica militia de Bombardis, & igneis missilibus: Gogen architectura, militaris, nova Tactica Arziani, &c. Græcolat. Fabri propositiones eruditiss. de motu. De machinis petrariis, V. Tacitum, authores de bello sacro, vitam SS. Lud. Jonvillei, &c.

CAPUT VII. AULA VII.

Philosophorum Scholasticorum.

CUm Philosophia doceatur optima methodo in academiis, nihil occurrit observandum amplius, dummodo illud arcte teneatur, ut tricæ illæ entis rationis, præcisionum, punctorum, infiniti, objectorum paucis definiantur, & in seriis opera seria collocetur. Seria porro opera ponitur in arcanis rerum naturalium causis, effectis, principiis investigandis, in influentiis syderum & causis anni tempestatum variarum: In plantarum, gemmarum, metallorum, explorandis dotibus: In magiæ naturalis miraculis, totiusque naturæ spectaculis, & prodigiis, vitato Chrysopoeiæ & horoscopicæ scopulo, *imponit multis, ars alchymistica fallax Authorem invisum reddit & ipsa suum.* Petrarcha de remed. utr. fort. spondent divitias quas

quas non habent pauperes Alchymistæ, & frustra est illud Ægyptiorum, χρυσομάλλον δέρας Suid. Imponit enim utraque mortalibus, explosa novitate rerum absurdarum amatrice, veritate sententiarum, non vanitate sectarum, clavum tenente. Denique explosa opinionum temeritate, quæ in præceps feruntur, & perturbant Rempublicam, sublataque æmulatione & iracundia, vincendique cupiditate, è qua solent incendia rixarum & simultatum exoriri quamplurima. Quis enim non videt, quam sint alieni affectus hujusmodi inordinati ab hominibus, qui sapientiam etiam religiosam profitentur. Pax, veritas, & charitas Christiana moderentur omnibus ad incrementa doctrinarum, ad plausum auditorum & ad exempla virtutum. Modum edixit Hier. in epitaphio Nepotiani, sermo ejus de scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecunde, recta suscipere, prava non acriter confutare, disputantem contra se magis docere quam vincere, & ingenuo pudore qui ornabat ætatem, quid cujus esset confiteri. Illud, ajebat, Tertulliani, istud Cypriani, &c. Jam opiniones quæ pacta tacita redolent, ut de sanatione vulnerum sympathica, de horarum pulsu ex arteria, de virga bifurca thesaurorum, aurifodinarum & fontium indice, de Talismanis medicis & Physicis Gaff. Paracelsi, Trithemii amandentur in ultimas terras, &c. ne nominentur quidem compendia dictatarum rerum, semper mihi visa sunt dispendia & fuci scientiarum, mutatur enim imaginatio & memoria dictatorum & transfertur in alium codicem. eoq; modo perit fructus laboris primi & suscipitur secundus eventu dubio. Porro dictatis eruditi viri longe fœlicius & doctius hauritur scientia, quam libri unius prælectione. Ille enim legit & digessit omnes, ut apis argumentosa ad condiendum favum; hic unum tantum florem sugit, ut omittam amorem & studium scriptarum sua manu rerum singularium & propriarum, cum liber vulgatus sit & communis & ad contemptum studiorum atque Magistrorum incitet. Ut quid enim schola habenti librum? Studium quoque in tradenda politica videretur accurate ponendum quæ sapientes viros decet orbis gubernatores, quam vix à limine salutant, & ut canes è Nilo, lambendo cursim prætereunt. Porro in scholis & in athletico pulvere condiscenda Philosophia est, alioqui in umbra educata Solem & Martem non feret, eritq; semper enervis. Si quis tamen navum sortitus esset magistrum, & ipse aureo præditus foret ingenio, paucis eam mensibus exhaurire posset, ac deinceps in stadio & certamine vires experiri. Principum privilegium est ad mensam inter epulas & fercula, arcana sapientiæ de sapientum ore degustare. Nunc cum ad colum & instītam de regno virorum ancillatura apud fœminas ablegata est, conantur eam mulierculæ vernacula lingua lallantem pitissando consequi, sed avolat à Gynæceo, & caput inter nubila condit. Quis enim sine Oedipo naturæ capiat, nedum dissolvat, ænigmata? Ipsa vero disciplinis omnibus velut è cęlo cooriene, disciplinis inquam omnibus lucem affert & opportunitatem maximā, cum sit rationis excultrix. Ideo altero semper claudicant pede, alterove oculo cæcutiunt, qui sine Philosophia, Jurisprudentiam, Medicinam, Theologiam, & Rhetoricum illam sapientum regiam & sacram exambiunt, memoria, non ratione & judicio artem dirigentes: denique etsi Platonica, Stoica, Pythagorica & Epicurea magnificum aliquid polliceantur, Aristotelica sola Athletica est, & ut solito consuetoque utar verbo, solida & doctrinalis.

Aristoteles ergo mente condendus ejusq; interpretes evoluendi, Themistius, Simplicius, Aphrodisæus, Ammonius, Eustratius Simplicius, Michael Ephesius, Boetius, Georg. Scholarius, Avicenna, Conciliator, Thomas, Scotus, Alensis, Albertus, Niphus, Burlæus, Baconus, Buccaferreus, Javellus, Tolet. Conimbr. Suaris Metaph. Fonsecæ metaph. & logica, Albertini Corollaria, Dandinus de anima. Cabeus de magnete & meteoris, Gilbertus de Magnete, Vallii Logica, Toletus totus Ruvius totus, Mendoça, Arriaga, Oviedus, Conimbricenses in totum, Curricul. à S. Joseph. Fuliensis, Javelli moralis op. Theophili moralis scientia & Theologi naturalis op. Campanella, Pavonii moralis scientia, Gallutii moralis, Sorel. Yves, Cerisier, Marande, Gallice, & alii; Coeffeteau, Senaut, le Maistre, le Moyne, de passionibus, ut vocant: omnes citati in historia naturali. Cardanus, Scaliger, Majolus, Aporta omnes ex Bibliotheca Chymica, Geber. Ulstadius, Albertus, omnes Geogr. Strab. Plin. Valentinus, Nabot de elementis, Portius de coloribus, Fridericus Delphinus, de fluxu & refluxu maris, Joan. Ascenden. de imbribus, Carol. Bovillus, de intellectu, sensu, nihilo, &c. Friderici Nauseæ mirabilia, Azalus de rebus mirandis. Isaaci mineralia, Contareni opera,

Guyon

